


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

1773/D

FROM THE LIBRARY
OF WILLIAM MORRIS
KELMSCOTT HOUSE
HAMMERSMITH

P

393 Dionysius Areopagita. Opera (cum Scholiis, &c. edidit J. Clichtovaeus), *title with large woodcut device (coloured in yellow), and woodcut initials, old calf (rebacked)* *Paris. H. Stephanus,* 1515

3/15/-

Dionysius
38/

a/-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

2 J 372

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶HAEC.SECVNDA'RIA.EST.ET. CASTIGATISSIMA. EX.OFFICINA.AEMISSIO.∴



¶Insup addũtur. De heresibus. De fide catholica. De cõtẽptu mũdi. nõ habita.

Cum puritate	Religione	Pietate	Deuotione
Humilitate	Reuerentia	Attentione	& quæqꝫ
alia sacra scripta	Tractentur	Legantur	Seruentur:

Ad IHESV paternæ lucis/ talium munerum & authoris & largitoris/ honorẽ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC domino/D. Guillelmo Briçonneto/Episcopo Lodouensi dignissimo: Iudocus Clichtoueus/ humillimam S D.



QVi templi fores reserant/vt introitum pandant volentibus abstrusa sacra contueri/sacratissime Præsul: non modicum præstant illis adminiculum/quo sui desiderij compotes fiant. Haud aliter qui sanctos elucidarũt authores diuinorum mysteriorum interpretes/vt illorũ peruia magis esset intelligentia/perceptibiliorq͡ʒ sensus: non contemnendam tulerunt opem cupientibus recondita in illis altissimæ sapientiæ arcana pio mentis obtutu conspicere. Sicut enim ad templorum adyta penetraliaq͡ʒ secretiora nõ datur cuiq͡ʒ introitus/nisi valuis adapertis foribusq͡ʒ reclusis: ita plane nec deiloquorũ patet authorum sententia/ aut ad manũ obuiaq͡ʒ fit legẽti/in quibus abdita sunt & occultata cœlestium sacrorum munia: nisi sit qui viam aperiat/seras patefaciat/& illato lumine dimoueat obscura. ¶At vero inter eos qui post sanctorũ eloquiorum scriptores cœlestia nobis mysteria/ litterarum adminiculo tradiderunt/diuinus pater Dionysius Areopagita cum primis annumerandus est/ a beatissimo quidem Paulo veræ fidei sacramenta edoctus: & acceptum supernæ lucis iubar clarissimo radiorum iactu per librorum suorum pia monumenta in posteros transfundens. Verum tam ardua sublimiaq͡ʒ sunt eius opera: quibus de sacris cœlestium spirituum ordinibus disserit/ecclesiasticæ hierarchiæ functiones assignat/diuinorum nominum rationes/& demũ mysticæ theologiæ dignitatem eminentissime pandit: vt non facile cuiuis ad hauriendam diuinã illam sapientiã pateant. Perstringitur enim eximijs illis quos vibrat fulgoribus imbecilla nostræ mentis acies: neq͡ʒ intrepidũ valemus oculum fulgentissimis illius radijs infigere. Quocirca non paruam pijs studijs vtilitatem is attulisset: qui adiecto ad litteram supradictorum operum beati patris Dionysij familiari commentario/ continuo contextu litteralem seriem sententiãq͡ʒ sequente: dilucidiora reddidisset tã sacra opera/benignisq͡ʒ lectoribus apertiora. Et idipsum michi persuadens/non meis quidem viribus fretus: quæ pertenues sunt & hoc munere rite obeundo longe inferiores/sed dei præsidio: hunc elucubrandi commentarij laborem aggressus sum. Declaratio namq͡ʒ sermonum domini illuminat/ & intellectum dat paruulis. eius item præceptum/lucidum est: illuminans oculos. Quis autem addubitauerit sacratissima beati patris verba/ sermones esse dei: & in ipsis præcepta vitæ contineri? Spero equidem ipsum patrem luminum non negaturum subrutilam infirmis oculis nostris affulgentiam/ ad exhibenda paulo apertius in hisce libris contenta diuinorum mysteriorum spectacula: qui vberiore clarissimæ lucis iubare sacram authoris mentem impleuit. ¶Nec me arbitretur quispiam: tam arduum & difficile munus meo ipsius delectu aut arbitrio solum suscepisse. Non enim tantæ sum temeritatis aut arrogantioris au-

Psal. 118.
Psal. 18.

daciæ: ꝙ tam graue negocium meo ſolius ſenſu aut iudicio aggredi vnq̄
tentaſſem. Sed aſſiduis & crebris multorū & grauium virorum impulſi=
bus ad id attentandum ſum permotus: qui forte plus æquo de me ſentie=
bant/ & michi plus æquo tribuebant/ dolebantq; maiorem in modum:
tantum diuinæ ſapientiæ theſaurum nullo reſerante deliteſcere/ & tam
diu latebroſo in codice claudi. Quibus cum frequentius fuiſſem relucta=
tus/ michi nimirum conſcius ꝙ tantæ moli ferendæ eſſem longe impar:
improbę tamen illorum importunitati/ ſed ſanctę & piæ tandem manus
victas dedi/ moremq; geſſi. Neq; itidem ſuperuacuum hunc laborem no
ſtrum fore putarunt/ ꝙ ſcholia exactiſſime elaborata ſuperioribus an=
nis huic nouæ tranſlationi in quam paramus commentarium/ ſubiuncta
videantur. quandoquidem illa/ certorum duntaxat locorum interciſa an=
notatione explicant ſententiam: reliquam autem litteralis cōtextus par=
tem/ explanationis luce deſtitutam relinquunt. & præter huiuſmodi an=
notamenta certis affixa locis: efflagitant impenſius complures familia=
rem explicationem & continuam/ toti litteræ non interciſe/ non mutila=
tim ſed integre reſpondentē. Igitur nos perſuaſionibus eorum victi/ pro
facultate noſtra impræſentiarum talem continuam tentauimus expoſi=
tionem: obnixe cupientes vt illa ad hæc ſanctiſſima diuinę ſapientiæ an=
tiſtitis opera clarius intelligenda præſtet adiumentum/ & pios legentium
animos ad deum cum veneratione/ pietate & religione ſacratius colen=
dum: quodam quaſi vehiculo ſubuehat/ erigat/ promoueat. Enimuero
hic ſacratiſſimi patris & omnium qui litteraria nobis de deo diuiniſq;
myſterijs monumenta pararunt/ præcipuus eſt finis: vt ex illis deus co=
gnoſcatur ſyncærius/ cognitus ametur ardentius/ amatus autem: in ſpi=
ritu & veritate colatur/ adoretur/ & laudetur vberius. ¶ Porro cum va=
riæ ſint operum beati Dionyſij traductiones: eam præſertim quæ Am=
broſij eſt monachi Camaldulenſis/ delegi noſtro efflagitato commenta=
rio declarandā: ꝙ cæteris emunctior ſit & terſior/ quā & Faber Stapulē=
ſis olim præceptor noſter/ diligenti recognitione & ſcholijs ſuis reddidit
illuſtriorem. Vtriuſq; autem horum/ ſubnectendam huic noſtræ epiſtolā
ſedulo curaui: vt ex vtraq; cōſtet liquidius præſtita amborū ea in re ope=
ra atq; elaboratio. Hos vero quantuloſcunq; labores noſtros tuæ grauiſ=
ſimæ paternitati dicatos volui Antiſtes ampliſſime: non ſolum ꝙ pri=
dem de me pluribus beneficijs optime merita ſit/ ſed & ꝙ eam noue=
rim cum ſacrarum diſciplinarū omniū/ tum operū beatiſſimi Dionyſij
q̄ ſtudioſiſſimā/ & in illa ſyncæriore animo affectā vel maxime. Neq; id
quidem præter rationem. Non enim poteſt qui præceptorē egregiū (Pau
lū dico apoſtolum) vnice colit: & illius tam diuinum diſcipulum prope=
modum ſui magiſtri æmulū & aſſectatorem non colere atq; obſeruare.
Atqui diuiniloqui Pauli ſtudio addictiſſimā eſſe tuā inſignē āplitudinē/
negaturū putauerim neminē/ qui cōmētarios nouos in epiſtolas eius/ tui
grauiſſimi nominis auſpicijs iā pridē in lucē fœliciter æditos eſſe agnoue
rit. Iure igit̃ & Dionyſiana pręcipuo & ſingulari affectu āplexatur opera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

obaltissimæ doctrinæ cum Paulo germanitatem ac affinitatem/tua eximia præstantia. meritoq; illi nuncupantur & in Dionysium commentarij: vt eiusdem tui nominis authoritate & diuini præceptoris & eiusdem discipuli monumenta legantur iam & enodatiora & detectiora. Itaq; sit hæc nostra (velim) lucubratio tuæ præstātissimæ dignitati accepta: & pro amplissima in me tua beneficentia vel quantulumcunq; gratitudinis argumentū. legentibus autem omnibus vtilis/atq; ad percipiendam diuinorum sensorum intelligentiam accommoda. Vale litterarum & virtutum decus. Ex Parisijs/anno 1 5 1 4.

¶Ambrosij oratoris & monachi/Camaldulensis ordinis prefatio: in translationem librorum sancti Dionysij Areopagitę.

NObilitatem generis/diuitiarūq; copiā magni Dionysij: Atheniensium concilium/cuius per electionē particeps erat ostendit aperte. Nam vt diuinus nos Lucas in scribēdis apostolorum actibus docuit: Areopagitarum fuerat vnus. Cū enim apostolus Paulus Athenas petijsset: atq; cū philosophis tum Epicureis/tum Stoicis verba fecisset/ CHRISTVMq; ipsis dnm nostrū/mortuorū resurrectionē/et generale iudiciū prędicasset: captus/atq; ad Areopagitas ductus/prędicatione sua nonnullos etiam ibi cōfestim lucratus/ad veritatis lucem reduxit. qui & recedētem secuti sunt. In his Dionysium quoq; Areopagitam fuisse/ mulieremq; Damarim nomine/aliosq; cum ipsis nōnullos tradidit. Ego autē nō arbitror absq; causa pręter cęteros qui tunc diuina Pauli prędicatione crediderunt: Dionysium a scriptore qui spiritu dei mouebatur/ tātūmodo ipsa etiā addita dignitate nominatū fuisse. Areopagita enim (inquit) Dionysius fuit. sed credo ita factū: quia & sapientia pręcipuus fuit/& vitę apud Athenienses sanctissimę. Nō eni quoslibet: sed genere/ diuitijs/vitęq; sanctimonia primos atq; pręclaros ad cōciliū illud deligebāt. Et antiquitus quidē/vt Androcio in secūdo rerū atticarū libro refert: ex nouē primis magistratibus/nouē primi deligebātur. postea vero Areopagitarū numerus vsq; ad quīquagīta virū cōcreuit: primarij tamē semper viri (vt diximus) eligebātur/vt etiā Philochorus in tertio rerū atticarū scribit. Erat autē pagus Martius extra vrbē Athenas/vbi Areopagitarū cōciliū: leges contenentiū/causas cognoscebat. quas oēs Androcio in primo/& Philochorus in secūdo & tertio rerū atticarū enumerat. Ita & diuinus Paulus quasi nouos deos prędicās: a fatuatæ sapiētiæ studiosis ad Martiū trahitur pagū. Sed pręcipuus inter eos/veritatisq; amator diuus hic Dionysius: itegro suo Pauli prędicationē iudicio cōfirmauit. atq; ilico inani Areopagitarū grauitate relicta: lucē prędicationis Pauli dnm nostrū IHESVM CHRISTVM secutus est. Nam etsi Romani tēporibus illis iperio suo domuerāt oīa: Atheniēses tamē atq; Lacedemonios legibus/moribusq; suis libere viuere pmiserūt. Vnde Martij pagi con

Actuū. 17

Dionysius Damaris

Androcio

philochorꝰ

ciliū:dignitatē adhuc ſuā retinebat. Ita igitur veritati iā adhęrēs Diony
ſius:primū a Paulo ſalutis dogmata percepit. Deinde maximo Hiero=
theo (vt ipſe ait) ſecūdo vſus eſt pręceptore. & demū (vt in ſeptimo apo=
ſtolicarū inſtitutionū libro ſcribitur) epiſcopus a Paulo Athenienſiū qui
Dionyſius credebāt ſtatuitur. Huius beati Dionyſij: Dionyſius alter ātiquiſſimus
corīthiorū Corinthiorū epiſcopus meminit. & Polycarpus: in quadā eius ad Athe
Polycarp9 nienſes epiſtola. Sed rectā magnāqꝫ ſanctiſſimi huius viri doctrinam mi
rari oēs maxime debēt: vt qui traditiōes eccleſię inculpabiles / & exquiſitā
diſciplinā nouerit / nichil coinquinatū / nichil impurū / ex adulteratis philo
ſophorū dogmatibus immiſcēs. Et pleriſqꝫ vt miſeris cōdolendū eſt: qui
propter ſuā ignorantiā / acerbos ſe iudices atqꝫ cenſores prębuerunt. qui
acuta cęteroru inuenta prout ignorātia ſua dictat acerbe carpētes: cū le=
gāt quę non intelligunt / ſcriptorē ſtatim condēnāt. neqꝫ eos pudet / ꝙ nec
redarguere / nec emēdare poſſunt: quę male putant cōſcripta. Ad ſeipſos
ergo irā ſuā cōuertant: ſibiipſis acerbi ſint / qui per negligentiā altiora di=
ſcere nequiuerunt / quiqꝫ a doctioribus petere dedignati / in dubijs ſuis cō
tabuerunt. Hęc dixi / quia nonnulli beatū hunc Dionyſiū / quaſi hęretice
multa cōſcripſiſſet vituperāt: qui michi hęreticorū etiā peruerſas opinio=
nes ignorare videntur. nā ſi ſcirēt: certe cōferendo hæc illis / viderēt tantū
ab eis differre / quātū lumen a tenebris diſtat. Quid enim dicēt de theolo=
gia iſtius viri: qui trinitatē ſolā adorabilē prędicat? Quid dicēt ꝙ animā /
corpuſqꝫ humanū (hoc eſt totum hominem) ab vno trinitatis IHESV
CHRISTO vnigenito dei verbo abſolute aſſūptū fatetur? Quid dicēt
de intellectualiū / intelligibiliū / ſenſibiliūqꝫ ipſius doctrina? aut in quo re=
præhēdere poterūt: quæcunqꝫ de generali hominū reſurrectione / de glo=
ria iuſtorū / & impiorū ſupplicijs docuit? Hæc enim vt ſummatim dicā:
ſalutē continent noſtrā. quæ latius exponere: modo tēpus nō eſt. præſer=
tim cum oportune ſcholiorū cōmētarij illa indicaturi ſint. Sed nō enume
Euſebius rauit libros ipſius (aiūt) Euſebius Pāphili: neqꝫ Origenes eius meminit.
Origenes Nos autē multa fuiſſe ab Euſebio prætermiſſa (quæ forte ad eū nō perue
nerāt) reſpōdemus. immo vero ille ipſe reſpōdet: qui ſe fatetur innumera=
biles credere libros ad ſe nō perueniſſe. nā vel nōnullorū regionis ſuæ ho
Hymene9 minū libros legiſſe: nullo modo videtur. vt Hymenei & Narciſſi Hieroſo
Narciſſus lymitanę preſbyterorū eccleſiæ. nec Pantheni operū meminit: nec Clemē
Pāthenus tis Romani / duabus ſolū exceptis epiſtolis. multos inſuper ab eo pręter=
Clemens. miſſos numerare poſſem: ſi opus eſſe putarē. Origenes autē non omniū:
Origenes ſed vix quatuor ſolūmodo meminit virorū. Michi vero diaconus quidā
Romanus nomine Petrus: oēs diui Dionyſij libros in Romana ſacro=
rū bibliotheca librorū inueniri affirmauit. quorū plurimos ad beatū Ti=
motheū Pauli diſcipulū & Epheſinū epiſcopū ſcripſit. Is enim ab Ionicę
philoſophiæ ſtudioſis (qui tūc apud Epheſinos florebāt) vehemēter agi=
tabatur. atqꝫ ideo beati Dionyſij omnis externæ philoſophię doctiſſimi:
patrociniū petebat. Ab Areopagita vero Dionyſio hos libros cōſcriptos
fuiſſe / illud etiā teſtatur: ꝙ multorū meminit / & nōnullorū dicta propo=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nit qui tẽporibus illis floruerunt. quorũ & actuũ liber/& epiſtolæ Pauli meminerũt. ſed pręcipue omniũ ſyncæritas dogmatũ: iſtud oſtendit. Et quãuis hi libri longioribus egeant cõmentarijs: vt multitudo/altitudoq́ rerũ planior fieri poſſit: breuius tamen per ſcholia marginalia/deo confiſi quæ viſa ſunt ſcripſimus.

¶ Capitũ diuinorũ operum beatiſſimi Dionyſij Areopagitæ index.

¶ C œ l e ſt i s   H i e r a r c h i æ.

¶ E c c l e ſi a ſt i c æ   H i e r a r c h i æ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Finis indicis.

¶ Iacobus Faber Stapulensis: pijs lectoribus.

LVmen quãto soli vicinius est: tãto splẽdet illustrius/ vimq̀ mortalium superat oculorũ. & vnũquodq̀ quanto magis suæ propinquat origini: tanto quoq̀ puriorẽ suam retinet naturã/ atq̀ seruat. neq̀ id aliter in diuinis: aliter vero in humanis euenire putandũ est. Hinc omniũ sane scripturarũ supremũ dignitatis apicem/ summũq̀ decus/ augustã reuerentiã/ & authoritatẽ obtinere dinoscuntur sacrosancta euangelia: vt quæ a deo proxime manauerint in dispositos animos trãsfusa. Mox ea sequũtur sanctæ & arcanæ IHESV reuelationes/ apostolorũ acta/ & epistolæ/ & prophetarum monumenta: quæ veteris legis continentur organo. & hæc vniuersa duplici testamento/ & vetere scilicet & nouo cõtenta: eloquia nominantur. Porro eloquia proxime & dignitate & authoritate sequũtur ea hagiographa/ sanctaq̀ scripta: quę apostolorũ auditores ad fidelis ecclesiæ instituendam futurã sobolẽ reliquere. Inter quæ sunt diuini Dionysij Areopagitæ sacratissima opera/ tanta excellẽtiæ dignitate eminentia: vt cõmendationis eorũ nullus vnq̃ verbis valeat assequi summã. Vt enim dilectissimus deo discipulus Ioãnes/ ob euãgelij sui sublimitatẽ inter euãgelistas aquila nominatur: ita et sanctus Ioãnes Chrysostomus hũc beatissimũ patrẽ/ suorũ scriptorũ altitudinem demiratus/ totus pene effectus attonitus/ volucrẽ cœli exclamat. Hũc sancti viri singulari doctrina fulgentes sanctus Maximus/ sanctus Michael Hierosolymitanus/ sanctus Andreas Cretẽsis & vniuersa docta Græcia: miris laudibus effert/ magnũ appellat/ angelũ appellat/ & cui similis nõ successerit sacrorũ interpretẽ. Et cũ aliquãdo in obscuris theologicis Eusebij Pamphili de motu monadis in dyada/ & statu in triade (quod ad intimos diuinitatis processus/ ineffabileq̀ intimorũ illorũ processuũ statum in trinitate/ pertinere videtur: & discussum a beatissimo patre in libro hypotyposeon) ita legẽs incidissem. Nõ ens enĩ ex negatione: primũ finitur. q̀ entiũ nichil existat.

Chrysostomus
Maximus
Michael hierosolymitanus
Andreas cretensis
Eusebius

effectrix siquidem causa/& præstantius illis est.ex negatione:identidē fi=
nitur vltimū.ꝙ entiū nichil existat:sed ipsis quoqꝫ deterius. Et iterū. Quia
supra vnionem huiusmodi est vnio:& supra diuisionē diuisio. quod etiā
melius quispiā superunitū et superdiuisum nuncupauerit. visus est michi
ipse Eusebius/aut Dionysiū lectitasse aliquando:aut eos qui suis verbis/
suoqꝫ philosophandi modo fuissent vsi. Verū vt solē cōspiciamus: face nō
Polycarp9 egemus. idcirco cætera testimonia patrū de ipso:vt Polycarpi/ Dionysij
Dionysius Corithiorū episcopi/ Methodij/ Athanasij/ Damasceni/ Eugenij/ Grego
corithiorū. rij Turonensis/& Fortunati:nūc prætereūda iure censeo.vt qui aliena lu
Methodi9 ce ad persuadendū:minime indigere videamur. Hæc sacratissima opera/
Athanasi9 has diuinitatis opes/& cœlestes ambrosias nō quas fabulose fūdit cornu
Damasce= Amaltheæ:voluit summa dei benignitas nostris tēporibus/latinis/intelli
nus. gibilius restitui/ex illa plenitudine apostolicorū temporū deprōptas. Et
Eugenius plane litteraria monumēta ex apostolicis tēporibus ad nostra deriuata/
Gregorius ęque michi a cæteris differre videntur:ac viuētia a mortuis/cœlestia a ter
turonensis renis/& a mortalibus imortalia: aliquid viuificū atqꝫ mirificæ lucis vltra
Fortunat9 cætera in se seruātia. Attamē illa ipsa eorum lux/ spiritualisqꝫ & viuifica
intelligentia:sine certo duce occulta manet/ prorsusqꝫ incognita. Ad quā
proculdubio percipiendā:nullū hoc sacratissimo authore inuenire valebi
mus certiorem ducem.de quo nimium vere dicere poterimus (quod ipse
de Hierotheo dicere solebat)nos nunq̄ illustriorem solem offendisse: cui
insigere conaremur obtutus. Hic sanctissimus author:vnus eorum est de
quibus beatissimus Paulus aiebat.sapiētiam autem loquimur inter per=
1. corin. 3. fectos.& perfectorum/ solidum esse cibum.siquidem horum diuinorum
Hebræ. 5. operū intelligentia:solidus cibus est. Et testor illorum sanctorum tempo=
rū fœlicitatem/a quibus omnis sapientiæ lux per omnia gratiæ tempora
effluxit:michi nunq̄ post sacrosancta eloquia/ minus quidem & subruti=
le/intelligentiæ nostræ peruia:quicquā his magni & diuini Dionysij ope
ribus occurrisse sacratius. Et si reliqua (quæ iniuria temporū perierunt)
ad manus prompta haberētur:sufficere haud dubie possent ad totius or
bis viuificam illuminationē/ magis reuera deploranda q̄ quæcunqꝫ opū/
regnorum/aliarumqꝫ fortunarum iacturæ/q̄ quæcunqꝫ detrimēta. Et elo
quia persimilia sunt arcæ in qua sapientiæ thesauri latentius occlusi occul
tiqꝫ manent:nunq̄ oculis peruij/nisi sit qui reseret/ sacrumqꝫ inferat lumē.
Hic autem cœlestis/& supramundanus theologus diuinā arcā aperit: &
sacrum lumen infert.in quo/reseratorū eloquiorum mirificum decorē con
templari valemus.quę vniuersa idoneis lectoribus magis obuia patebūt:
q̄ nos ipsi pręmonere/ aut scribere sufficiamus. ¶ Quare dum paucorum
adhuc ammonuerimus:quasi patefactis atrijs/ad diuinarum opum san=
ctuarium(deo omniū munerū authore/& sacratissimo martyre ducibus)
vos admitti orabimus. Primum itaqꝫ est. Sacrosancta eloquia/& hæc in=
super diuina opera/illisqꝫ similia(quæ eloquiorū mysteria detegunt)attē=
te in orantis modum ad deum humili/prostrata/prouolutaqꝫ mēte/om=
ni cum reuerentia:& tractanda & legenda esse. In humanis enim studijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

homines vtcunq; placet gerent habitum: in diuinis autem sola attentio/ deuotio/pietas/religio/reuerentia/ & humilitas iuuant/mentemq; adaperiunt. Et qui ad ea secus accedunt: non modo nichil proficiunt/ sed plerumq; euadunt deteriores/impij prorsusq; diuinis præsidijs capti.nesciẽtes diuina & sancta: diuine & pure fuisse tractanda/ & humana humane. ¶ Secundum est. Hunc sacratissimũ diuinæ reserationis sapientiæ authorem:neq; Platonicum/ Aristotelicũ/ Stoicũ/aut Epicureũ/ sed IHESV vitæ authoris & spiritus sancti sub diuinissimis Paulo & Hierotheo præceptoribus/esse philosophum.non ꝙ nescierit/ quę Plato & Aristoteles sciuerũt:immo vero vterq;(si tempora dedissent)se etiã beatũ putasset eius nominari discipulum. Et idcirco nolite eos audire:qui eum nominant Platonicũ.sapiẽtius cogitate.est enim aliquid lõge sublimius. & his profecto nominibus:sacrorum adimitur authoritas/ & diuina impie trahuntur ad humana.perinde ac si Ioannem euangelistam: Pythagoricum voco/aut voco Platonicum(vt nõnulli prophanorum fecerunt)& nõ potius cœlestem & supramundanum scribam/siue IHESV CHRISTI & sancti spiritus super oẽs diuiniloquã tubã. Sãcta sanctis relinquãtur/ & prophana prophanis.siue vt modestius loquamur:humanis relinquantur humana. Scio quid loquor/scio quid scribo/& cur scribo: nõ in alicuius odiũ/sed longe minus q̃ par est/quæ dei sunt veneratus. Credite potius beatissimo patri:de seipso a terrenis philosophis prę sidia non quæsisse tradẽti atq; ita capite primo diuinorum nominũ protestãti. Sit autem modo quoq; nobis ea(quæ semper)definita lex:eorũ quæ de deo dicuntur tueri veritatẽ/non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis:sed in ostensione theologorũ a sancto spiritu agitatæ virtutis.per quã ineffabilibus & incognitis/ineffabiliter & ignote coniũgimur/prestãtiore illa vnione rationalis nostræ/ spiritualisq; virtutis/atq; actionis. Nulla ergo ratione præsumẽdũ/aliquid de sup̃substantiali/ secretissimaq; deitate aut dicere aut cogitare: præter illa/ quæ nobis sacra eloquia tradiderunt. Hactenus sacratissimus pater.qui solũmodo euangelia/ Petrum/Iacobum/ Ioannem/ Iudã/ Bartholomeũ/Ioseph iustũ/ Paulũ/Hierotheum/Ignatiũ/ & prophetas:ad suorũ dictorũ robur/et confirmationem solet adducere. Et nichil hic vos iterũ moueat Nicolaũ Cusanum altissimæ sapientiæ beatissimi patris studiosum/communi errore delusum/etiam vocasse ipsum Platonicum. eum enim:ipsorũ furta latebãt. Et ideo post epistolã testes citabimus Platonicos/more ridiculæ apud Flaccum corniculæ/falsis plumis ornatos:sibiq; vanũ diuinitatis nomen ex furto scriptorũ/præsertim huius sanctissimi patris/& supramũdani philosophi quæsijsse.& sacra ex adytis prophanasse/ diuinitatemq; de cœlo ad terrena deturbasse/et diuinis aduersus diuina(quod beatissimus pater de Apollophane scribit ad Polycarpũ) nefarie vsos.digniores profecto qui ad Caucasiã rupem religati a vulturibus roderentur:q̃ fabulosus ille Prometheus/ ꝙ sacrum de cœlo ignem subiecta ferula ad terrena elicuisset. Neq; quis hunc sacrum interpretem/Platonicũ ideo putet:quia verbis disserendo de diuinis vsus

Nicolaus cusanus

Apollophanes.

ſit Platonicis.quinimo & verba/& ſententiæ:& Platoni/et reliquis philo
ſophis ꝑ maiori parte(ne dicā pro toto)de deo digne loquēdi āte apoſto
lorū tēpora deerāt. Et proinde profuſū equidē riſu (ne ſi Heraclitus qui-
dem fuiſſem)temperare haud valuiſſem: cū aliquando apud Platonicos
ita legendum occurriſſet. Poſt apoſtolorū/ apoſtolicorūqꝫ virorū contio-
nes & ſcripta:a Philone & Numenio inceperūt ſcripta Platonis intelligi.
¶ Tertium.nos ea quoqꝫ(poſt publicā ad IHESV vitæ authoris vene-
rationem/excogitatā vtilitatē)præcipua de cauſa ad litterā beatiſſimi pa
tris/ſcholia adiecimus:vt cognoſcatur aperte ex ſacris litteris/ & earū ſpi-
rituali & viuificante intelligētia(prout a beatiſſimo Paulo & diuino Hie-
rotheo/ & ſpiritu ſancto/ quod omniū maximū eſt:fuerat edoctus) om-
nia deprompſiſſe. Et inter legendū nō a ſcholijs ad litterā/ſed a littera ad
ſcholia procedendū eſt.ſuntqꝫ ſcholia:annotationes quędā interciſæ pro
certorū locorū cōmoditate adiectæ.cōmentaria vero:exactam magis/ &
continuā declarationē continent. Et cū ſacratiſſimus pater eloquia citat:
vtitur æditione ſeptuaginta duorū interpretū/quorū nominatim memi-
Aristeas nit Ariſteas. Nō enim tempore apoſtolorū alia fuiſſe ab ea quæ ſeptua-
ginta duorum erat/& quæ nunc ſeptuaginta dicitur: præter originalia le
gitur. Et proinde quando ex noſtra traductione eadem adducuntur:in-
terdū aliquanta apparet varietas/ ſed ſpiritus omnia concordat & viuifi-
cat omnia. Et poſt epiſtolā:ex ſeptuagita(vt reliqua ſimili facilitate requi
rātur)pauca adijciemus. Et non adieci ſcholia Maximi:ꝙ huic trāſlatio-
ni minus michi viſa ſunt accōmodata.& illa quæ ſunt Ambroſij margi-
nalia:meo inſtituto nō ſatis ſufficiebant. quæ ſi quis affectantius volet:a
Camaldulēſibus facile requirat. Et id inſuper minime lectores latere cu-
pimus:oportuiſſe plerumqꝫ Ambroſij ſententiā erigere/vbi codex inemē
datus/ aut forte interpres humano more lapſus/diuiniſſimi patris intelli
gentiā nō fuerat aſſecutus. Ad quod cōmodius faciendū:honeſtiſſimi re-
ligioſi ſacrarū ædium ſecundo a Dionyſiana Pariſio milliario (in quibus
nūc corpus deo dicatiſſimi martyris Galliarū apoſtoli/& noſtri primi ſa
crorum antiſtitis:vna cū ſociorū ſuorū Ruſtici/ & Eleutherij corporibus
requieſcit)vetuſta originalia michi multa humanitate communicarūt.vt
nullus etiā putet ea quæ Ambroſius manu ſua ſcripſerit:hac recognitio-
ne/ſtudijs vtiliora. Fecimus tamē pro virili noſtra quæ potuimus: ſed nō
quanta/dignitas ipſa efflagitabat.lōge enim inferiores ſubſedimus. Inſu
per nō ſine diuina ordinatione/& ſumma prouidētia id effectum eſſe mi
chi viſum eſt: vt hic ſacratiſſimus/ & longe diuina ſapientia illuſtriſſimus
pater/primū Athenienſiū antiſtes Atticā rexerit eccleſiā/ & ciuitatē pri-
mariā omniū litterarum parētem illuminauerit. qua illuminata/ mox in
Gallias a beatiſſimo Clemente apoſtolus miſſus: ſedem apud Pariſiorū
inſignē vrbem(ſeu Pariſiū/ ſeu Lutetiam appellarēt)delegerit. quæ meli-
us Dionyſia a Dionyſio primo ſuo antiſtite & apoſtolo/primo ſuſcepto-
re & regeneratore:q̄ ab Iſide/aut luto(vt volunt nōnulli) potuiſſet appel
lari. primus enim eā ad vitæ fontes erexit in CHRISTO paruulā(ſo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

lent enim primi susceptores indere nomina) primus morte ab ea effugauit et induxit vitam: quã in Christiano cultu suo sanguine et omniũ tormentorũ molitionibus libẽter susceptis tandẽ cõfirmauit. vnde & victor (mundo triũphato) ad deũ qui ipsum miserat conscendit. Tunc deus illum locum piorum studiorũ fontem prẽordinauit: vt ad quem in certum euentus rei argumentũ ex Athenis virũ supra omnẽ humanã sapientiã doctũ/ direxerit. Vos igitur Dionysiaca bonarũ litterarũ omniũ academia eadẽ & Parisiensis/ quã vnus idẽq; pater sociam fecit Athenis & sororem: vestro applaudite apostolo/ vestro primo antistiti/ parenti/ primo ad vitã susceptori/ et illuminatori. & eius sacras disciplinas in honore suscipite: atq; in eis ipsis dies/ noctesq; proficite.

De Furtis Platonicorũ testimonia — Furta platonicorum

Magnus Basilius — Basilius.

¶Magnus Basilius de Numenio: in oratione qua exponit euãgeliũ. In principio erat verbum. Non ignoro (inquit) plurimos veritatis inimicos/ & mundana sapientia se plurimũ iactantes/ sic ammiratos ista fuisse: vt in suis libris conscribere ausi sint. Furatur enim nostra diabolus: & suis ea largiri conatur.

Ambrosius Camaldulensis. — Ambrosius

¶Sciendũ multos externorũ philosophorũ et maxime Proculum: sententijs Dionysij immo vero ipsis quoq; vocabulis nudis vsos plerũq; fuisse. Vnde suspicari possumus: ab ijs qui Athenis philosophabant/ libros beati Dionysij (quorũ ipse meminit) celatos fuisse. vt que inde sumebant: inuenisse ipsi putarẽtur. sed diuina prouidẽtia (his modo libris adinuentis) inanis gloria illorũ/ et malitia patefacta est. Hẽc: Ambrosij scholium.

Marsilius Ficinus Platonicus. — Marsilius.

¶In libro de religione Christiana: Marsilius capite secũdo & vicesimo de Platonicis ita habet. Ergo certe repperi prẽcipua Numenij/ Philonis/ Plotini/ Iamblici/ Proculi mysteria: a Ioãne/ Paulo/ Hierotheo/ Dionysio Areopagita accepta fuisse. Quidquid enĩ de mente diuina/ angelisq; & cæteris ad theologiam spectantibus magnificũ dixere: manifeste ab illis vsurpauerũt. Hẽc Marsilius. Et nisi in aduersarios Christianæ sapientiæ mollior esse maluisset: plane dixisset/ furati sũt. sed de platonicis nũc satis.

¶Nunc De Editione Septuaginta Interpretum

¶Cap. secũdo cœlestis hierachiæ numero 13. sic legitur. ferarũ quoq; illi applicãt formas: leonis/ ac pantheræ proprietatẽ ei ascribẽtes. vt pardum fore dicẽtes/ vrsaq; indigentẽ. Quod ex Osee partim cap. quinto/ partim cap. decimotertio habetur. vbi nũc neq; pãther/ neq; pãthera legitur: sed leena. Cap. quinto hoc modo. Quoniã ego quasi leena Effraim & quasi leo domui Iuda. Et cap. decimotertio. Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via Assyriorũ. occurram eis quasi vrsa raptis catulis: & disrũpam interiora iecoris eorũ. Septuaginta ædítio cap. quinto sic habet. Quia ego sum quasi pãther effraim/ et quasi leo in domo iuda. Et cap. decimotertio sic. Et ero eis quasi panther/ & sicut pardus in via Assyriorũ. occurrã eis — septuagita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sicut vrsa indigens cibo: & disrūpam interiora cordis eorū. ℂ Cœlestis hierarchiæ cap. quarto circa finem sic legitur. Et ipse quoq; IHESVS cum ob nimiā charitatē suā/ salutiq; nostre nimis necessariā/ suæ pietatis opus implendum in ordine venisset nunciantis: magni consilij angelus sit prædicatus. ℂ Q? magni cōsilij angelus sit prædicat9: ex Esaiæ cap. nono habetur. vbi id nūc nō legitur: sed sic. Paruulus enī natus est nobis/ & filius datus est nobis: & factus est pricipatus sup humerū eius/ & vocabitur nomē eius admirabilis cōsiliarius. Septuaginta ędítio sic habet. Quia

septuagita

paruulus nat9 est nobis/ & filius datus est nobis: cuius pricipatus factus est sup humerū eius. et vocabitur nomē eius magni cōsilij angelus. ℂ Et iterū eiusdē cœlestis hierachiæ cap. octauo/ nūero 43. Primus hoc post Cherubī discit: qui lūbos saphyro erat accictus/ qui talarē tunicā pontificalis vestis indiciū induebat. porro angelos reliquos qui securibus armati erāt. Nūc Ezechielis cap. nono de veste linea/ pro podere & veste talari: de atramētario scriptoris ad renes/ pro saphyro siue zona saphyrina: & vas interitus/ pro securi legitur. que vniuersa in æditione septuaginta leguntur. vt etiā diuus testat Hieronymus. pro lineis (inquit) septuaginta interpretati sunt podere. pro atramētario scriptoris ad renes: zona saphyrina super renes. pro vase interitus in manibus: securim. Sed ex his facile est intelligere diuersitatem litterarū originalium a beatissimo patre adductarum: quæ plerumq; limatior q̃ nostra esse videtur/ & vnde hæc diuersitas pendere queat. spiritus autem immutabilis: omnia perficit/ & viuificat.

ℂ Pręterea cap. nono/ numero 46 legitur. Statuit enim altissimus terminos gentiū/ iuxta numerū angelorum dei. Et scholium eius OO. habet. hoc oraculo caremus. ℂ Verum postea inter legēdum michi occurrit id dictum esse propter dictum cantici Mosis Deuteronomij cap. tricesimo secundo. vbi nunc nō angelorū dei: sed filiorum Israel habetur. quod nūc ita legitur. Memēto dierū antiquorū: cogita generationes singulas. interroga patrem tuū & annūciabit tibi: maiores tuos & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam. constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem domini populus eius: Iacob funiculus hęreditatis eius. Sed hęc & similia benignus lector facile itelliget: & vnde huiusmodi pēdeat varietas. nūc vero ad sanctiorem litteram sese cōuertendi: iam tempus videbitur idoneum.

Quid laterales numeri designent.


ℂ Numeri ad latus in imo litteræ positi: ad litteralium sententiarū distinctionē adiecti sunt/ et iidem in cōmentario repetiti eodem ordine: vt consimiles vnius ad consimiles alterius referantur.

Quid laterales litteræ.

ℂ Litterę vero alphabeticæ in superiore margine ad litterā adiectæ sunt: vt ad consimilia litterarum elementa (quæ litteræ respōdent) quærantur scholia.

¶ Diuini Dionyſij Areopagitæ Athenienſiū epiſcopi/ et Galliarū apo-
ſtoli: cœleſtis hierarchiæ liber/ ad Timotheū Epheſinæ ciuitatis epiſco-
pum: adiecto ad litteram cōmentario declaratus.

¶ Qꝫ omnis diuina lux licet varie per ſummā benignitatē ad creaturā
prodeat: ſimplex tamen manet. neqꝫ id ſolum: verum & quæ illuſtrat/
vnum efficit. Cap. I.



Mne datum optimū/ & omne donum perfectū/ A
1 de ſurſum eſt. deſcendens a patre luminū. Sed &
candidiſſimæ illius lucis (quæ a patre/ motus ini-
tium ſumit) proceſſus omnis/ benigna in nos lar-
gitione manans: rurſus vt ſumma virtus (per quā
vnū ſecum efficimur) vi intentionis precipuæ nos
parat & explicat: atqꝫ ad cogētis ad ſe patris vni-
tatem ac deificam ſimplicitatē conuertit. Ex ipſo a
eni (vt ſacra teſtātur eloquia) & in ipſo ſunt ōnia.
2 ¶ Itaqꝫ IHESVM inuocātes paternam lucem:
quæ eſt/ quæ vera eſt/ quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc
mundū/ per quem ad patrem principale lumen/ acceſſum habemus: ad
ſanctiſſimarū ſcripturarū intelligētias (prout illas a patribus accepimus)
contuendas pro viribus pergamus. & quas illi nobis vel per ſigna vel per
intelligētiæ ſacratioris arcana tradiderūt: cœleſtiū ſpirituū diſtinctiones
3 & ordines inquātum poſſumus ſpeculemur. ¶ Cūqꝫ principalē illā imo
principiū omne trāſcendentē ſummi patris lucē/ quę nobis angelorū be-
atiſſimos ordines typicis exprimit ſignis: purgata mentis acie nec trepi-
dante cordis aſpectu ſuſceperimus/ ex ipſa rurſus ad eius ſimplicem ra-
dium tota animi intētione dirigamur. Nam profecto ne ipſa quidē vnq̄
ſingulari ſuo arcano et (vt ita dixerim) ꝓpria ſua itimitate deſeritur. Cæ- B
terum cū ad eos qui prouidentia regūtur ſubuehendos ac ſibi cōiungen-
dos condeſcenſione & cōnexione mirabili/ benigniſſime multiplicetur &
prodeat: manet tamen intra ſemetipſam firmiſſime in ſua imobili idēti-
tate ſtabiliter fixa. eoſqꝫ qui ad ipſam (vt fas eſt) aſpirare nitūtur: pro mo
do virium ſuarū intēdit ac prouehit/ ac ſecundū ſimplicē illā vnionē ſuā
cōiungit ſibi/ atqꝫ vnū efficit ſecum. Neqꝫ enim aliter fas erat/ infirmitati
noſtræ lucere diuinū illum radiū: niſi ſacrorū varietate velaminū (quibus
ad ſuperiora ferremur) opertū/ & ijs quæ nobis familiaria ſunt/ prouidē-
4 tia paterna naturæ mortaliū ſeſe accōmodāte/ veſtitū. ¶ Quocirca & no-
ſtri quoqꝫ ſacerdotij ſacratiſſimā functionē: diuina illa ſanctio cœleſtium
ordinū excellēti mūdanis omnibus imitatione dignata/ memoratas illas C
ſpirituales diſtinctiones carnalibus figuris expreſſas/ & formarū cōpoſi- D
tionibus varias tradidit. vt ipſi pro modulo noſtro/ ex hiſce fictionibus ſa
cris: ad ſimplices illas/ nulliſqꝫ figuris vmbratas cœleſtium rerū intelligē-
tias/ aſſimilationeſqꝫ ſubuehamur. Nam neqꝫ poſſibile eſt humanæ mēti E
ad ſpiritualem illā cœleſtiū diſtinctionū imitationem/ intelligentiāqꝫ cō-
ſcendere: niſi ad hanc mortalium rerū ſimilitudinibus/ formiſqꝫ ducatur.

vt scilicet visibilem pulchritudinē: inuisibilis decoris imaginē putet. odo-
resq; sensibus peruios: spiritualis fragrātiæ similitudinē extimet. & inti-
mæ lucis indiciũ: ex lucidi solis ducat imagine. suauitatis item illius (quā
deum sitiēs animus atq; in diuina contēplatione requiescens capit) sacra-
rum litterarũ lectionem / et flagrans studium: arbitretur effigiem. habitus
quoq; illius cōgruentissimi / & perpetua intentione atq; ordine ad diui-
na tendentis: ex vitæ præsentis ordinibus capiat cōiecturam. IHESV
item fœlicissimā societatem: de sacrosancti mysterij cōmunione cōijciat.
Et cętera in hunc modũ: quę cœlestibus quidē / spiritualibusq; substātijs
diuine ac nude: nobis vero per signa tradũtur. Vt igitur pro captu nostro
dij efficeremur: clemētissima illa diuinitas cœlestium quoq; distinctiōes
ordinum nobis exponens / nostriq; functionem sacerdotij illis ministerij
societate coniungens (dum pro viribus diuina illorum sacratissima officia
imitari nitimur) terrenis imaginibus cœlestes spiritus pinxit / carnaliq; ve-
lamine (dũ in sacris litteris de illis loquitur) æternos animos texit / vt nos
ex visibilibus ad intelligibilia / & ex fictione signorum ad simplices cœle-
stium ordinum prouehat summitates.

¶ S C H O L I A S T A P V L E N S I S.

A ¶ Omne datũ optimũ. Epistola Iacobi apostoli cap. primo. Nolite itaq; errare fratres
mei dilectissimi. omne datum optimũ / et omne donũ perfectũ: de sursum est / descen-
dens a patre luminũ. apud quem non est trāsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio.
a ¶ Ex ipso enī: vt sacra testātur eloquia. Paulus ad Roma. cap. vndecimo. quoniā ex
B ipso / et per ipsum / et in ipso sunt omnia. ¶ Ceterũ cum ad eos. Ceterũ / sed. ¶ Excel-
C lenti mundanis omnibus. excellenti / supereminenti mundanis omnibus. ¶ Carnali-
D bus figuris expressas. carnalibus: sensualibus / terrenis / materialibusq; figuris. ¶ Nam
E neq; possibile est humanę menti. Ex hoc depręhendis: quis modus diuina perquirē-
di in theologia sit tenendus / atq; possibilis.

¶ PRIMI CAPITIS Libri de cœlesti Hierarchia cōmentarius ad litteram.


Mne bonum de cœlo manare / et a deo spiritualium munerũ largi- 1
tore profluere: ex beati Iacobi testimonio proponit imprimis sacra-
tus pater. In quo per datum optimũ: accipiunt nōnulli interpretes
donũ naturæ. per donũ vero perfectũ: donum gratiæ / ꝙ ipsa habē-
tem perficiat. Alij vero potius idem omnino vtroq; nomine ītelligi
debere censent: et secundũ / ipsius primi esse explicationē. vt sensus
sit / omne donũ in creaturis existens: desuper atq; a deo proficisci.
quē & patrem luminũ hic vocat sanctus apostolus: ꝙ author sit & elargitor cœlestiũ
donorũ. Vnde nomen patris hoc loco et alijs duobus proxime sequētibus in hac lit-
terali sententia locis / non discrete sumitur et personaliter: sed substātialiter atq; vt dei
ad nos habitudinem signat. Descēdere autem donũ dicitur et de sursum esse: quoniā
a deo est / ratione excellentiæ suæ super omnia collocato. et ab ipso fonte plenitudinis
summæ / ad inferiorum defluit participationem. Omnis enim creatura / si ad creatoris
eminentiā conferatur: longe inferior est. et idcirco omne bonũ quod dono creatoris
ipsi creaturæ infunditur: de sursum esse / et quasi ad inferiora descendere perhibetur.
Neq; hisce nominibus: aut locus corporalis aut motus localis hic significari putetur /
quæ spiritualē tantũ habent rationē. Astipulatur autē & eidem Iacobi sentētię beatus
1. Corin. 4. Paulus: scribens ad Corinthios. Quid autem habes: quod non accepisti? Si autem ac-
cepisti: quid gloriaris quasi nō acceperis? Et diuinus saluatoris nostri præco / idipsum
Ioan. 3. etiā perhibet: cum ait. Non potest homo accipere quicq̃: nisi fuerit ei datum de cœlo.
Et sane id persimile est: atq; si quis dixerit claritatem omnē & illuminationē / in mor-
talium oculos subiectaq; corpora a lāpade solis (qui fons est totius luminis sensibilis)
deriuari. Verum vt ipsius solis radius duplicem habet motũ. vnum quidem directũ
quo a sole in oculos animaliũ vibratur / quasi a cœli fastigio ad inferiora descendens.

Alterũ vero reflexũ & regressiuum, quo illustratos oculos erigit ad ipsum solẽ/primiti-
uũ luminis authorẽ: resilitq; & reuertitur in suũ primordiũ/ & ad ipsum reducit omnia
quæ perfudit suo iubare/ quasi ab imis denuo ad summa regrediens. Et certe primus
horũ motuũ ab vnitate est ad multitudinẽ: & ab vnico solis orbe intimaq; luce singu-
lari/ad multiplices & multiformes oculos in quibus spargitur. Secundus vero ediuer-
so a multitudine/varietate & diuersitate redit in vnitatẽ: nã illuminatos omnes oculos
colligit in ipsũ solẽ atq; cõstringit. quinimo efficit oẽs vnũ cũ sole/vnione copulatiõeq;
lucis infusę: qua reddit cũctos luciformes/ & imagine ac specie solis indutos. Ita plane
diuinus & spiritualis radius bifariã mouet. Primũ a deo in nos: benignissimo eius idul-
tu a sũmo cœli solio in aĩos nostros trãsfusus. & qui in deo simplex est & vnicus: ĩ nobis
sparsus cernitur/expãsus & multiplicatus. Secũdo vero intẽtos in ipsũ animos nostros
& irradiatione illa cœlesti illustratos/explicatosq;: vt cũcta in ipsis appareãt in suo deco
re atq; ornatu (perinde vt superfusũ lumẽ rebus explicat eas: & colorũ oĩm pulchritu-
dinẽ discrimenq; ostendit) nostros inquã animos sursum attollit: colligitq; rursũ ad di-
uinã simplicitatẽ/ab imis ad sũma nos reuocãs/& a diuisione multitudineq; ad vnitatẽ.
Neq; id solũ efficit secũdo suo/regressorioq; motu cœlestis radius q animos nostros suo
pfusos fulgore subuehit ad deũ/patrẽ luminũ: sed & ipsos vnũ efficit cũ deo per quan-
dã deiformitatẽ/ cõnexioneq; & vnionẽ superdiuinã. qua pię mẽtes superno illo radio
illuminatæ inseruntur deo: vniceq; & singulariter ipsi cõiunguntur. Queadmodũ enim
ferrũ ignitũ: vnũ quodã modo efficitur cũ igne ipsũ absorbente atq; immeãte. vt iã fer-
rũ nõ appareat/quis secundũ substantiã permaneat: sed solus cãdor igneus. ita & syn
cæræ mẽtes quas dignatur deus sua illustratione/sic diuino illo lumine trãseũt in deũ p
quandã cõformitatẽ & assimilationẽ: vt arctissime illi atq; strictissime cõiungãtur/vnũ p
fiant nõ substantia sed specie cũ eo. De hac autẽ vnione spirituali loquitur beatus Pau-
lus ad Corinthios dicẽs. Qui autẽ adhæret dño: vnus spiritus est. Et dominus noster a 1. corin. 6
discipulis per passionẽ discessurus rogauit patrẽ: vt ipsi vnũ inter se essent/sicut & ipse Ioan. 17
cũ patre vnũ est. At quomodo discipuli vnũ essent adinuicẽ mutuo charitatis vinculo:
nisi & cũ deo vnũ efficerentur/ per nexũ illum & vnionẽ ipsius diuini radij? Porro pro-
pter huiusmodi duplicem spiritualis radij motum: deus ipse & alpha dicitur/ principi- Apo. 1
umq; a quo profunditur omne bonum. & ω/finisq; rerum: in quem reditu/recursuq; spi
rituali cuncta reuocantur & colliguntur. Idem quoq; primus dicitur/vt omnium bono- Apo. 22
rum origo: & nouissimus/vt omnium meta/finis & vltimũ ad quod reducuntur. Et quẽ-
admodum ex beato Paulo in littera adducit sacratissimus pater: ex ipso sunt omnia Roma. 11
tanquã primario bonitatis fonte/effundente in nos abunde suæ benignitatis dona. Et
in ipso sunt omnia tanquam fine præcipuo: ad quod tendunt & procedunt omnia. Qz
si quis dicat (sicut & codex græcus in illo Pauli loco habet) in ipsum sunt omnia: signi-
ficantius exprimetur id ad quod confirmandũ/assumptũ est Pauli verbum/deum scili-
2 cet finẽ esse in quem procedunt omnia. ¶ Deinde beatus pater cum magna pietate &
religione deũ in istius operis principio (vt par est) inuocans: IHESVM filium dei vo-
cat paternam lucem. tum q a deo patre æterna generatione natus est: vt lux de luce/
lumen de lumine/deus de deo/deus verus de deo vero. tum q patris gloriam & excel
lentiã/virtutem/ sapientiam & bonitatem manifestat: sicut verbum suam mentẽ/ sicut
lux intima & splendida: corporis lucidi pulchritudinẽ declarat. Si enim filij dei clarita-
tem/magnitudinem/ & perfectionẽ cognoscimus: protinus ex eo quantus & qualis sit
pater qui eũ genuit/agnoscemus. Secũdo eã lucem quæ dei filius est: dicit beatus pa-
ter esse. nam perfectissime ens est: & a non esse semotissima. nunq̃ enim nõ fuit: & nunq̃
non erit. Quod & ipse IHESVS de seipso protestatur: dicens ad Iudęos. Nisi credide- Ioan. 8
ritis quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Et rursum ad eosdẽ. Anteq̃ Abraham
fieret: ego sum. Tertio eadem est vera lux. nam natura sua lux est absoluta atq; essentia-
lis: non per participationem id habens aut aduentitium. quemadmodũ omnis lux cre-
ata cum sensibilis tũ spiritualis/participatione solũ lux est & contracta: illius veræ lucis
typus & vmbra. Quarto eadem lux illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hũc mundũ: vt Ioan. 1
ait Ioãnes. Ego (inquit eadẽ summa veritas) sum lux mundi. Qui sequitur me non ãbu Ioan. 8
lat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. Et rursũ alio loco. Ego lux in mundũ veni: vt Ioan. 12
omnis qui credit in me/in tenebris non maneat. Quinto affert hic in laudem & præco-
nium filij dei sacratus pater: q per IHESVM habemus accessum ad deum patrem/

qui principale est lumen. Et id quidem postremum/de patre ideo dicit: q̄ pater/lux
est primitiua/ fontalis & primaria/ab alia luce nequaq̄ prodiẽs. sed filio qui vera lux est
itidẽ & spiritui sancto luci immẽsę: ineffabili modo cõmunicãs ęternæ suę lucis cõsortiũ/
societatẽ & veritatẽ. Emanat enim filius identidẽ & spiritus sanctus a patre: vt lux de lu
ce/& lumẽ de lumine. Cæterũ q̄ per filiũ dei accessũ habeamus ad patrẽ: ex eo cõstat/
1. timo. 2. q̄ mediator est dei & hoĩm homo CHRISTVS IHESVS/ vt ait Paulus. & ex ipsius
Ioan. 14. mediationis officio: ima ad summũ subuehit. qđ & de se dicit in euãgelio. Ego (inquit)
sum via/veritas & vita. Nemo venit ad patrẽ: nisi per me. Idẽ quoq; & beatus Paulus
Ephe. 2. attestatur: scribẽs ad Ephesios de dño nostro. quoniã per ipsum habemus accessũ ãbo
in vno spiritu ad patrẽ. Porro post piã huiusmodi inuocationẽ proponit diuinus pater:
quidnã in hoc opere sit moliturus. vtpote q̄ ad sacrarũ litterarũ intelligentiã (sicut eã
antiqui patres tradiderũt) perspiciendã enixe elaborare intẽdat: pariter & speculari p̄
viribus cœlestiũ spirituũ ordines atq; hierarchias. quas ipsi patres tradiderũt posteris
atq; assignarunt/ vel per signa materialia quę spiritualiũ sensorũ sunt significatiua: vt p̄
formas et figuras corporales. vel per mysteria secretioris et altioris agnitiõis: qua mẽs
humana sacratiore lumine perfusa spiritualẽ haurit ex alto diuinorũ sciẽtiã/cœlesti re-
uelatione indultã. Et horũ duorũ modorũ diuina cognoscẽdi: secũdus est primo supe-
rior & dignior. ¶ At vero quẽadmodum in luminis sensibilis susceptione purgatus esse 3
debet oculus a lippitudine & noxijs sordibus/ & firma eius acies quæ nõ cõniueat aut
trepidet ob imbecillitatẽ ad lucidũ solis radiũ: cõsimili ratione proponit deinde Diony
sius lucẽ illã diuinã/oĩa supereminentẽ oĩmq; primã (quę cœlestiũ spirituũ incorporalẽ
naturã: sensibilibus & corporalibus figuris nobis ĩsinuat) a nobis primũ hauriri debere/
purgata mente a nebulis & caligine terrenorũ affectuũ/ & irreuerberato mẽtis obtutu:
nõ trepidãte ob infirmitatẽ/ad illius diuinæ lucis aspectũ. Postea vero cõuerso/refle-
xoq; motu: ex ipsa luce in nobis suscepta/ad vnicũ/& singularẽ dei radiũ illicq; intimum
vt reuocemur/elaborandũ est. Nã ipsa diuina lux a singulari sua simplicitate & intima
deo identitate nunq̄ discedit: q̄uis benigna cõdescensione ad angelicos spiritus ac ho-
mines illuminãdos/atq; ad sui cõsortiũ promouendos progrediat̃ ad exteriora/ & mul
tiformiter prodeat. Sed intra diuini secreti latebras & inaccessa adyta: manet ipsa sup̄di
uina lux semper eadẽ/stabilis/fixa/vnica/singularis & intima. Eosq; qui ad illã hauriẽ-
dã enitũtur/erigit pro ipsorũ facultate atq; ad se pertrahit: vnũq; secũ cõiunctione su-
permũdana (vt ante dictũ est) efficit. Sic sane videmus & sensibilẽ solis lucẽ: semp̄ soli
ĩtimã manere/vnicã/eandẽ & fixã. q̄uis ad subiecta corpora illustrãda/& oculos aĩaliũ
suis radijs implẽdos: multifariã/partibiliter & varie prodeat. vt in suo fõte/vna sit: ex-
tra illũ/diuersa et diuidua. Neq; quis miret̃/diuina nobis mysteria et ãgelicorũ spirituũ
ordines: per signa sensibilia/figmẽtaq; corporalia tradi debere. Nã nõ potuit nobis cras
so circũdatis corpore/diuinus ille radius cœlestiũ arcanorũ reseratiuus illucere: nisi fuis
set diuersitate corporaliũ velaminũ adopertus/& sensibilibus formis quę nobis dome-
sticę sũt & familiares/obuelatus. Sic eñi diuina prouidẽtia & nostrę cõsuluit infirmita-
ti: & se naturę nostrę/spiritualia in sua puritate capere nõ valẽti/accõmodauit. ¶ Dein 4
ceps assignat Dionysius causã propter quã diuina ordinatione id cõstitutũ est: q̄ sacrę
distinctiões & p̄prietates cœlestiũ spirituũ nobis explicarent̃ per rerũ sẽsibiliũ formas
ac figuras. vt scilicet ex huiusmodi visibilibus signis & figmẽtis: erigeremur ad inuisibi
lẽ earũ & spiritualẽ naturã ac virtutẽ/atq; ex cõpositis ad simplices/ex corporeis ad in-
corporales/ex diuisibilibus ad ĩdiuiduas illarũ substãtias: aciẽ mẽtis attolleremus. Nõ
est aũt perfunctorie trãseundũ: quod hoc in loco annotat beatus pater. vtpote q̄ diui-
na ordinatio/dignã iudicauit functionẽ administrationẽq; sacerdotalem quę ab hoĩbus
geritur/imitatione cœlestium ordinum: omnia mundana superexcellenti. Nam ecclesi-
astica hierarchia atq; distinctio: a deo instituta est omnino ad imitationem cœlestis &
angelicæ hierarchiæ. vt quemadmodum superiores spiritus cœlestes purgant/ illumi-
nant & perficiunt inferiores: ita qui in ecclesia funguntur pontificali sacerdotaliq; di-
gnitate/alios inferiore constitutos ordine ex suo officio itidẽ purgant/illuminãt & per-
ficiũt. quẽadmodũ in libro de ecclesiastica hierarchia: clarius illud determinabit̃. Proin
de sacerdotes ipsi in sacra scriptura: interdũ angelorũ nomine insigniũtur. vt qui eius-
dẽ functionis habent consortiũ: habeant & nominis eiusdem communionem. Dicit eñi
Malachi. 2. Malachias. labia sacerdotis custodiunt scientiã: & legẽ requirẽt ex ore eius/quia ãgelus

dom̄ini exercituum est. Verum hoc ex duodecimo huius libri capite euadet clarius. Q꜡
autem necessariū fuerit humanæ infirmitati/ visibilibus iuuari figuris & speciebus ad
spiritualē cœlestiū substātiarū naturā cōprehendendā: vel ex eo cōstat. ꝙ nō potest hu
mana mēs sensibus alligata & tegmine corporis aggrauata/eniti & cōscēdere ad diui=
na supcœlestiaq꜡ intelligēda: nisi rerū sensibiliū imaginibus et formis ad illa manuducat̃
& assurgat. vt scilicet ex visibili rerū pulchritudine: ad inuisibilē cœlestiū decorē erigat̃.
ex odore sensibili vt imagine: ad spiritualē suaueolentiā. ex luce solis visibili: ad lucē di
uinā. Putet itē dulcedinē lectionis sacrę scipturę: effigiē esse suauitatis illius intimę/quā
diuina contēplatione inebriati animi beatorū percipiūt. ordinē quoq꜡ ecclesiasticæ fun
ctionis quæ in pręsenti vita geritur: illius decētissimi ordinis cœlestiū spirituū existimet
esse repręsentationē. deniq꜡ cōmunionē sanctissimi sacramenti eucharistiæ: arbitret̃ esse
imaginē illius felicissimę societatis/qua sancti cū CHRISTO inęternū cōiungūtur. Et
similia id genus/humana mens pie cōiectet: quę angelicis spiritibus nude & sine vela
mine/nobis autē per velamēta rerū sensibiliū exhibent̃. Itaq꜡ vt nosipsi deiformes q̃tū
nobis fas est/ & vberiori participatione dei fœlices euaderemus: benignissima dei bo=
nitas angelicarū substantiarū distinctiones & spiritualē naturā nobis patefacere volēs/
& sacerdotalis officij ministeriū quod ab hominibus in præsenti vita geritur: ipsis cœle
stibus ordinibus societate cōmunioneq꜡ functionū cōiungens(ꝙ vt iā dictū est/sacerdo
talis functio est ad imitationē officiorum ac operationū angelicarū)ipsos cœlestes spi=
ritus in sacra scriptura obtexit figuris & notis rerū corporalium: vt ex imis ad summa
nos subuehat/ a simplicibus ad composita/a sensibilibus ad intelligibilia.

¶ Q꜡ cōgrue diuina atq꜡ cœlestia: etiā per dissimilia signa tradāt̃. Cap. II

5 Rimū igit̃ oportet(vt reor)exponere: quā esse totius simul
cœlestis hierarchiæ destinationē putemus/& quid vnaq̄q꜡ F
cōferat sectatoribus suis. Tū cœlestes quoq꜡ distictiones:
iuxta id qđ de illis sacræ litteræ tradūt/laudare cōueniet.
deinceps vero cuiusmodi formis atq꜡ figuris cœlestes illas
distinctiones sacræ litteræ tradūt honestissime fictas/& ad
quā simplicitatē per hæc figmēta nobis cōscēdendū sit: explicare cōsequēs
fuerit. Ne nos quoq꜡ vulgi errore seducti/passim existimemus cœlestes ac G
diuina specie p̄ditos spiritus: multis pedibus/multisq꜡ esse faciebus/& siue H
ad boū stoliditatē/siue ad feritatē leonū esse formatos/seu ad aquilarū re=
curuis rostris effigiē/seu ad pilosā auiū plumescentiā fictos/seu rotas quas=
dā igneas & materiales sedes ad accubitū summę diuinitati necessarias su
pra cœlū imaginari stolide incipiamus/& equos discolores aliquos/ & sa= I
tellites armatos/ac duces: & cætera id genus quæ nobis euidenti & expres
sa varietate signorū sacratissime ficta tradūtur. Nēpe enī poeticis fictioni= K
bus theologia(vt eos describeret spiritus qui formis carēt)affatim vtit̃/hu
manę scilicet mētis(vt diximus)infirmitatē nō ignorās/eiq꜡ ꝓpriā et cogna
tā viā per quā ad altiora ferat̃ benignissime prouidēs/ac pro ipsius modo
6 in sacris litteris huiusmodi ascēsionis itinera sternēs. ¶ Porro si cui videtur
sacras quidē hasce cōpositiones nō esse admittēdas: quippe cū simplex di=
uinarū rerū substātia in se ipsa/& incognita sit nobis/& intelligentiā fugiat
nostrā. cæterū eas quæ in sanctis libris & litteris reperiuntur imagines an
gelorum/absonas atq꜡ incongruas putat: & omnē hanc durā nimis(vt ita
dixerim)angelicorum nominū improbat scęnam/dicens oportuisse theo=
logos(quandoquidem ad incorporalia corporeis lineamētis ac formis de=
scribenda omnino venissent) proprijs inquantum possent illa/ cognatisq꜡
figuris exprimere. ex ijs scilicet quę sūt apud nos preciosissima/substātiāq꜡

ſuā ex humo altius attollūt/& ſeſe in altitudinē vēdicāt: & non cœleſtibus
ac diuinis/ſimplicibuſq; naturis terrenas quaſq;/infimas & varias circūda
re formas. Ita enim & mēs noſtra ſeſe melius ad celſa ſuſtolleret: cōmodio
re freta adminiculo. & ſublimes illæ ac mundo celſiores ſignificationes: ad
incōgruas diſſimilitudines & incōcinnas non deducerētur. At id profecto
eiuſmodi eſt: vt & diuinas virtutes neſarie iniurijs violet/& noſtrā etiā for
taſſis mētē in pręcipitia erroris īpellat/prophanis illā cōpoſitionibus pror
ſus affigēs. Et fortaſſe nō deſit qui arbitretꝰ cœleſtia illa/leonū et equorum
agminibus plena: vt pro laude mugitus reſonent/& auiū gregibus/ & ani-
mātibus reliquis/& materijs quibuſlibet vilibus/& cæteris in hunc modū:
quæq; vel abſurde vel corrupte vel paſſiue deſcribūt diſſimiles per oīa in ſa
cro eloquio ſimilitudines/quibus iſta ſignantꝰ. ¶ Atqui veritatis iſta inquiſi 7
tio abūde (vt reor) ſcripturæ ſanctæ altiſſimā ſapiētiā indicat: vt quæ in cœ
leſtiū deſcriptione ſpirituū/ vtriq; rei vigilantiſſima cura proſpexit. vt neq;
diuinis virtutibus iniuria vlla (vt ſic dixerim) fieret: neq; nos infimis humil
limiſq; affigeremur imaginibus. Nēpe enī ꝙ informibus/ formæ: figuraq;
carētibus figurę admoueantur diſpēſatione ſalutari: nō modo ea cauſa fue
rit quā prædiximus/infirmitatis noſtræ ſcilicet ratio: quæ cōſcēdere ad cel
ſiora/ac ſpiritualia contēplari ſine adminiculis nequit/īdigetq; proprijs &
de ſua fragilitate petitis auxilijs quibus ad ſuperiora nitatur: vt ſcilicet ſpe-
ctaculis illis eximijs & forma omni/ naturaq; ſuperiorib⁹ familiares nobis
L imponātur formæ. verū/ꝙ id quoq; myſticis ſcripturarū eloquijs decētiſſi
mū eſt: ſacrā & obſtruſā cœleſtiū ſpirituū veritatē huiuſmodi arcanis vela
mētis/& ſacratiſſimis ſignis occultare/& ꝓphanæ multitudini inuiā pone-
M re. nō enī oēs ſacri ſunt: neq; iuxta ſcripturæ ſentētiam/oīm ſciētia eſt. Qꝫ ſi
quis abſonas & abſurdas imagines in ius vocet/vereriq; dicat diuinis illis
ſanctiſſimiſq; ſpiritibus formas adeo fœdas imponere: illū ita admonuiſ-
N ſe ſufficiet/duplicē in ſacris litteris tradi ſignificādi modū. ex his alterū per
ſimiles imagines/figuraſq; procedere/nichilq; a ſua natura deuiare: alterū
per diſſimiles formas promouere/itaq; effictū: vt diuerſa prorſus & alia q̃
O videatur inſinuet. ¶ Deniq; & reuerēdā illā superſubſtātialis deitatis/ in-
effabilēq; beatitudinē/diuinorū eloquiorū myſticæ traditiones dū expri-
mere cupiūt: aliquādo vt verbū & ītellectū & eſſētiā laudāt/vt per iſtas ap
P pellationes: diuinā eius eloquentiā & ſapientiā/& ſubſtantiā veriſſime exi
ſtentē/atq; oīm quę ſūt ſubſiſtētia verā cauſā ſignificēt. Interdū vt lucē ipſā
concelebrāt/& vitā vocāt. Enīuero huiuſmodi ſacra figmenta: honeſtiora
quidē ſunt/& terrenis ac materialibus formis eminere videntur. cæterū ne
ſic quidē ad diuinæ ſimilitudinis veritatem prope accedunt. Excedit enim
illa ſubſtantiā omnē: vitāq; tranſcendit. nulla hanc exprimit lux. oīſq; ſer-
mo/omnis mēs atq; ratio: abſq; vlla comparatione/illius ſimilitudine infe-
rior eſt. ¶ Aliquando item ab eiſdē laudatur ſcripturis honeſtiſſime ac pe 9
Q ne diuine/dū in eius laude diſſimilibus vtuntur ſignis: eāq; inuiſibilem/in-
finitā/& incōpræhēſibilē pręḋicāt. ijs eā appellātes nominibus/ quibus nō
quid ſit: ſed quid non ſit dicitur. Hoc enī verius vt arbitror in ipſa eſt: & de

illa proprie magis asseritur. Nã sicuti secretior illa / sacerdotalisq; traditio docuit: dũ illã esse aliquid negamus ex ijs quæ sunt: verũ profecto loquimur / etsi modũ quo illa indiffinita est (quippe quę supersubstãtialis & in-
10 cõpræhensibilis atq; ineffabilis est) prorsus ignoramus. ¶ Si ergo in diuinis rebus negationes quidẽ veræ sunt / affirmationes vero nequaq̃ tãtis arcanorũ latebris cõgruũt: illa sane cõuenientior in rebus inuisibilibus erit expressio / quæ per dissimilia signa monstratur. Honorãt igit̃ illos cœlites ordines: nõ probro afficiũt / aut vllo dedecore / sãctarũ litterarũ descriptiones: dũ eos dissimilibus formis ac fictionibus exprimunt / ac per eas indicãt terrenis ac mortalibus rebus absq; vlla cõparatione præcellere beatissimos spirit9. Porro q̃ mentẽ atq; animũ nostrũ similitudines illæ quæ videntur absurdę / potẽtius iuuẽt / atq; ad diuina cõmodius subuehãt: nemo qui recte sentiat arbitror inficiabitur. Nã si quidem quæq; sunt apud nos preciosiora sumantur: quis nõ videat fore / vt per huiusmodi figuras oberrare incipiat animus / putãs cœlestes illas ethereasq; substãtias rutilãtis auri pręferre speciẽ / virosq; esse aliquos lucidos / & oris maiestate coruscos / decoros / & vestis cãdore cõspicuos: ignẽq; innocue de se mittẽtes / & cętera id genus quibus theologia sublimes illos spiritus pingit / & figurarũ varietate describit. Quod vti ne illi paterẽtur / qui nichil celsius mortali hac luce & corporũ specie cõtueri queũt: excellens illa sanctorũ virorũ (qui diuina nobis monumẽta reliquerũt) sapiẽtia / vt adminicula necessaria infirmis animis daret: ad eas quoq; dissimilitudines quæ videntur absurdæ / singulari dispensatione descendit. nequaq̃ permittẽs imbecillã mentẽ nostrã fœdis inhærere imaginibus / atq; illis prorsus acquiescere: sed potius erigens animæ partẽ ad superiora tendentẽ / atq; inhonestate formarũ a visibilibus omnibus reuocans. quasi fas nõ sit / neq; verisimile omnino esse videat̃: ne ijs quidẽ qui stolidiores / crassiorisq; intelligẽtię sunt: cœlestia illa & diuina spectacula fœdis rebus reuera similia esse. Ad hæc illud quoq; cogitãdũ est: nichil esse in rebus hũanis quod boni participatione sit oĩno priuatũ. nã vt sese scripturæ sanctæ veritas habet: fecit deus õnia / bona valde. Fas igitur fuerit ex his oĩbus pulcherrimas elicere intelligen- R
tias: spiritualibusq; & intelligibilibus rebus / ex humilioribus atq; terrenis dissimiles similitudines. Sic enim dicimur effingere: cum eadem aliter spi-
11 ritualibus insunt / aliterq; carnalibus. ¶ Nẽpe enim iracundia mutis quidẽ animãtibus ex affectu & cõmotione passiua prouenit: estq; iracundus S
eorum motus / omni prorsus ratione destitutus. At in spiritualibus omnino substantijs longe alio modo ira intelligenda est. significat enim vt reor equidem / masculam illarum (vt & ita dicam) & penitus insitã rationem atq; sapientiam / & habitum in diuinis atq; immutabilibus rebus cõstantem / & perpetua firmitate locatũ. Eadẽ ratione cõcupiscẽtiam in mutis quidẽ esse dicimus affectum quendã improuidum / atq; terrenũ: ex insito motu seu consuetudine in ijs quæ sunt mutabilia absq; vlla moderatione feruentem / & irrationabile dominium corporalis appetitus. ex quo animal omne ad id quod sensibus concupiscendum occurrit: impel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap.
2

litur. Vbi vero ſpiritibus angelicis diſſimiles ſimilitudines admouendo/
T concupiſcentiam illis applicare pergimus: diuinum hanc amorem intelli
gere neceſſe eſt eius qui omnem rationem/omnemq́ intelligentiam ſupe
rat/ mundiciæ atq́ puritatis: deſideriumq́ iuge & conſtans caſtiſſimæ
atq́ fœliciſſimæ illius atq́ ab omni perturbatione remotiſſimæ contem=
plationis/& inexplebilē auiditatem æternæ profecto atq́ inuiſibilis ſocie
tatis. per quā ad ſerenū illud/ ſupremūq́ iubar aſpirāt: & inuiſibilem illū
decorē totius authorē pulchritudinis ābiunt. Porro incontinentiā in his
accipiamus rigidā ſeueritatē/intentionēq́ perpetuā: quā nichil inflecte=
re/nichil intercipere poſſit/ob meraciſſimū & immutabilem diuinæ pul=
chritudinis ac ſimplicitatis amorē: cū ad id quod vere/ſūmeq́ expetendū
eſt/ſemper anhelent. Ipſum quoq́ irrationabile atq́ inſenſibile in brutis
quidē animalibus/ inanimatiſq́ naturis: rationis ac ſenſus priuationē ꝓ=
prie dicimus. cęterū in ſpiritualibus intellectualibuſq́ ſubſtātijs: ſingula=
rē ipſarū excellentiā (vt quæ mundo ſuperior ſit) cōgruētiſſime fatemur.
per quā ſermoni noſtro corporeo atq́ tranſeūti/terrenoq́ ſenſui/& a ſu=
pernis virtutibus alieno: longe antecellunt. Licet igitur nō incongruas cœ
leſtibus etiā ex viliſſimis materiæ partibus formas effingere: quippe quæ
& ipſa a ſummo bono nacta ſubſtātiā/ per oēs ſui partes atq́ diſtinctio=
nes/intellectualis decoris quaſdā præ ſe ferat imagines. per quas: ad ſpi=
rituales illas/primitiuaſq́ formas poſſimus aſcēdere. ſimilitudines (vt di
ctū eſt) haud ſimili ratione capientes/& eaſdē non eodem modo: ſed con=
uenienter & proprie in ſpiritualibus/corporalibuſq́ proprietatibus diffi
nientes. ¶ Hiſce figmentis nō modo cū de cœleſtibus ordinibus loquerē 12
V tur/vſos theologos inueniemus/vt eos ſacratius/veriuſq́ ſignarent: verum
X & cū de ipſa ſumma diuinitate diſſererent. ¶ Deniq́ illā interdū ex viſi= 13
bilibus iſtis/precioſiſq́ cōcelebrāt: vt cū ſolē iuſtitiæ/ſtellāq́ matutinā in
corde fideliū ſacratius orientem: atq́ vt lucē abſq́ vllo velamine ſpiritua
li fulgore perſtringentē mentis obtutus/appellant. Aliquando ex ijs quæ
ſunt media/diuinā pręedicant maieſtatē: cū ſcilicet illam/ignē innocua flā=
ma lucentē/aquam vitalis plenitudinis induſtricē: & (vt ſignificantius di=
xerim) in intima ventris penetrantē/emanantemq́ flumina perpeti lapſu
decurrentia/dicunt. Aliquando item ex infimis/rem tantam collaudāt: cū
deum vel fragrans vnguentum/ vel lapidem angularem vocāt. Ferarum
quoq́ illi applicant formas: leonis ac pantheræ proprietatem ei aſcriben
tes/vt pardum fore dicentes: vrſamq́ indigentem. Addā et quod omniū
viliſſimum atq́ abſurdiſſimū eſſe videatur. namq́ & vermis ſpeciem/ di=
uinam illam excellentiam ſibi affixiſſe: ij qui diuina ſacratius callent/tra=
diderunt. Adeo omnes quos diuina impleuit ſapientia/ occultę illius ac
diuinæ inſpirationis enunciādæ functi miniſterio: ſancta ſanctorū ab im
perfectis ac prophanis abſq́ vlla cōmixtionis macula dirimunt/diſſimi=
lemq́ ſacrarū rerum fictionē profitentur ac prædicāt. vt neq́ diuina pro=
phanis perceptu facilia ſint: neq́ rurſus ſacratiſſimorum ſignorum ſtu=
dioſi inſpectores/figuris tanq̄ veris inhęreant. vtq́ diuina veriſſimis ꝓfe=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cto negationibus honoretur: dum extremis creaturæ suæ partibus a sua
licet natura remotissimis similis dicitur. Nichil igitur ineptũ aut absurdũ
facere videntur: qui ob eas quas diximus causas/ cœlestibus illis immor-
talibusq; substantijs dissimiles omnino similitudines ex inferioribus pe-
titas affigunt. Nam fortasse ne nos quidem ex ambiguo ad inquirẽdum
excitati essemus/ neq; ad sacratiora intelligentiæ per diligentiorem scruta
tionis indaginem venissemus: nisi nos commouisset inhonesta fictionum
facies qua proprietas exprimitur angelorũ/ nulla ratione permittens mẽ-
tem nostrã fœdis formarũ insidere figmentis: sed excitans potius ad om
nes mortales affectus renuendos/ atq; salubriter cõsuefaciens per ea quæ
vidẽtur ad sublimiora cõtendere atq; ad cœlestia subuehi. Sed hęc hacte
nus dixerim: ob eas quę in sacris litteris habentur effigies/ descriptionesq;
angelorum. ex quibus id constet: eas ab inferioribus/ multũq; remotis/ ra
14 tionaliter vtiliterq; petitas. ¶ Deinceps vero diffinire oportet quid hierar
chiam ipsam esse arbitremur: quidue illa conferat ijs qui se illi deuouen-
tes/ in eius sortem concessere. Sit autem dux verbi CHRISTVS (si mi
chi dicere liceat) meus: qui de tanta re quid dicere debeamus inspiret. Est
enim ipse: totius scientiæ fons/ cœlestisq; afflatus indultor. Tu autem o fi
li/ iuxta quod sancit nostra pijssima et sacrosancta traditio/ & ipse (quæ sã
cte dicuntur) congrua suscipe pietate: ac diuina discendo diuinus efficē-
re. & sancta mentis recessibus condens: ea vt eximia & coniungendi nos
deo vim habentia singularem: a prophana multitudine inuiolata custo-
di. Nefas enim est (vt sacra testantur eloquia) spiritualiũ margaritarum Z
purissimũ illum/ ac permixtionis ignarum perlucidumq; decorem & or-
natum totius venustatis authorem: in porcos abijcere.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS.

¶ Destinationem putemus. destinationẽ: diffinitionẽ/ atq; determinationẽ. ¶ Ne nos F G
quoq; vulgi errore seducti. Ficta tradũtur in prophetis: multipedes spiritus/ multa-
rũq; facierum/ & bos/ leo/ aquila/ plumescentes aues/ rotę igneæ/ sedes/ equi discolo-
res/ satellites/ ac duces exercitus. Multipedes & multarũ facierum. Ezechiel cap. pri-
mo. In medio eius similitudo quatuor animaliũ: & hic aspectus eorũ. similitudo homi multipedes
nis in eis/ & quatuor facies vni/ & quatuor pẽnæ vni: & pedes eorũ pedes recti. Bos/ Multarũ fa
leo/ aquila. Ezechiel eodem in loco. Facies hominis & facies leonis: a dextris ipsorũ cierum
quatuor. facies autẽ bouis: a sinistris ipsorũ quatuor. & facies aquilæ: desuper ipsorum Bos
quatuor. Et plumescentes auiũ instar finguntur: cũ subiungitur. et facies eorũ & pen Leo
næ/ extentę desuper. duæ pennę singulorũ tegebantur: & duę tegebãt corpora eorũ. Aquila
Rotę igneę & sedes. Daniel cap. septimo. Aspiciebã donec sedes positę sunt: & anti- Plumescen
quus dierũ sedit. sedes eius flãmę ignis: rotę eius ignis accensus. Equi discolores. Za tes auiũ in-
charias cap. primo Ecce vir ascendens super equũ rufum: & ipse stabat inter mirteta star
quę erãt in profundo. & post eũ equi rufi/ varij & albi. Satellites armati. secundus Ma Rotę igneę
chabeorum cap. tertio. Apparuit illis quidã equus terribilẽ habẽs sessorẽ optimis ope Sedes
rimẽtis ornatus: isq; cũ impetu Heliodoro priores calces elisit. qui autẽ ei insidebat: Equi disco
videbatur arma habere aurea. alij etiam apparuerũt duo iuuenes virtute decori/ op lores
timi gloria/ speciosiq; amictu: qui circunsteterũt eũ/ sine intermissione multis plagis Satellites
verberantes. Exercitus duces. Iosue cap. quinto. Cum autẽ esset Iosue in agro vrbis armati
Hierico: leuauit oculos & vidit virũ stantem contra se/ euaginatũ tenẽtẽ gladiũ. per- Exercitus
rexitq; ad eũ & ait: noster es an aduersariorũ? qui respõdit/ nequaq̃: sed sum priceps duces
exercitus domini/ & nunc venio. & cecidit Iosue pronus in terrã/ adorãs eũ. ¶ Et siue H
ad boũ stoliditatem/ siue ad feritatem leonum. Stoliditatẽ: ferinã/ pecoralẽq; effigiẽ.

I K ¶Imaginari stolide incipiamus. stolide/sensualiter atq; crasse. ¶Nempe enim poeti-
L cis fictionibus. fictitijs imaginibus/ repræsentationibusq;. ¶Verũ q; id quoq; mysti-
M cis scripturarũ eloquijs. verum/sed. subaudimus/causa fuit. ¶Non enim omnes sacri
sunt: neq; iuxta scripturæ sententiã/omniũ scientia est. Paulus epistola prima ad Co-
rinthios capite octauo. Nobis tamen vnus deus pater: ex quo omnia/& nos in illo. &
vnus dominus IHESVS CHRISTVS: per quem omnia/& nos per ipsum. sed non
N in omnibus est scientia. ¶Duplicẽ in sacris litteris tradi significandi modum. Ex his
alterũ per similes imagines/figurasq; procedere. vt qui ex essentijs sensibilium/ex in-
feriorũ bonitatibus/ex nostris intelligentijs: ad supramundanas essentias/bonitates/
mentesq;: & ex dominio ad dominiũ/ex temporali regno ad regnũ immensum/ & cæ
teris eiusmodi euehuntur. Alterum per dissimiles formas promouere. vt cum inuisibi-
lem/incomprænhensibilem/& immensum dicunt deũ. vt cum per bouem/leonẽ/aqui-
lam/alatas multicipites volucres/equos/ & similia id genus: cœlestes/ supramunda-
niq; spiritus & eorũ sacramenta/pijs sanctorũ hominũ mentibus aliquando insinuan
O tur. ¶Deniq; & reuerendã illã supersubstantialis deitatis/ineffabilemq; beatitudinẽ.
Tres supersubstãtiales/ineffabilesq; beatitudines nominat diuinus pater Dionysius:
patrem/filium & spiritum sanctũ: quas nos personas/ suppositaq; dicimus. Et diuina
illa beatitudo quę filius est: verbum/intellectus/essentia/lux/ vita/in sacris litteris no
minatur. Verbum quidẽ. Ioãnes cap. primo. In principio erat verbum: & verbũ erat
Verbum Intellectus apud deum/& deus erat verbum. Intellectus. psalmus cẽtesimus tricesimus quintus.
Essentia qui fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. Essentia. Ioannes
Lux cap. octauo. Priusq̃ Abrahã fieret: ego sum. Lux. Ioannes cap. primo. Erat lux vera:
Vita quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundũ. Vita. Idem & capite eo-
dem. & vita erat lux hominũ. Et hæc per primum diuinarum significationum modum
P dicta sunt. ¶Diuinã eius eloquentiã: & sapientiã. eloquentiam: elocutionem/explica-
tionemq;. In filio enim pater seipsum explicat: & omnia explicantur in filio. Mens: pa
Q ter. intimum mentis verbum: filius. voces & sermones: creaturæ. ¶Eamq; inuisibilẽ
& infinitam. Per secundũ significandi modum diuina beatitudo in sacris litteris: inui-
Inuisibilis sibilis/infinita/incomprænhensibilisq; dicitur. Inuisibilis quidẽ. Paulus ad Timotheum
epistola prima cap. sexto. qui solus habet immortalitatem: & lucem habitat inaccessi-
Infinita bilem. quem nullus hominũ vidit: sed nec videre potest. Infinita. psalmus centesimus
Incompręhensibilis quadragesimus quartus. & magnitudinis eius non est finis. Incomprænhensibilis. Pau
lus epistola ad Romanos cap. vndecimo. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ
dei: q̃ incõprænhẽsibilia sunt iudicia eius/& inuestigabiles viæ eius. quis enim cogno
uit sensum dñi? ¶Nã vt sese scripturæ sanctę veritas habet: fecit deus õnia/ bona val
R de. Genesis cap. primo. Vidit deus cuncta quę fecerat/& erant valde bona. ¶Nempe
S enim iracundia mutis quidem animantibus. mutis animantibus: brutis/ irrationali-
busq; animantibus. ¶Diuinum hãc amorem intelligere necesse est. hanc/ concupiscẽ
T tiã. ¶Vsos theologos inueniemus. Theologi: prophetæ/apostoli/& sacrarũ littera-
V rum instauratores. ¶Deniq; illam interdum ex visibilibus istis preciosisq; cõcelebrãt.
X Ipsa diuinitas ex visibilibus summis/ex medijs/ex imis nominatur. Ex summis: sol iu
stitiæ/stella matutina/lux vera. ex medijs: ignis/aqua. ex imis: vnguentũ/lapis angu
Sol iustitiæ laris/leo/panthera/pardus/vrsa/vermis. Sol iustitiæ. Malachias cap. quarto. & orie-
Stella matutina tur vobis timentibus nomen meum: sol iustitiæ. & sanitas in pennis eius. Stella ma-
tutina. Apocalypsis cap. secũdo. & dabo illi stellam matutinã. Lux. ex beato Ioanne
Lux apostolo iam testimoniũ habitum est. & ex eodẽ/cap. tertio. Hoc est autem iudicium/
Ignis quia lux venit in mundũ: & dilexerũt homines magis tenebras q̃ lucẽ. Ignis. Exodus
cap. tertio. Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbatur q; ru-
bus arderet/& non comburebatur. Aqua. Ioannes cap. septimo. si quis sitit: veniat ad
Aqua me & bibat. qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquæ
viuæ. Vnguentum. Cantica cap. primo. Trahe me post te: curremus in odorẽ vnguẽ
Vnguentũ torũ tuorũ. Lapis. Esaias vicesimo octauo. ecce ego mittã in Sion lapidẽ: lapidẽ pro-
Lapis batum/angularẽ/preciosum/in fũdamẽtũ fũdatũ. Leo/Panthera. Osee cap. quinto.
Leo quoniam ego quasi leena Effraim & quasi catulus leonis domui Iuda. vbi illa fœlici-
Panthera tate apostolicorũ temporum & plenitudinis sapientiæ spiritus sancti: legebatur. ego
Pardus Vrsa quasi panthera Effraim & quasi leo domui Iuda. Pardus/vrsa. Osee decimotertio. &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via Assyriorū. occurram eis quasi vrsa raptis
catulis: & disrumpam interiora iecoris eorum. Vermis. psalmus vicesimus primus. Vermis.
ego autem sum vermis & non homo: opprobriū hominum & abiectio plebis. ¶ Ne-
fas enim est/ vt sacra testantur eloquia. Mattheus cap. septimo. Nolite sanctum dare
canibus/ neq; mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedi-
bus suis/ & canes conuersi dirumpant vos.

Z

¶ SECVNDI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



5 Væ in hoc libro determinanda sunt: certo quodā ordine proponit
sacratus pater/ dicitq; primo loco explicandū esse: quænā sit ipsius
hierarchiæ ratione generali diffinitio/ vt totā complectatur cōmuni
quodā ambitu cœlestem hierarchiā/ & quid illa assectatoribus suis
ac imitatoribus conferat. quod in proxime sequenti capite expedi-
etur. Secundo vero loco concelebrandæ sunt dignis laudibus cœle
stes substātiæ/ declarandæ earū distinctiōes/ nuncupationes & pro-
prietates. quod in quarto/ quinto/ & sequentibus deinceps capitibus pertractabitur.
Tertio deniq; loco/ cuiusmodi figuris sensibilibus sacræ litteræ describunt cœlestes spi
ritus/ et quid per vnāquāq; illarū formarū significetur/ quoue modo ex illis ad simpli-
cem illorū spiritualemq; naturā est assurgendū: determinare conueniet. quod potissi-
mum in vltimo huius libri capite cōficietur. Et plane operępreciū erit huiusmodi ma
teriales descriptiones ad spirituale significationem & sensum traducere: ne quispiam
vulgi errorem secutus (quod carnaliter & sensibiliter expressa: carnaliter itidē & passi-
biliter capere semper solet/ neq; vnq̄ erigitur vltra molem & speciem corporeā ad spi
rituale itelligētiā) putet cœlestes spiritus: aut multos habere pedes aut facies/ boūue
aut leonū/ aquilarum vel auium gerere speciem. aut effingat supra cœlos esse rotas
igneas: aut sedes corporales quibus deus ad insidēdum egeat/ aut equos diuersicolo-
res/ milites armatos ducesve exercitus/ & cętera id genus: quæ in sacra scriptura de-
centissime efformata cōperiuntur. Vt enim in præcedēti capite dictum est/ diuinarum
litterarū scriptores eā ob causam imateriales cœlestiū ordinū inuisibilesq; substantias
materialibus & visibilibus signis descripserūt: vt nostræ mētis infirmitati cōsulerent/
& accōmodatā illi viam per quā ad cœlestiū eueheretur cognitionē prępararēt/ ex co
gnatis ipsi & affinibus rebus: gradū ad superiora & ascensionē ad cœlestia cōstruētes.
6 ¶ Obiectionē ponit deinceps eorū: quibus irrationabilis videri posset huiusmodi sen-
sibilis descriptio coelestiū spirituū. Nā simplex (inquiūt) & intellectualis angelicarum
virtutū substātia: nobis prorsus est incognita. quomodo igitur per rerū materialiū cō
positiones/ figurationesq; cognoscetur ab hominibus? Ad hęc/ imagines illæ & figurę
quibus sacræ litteræ beatissimos spiritus exprimūt: absonæ (dicet fortasse quispiam) &
absurdę sunt/ prorsusq; indignæ quę tam sublimibus rebus attribuantur. ideoq; im-
probanda potius & reiiciēda cuiq; videbitur omnis illa sensibilis repręsentatio: tanq̄
theatralis quedā ac scęnica adumbratio/ sacris spiritibus adaptata. Q2 si quę incorpo-
rea sunt/ corporeis fuerāt et sensibilibus formis exprimēda: debuissent potius diuina-
rum rerum speculatores illa corporalibus quidē rebus/ sed dignissimis & perfectissimis
exprimere. vt cœlo/ sole/ luce/ & similibus: quę in alto cœli fastigio locū sibi vendicant/
& a terrę crassitie longius distant. neq; terrenę/ abiectęq; & viles formę: erant angelis
ipsis accōmodādę. Sic enim mens humana cōmodius ad cœlestia capienda erigere-
tur: q̄ cōuenientius nacta esset pręsidium/ ob maiorē naturę cōformitatem & cogna-
tionem inter angelos & dignissima huius mūdi corpora. neq; cœlestes substantię tunc
ad humiles & infimas abijcerētur formas materiales: quibus omnino sunt dissimiles.
At cū per abiectissima figmenta & signa describūtur sublimes illi & mundo celsiores
spiritus: videtur ipsi profecto iniuria affici/ q̄ cōtra suā dignitatem tam sordido & vili
circūdantur amictu. Illud insuper infirmā mentem humanā deuoluere posset in deuia
erroris/ & inducere in eā opinionē: q̄ huiusmodi terrenę & humiles formę secundum
veritatē & substātiā adessent angelis. Forsan erit & aliquis: occasione huiusmodi figu
rationū vilissimarū existimans in cœlo leones esse & equos/ auiū multitudinē & alio-
rum animaliū/ aliasve res materiales: quibus per dissimiles quasdā similitudines in sa-
cro eloquio significātur cœlestes spiritus/ sed absurde/ incōcinne & passibiliter. vt sen-
7 tirent ij: qui hęc supradicta obijcerēt. ¶ Prędictā diluit obiectionem/ dicens imprimis

ſacrã ſcripturã ſapiẽtiſſime id obſeruaſſe: ꝙ infimis rebus angelicorũ ſpirituũ expreſ=
ſerit proprietates / & duobus incõmodis prouide occurriſſe. Primum. ne ipſis angelis
vlla fieret iiuria: ex eo ꝙ quis crederet formas ſenſibiles illis adeſſe. minus enim imo
nullo modo ad id credendum quis inducetur: cũ perſpicit viliſſimas illis formas aſcri=
bi. Secundũ. ne noſipſi inhęreamꝰ & imoremur affixi huiuſmodi formis / putãtes eas
ſecundũ veritatẽ adeſſe cœleſtibus ſpiritibus: ſed animũ ex illis ad altiora attollamus.
Non enim ſolũ ob ſupradictã cauſam adhibẽtur angelicis ſubſtãtiis figurę materiales
& ſenſibiles: vt illarũ ſcilicet adminiculo mens humana (quę ibecilla admodum eſt / &
ſupercœleſtia in ſuę naturę ſimplicitate cõpręhendere nequit. vt neq; dei verbũ per=
cipere potuiſſet / niſi carne veſtitũ: neq; apparẽtes hominibus ſpiritus angelicos / niſi
corporali forma vt humana aut ignea circũamictos) conſcẽdat ad ſublimia & ſpiritu=
alia intelligẽda. verum etiã ob alterã cauſam / id rationabiliter & decenter a ſcriptura
factũ eſt. vt videlicet ſecreta ſupercœleſtiũ myſteriorũ intelligentia & veritas occul=
tetur & abſcõdatur huiuſmodi corporalibꝰ tegumẽtis: ab ijs qui indigni ſũt & minus
idonei eam capere. vtq; imperita vulgi multitudo arceatur & excludatur ne illã perci
piat: ꝙ neq; apta eſt neq; diſpoſita ad cœleſtiũ ſpirituũ ſimplicitatẽ ſpiritualem con=
tuendã. Non eni omnes: ad ſacra perſpiciẽda & diuinarũ ſcientiã rerum ſunt accõmo
dati / neq; admittẽdi. quãdoquidẽ neq; in corporalibus rebus ſacris / vt gẽmis precio=
ſioribus / auro argentoq; circũdatis / aut reliquijs ſanctorũ id fit: vt paſſim omniũ pa=
teant contactui aut aſpectui. ſed ſecretioribus recõduntur locis / aut vitro perſpicuo
circũductę aſſeruantur: ne omniũ manibus contrectentur. Qz ſiquis ſuperius adducta
obiiciens / accuſet & vituperet formas illas corporales ex infimis rebus petitas: tanq̃
ineptas & indignas quę cœleſtibus applicẽtur ſpiritibus / ſeq; dicat abhorrere prorſus
ab huiuſmodi figuris / tã ſublimibus ſubſtãtiis imponẽdis: is demũ agnoſcat / duplicẽ
eſſe in ſacra ſcriptura ſignificãdi quæ ſpiritualia ſunt & intellectualia / modũ. Vnus eſt
per ſimiles imagines & cõformes ſimilitudines. quãdo ſcilicet inter id quod ſignifica=
tur & id per quod ſignificatur / magna eſt naturæ & proprietatũ cognatio: neq; hoc
ab illius veritate diſcedit. vt cũ per lumen / vitã / rationem / mentem aut ſpiritũ: de an=
gelicis ſubſtãtijs ſublimiter habetur ſermo. Alter ſignificãdi modus eſt per diſſimiles
formas / & difformes ſimilitudines. quando ſignũ longo diſtat naturæ / perfectioniſq;
interuallo ab eo cuius adhibetur ſignũ: imo plurimã cum eo habet diſſimilitudinẽ. vt
cũ cœleſtes ſpiritus per rotas / currus / & equos igneos / armatoſve milites reprę ſentã=
tur. vbi ſigna ipſa / diuerſa prorſus & alia q̃ ſint ſecundũ ſubſtantiã: inſinuãt. nam infi=
ma ſummorum / & corporalia ſpiritualiũ ſunt indicia. ¶ Declarat autem quod modo 8
dictũ eſt beatus pater / in expreſſione diuinitatis ipſius filij dei a ſcripturis facta: oſten
dens huiuſmodi explicationẽ interdũ fieri per ſigna ſimilia / primũq; ſignificãdi mo=
dum. quẽadmodũ cum ſecũda ſummæ deitatis perſona dicitur in ſcripturis verbũ: ad
deſignãdam eius elocutionem & explanationẽ / qua patrem cuius eſt verbum mani=
feſtat. cum etiam nũcupatur intellectus: ad ſignificandã eius immenſam ſapiẽtiam.
deniq; cũ noiatur eſſentia / vita & lux: quia omniũ eſt ſubſtãtia / ſubſiſtendi cauſa / om=
nium etiã viuẽtium vita / & lucidorũ lux. Sane iſta quinq; nunc adducta: honeſta qui=
dem ſunt deumq; decẽtia ſigna / a terrenis formis ſemota / et propemodũ ei propiqua
atq; ſimilia. Nequaq̃ tamen ad omnimodã illius ſimilitudinem accedunt: quãdoquidẽ
ipſe ſuper omnẽ ſermonẽ / mẽtem / ſubſtantiã / vitã & lucem eminẽtiſſime collocatꝰ eſt.
¶ Aliquando vero diuina ipſa beatitudo in ſcriptura diſſimilibus exprimitur ſignis & 9
ſecũdo ſignificationis modo: ſcilicet per diſſimiles ſimilitudines. quãdo negatiuis ap=
pellationibus & aliquã rerum corporaliũ proprietatem de deo negãtibus inſinuatur:
quibus nõ quid ſit ſed quid nõ ſit / ſignificatur. vt cum noiatur incõpręhẽſibilis / iuiſibi=
lis / immortalis / immẽſus / incircũſcriptus. Et hoc ſecundum enunciãdi genus / verius
de deo dicitur q̃ primum: quod eſt per affirmationes & predicatiuas nũcupationes.
Nam huiuſmodi affirmationes non adequate neq; omnino exprimunt quid deus ſit:
ſed longe citra deficiunt / minuſq; voces ipſę dicunt q̃ res ipſa ſit. Quomodo enim dei
aſſequens integre aut exprimis ſubſtantiã / cum lucem eum vocas aut vitã: qui omni
luce ſuperior eſt & omni vita eminentior? Negationes vero id vere auferunt a deo:
quod ab eo eſt alienũ / re eni vera inuiſibilis eſt & indefinitus / nulliſq; finitus metis aut
limitibus: q̃uis modũ ipſum quo incõpręhenſibilis eſt aut immẽſus / attingere nequaq̃

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

10 aut capere possimus. ¶Quoniā igitur in locutionibus quæ de deo fiunt/negatiões cōpletius & plenius enunciant quicq̄ de eo: affirmationes vero nequaq̄ sufficientes sunt ad ipsum diuinū secretum & sublimitatem dei exprimendā. ꝙ semper inferiores sint & contractiores q̄ res enunciāda: & ab ea deficientes. perspicuum est in ipsa diuinitate exprimenda potiores esse negationes quæ fiunt per dissimilia signa: q̄ affirmationes/quæ per similia. Quare etiā consimiliter in cœlestium spirituum explicatione: potior erit secundus significādi modus q̄ primus. Prosequitur deinceps datam superioris obiectionis dissolutionem sacer Dionysius: particulatim & peculiariter ad duo quæ colligi in illa videbātur incōuenientia respōdens. Primo siquidē loco id asserebatur: ꝙ per huiusmodi humilium formarum ad cœlestes spiritus applicationem/videretur iniuria ipsis beatissimis angelis fieri. Idipsum hic refutat/ostēditqꝫ nō per talem descriptionem dedecus aut contumeliā illis irrogari: sed potius honorem afferri egregiumqꝫ decus/ quādo per talia signa dissimilia exprimitur ipsorum angelorum super omnia visibilia & corporalia eminens excellentia. Secūdo vero loco adducebat obiectio pręcedens/id incōmodum: ꝙ illę similitudines rerum infimarum abiectæ & viles pertrahere facile possent animū nostrum in errorem/affigereqꝫ fœdis illis imaginibus. Et id quoqꝫ hic constanter inficiatur Dionysius/ ostenditqꝫ luculenter imagines illas extremas & humiles: efficacius animū nostrum iuuare ad veritatem capessendā/ atqꝫ ab errore liberius vindicare. Nā si cœlestes spiritus exprimantur solum per signa illa corporalia: quæ apud nos digniora sunt/perfectiora & excellentiora/ vt aurum/ candorem vestium/humanā effigiem aut ignem innocuum: protinus ob propinquitatem & affinitatē illorum cum angelicis substātijs/putari possent illa secūdum veritatem & substantiā angelis adesse/& horum constituere naturā: quod vtiqꝫ falsissimū est. Ne igitur eo imbuerētur aut abducerentur errore: qui nichil vltra sensum & speciem corporum perspicere queunt(cuiusmodi sunt prophana vulgi multitudo: & turba imperitorum)qui sacrā nobis scripturā tradiderunt/ vt necessaria nobis(quibus ad diuina subueheremur)adiumēta relinquerēt: cōgruenter admodū & apte dissimiles rerum sensibilium similitudines cœlestibus substātijs accōmodarunt. ne sinerent animū nostrum illis abiectis immorari signis: & existimare illa secundū rem ipsam angelis adesse. sed erigerent eum per huiusmodi formarū inhonestatem & fœditatem: ad spiritualem intelligentiā in illis quęritandā & vestigandam/ attollerentqꝫ humo mentem nostrā: ad sublimiora ex illis formis indaganda ac perquirēda. quādoquidē nec ij qui crasso sunt & pingui ingenio: putare vnq̄ debeant aut possint/immortales angelorum substātias illis fœdis abiectisqꝫ signis esse persimiles: ob nimiam naturæ ipsorum abinuicem dissimilitudinem. Insuper & illud constanti ratione pensitandum est: ꝙ nichil est in rebus cōditis /omnino boni participatione destitutum. Quoniā enim omniū cōditor/bonus est: & omnia ab eo condita itidē bona sunt cūctisqꝫ suæ bonitatis (cuiqꝫ pro suo captu) impressit signacula atqꝫ vestigia. Quocirca ex infimis quoqꝫ rebus & apud nos postremis elici possunt & trahi dissimiles similitudines: quibus ad supremarū substantiarum intelligentiam euehamur/ per aptā quandā effictionem. qua eędem proprietates aliter sensibilibus/ aliter vero immo opposito modo intellectualibus assunt substantijs. Gene. 1.

11 ¶Porro id postremo loco adductū: quinqꝫ exemplis & rerum sensibiliū proprietatibꝰ ostendit beatus pater. Primo in ira. quæ in brutis animalibus irrationalis est affectus: cōmotionem & efferuentiā sanguinis circa cor inducens/& ratione carens. In cœlestibus vero spiritibus eadem designat virilem animi virtutem constātissimūqꝫ vigorem: supra affectum omnē longe eminentem/nulli motui obnoxium/rationi maxime coniunctum/& perpetuo tenore stabilem. Secūdo in cōcupiscētia. quę plane in animalibus designat appetentiam sine futuri prouidētia ad terrena procliuem: ex naturali inclinatione aut acquisita cōsuetudine ad illa quæ voluptate titillant sensus/sine vlla ratione se ferentem. Designat etiā concupiscentia/ nulla moderatione frenatū appetitū sensitiuū/dominātem in corpore: ex quo animal illi obsequēs rapitur in id delectabile quod sensui obiectum est. Verum in angelicis spiritibus concupiscentia prorsus ex aduerso intelligi debet esse diuinus amor mundicię & puritatis ipsius dei: qui omnem rationē & mentē excedit. Debet item intelligi esse desideriū continuū & stabile ipsius diuinæ cōtemplationis: ab omni perturbatione seiūctissimæ. Deniqꝫ & esse insatiabilis auiditas ipsius diuinæ societatis: per quā quidem auiditatem indeficientem/ cœlestes


ſpiritus ad immēſæ lucis claritatem & ſumme boni pulchritudinem iugiter aſpirant.
Tertio idē declarat beatus pater in incōtinētia. quæ in nobis quidē animi ſignificat ꝑ-
turbationē: abiecta recta ratione/ ad turpia & ea quæ ſuadet cōcupiſcētia pertrahen-
tem/ & haud dubie vicio danda eſt. In cœleſtibus vero ſpiritibus penitus contrario
modo incōtinentia ſignificat immobilem in bono conſtantiā/ perpetuāq; perſeueran-
tiā: quā nichil ad malū inflectere aut a recto abducere poſſit/ ob ſyncæriſſimū diuinæ
pulchritudinis amorem/ ad quem rectiſſime ſemper anhelant. Quarto idem oſtēdit in
irrationabili: quod in brutis animalibus priuationē & carentiā rationis indicat. In cœ-
leſtibus vero ſpiritibus irrationabile per ſuperexcellentiā dicitur: & ſignificat eximiā
illorum eminentiā vltra rationem omnem humanā/ mentēq; & ſermonem. Poſtremo
demōſtrat propoſitū in inſenſibili: quod in inanimatis & ſenſu deſtitutis corporibus
priuationē defectūq; ſenſus ſignificat. In angelicis vero ſubſtātijs excellentiā quādā
ſingularem: per quam illæ ſenſui omni corporeo atq; terreno (qui ab ipſis omnino eſt
alienus: etſi ſpirituales ſenſus/ viſus inquam auditus & cæteri modo ſpirituali & ſu-
pramūdano eis decētiſſime conueniāt) longe pręſtāt. Ex prædictis recte colligit Dio-
nyſius/ ꝙ fas eſt atq; rationabile: ipſis cœleſtibus ſpiritibus/ etiā ex ſingulis materiæ
corporalis partibus/ proprietatibus & affectiōibus/ formas ſenſibiles adhibere. Nam
& ipſa materia/ a ſummo bono & omniū conditore deo conſecuta ſuam exiſtentiam
(omnia enī per ipſum facta ſunt: & clarum eſt omniū nomine etiā materiā contineri)
Ioan. 1. etiā bona eſt: contra illorū ſentētiam/ qui eam malū quiddam & ad maleficiū eſſe po-
ſuerunt. Eadem quoq; per omnes ſui partes/ diſtinctiones & varietates/ per ōnes itē
quātumuis diuerſas aut humiles proprietates: præ ſe fert imagines quaſdā & notas
ſpiritualis pulchritudinis intellectualiſq; ſpeciei/ per quas ad pręcipuas & pricipales
cœleſtium ſpirituū formas & proprietates poſſimus aſcendere. ſi modo ſimilitudines
corporalium rerum & ſpiritualiū: non ſimili ratione conſiderationeq; acceperimus/ &
eaſdē quidem proprietates vt lumen/ ardorem/ motū/ quietem: non eodem modo in
his & illis collocauerimus. ſed in corporalibus illa corporaliter/ & quēadmodum ipſis
competit: in ſpiritualibus autē intellectualiter/ & ſecundū ipſorum conditionē intelle-
xerimus. ¶ At vero ꝙ non incōgrue vel irrationabiliter ſacrarū litterarum ſcriptores 12
vſi ſint figmentis & ſignis corporalibus/ cū de incorporeis cœleſtium ſubſtātiarū na
turis loquerētur: hoc loco ex eo comprobat ſacratus pater. quia cū etiam de ſuprema
ipſa diuinitate verba facerent: formis viſibilibus & figuris carnalibus eā expreſſerunt/
et quidem rectiſſime. quare argumento a minori ſumpto: idem cōgruentiſſime fece-
runt cum de angelis loquerentur. Eſt enim diuina ſubſtātia: in infinitū & improporti-
onaliter remotior a formis terrenis/ ꝙ̄ angelicorum ſpirituū: qui & cōditi ſunt/ & certo
limite clauſi. ¶ Q; autē de ſumma diuinitate differentes prophetæ & ſacrarū littera- 13
rum interpretes/ eam figmentis materialibus deſcripſerint: planius hic oſtēditur. Nā
interdum ipſam ex ſummis & digniſſimis rebus corporalibus inſinuarunt: vt cū ſolem
iuſtitiæ/ ſtellam aut lucem aperte ſpirituales mentis oculos illuſtrantem/ eam nuncu-
pant. Nōnunꝙ̄ eandem ex medijs rebus viſibilibus/ & quæ quantū ad ſuæ naturæ cō-
ditionem atq; dignitatē medio ſe habent modo/ deſignant: nuncupātes illam/ ignem
Ioan. 4. innocuum & innoxia flāma ardētem/ aut aquam viuā/ fontēq; aquæ viuæ ſalientem
Ioan. 7. in vitam ęternam/ atq; de intimo credentiū ventre fluentem. Aliquando vero ex infi-
mis poſtremiſq; rebus corporalibus: ipſam ſupremā deitatem pręedicāt. vt cum ipſam
vnguētum ſuaue olens vocāt/ aut lapidem. Quinimo & ferarum quādoq; ipſi deitati
formas attribuunt & aſciſcūt: vt leonis/ pantheræ/ pardi & vrſæ. Et quod omniū vi-
detur indecentiſſimū: ipſi diuinorum myſteriorū traditores perhibent deum ipſum/ &
vermis ſpeciem ſibi ipſi aſcripſiſſe. Vt intentiſſimo ſtudio vnanimiq; ſentētia viſi ſint
omnes/ explanandæ inſpirationis diuinæ vſi officio/ ad id elaboraſſe: vt cœleſtiū my-
ſteriorum ſacramēta ſignis corporalibus obuelarent/ illa a prophanis & imperitis oc-
cultarent/ & diſſimilem rerū ſacrarum repręſentationem traderent: vbi aliud eſt quod
dicitur/ aliud quod intelligitur. Et id quidē ſtudioſe fecerūt ſancti patres. tum vt diui-
na/ vulgaribus & a ſacrorū participatione ſecluſis nō eſſent peruia: aut perceptibilia.
tum ne ſtudioſi idagatores ſymbolorū atq; ſignorū: figuris ipſis tanꝙ̄ veritati inhęre-
ant. ſed vel ex ipſa conditionū diſſimilitudine incitentur ad aciem mentis altius attol-
lendā: et veritatē ex ſignis indagandā. tum deniq; vt diuina ſacramēta negationibus

etiam/quæ veriores affirmationibus esse dictę sunt: celebrentur & prædicētur. cum di-
uinitas ipsa/postremis etiā & vltimis creaturæ suæ speciebus (a quibus tamen naturæ
interuallo ac ratione est abiunctissima) similis esse dicitur. Non enim solum negatiōes
esse putandæ sunt/cum de deo quippiā negatiuū enunciamus: dicentes eum infinitū/
immensum/& intēporalem. sed cum etiā illud de eo affirmamus: quod vel omniū iu-
dicio secundū rem illi conuenire nequeat. quēadmodum quando dicimus ipsum aut
vermē esse aut vrsam: aut aliam quāuis ex vilibus & abiectis formis illi attribuimus.
quod ex hoc loco facile deprehendas. Recte igitur faciūt: qui propter causas supradi-
ctas cœlestibus spiritibus formas etiam viles & abiectas ascribūt. Nam multi sanctorū
patrum diuinæ sapientiæ studiosi/ nequaq̄ fuissent forsan impulsi ad indagādum sa-
cratiorem intelligentiā sub formis illis humilibus abstrusam: nisi eos ipsa figurarum
fœditas & abiectio prouocasset ad id studiū. quæ non permisit sacram illorum mētem
illis immorari imaginibus: cum nō visum fuerit credibile/illas in angelis debere repe-
riri. sed ea occasione excitauit eorum mentē ad exuendas omnes rerum corporalium
proprietates/sub pedibusq; relinquendas: & assuefecit ipsorū animū/ per huiusmodi
14 abstractionem ad superna & sublimia prouehi. ℭ Postremū in huius capitis (quod cū
pręcedēte: ipsius prohęmij & p̄fationis locū tenere videtur) calce/ quid primū sit de-
terminaturus/explicat beatus pater. diffiniendū imprimis esse dicens: quid sit hierar-
chia/& quid ipsa ijs qui se illi addixere cōferat. quod in proxime sequēte capite exe-
quetur. Cum magna deinde pietate & veneratione inuocat CHRISTVM / verum
summi patris verbū: vt sui verbi & eorum quæ differere constituit sit dux/director/&
amministrator. Postremū/sanctum Timotheū (ad quem pręsens mittit opus) admo-
net: vt hæc scripta cū debita pietate & religione suscipiat/ illorūq; lectione proficiat/
atq; eadē a prophanis arceat. quæ omnia: in littera satis clara sunt/& ad oculū patēt.

ℭ Quid sit hierarchia: & quænam eius vtilitas. Cap. III.

15 ESt itaq; hierarchia (vt michi quidē videtur) ordo sacratior
& scientia & operatio/ quę ad dei similitudinē pro viribus
16 nititur: ac pro modo suo ad illius imitationem ex indulta
sibi diuinitus intelligentiæ luce subuehitur. ℭ Porro pul-
chritudo diuina vt simplex/vt bona/vt p̄fectionis author/
pura quidem est: nullamq; prorsus admixtionē dissimi-
litudinis suscipit. verum singulos pro meritis/ lucis suæ participes facit: &
sacrosancto mysterio perficit/quātum quisq; initiatus/ cōgrue illius in se
immutabilē exprimere effigiem nititur. Est ergo sacratissimæ huius fun-
ctionis intentio: deo quantū fieri potest similem euadere/ vnūq; cum illo
fieri. Quæ profecto destinatio deū ipsum habet totius sacratioris scientię A
& actionis pręceptorē: inq; illius augustissimā speciem intēta semper ac
firmiter: atq; ad illā/se pro virium modo cōponens. eos etiā qui secum di-
uina sectantur: dei signa & imagines efficit/ac perlucida specula & omni
labe pura/ dignaq; quibus principalis illius ac diuinæ lucis suauissimus
radius influat. Quæ vbi indultum sibi sacratissimū iubar affatim hause-
rint: hoc ipsa postmodū absq; inuidia sequētibus fundūt/atq; in hoc ipso
diuinis obtēperant legibus. Neq; enim fas est ijs qui sacra mysteria tra-
dunt/siue qui illa percipiunt: operari prorsus aliquid/nisi quod officij sui
diuina sanxit institutio. Ne aliter quidē esse q̄ sunt/ cōfuso licebit ordine:
si candorem illū lucis (per quā dij efficiūtur) in se suscipere cupiūt: in quā
prospicientes iugiter pro ratione cuiusq; sanctorū spirituū/ se ad eā effin-
gere student. Cum itaq; hierarchiā dicimus: sacram penitus quādam di-
stinctionē indicamus/quæ sit imago diuinæ pulchritudinis. fulgorisq; sui

& intelligentiæ arcana mysteria ordinibus ac disciplinis sacratioribus
peragit: principijq́ʒ sui similitudinem (vt fas est) in se conatur exprimere.
¶ Ea enim demum cuilibet diuinæ illi distinctioni dedito / perfectio est: 17
pro modo suo ad dei imitationem totis conatibus eniti / quodq́ʒ prestan=
B tius omnibus ac diuinius est (vt sacra testantur eloquia) dei cooperatorē
fieri: diuinamq́ʒ in se operationem / quantum potest / palam cunctis osten
dere. Puta quoniā sacræ illius functionis ordo est: vt alij purgentur / alij
purgent. & alij mysterijs imbuātur atq́ʒ illuminentur doctrina salutari:
alij id opus exequantur. ad perfectum alij ducantur: perficiant alij. vni=
cuiq́ʒ diuina imitatio hoc modo conueniet. Diuina illa beatitudo (vt hu=
mano loquamur affectu) nullius dissimilitudinis admixtione violatur:
plenaq́ʒ est sempiterni luminis / perfecta / nullius perfectionis egēs / totius
perfectionis indultrix / purgans / & illuminās / atq́ʒ perficiens. immo vero
sacra ipsa purgatio existens / & illuminatio atq́ʒ perfectio: supra purgatio=
nem omnē / supra lucem / ante perfectionem inextimabili modo locata /
ipsa perfectionis author ac totius quidem sacræ functionis causa: cęterū
C a sacris omnibus ratione excellentię singularis / excepta. ¶ Oportet igitur 18
(vt arbitror) eos quidem qui purgantur: omni prorsus labe puros effici /
ac dissimili omni cōmixtione liberari. Qui vero illuminantur: eos diuina
luce repleri / atq́ʒ castissimis mentis obtutibus ad cōtēplationis habitum /
virtutemq́ʒ conscendere. Porro qui perficiuntur: eos (cum gradatim ad
superiora ferantur) participes fieri perficientis illius scientiæ sacrorum / ad
quæ contuenda prius illuminati erant. At vero quibus purgandi cęteros
officium est: ingenti mundiciæ copia tradere alijs suæ sanctimoniæ con=
sortium decet. Qui vero illuminandi cōsecuti sunt munus: eos vtpote lu=
cidiores spiritus / ad percipiendam atq́ʒ tradendam alijs participationem
ac societatem lucis idoneos / sacriq́ʒ illius fulgoris gratia opulētissime ple=
nos: exundantem omni ex parte lucem in eos qui merentur / effundere.
Qui autē perficiendi fungunť vice:
eos vt perficientis disciplinæ peri=
tissimos / sacratissima institutione sci
entię sanctarū (quas cōtēplati sunt)
rerū / ad se accedētes huius rei causa
pficere. ¶ Quilibet itaq́ʒ supernę di 19
stinctionis ordo p modo ac ratione
sua: vt deo cooperetť enititur. ea per
gratiā indultæ sibi a deo virtutis effi
ciēs: quę ipi diuinitati / excellēti quo=
dā modo naturaliter insunt / & quæ
ab ea supsubstātialiter fiunt: quæq́ʒ
se ad imitationē cœlestiū angelorū
sublimiter pandunt.




A SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Quæ
profecto destinatio deū ipsum habet. desti
B natio: intētio / imitatio / sacraq́ʒ fūctio. ¶ Vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D


sacra testantur eloquia. Ioānes epistola ad Gaiū. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritati. Mattheus cap. quīto. *Sic luceat lux vestra coram hoībus: vt videāt opera vestra bona/ & glorificent patrē vestrū qui in cœlis est.*

¶ Et vnaquæq; hierarchiarum/ hoc est sacrorū principatuū/ cœlestiumq; ordinū: diuinam beatitudinē/ purgantem/ illuminantem & perficiētem imitatur. suntq; in ea qui purgant/ illuminā̄t & perficiunt. sunt qui vicissim purgantur & purgant/ illuminantur & illuminā̄t/ perficiuntur & perficiunt. sunt qui eo in ordine solū purgantur/ illuminantur & perficiuntur. Sol dum aerem/ tenebras pellendo mouet: purgat. dum animalium oculos ad se rapit ac conuertit: illuminat. dum vero ad se cōuersos sua lāpade implet: format/ atq; perficit. Igitur sacrorū pricipatuū quidā supremi/ quidā postremi/ & quidā medij. Supremi quidem: purgant/ illuminant/ & perficiunt. postremi purgātur/ illuminātur/ & perficiuntur. medij vero vicissim purgantur & purgant/ illuminantur & illuminant/ perficiunt cōsummāturq; & cōsummāt.



¶ Et hinc hierarchicorū ordinum aliam subinferunt partitionē: quosdā esse principātes/ quosdā subditos/ & quosdā mixtos/ vicissim principantiū & subditorū officia: pro dignitate/ syncera inuiolataq; seruātes. Et hos oēs ordines: vna eademq; diuinitas/ supeminēter pura/ superlucens/ omnēq; perfectionem superans: ambit/ mundat/ illustrat/ perficit. vt adiecta monstrat formula.

¶ Veruntamen quia in cœlestib9 ōnibus/ cū sūmis tū medijs ac infimis: hierarchiæ hoc est sacri principat9 nomē coaptat sacrat9 pater/ & sūmissionis subiectionisq; nomē in illis supramūdanis cap. septio refutat: ideo qui principantes in subiecta figura appellātur/ supprincipantes ap=



mundans omnia/ illuminans omnia/ perficiens omnia.

pellari poterũt.& qui ſubditi: ſupprincipãtes. Quare iure euenit vt iterum coincidẽte
cũ ſuperiori/partitione: cœleſtes ordines diſtribui poſſint in ſuperprincipãtes/in ſup=
principãtes ſolum/ in principantes & ſupprincipantes. reſpectu quidem ſolum habi=
to: ad ipſos cœleſtes ordines. Et id adiectum eſt: vt de diuinis loquendo(quoad fieri
poteſt) religio ſeruetur & pietas. quẽadmodum nobis pie iter mõſtrauit ſacratiſſimus
pater. Supremi: ſuperprincipãtes. Medij: principantes/& ſupprincipãtes. Poſtremi:
C ſupprincipantes ſolum. ¶Ratione excellentiæ ſingularis excepta. ſingularis: vnicæ
ac ſimplicis.

¶TERTII CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM. 15



Diffinit hoc loco ſacer Dionyſius hierarchiam in ſua generali ratiõe:
qua cœleſtem omnẽ beatorũ ſpirituum principatum ambiat ac cõ=
plectatur. ſiue ſupremus ſit ille ſacer principatus: ſiue medius/ ſiue
poſtremus. Poteſt nichilominus ſecundo loco eadem diffinitio etiã
eccleſiaſticę applicari hierarchię: ob ipſius cõformitatem & affinita=
tem cum cœleſti/ & quoniã eadem ſunt vtriuſq; munia cõſimiliaq;
opera. Exprimit autẽ data in littera hierarchiæ ratio: duo præcipua
eius officia. Primũ eſt. pro viribus ad dei ſimilitudinem niti: per virtutũ/ operationũ
& diuinarum rationum vt lucis/ vitæ/ puritatis/ bonitatis/ perfectioniſq; conformitatẽ.
diuinãq; in ſe imaginem/ ſpeciem & ſimilitudinẽ exprimere/& illi pro ſuę rationis mo
do aſſimilari: vt imago ſuæ veritati/& ſignum ſuo exemplari reſpondet. Secundũ eſt:
ad dei imitationem pro facultate ſua tendere & niti: illiuſq; benignitatem/ prouiden=
tiã/ bonitatẽ/ manſuetudinẽ/& iuſtitiam/ in ſuis operibus imitari. Quorũ vtrũq; cœle=
ſtes certe ſpiritus ſuum integerrime ſeruãtes principatum: indefeſſo ſtudio/ aſſiduoq;
enixu exequũtur. Nempe ſtudent pro viribus diuinam in ſe ſimilitudinẽ exprimere/
& illi quãtum fas eſt ſimiles euadere: in candore puritatis/ luminis effulgentia/ & per=
fectionis conſũmatione/ vt omnino deiformes ſint/ & in deum tranſire ob cõformita=
tem videantur. Nec minus imitari conãtur eximiam dei bonitatẽ: cõmunicatione bo=
norum ipſis indultorũ/ atq; in alios tranſfuſione. Imitantur & ſummã eius prouiden=
tiam omnia cõtinentem: per prouidã curam & cuſtodiã rerum inferiorum. ¶Oſtendit 16
deinde a quo vt principio/ authore & cauſa: depẽdeat omnis hierarchiæ ordo & fun=
ctio. dicens diuinã pulchritudinẽ imprimis ſumma puritate nitere: quæ nullã prorſus
admittit admixtionem diſſimilitudinis. Nempe quod impurum eſt & purgari indiget:
admixtam habet aliquam boni aut pulchri aut lucis diſſimilitudinem/ quæ purgato=
ria virtute aboleatur & depellatur. Vt aer obſcurus tenebris offunditur diſſimilitudine
lucis: quæ per luminis aduentum amoueatur. & corpus ęgrotum admixtam habet
humorũ diſproportionem/ bonę valitudinis diſſimilitudinẽ: quæ per conualeſcẽtiam
& curationem eſt dimouẽda. Deniq; animus hominis ignorans aut vicijs corruptus/
habet ignorantiã & prauitatem admixtam: quæ diſſimilitudo ſunt ſcientiæ & virtutis
perficiẽtis animũ. Quare purgãdus hominis animus: ab inſcitia & labe peccati debet
liberari. Ex oppoſito igitur quod omnino purũ eſt/ immo ſumma & immenſa puritas:
nullã habet admixtionem diſſimilitudinis/ a bonitate/ perfectioneq; decidentis. Eadẽ
quoq; diuina pulchritudo õnes purgat/ illuminat & perficit pro ſuo captu & modulo
quantũ quiſq; ſacris initiatus ſacroq; ordini inſertus/ diuinã in ſe ſimilitudinem effin=
gere nititur. Nẽpe ſacratiores ſunt ſupremi ordinis cœleſtes ſpiritus/& amplius ini=
tiati: q̃ medij aut poſtremi ordinis. & ergo vberius a deo purgãtur/ illuminãtur & pfi=
ciuntur. Conſimiliter in eccleſiaſtica hierarchia/ ſacratiore ordine ſunt inſigniti põtifi=
ces: q̃ ſacerdotes aut miniſtri. & idcirco illos diuina pulchritudo auguſtius illumĩat &
pficit. Eſt igitur pręcipua ipſius hierarchię ſacreq; fũctiõis intẽtio: & deũ recte imitari/
illi ſimilẽ fieri & vnũ cũ eo effici. Cõſtat itaq; q ipſa hierarchię functio & propria ope=
ratio deũ habet authorẽ ſuę ſacrę actionis/& diuinioris ſcientiæ magiſtrũ. in quẽ tanq̃
ſcopũ/ exẽplar & primitiuã formã ſemp defixa & intẽta/ atq; ad illius ſpeciẽ ſe pro vi=
ribus per imitationẽ efformans: eos inſup qui ſecum in hierarchiæ ſortẽ cõceſſere/ &
ad diuinorũ aſſimilationẽ tendũt: facit itidem dei ſigna & imagines/ imprimẽdo ipſis
& cõmunicando effigiem ſpeciemq; diuinã. facit etiam illos lucida ſpecula: infundẽdo
illis diuinarũ perfectionũ imaginem/ quam clare repręſentent ac referant/ vt deificæ
bonitatis facies in illis quoquo pacto reluceat. Quæ quidẽ ſpecula poſtq̃ diuinæ lucis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

radios in se susceperint: illos deinde sequentibus & inferioribus transfundunt / atq; in
illo dei obsequuntur ordinationi. quæ sanxit posterioribus illa communicari debere a
prioribus: quæ priora ante in se susceperunt. vt lunam ministrare debere lumen sub-
lunaribus corporibus: quod a sole prius accepit. Neq; enim licet aut eos qui sacro-
rum mysteriorum tradunt alijs notionem / aut qui illam ab alijs accipiunt / aliquid
facere: nisi quod ex diuina institutione & sanctione / sui est officij atq; muneris. Neq;
præscriptum definitumq; a deo ordinem / per confusionem aut inordinationem lice-
bit in hisce ministerijs immutare: si claritatem illius supernæ lucis (per quam deifor-
mes fiunt) in se haurire cupiunt. in quam intenta mentis acie defixi: se ad illam di-
15 uinam lucem componere atq; formare student. Quæcunq; enim a deo sunt: ordinata
sunt. & vbi confusio est ordinis proprij: lux illa deifica radiare non potest / neq; sibi Roma. 13.
conformes animos reddere. Cum igitur hierarchia dicitur: sacra designatur distinctio /
ordinatissimaq; functio / quæ diuinæ sit pulchritudinis repræsentatio ac species: susceptę
lucis intimæ & notionis arcanorum mysteriorum munera atq; ministeria recto ordine
disciplinaq; peragens / & dei (quod suum est & omnium principium) imaginem in se
17 efformare summopere nitens. ¶ At vero quæ suprema sit & absoluta eorum qui hie-
rarchiæ cœlesti (de illa enim hic secundum materiam subiectam / vt dictum est / habe-
tur sermo: q̃uis secundo loco eadem possent & ad ecclesiasticam / per quandã cœlestium
imitationẽ applicari) sunt dediti atq; addicti / perfectio: cõsequẽter aperit beatus pater.
eamq; potissimum esse dicit: pro viribus ad dei imitationem eniti / deiq; in bonorum cõ-
municatione propagationeq; in alios / & cæterorum ad deum subuectione cooperato-
rem fieri / per huius ministerij in reliquos exhibitionem. deniq; & benignam dei opera-
tionem in se factam atq; susceptam: alijs etiam manifestam facere / consimilemq; ipsis
operationem impendere. Quicunq; enim hierarchiæ cœlesti aut ecclesiasticæ sunt ascri
pti atq; destinati: hæc duo potissimum habent opera. Primum. q a deo aut proxime
aut per medium suscipiunt supremæ bonitatis munera / purgationem / illuminationem /
perfectionem: superne in ipsos deriuata. Secundum. q eadem dona benignitate sui au-
thoris accepta: cum summa beniuolentia & cõmunicabilitate transfundunt in reliquos /
purgationisq; illuminationis & perfectionis gratiam ac beneficium alijs impartiuntur.
16 Est autem sacra tam cœlestis q̃ ecclesiastica distinctio / potissimum circa hæc tria aut su-
scipienda aut efficienda intenta: purgationem / illuminationem & perfectionẽ / quæ sunt
potissima ipsius hierarchiæ officia. Nempe aliqui cœlestes spiritus purgantur: alij pur-
gant. alij illuminantur mysteriorum diuinorum scientia: alij id officium exequuntur &
illuminant. demum alij perficiuntur: & alij perficiunt. & vnicuiq; cœlestium spirituum /
in his operibus / dei imitatio pro sua ratione ordine & modo congruit: vt scholia huic
loco respondentia apertius declarant. Porro diuina beatitudo nullam habet sibi ad-
mixtam dissimilitudinem boni: quare nullo modo purgatur. nullis item est offusa tene-
bris: quoniam vt ait Ioannes / deus lux est: & tenebræ in eo non sunt vllæ. & idcirco
non illuminatur. Deniq; nullius eget perfectionis: vt quæ omnem rebus perfectionem 1. Ioan. 1.
elargiatur / & ergo non perficitur. sed solummodo purgat / illuminat & perficit ea:
quæ harum diuinarum operationum sunt capacia. Quinimmo ipsa diuina bonitas:
est ipsa purgatio / illuminatio / & perfectio. nam suaptæ natura hæc habet: atq; pro-
pria substantia. non autem per participationem & ab alio: quemadmodum cœlestes
spiritus. qui dicuntur quidem & recte / purgare / illuminare & perficere: nullus tamen
eorum aut purgatio dici posset / aut illuminatio / aut perfectio / quoniam hæc solum
participatione & gratia obtinent. Deniq; tertio loco summa ipsa diuinitas propter exi-
miam suam excellentiam / qua omnibus singulariter & in immensum supereminet: prę-
dicatur hic esse supra omnem purgationem / supra illuminationem omnem atq; supra
perfectionem collocata. q omnem antecedit & excedit purgationem / illuminationem
& perfectionem / omniũ quidem horum causa prima & principiũ: sed ante hęc omnia / &
18 ab omnibus eminentissime excepta. ¶ Deinceps edisserit latius & digerit: quomodo
dispositos oporteat esse eos qui purgãtur / illuminãtur & perficiũtur: purgãt / illuminãt /
& perficiunt. Illos quidẽ qui purgantur, oportet (inquit) õni labe terreni affectus & igno
rãtiæ puros effici / & omni dissimilitudinis admixtione euacuari: quo cõmodius & expe-
ditius ad dei similitudinem prouehantur. Eos vero qui illuminãtur / oportet diuine lucis
irradiatione perfundi: atq; syncęra mentis acie ad dei contemplationem euehi. Demũ

Cap.
3
4

eos qui perficiũtur/opus eſt participatione ſacrorum myſteriorum & ſancta illorum ſci=
entia imbui: ad quę cognoſcēda prius erāt illuminati. vt hoc pacto per gradus quoſdā:
ad perfectionis apicem ferantur. Porro qui alios purgandi funguntur officio: debent
alijs ſuæ puritatis(qua vbertim affluere ipſos operęprecium eſt) tradere cõmunionem
& conſortium. Quomodo enim qui impurus eſt: alios ad puritatem adducere poterit?
Qui vero illuminandi alios gerunt officium: oportet eos affluentiore quidem lucis co=
pia præditos & ad elargiendā alijs participationem luminis aptos: profluentem vndiqꝫ
ex ſe claritatis ſpiritualis gratiam / in eos qui idonei ſunt & digni trāſmittere. Deniqꝫ
eos qui perficiendi cæteros exercent munus : opus eſt primum quidem perficientem
ſacrorum myſteriorum diſciplinam exacte callere/ alioqui alijs illam tradere non poſ=
ſent. deinde accedentes ad ſe ad hanc perfectionis gratiam obtinendam/ imbuere al=
tiſſima diuinarum (quas contemplati ſunt) rerum diſciplina : per quam illi ad ſummam
perfectionis ac apicem pertingant. ¶ Demum colligit ſacratus pater ꝙ in hiſce tribus 19
hierarchiæ officijs / purgatione / illuminatione & perfectione : vnuſquiſqꝫ ſupramun=
danæ diſtinctionis ordo pro ſuo captu & modo enititur / vt deo cooperator euadat.
illa quidem per gratiam virtutis a deo ſibi traditæ efficiens: quæ ipſi diuinitati ſuapte
natura & ex ſe conueniunt. illa itidem miniſterio quodam & more inſtrumenti alijs
elargiens: quæ ipſi deo præcipue & ſuperſubſtantialiter aſſunt. atqꝫ in ipſo fontaliter
primarieqꝫ exiſtentia : explicant ſe ad exteriora modo quodam ſublimi / ad ipſorum
cœleſtium ſpirituum imitationem / atqꝫ dignam aſſectationem. Enimuero ipſi diui=
nitati naturaliter inſunt: ſumma potentia/ ſumma ſapientia/ & ſummus amor/ ſumma
veritas/ perfectio & virtus. Ab ipſa vero diuinitate fiunt: prouidentiſſima mundi gu=
bernatio/ rerum conſeruatio/ & indeficiens ſuorum donorum elargitio. Et tam ea quæ
diuinitati naturaliter inſunt/ q̃ ea quæ ſuperſubſtantialiter ab ea fiunt/ ſe ad imitatio=
nem angelorum ſublimiter pandunt: quoniam deo inſunt per veritatem archetypam/
angelis vero per veſtigium ac imitationem. & tanq̃ exemplaria in deo exiſtentia: ipſis
cœleſtibus ſpiritibus inſinuantur ac panduntur / vt pro viribus illa imitentur / atqꝫ ad
ipſorum nitantur imitationem ac ſimilitudinem: quo fiant deiformiores.

¶ Quid ſignificet angelorum appellatio.


Cap. IIII.



Voniam itaqꝫ quid ſit hierarchia ipſa/ cõuenienter a nobis 20
(vt reor) diffinitum eſt: ipſam iam angelorum functionem
ſuo ordine laudare neceſſario conuenit / ſacraſqꝫ illius for=
mas (quas ſacræ litteræ fingunt) eleuatis mentis luminibus
cernere. vt per ſacratiora figmenta: ad excellentem illarum
prorſuſqꝫ diuinam ſimplicitatem conſcendamus. atqꝫ cum
debitæ venerationis honore/ gratiarumque actionibus congruis : totius
ſupremæ ſcientiæ laudemus initium. ¶ Primum omnium illud veriſſi=
ma ratione dixerimus: vt bonitate ſola/ ſumma illa diuinitas rerum eſſen= 21
tias ſtatuit atqꝫ ad eſſe produxit. Eſt enim omnium cauſæ / excellen=
tiſqꝫ bonitatis id proprium : vt ad conſortium ſui quæ ſunt inuitet & at=
trahat omnia / ſingula ſcilicet pro captu & modo rationis ſuæ. Igitur om=
nia quæqꝫ ſubſiſtunt : prouidentiæ ratione reguntur/ ex ſumma illa om=
nium authore deitate manantis / illiqꝫ participant. alioqui eſſent profe=
cto nulla : niſi ſubſtantiæ rerum / atqꝫ principio communicarent. Itaqꝫ
inanimata omnia: hoc ipſum quod ſunt/ inde ſuſcipiunt. quippe eſſe om=
nium eſt ipſa diuinitas: quæ modum totius eſſentiæ ſuperat. Porro quæ
viuunt omnia: ex hac ipſa quæ ſupra omnem vitam eſt/ cunctaqꝫ viuificat:
vt viuant acceperunt. Rationalia item atqꝫ intellectualia : eiuſdem ſupra
mentem omnem atqꝫ intellectum perfectæ/ & omnia ad perfectum ducen=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tis sapiētiæ sunt participatione fœlicia.
Liquet autem illas in conspectu eius
versari substātias: quæq; multis modis
22 illi cōmunicant. ¶ Sanctæ itaq; cœ-
lestium spirituum distinctiones: eis &
quæ solum sunt/ & quæ sine rationis
vsu viuunt/ & quæ humana vtuntur
ratione: diuinæ illius participationis
dignitate & copia/ longe præcellunt.
Nam cum se ad imitandum deum spi-
ritualiter/intelligibiliterq; componant/
atq; diuinam similitudinem vitra hu-
manum morem intuentes/ ad eam/ in-
tellectualem speciem suam effingere
cupiant: merito vberiore illius partici-
patione beatæ sunt. Astāt enim propi-
us illi coherētes/ac semper in anteriora
(quātum fas est)eximia diuini & nunq̄
fatiscentis amoris intētione cōtendunt:
diuinos illos fulgores absq; vlla mate-
ria & admixtione/ iugiter haurientes:
atq; in illorū formæ naturam transeū-
tes/vitamq; omnem habentes spiritua-
lem. Hæ sunt igitur quæ principali &
multiplici modo diuinæ societatis ho-
nore sunt preditę: secretumq; diuinum
præcipue/ multisq; enunciant modis.
23 ¶ Idcirco & præ omnibus angelicū co-
gnomen meruerunt: q cum in eas pri-
mo diuinę claritatis fulgor emanet/ipsę
postmodum in nos enunciationes illas
sublimiores superne traijciāt. Sic deniq;
& lex (vt scriptura diuina testatur) per
angelos nobis indulta est/ inclytosq; il- D
los patres nostros qui ante legē/ quiq; B
fuere post legem: angeli ad deum sub-
uexere, siue quid agendum esset admo-



21

nentes/ atq; ab errore sacrilego vitaq; prophana ad rectum veritatis iter
traducētes: siue sacra quęuis instituta/seu cœlestium sacramentorū occultas
24 visiones/siue diuinas aliquas prædictiones docēdo pandētes. ¶ Enimuero
si quis fortasse dixerit/ex deo ipso absq; vllo medio/ quibusdam sanctorū
diuinas apparitiones contigisse: is illud quoq; de sacratissimis libris sapien F
ter intelligat/vt secretum ipsum dei/quodcunq; tandem illud est: nemo vnq̄ G
vidit/ neq; videbit. Cæterum diuinæ illæ apparitiones/ sanctis viris per

Cap. 4

H ſigna deo conuenietiſſima:ſacris quibuſdam atqꝫ intuentium modo ac vi-
ribus accõmodatis/ viſionibus cõtigere. At vero ſapiētiſſima theologia/vi-
ſionem illam quæ in ſemetipſa deſcriptam oſtenderet diuinam veluti effi-
ctam ex rebus formas non capientibus ſimilitudinem(ꝙ ad deum cernē-
I tes adducat)diuinam apparitionem rectiſſime appellat.per quam intuenti
bus diuinius ille fulgor irradiet / eoſqꝫ ſacratius aliquid atqꝫ auguſtius do-
ceat. Huiuſmodi vero diuinas viſiones: celeberrimi illi patres noſtri mini-
K ſterio cœleſtium virtutum ediſcebant. An non ipſam quoqꝫ legis ſacram
ſanctionem: vt ex deo Moſi traditam/ſcripturæ ſanctæ traditio loquitur?
At id quidem nos verius inſtruit:diuinæ illam fuiſſe/ſacratioriſqꝫ legis effi
L giem. ¶ Ex quo & illud ſapientiſſime theologia videtur innuere: ꝙ ſcilicet
iccirco illa per angelos ad nos vſqꝫ manauerit/ vt id ſanctiſſimæ ac diuinæ 25
legis inſtitutione caueretur: priora ſequētibus iter ad deum ſternere.Non
enim ſolum in ſuperioribus/ inferioribuſqꝫ ſpiritibus lex iſta conſtituta eſt:
verum in æqualibus quoqꝫ/ & qui eiuſdem ordinis ſunt. Quippe ſtatuit
ſummus ille ac superſubſtãtialis omnium ordo: per ſingulas diſtinctiões/
primos & medios extremoſqꝫ eſſe ordines atqꝫ virtutes.vt ſcilicet inferiorũ
ſpirituũ excellẽtiores quiqꝫ/ præceptores ac duces ſint:ꝑ quos illi acceſſum
habeãt ad deũ/& ad lucẽ illã ſecretiſſimã dei/ ſocietatẽqꝫ perueniãt. Intueri
autẽ libet vt diuinũ illud ſacramentũ/ quo noſtræ humanitatis IHESVS
M benigniſſime factus eſt particeps/angeli primũ didicerũt:deinde per illos/
N ad nos quoqꝫ ſcientiæ iſtius gratia deriuauit. Sic deniqꝫ Gabriel Zachari-
am quidem pontificem (vt legimus) docuit naſciturum ex ſe pręter ſpem
ſola diuina gratia filiũ / prophetam fore / ac pręuium illius (quæ mundo
clementiſſime atqꝫ ſaluberrime reuelanda erat in humana carne IHESV)
O diuinæ operationis. MARIAM vero/ quo pacto in ea diuinũ illud atqꝫ
ineffabile ſuſceptæ a deo humanitatis ſacramentũ perſiceretur: inſtruxit.
P Alius item angelus/ Ioſeph pium erudiuit : & quæ patriarchæ Dauid di-
Q uinitus promiſſa fuerant/ impleta præmonuit. Alius item paſtores vt ſo-
litudinis receſſu & quiete purgatos alloquitur/ eiſqꝫ nunciat gaudium:atqꝫ
cum illo multitudo cœleſtis exercitus/ hymnum illum celeberrimum atqꝫ
laudatiſſimũ mortalibus tradit. ¶ Libet ad ipſas quoqꝫ ſupremas ſancto-
rum/ altiſſimaſqꝫ intelligentias:cordis lumen attollere. Cerno enim vt ipſe 26
quoqꝫ IHESVS cœleſtiũ ſubſtãtiarũ author mirabilis atqꝫ incõpręhẽſi-
bilis/ab humana(quã ipſe ſtatuerat & elegerat)lege atqꝫ ordine nõ deſciue
rit: cũ ad infirma noſtra ſine vlla ſui mutatione veniſſet. imo obtẽperanter
R patris ac dei inſtitutis(quæ per angelos dederat)fuerit obſecutus. Illorũ itẽ
Ioſeph miniſterio nunciatur Ioſeph:a patre ſũma diſpẽſatione decretus IHESV
S vel in Aegyptũ diſceſſus/ vel ex Aegypto in Iudęã denuo reditus. Ipſum
T quoqꝫ per angelos cernimus paternis legibus ſubditum. ¶ Omitto enim
ea dicere/quæ ſacroſanctis noſtris traditionibus exponuntur (ſcienti enim 27
V loquor) vt ſcilicet IHESVM angelus paſſioni proximum & orantem
confortaſſe memoretur. Et ipſe quoqꝫ IHESVS cum ob nimiam cha-
ritatem ſuam / ſalutiqꝫ noſtræ nimis neceſſariam/ ad ſuæ pietatis opus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

implendum in ordine venisset nunciantis: magni consilij angelus sit præ- X
dicatus. Nam profecto (sicut ipse suo ministerio conuenientia locutus ait)
quæcunq; audiuit a patre: nunciauit nobis. Z

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Vt scriptura diuina. Lucas in actibus apostolo- D
rum cap. septimo. Et occiderunt eos qui annunciabant de aduentu iusti/ cuius vos nunc
proditores & homicidæ fuistis: qui accepistis legem in dispositione angelorum. ¶ In- E.
clytosq; patres nostros qui ante legem/ quiq; fuere post legem: angeli ad deum subue-
xere. Ante legem: Loth/ Abraham/ Iacob. Post legem: Gedeon/ prophetæ/ apo-
stoli/ & qui pie in deo vixerunt. vt Cornelius Centurio / Daniel / Ioseph / Ioannes.
Angeli ad Loth: Genesis cap. decimonono. Habes hic quempiam tuorum / aut ge- Loth.
nerum/ aut filios/ aut filias/ omnes qui tui sunt: educ de vrbe hac. delebimus enim lo-
cum istum: eo q increuerit clamor eorũ corã domino/ qui misit nos vt perdamus illos.
Cumq; esset mane/ cogebant eum angeli dicentes: surge/ tolle vxorem tuam & duas fi-
lias quas habes/ ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. dissimulante illo appręhen-
derũt manum eius/ & manum vxoris ac duarum filiarum eius: eo q parceret dominus
illi. Abraham: Genesis capite vicesimo secundo. Extenditq; manum & arripuit gla- Abraham.
dium: vt immolaret filium suum. & ecce angelus domini de cœlo clamauit: Abraham/
Abraham. qui respondit/ assum. dixitq; ei/ non extendas manum tuam super puerum/
neq; facias ei quicq̃: nunc cognoui q timeas dominũ/ & non pepercisti vnigenito filio
tuo propter me. leuauitq; Abraham oculos suos/ viditq; post tergum arietem inter ve-
pres cornibus hęrentem: quem assumens obtulit holocaustum pro filio suo. Vocauit au-
tem angelus domini Abraham secũdo de cœlo dicens. per memetipsum iuraui dicit do-
minus: quia fecisti hanc rem/ & non pepercisti filio tuo propter me: benedicam tibi &
multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli/ & velut arenam quę est in littore maris. pos-
sidebit semen tuum portas inimicorũ suorum: & benedicẽtur in semine tuo omnes gen-
tes terræ. Iacob. Genesis cap. tricesimoprimo. Nũc ergo surge: & egredere de terra hac
in terram natiuitatis tuæ. Gedeon. Iudicum sexto. Apparuit ei angelus domini & ait: Iacob.
dominus tecũ/ virorum fortissime. vade in hac fortitudine tua: & liberabis Israel de ma- Gedeon.
nu Madian. ego ero tecũ: & percuties Madian quasi virũ vnũ. Tolle carnes & azymos
panes: & pone supra petram illam/ & ius desuper funde. & extendit angelus domini sũ
mitatem virgę quam tenebat manu: & tetigit carnes & panes azymos/ ascẽditq; ignis
de petra & carnes azymosq; panes consumpsit. angelus autem domini/ euanuit ex ocu-
lis eius. Cornelius centurio. Lucas actuum apostolorum cap. decimo. Orationes tuæ &
eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. & nũc mitte viros in Iop- Cornelius.
pen: & accersi Simonem quẽdam qui cognominatur Petrus. Daniel cap. septimo. Aspi- Daniel.
ciebam ergo in visione noctis/ & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat:
& vsq; ad antiquum dierum peruenit/ & in conspectu eius obtulerunt eum. & dedit ei
potestatem/ & honorem/ & regnum: & omnes populi/ tribus & linguæ seruient ei. pote-
stas eius: potestas ęterna quæ non auferetur/ & regnum quod non corrũpetur. Ioseph. Ioseph.
Matthęus cap. secũdo. Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge
& accipe puerum & matrem eius/ & fuge in Aegyptum. & esto ibi: vsq; dum dicam tibi.
futurum est enim vt Herodes quęrat puerum ad perdendũ eum. Ioannes. Apocalypsis Ioannes
cap. vicesimosecundo. Et postq̃ audissem & vidissem: cecidi vt adorarem ante pedes
angeli/ qui michi hæc ostendebat. & dixit michi: vide ne feceris/ conseruus enim tuus
sum & fratrum tuorum prophętarũ/ & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius.
deum adora. Ecce ergo angeli ad deum subuehũt: vt Ioannem. quid agendum sit mon-
strant & ammonent: in Loth/ Iacob/ Gedeone. ab errore ad veritatis iter reducunt: in
Cornelio centurione. sacramentorum cœlestium occultas visiones pandunt: in Daniele.
diuinas prædictiones docent: in Abraham & Ioseph. ¶ Quibusdam sanctorum diuinas
apparitiones cõtigisse. vt Mosi: de quo numerorum duodecimo. Cunq; fuissent egressi: F
descendit dñs in colũna nubis/ & stetit in introitu tabernaculi vocãs Aaron & Mariam. Moses
qui cum issent: dixit ad eos. audite sermones meos. si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi:
in visione apparebo ei/ vel ꝑ somniũ loquar ad illũ. at nõ talis seruꝰ meus Moses: qui in
oĩ domo mea fidelissimus est. ore enĩ ad os loquor ei: palã & nõ per ęnigmata/ & figuras
deũ videt. ¶ Vt secretũ ipsũ dei qd̃cũq; tandẽ illud est. Id supra ex Paulo ad Timotheũ. G

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4

cap. sexto. Qui lucem habitat inaccessibilem/quem nullus hominũ vidit vnq̃: sed nec vi
H dere potest. ¶Per signa deo conuenientissima sacris quibusdam. adiunge visionibus.
I ¶Diuinam apparitionẽ rectissime appellat. diuinam apparitionem quæ & theophania
dicitur: celeberrimi patres nostri (hoc est sancti prophetæ) ministerio angelorum edisce-
bant. vt Daniel cap. septimo. Horruit spiritus me9/ego Daniel territus sum in his: & vi-
siones capitis mei cõturbauerunt me. accessi ad vnum de assistentibus/& veritatẽ quę-
rebam ab eo de omnibus his: qui dixit michi interpretationem sermonũ/& docuit me.
K ¶An non ipsam quoq; legis sacram sanctionẽ. Deuteronomiũ cap. nono. Deditq; mi-
L chi duas tabulas lapideas scriptas digito dei. ¶Ex quo & illud sapiẽtissime theologia
videtur innuere. Ex luca paulo ante. Et paulus epistola ad Galatas cap. tertio. Quid
igitur lex? propter transgressionem posita est: donec veniret semen cui promiserat/ or-
M dinata per angelos in manu mediatoris. ¶Angeli primũ didicerunt. Lucas cap. primo
Ait angelus ei/ne timeas MARIA: inuenisti enim gratiã apud deum. ecce cõcipies in
vtero & paries filium: & vocabis nomen eius IHESVM. hic erit magnus/& filius altis-
N simi vocabitur: & regnabit in domo Iacob in ęternum/& regni eius nõ erit finis. ¶Sic
deniq; Gabriel Zachariam quidem pontificem. Lucas cap. primo. Apparuit autem an-
gelus domini stans a dextris altaris incensi: & Zacharias turbatus est videns/ & timor
irruit super eum. Ait autem ad eum angelus. ne timeas Zacharia/quoniam exaudita est
deprecatio tua. & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioãnem.
& erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebũt. erit enim magnus
coram domino: & vinum & siceram non bibet. & spiritu sancto replebitur adhuc ex vte-
ro matris suæ: & multos filiorum cõuertet ad dominũ deum ipsorum. Et ipse præcedet
ante illum in spiritu & virtute Heliæ (vt conuertat corda patrum in filios/& incredulos
O ad prudentiam iustorum) parare domino plebem perfectam. ¶MARIAM vero quo pa
cto in ea diuinum illud. Lucas cap. primo. Dixit autem MARIA ad angelũ. quomodo
fiet istud: quoniã virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. spiritus sanctus
superueniet in te/& virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te san-
P ctum: vocabitur filius dei. ¶Alius item angelus: Ioseph pium erudiuit. Matthęus cap.
primo. Ecce autem angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicẽs. Ioseph fili Dauid:
noli timere accipere MARIAM coniugem tuã. Quod enim in ea natum est: de spiritu
sancto est. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius IHESVM. ipse enim saluũ faciet
Q populum suũ: a peccatis eorum. ¶Alius item pastores. Lucas cap. secũdo. Et pastores
erant in regione eadem: vigilantes/& custodiẽtes vigilias noctis super gregem suũ. Et
ecce angelus domini stetit iuxta illos/& claritas dei circũfulsit illos: & timuerũt timore
magno. Et dixit illis angelus: nolite timere. ecce enim euãgelizo vobis gaudiũ magnũ
quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator (qui est CHRISTVS domi-
nus) in ciuitate Dauid. & hoc vobis signum: inuenietis infantem inuolutũ & positũ in
præsepio. & subito facta est cum angelo/multitudo militiæ cœlestis laudantium deum/
R & dicentium: gloria in altissimis deo/& in terra pax hominibus bonę volũtatis. ¶Illorũ
item ministerio nunciatur Ioseph. Matthęus cap. secundo. Ecce angelus domini appa-
ruit in somnis Ioseph dicens: surge & accipe puerum & matrem eius/ & fuge in Aegyp-
tum. Et paulo post. Defuncto autem Herode/ ecce angelus domini apparuit in som-
nis Ioseph dicens: surge & accipe puerum & matrem eius / & vade in terram Israel.
S defuncti sunt enim: qui quærebant animam pueri. ¶Ipsum quoq; per angelos cerni-
mus paternis legibus subditum. hoc est. videmus dominum in eius natiuitate/ in fuga
in Aegyptum/in reditu ex Aegypto: ordinatũ per angelos sub summi patris legibus/or
Osee. 2. dinationibusq;. qui & per os Osee prophetæ locutus ait: ex Aegypto vocaui filiũ meũ.
T ¶Omitto enim ea dicere: quæ sacrosanctis nostris traditionibus exponuntur. hæ sa-
V crosanctę traditiones: sancta sunt euangelia. ¶Vt scilicet IHESVM angelus pas-
sioni proximum & orantem confortasse memoretur. Lucas cap. vicesimo secundo.
Et ipse auulsus est ab eis quantum est iactus lapidis/ & positis genibus orabat di-
cens: pater si vis/transfer calicem istum a me. veruntamen non mea voluntas: sed tua
X fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo: confortans eum. ¶Magni consilij an-
gelus sit prædicatus. Esaias cap. nono. Paruulus enim natus est nobis/ & filius da-
tus est nobis/ & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius
admirabilis consiliarius / deus fortis / pater futuri seculi / princeps pacis. Legebatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tempore apostolorū.& factus est principatus super humerum eius:& vocabitur nomen
eius magni consilij angelus.loco cuius nunc versum habemus:admirabilis cōsiliarius.
¶Quecunq; audiuit a patre: nunciauit nobis. Ioannes cap. decimoquinto. Vos ami= Z
ci mei estis:si feceritis quę ego pręcipio vobis.Iam non dicam vos seruos:quia seruus
nescit quid faciat dominus eius.vos autem dixi amicos: quia omnia quęcunq; audiui a
patre meo/ nota feci vobis.

¶QVARTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

20 Vid deinceps determinādum superest: hic proponit sacer Dionysius/
dicens post assignatam hierarchiæ diffinitionē reliquum esse: vt ipsa
sacra cœlestium spirituū distinctio dignis laudibus celebretur/ rectoq;
ordine enucleatius declaretur/& formæ ipsæ corporales(quibus sacra
scriptura ipsos describit) erecta mentis acie obtutuq; spirituali consi=
derentur. vt per huiusmodi velamina sensibilia/ad occultam & laten=
tem sub ipsis intellectualem illorū simplicitatē congruenter fiat ascen
sus: & demum cum decenti veneratione & gratiarū actionibus debitis/ deus ipse lau=
detur.qui totius scientiæ sanctissimorum spirituū/omnisq; cognitionis quę de cœlestium
mysteriorum sacramētis haberi possit:principium est & exordium. Ab eo enim vt fonte
exuberantissimo profluit in cœlestes spiritus & homines: quicquid de supremis ac su=
21 pramundanis habetur sacratioris scientiæ/ veręq; cognitionis. ¶Ostendit deinde ōnia
condita/ a diuina bonitate subsistere/illiq; participare:vt gradatim per varia rerum ge=
nera/ad cœlestium spirituū contemplādam dignitatem nos euehat.Sane ex sola boni=
tate sua/summa deitas omnes rerum substantias ad esse produxit.quoniā cum sit per se
sufficiētissima & bonorum omniū plenissima:non indiguit creaturarum essentijs/aut ali=
quam inde vtilitatem accepit. Verum cum bonitatis diuinæ(quæ omnium causa est) sit
proprium:seipsam cōmunicare/& sui cōsortium atq; participationē alijs tradere: cōdi=
dit diuersa entium genera/vt essent quibus bonitatē suā ipse qui summe & per se bonus
est/communicaret.Quęcūq; igitur subsistunt: diuinæ prouidentiæ cura gubernātur/ex
summa dei bonitate profluētis/ipsiq; prouidentię participāt.Alioqui nullo pacto subsi=
sterent:nisi summæ deitatis(quæ rerum omniū substātia atq; principium est) participa=
tionem haberent.Itaq; inaīata omnia/vt cœli elementa/mixta imperfecta & mineralia:
hoc ipsum quod sunt/a diuina bonitate suscipiunt. est enim diuinitas ipsa / rerum om=
nium essentia:quinimo gradum omnem & modū essentiæ rerum eminētissime superat.
Viuentia itidem/vt plantæ/bruta/homines/spiritus cœlestes:ipsum viuere a summa di=
uinitate(quæ omniū vita est/& cunctis vitam largitur)acceperunt. Deniq; rationalia &
intellectualia/ vt homines & agmina cœlestia:diuinæ sapiētiæ sunt participatione fœli=
cia/ quæ supra omnem rationem & mentem perfecta est/ omniaq; ad perfectum ducit.
Perspicuum autem est/illas in cōspectu summæ diuinitatis diuersari & consistere substā=
tias:quæ multis modis illi participant/atq; amplius q̄ cęteræ cum illa cōueniunt.quales
sunt angelicæ substantiæ:quæ subsistūt/ viuunt/ rationales sunt & intellectuales insuper
immateriales sunt & incorporeę.quod nullis inferiorum entium generibus cōuenit.Cū
enim pluribus modis huiusmodi substātiæ ipsi deo q̄ reliqua cōmunicant:inde noscun=
tur esse natura perfectiores/sicut sunt & similiores ipsi perfectissimo rerum principio / q̄
cætera quæ paucioribus modis dei habent participationem.quare dignum est & ęquū:
ipsas iugiter assistere ipsi deitati.vt ipsi perfectissimo propinquius adhęreant:quæ per=
22 fectiora sunt. ¶Ex supradictis colligit sacratissimus pater q; cœlestes spiritus dignitate
naturæ & copia diuinæ participationis longe pręstant inanimatis quæ solum sunt/plan
tis & brutis quæ viuunt / & hominibus qui ratione vtuntur & intellectu sunt pręditi.
Cum enim ad dei imitationem se totos omnino conferant/ & diuinam speciem perfe=
ctiore modo q̄ homines intueantur/eamq; nitantur ad viuum & conformiter in se expri
mere:haud ab re copiosiore ipsius dei participatione sunt beati. Assistunt enim ipsi deo
e propinquo & in vicinia/ & semp in superiora anterioraq; nitūtur/indefatigabili diuini
amoris vigore emicantes:a deitate summæ lucis radios indesinenter suscipientes/ atq;
in illorum spiritualium radiorum formam ac habitum trāsfusi/vitaq; omnino spiritu=
ali dotati. Ipsæ igitur angelicæ substantiæ: modo principaliori q̄ cætera subsistentia &
pluribus itidem gradibus/ diuinam sortitæ sunt participationem / & ipsam summæ
diuinitatis ignotam omnibus & incognitam substantiā: varijs modis & inter se & ho=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

minibus ipſis enunciant. ℂQuocirca recte cœleſtibus illis ſpiritibus / angelorum no=
men impoſitum eſt: quod a nunciandi officio rebus indi ſolet. quoniam cum in ipſos
diuinæ claritatis fulgor & radius emittatur: illum deinde in nos varijs & multiplici= 23
bus modis transfundunt/ deiꝗ cognitionem altiſſimorũꝗ myſteriorũ arcana nobis an=
Gala.3. nunciant. Quippe hoc modo lex moſaica : angelorum miniſterio/ teſte ſcriptura/popu=
lo Iſraelitico eſt tradita. Et antiquos patres noſtros qui ante legem ſcriptã fuerũt & qui
poſt legem/angelici ſpiritus ad deum adduxerũt: aut admonentes quid foret agẽdum/
aut ab errore & vita prophana ad veritatis viam ipſos trãſferentes/aut ſacros ritus ce=
rimoniaſꝗ dei colendi docentes/ ſeu occultas arcanorũ cœleſtium viſiones hominibus
reſcrantes/aut rerũ futurarũ prẽnũciationes a deo factas: hominibus illarũ ignaris ape=
rientes. Horum autem quinꝗ angelicorũ miniſteriorum exempla: in huius loci ſcholijs
diffuſe explicantur. ℂDeinde obiectionem diluit: quæ contra ſupradicta fieri poſſet/
quoniam enim dictum eſt diuinarũ rerum enunciationes/ hominibus angelorum mini= 24
ſterio factas eſſe: dicet forſan aliquis ꝙ nõnullis ſanctorũ patrum cõtigerũt diuinæ ap=
paritiones abſꝗ vllo medio/ cœleſtiumve ſpirituũ officio. vt Moſi: de quo dominus ipſe
Nume. 12. in Numeris teſtatur. Ore ad os loquor ei: palam & non per ẹnigmata & figuras deum
Exo.33. videt. Et rurſum alio loco. loquebatur dominus ad Moſem facie ad faciẽ: ſicut ſolet lo=
qui homo ad amicũ ſuum. Reſpondet ſacratus pater id ex ſacris diuinæ ſcripturæ libris
inconcuſſe tenendũ: ꝙ ipſam diuinæ naturæ ſubſtantiã (quæ cũctis vſꝗ adeo manet in=
cognita: vt non poſſet quiſpiã recte diffinire quidnam ipſa ſit/ nã eſt incõprẹhenſibilis)
nullus mortaliũ & hanc vitam degentiũ vidit vnꝗ̃ nude/ neꝗ videbit. quemadmodum
1. timo. 6. beatus Paulus ad Timotheũ etiã perhibet: de deo loquens. qui ſolus habet immortali=
tatem: & lucem habitat in acceſſibilem. quẽ nullus hominũ vidit: ſed nec videre poteſt.
Verum illæ diuinæ apparitiones de quibus loquitur obiectio: contigere ſanctis viris per
ſigna deo cõgruentiſſima/ figmentaꝗ conueniẽtia ad reprẹſentandũ illam dei proprie=
tatẽ/ quæ tum ſanctis viris erat inſinuãda. cõtigerunt etiam illæ apparitiones per ſacras
quaſdam viſiones: ſubiectarum creaturarũ miniſterio formatas/ & accõmodatas capaci=
tati ac viribus intuentiũ illas viſiones. Nã qui limpidiore fuerunt mentis acie: viſiones
habuerũt ſacratiores & altiores. qui vero infirmiore: inferiores & minꝰ ſpirituales/ quiſꝗ
ſcilicet pro ſuo captu. Sacra autem ſcriptura/ eam viſionem quæ diuinam exhibet ſimi=
litudinem efformatam ſignis/ non quidẽ ſenſibilibus extero aut interno ſenſu/ ſed intel=
lectualibus ſolum & forma omni figuraꝗ carẽtibus : diuinã vocat apparitionem/ ꝙ hu=
iuſmodi viſio eos quibus offertur: hoc medio ad deum ſubuehit. per quam quidẽ viſio=
nem/ ſupercœleſtis fulgor diuiniore modo illis ꝗ̃ cẹteris illucet: & eos excellẽtius aliquid
& excelſius ꝗ̃ alios edocet. Et hoc modo Moſes dicitur in ſacris eloquijs dei apparitionẽ
habuiſſe: ꝗ̃uis nude & ſine velamine diuinã faciem in hoc prẹſentis vitẹ incolatu nunꝗ̃
viderit. quẽadmodum diffuſius annotauimus circa primũ caput primi libri eximij patris
Ioãnis Damaſceni de fide orthodoxa. Tales autem diuinas viſiones: antiqui patres ve
teris teſtamenti/ miniſterio angelorum didicerũt/ efformataſꝗ perſpexerũt. quare per=
ſpectum eſſe debet/ quẹcũꝗ ſanctis patribus reuelata ſunt aut apparuerũt: annũciatione
angelicorum ſpirituũ atꝗ officio illis fuiſſe exhibita. Quod & hoc argumento atꝗ iudi=
Exo. 20. cio/ in littera comprobatur. legem Moſaicam diuina ſcriptura affirmat a deo eſſe Moſi
traditam. et tamen (vt ſupradictum eſt) cœleſtium ſpirituum enunciatione atꝗ mini=
ſterio: illa eſt lata atꝗ poſita. Quæ igitur in ſcriptura a deo fuiſſe tradita dicuntur: fun=
ctione & intermedio angelorũ officio exhibita ſunt & reuelata. Qꝫ autem lex illa vetus
dicatur in ſcripturis a deo eſſe tradita: nos edocet & admouet/ ipſam nouæ & euãgelicæ
legis (quæ longe verior eſt & ſacratior) fuiſſe imaginem & figuram. quẽadmodum per=
Hebrẹ. 10. hibet beatus Paulus: legem habere vmbram futurorum bonorum. ℂAſſignat deinde
rationem admodum dignam beatus pater: quare lex vetus per cœleſtes ſpiritus tanꝗ̃
miniſtros & adminiſtratores/ ad homines vſꝗ ꝓpagata fuerit & deriuata vt ſcilicet per 25
hoc iſta cognoſceretur eſſe diuinæ ſanctionis & ordinationis lex/ ꝙ priora in huius mũ=
di ordine & ſublimiora naturæ entia : inferioribus iter ad deum parent/ & præceden=
tia ſequentibus ductum præbeant quo ad deum perueniant. Sunt autem (vt iam
dictum eſt) cœleſtes ſpiritus/ natura priores: homines vero/ longe poſteriores. Siquidẽ
hẹc diuinæ ſapientiæ conſtitutio: non ſolum in ſuperiorum diſtinctionũ & inferiorum ſpi
ritibus locũ habet/ vt ſuperiores inferioribꝰ prẹſtent ad deũ ꝑueniẽdi adminiculũ: verũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

etiã & in ijs qui æquales sunt secundũ eiusdem hierarchiæ ratione/ & vnius eiusdemq;
distinctionis. Nẽpe constituit ipse deus/ qui ordinatissimus est omnium rerum tenor/ &
23 ordo rectissimus: per singulas trium distinctionũ atq; hierarchiarum cœlestium statio-
nes/ esse quosdam supremos/ alios medios/ & alios extremos ac vltimos ordines: quẽ-
admodum sextũ huius libri caput latius aperiet. vt excellentiores scilicet & superiores
spiritus angelici/ inferiorũ posteriorumq; duces sint ac præceptores: per quos ipsi aditũ
habeant ad deũ/ & ad candidissimã dei lucem societatemq; perducantur. At vero quem-
admodũ hanc supernæ sanctionis regulam angeli inter se adamussim obseruãt: ita & ad
homines. Enimuero ipsi superni spiritus primum didicerunt altissimũ dominicæ incar-
nationis mysteriũ/ dispensationisq; carnis assumptæ sacramentum: deinde hominibus
tanti mysterij notionẽ tradiderunt. Quod multis ex sacra scriptura desumptis declara-
tur exemplis. Primo ipsius Zachariæ, cui nunciauit Gabriel nasciturũ filium Ioannem/ Luce.1
24 præter expectationem & supra naturæ legẽ: qui præcursor esset & præco illius diuinæ
operationis/ quæ mundo in assumpta dei verbi carne erat manifestanda/ scilicet aduen-
tus ipsius domini in carnem iã completi: & euangelicæ perfectionis ab eo tradendæ. Se-
cundo, exemplo sacrosanctæ virginis MARIAE: quã Gabriel edocuit quomodo id di-
uinum in ea compleretur mysteriũ: quo virgo manẽs pareret dei filiũ. Tertio, exemplo
sancti Ioseph, quẽ ãgelus instruxit de mysterio impletæ promissiõis olim patriarchę Da
uid a deo factæ/ scilicet ꝙ de fructu ventris sui poneret super sedem eius/ ꝙq; de semine Psal.131.
eius nasceretur CHRISTVS. Id autem in filio sacratissimæ virginis & purissimæ spõsæ
suæ impletũ esse: testatus est angelus cum ait. Et dabit ei dominus deus sedẽ Dauid pa- Luce.1
tris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum/ & regni eius non erit finis. Quæ quidẽ
verba q̃uis ad solã deo sacratã virginẽ dicta fuisse in euangelio legantur: credibile est ta-
men eadẽ/ aut ab angelo aut a beata virgine ipsi Ioseph fuisse reuelata. Quarto idẽ pa-
tefacit exemplo pastorũ, qui a vulgi & turbæ strepitu remoti per secessum in solitudinẽ/
et ideo ad diuina mysteria capienda purgatiores: didicerunt ab angelo natũ esse mũdi Luce.2
saluatorẽ/ & cœlestis militiæ multitudinem deo laudes & hymnũ concinentẽ audierũt.
26 ¶ Deniq; quinto loco erectis ad altiorem diuinarũ rerum/ sanctorumq; eloquiorũ & sa-
cratiorem intelligentiã cordis oculis: idem dilucidũ esse comprobatur in domino nostro,
qui vt deus: cœlestiũ spirituum conditor est/ & author admirabilis. vt homo vero: ab hu
mana lege & ab hominibus obseruãda (quã ipse cũ deo patre simul instituerat) nequaq̃
aberrauit/ quando nostræ carnis infirmitatẽ sine aliqua suæ deitatis permutatione susce
pit, sed cum admiranda obediẽtia: dei patris mandatis (quæ per angelos tradiderat) in-
tegre est obsecutus. Siquidem octaua die circũcisus est: quadragesimo die oblatus in tẽ
plo cum hostijs constitutis/ cum parentibus itidẽ/ in solennitatibus a deo ordinatis iuit Luce.2
Hierosolymã: agnum paschalem secundum legis ritum manducauit/ & deniq; non ve- Math.26
nit soluere legem sed adimplere. Rursum ministerio angelorum ipsi Ioseph nunciatur a Math.5
deo patre primum discessus in Aegyptum: et secundo reditus in terrã Israel. vt omnino Math.2
& per omnia cognoscatur ipse CHRISTVS: paternis legibus atq; decretis circa dispẽ
sationem carnis & quæ eam concernebant factis/ per angelos fuisse subditus: ꝙ ange-
27 lorũ denunciatione omnia illa sunt cõpleta. ¶ Præterea vt euangelica tradit lectio: do- Luce.22
minum nostrũ imminente passione orantem in horto angelus confortauit. Ipse quoq; cũ
venisset in hũc mundũ/ nũciaturus opus humanæ redẽptionis a se implendũ: magni cõ
silij angelus a propheta nuncupatus est. Et queadmodũ discipulis suis loquens ea quę Esa.9
suo ministerio erant cõuenientia/ ad quod perficiendũ venerat/ dixit: ꝙ quęcunq; audi- Ioan.15
uit a patre/ nunciauit nobis, nã per discipulos: illa toti mundo promulgauit.

¶ Cur õnes cœlestes spiritus: cõmuni appellatione dicãtur angeli. Cap. V.

28 HAec igitur est (quantũ ipsi sapimus) angelicæ/ quam in scri
pturis sanctis inuenimus: appellationis causa. Dignum ve-
ro videtur inquirere/ diligentiusq; rimari/ quamobrem ij qui A
nobis de deo rebusq; diuinis disseruerũt: omnes quidem si- B
mul cœlestes substantias/ angelos vocẽt. Vbi vero altissimas C
illarum distinctiones exponere & enarrare pergunt/ angeli-
cum eum proprie ordinem nominant: qui diuina & cœlestia agmina com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

D E plet/ extremoq; in loco poſitus perficit. Ante hunc vero archangelos emi=
nentius ſtatuunt/principatus deinceps/ & poteſtates ac virtutes/quaſq; his
etiā ſuperiores ſubſtantias norunt/atq; enūciant ſanctorum voluminū tra
ditiones: graduū inter ſe celſitudine differentes. ¶ Dicimus itaq; in omni= 29
bus ſacratiſſimis diſtinctionibus ſuperiores quoſq;/ eminētioreſq; ordines:
inferiorum quoq; agminum non carere fulgoribus/atq; virtutibus. poſteri=
ores vero: ſuperiorum intelligentiæ exortes eſſe. Igitur ſanctiſſima illa/ſum=
F morum ſpirituū agmina/etiā angelos theologi appellant: & ipſa enim vim
ſuperni illius/diuiniq; fulgoris enunciant. Porro extremum ſanctorum ſpi
rituum ordinē: principatus/aut thronos/ aut ſeraphim/dicere: abſurdū eſt/
& a ratione prorſus alienū. neq; enim ſupremis illis virtutibus ſocietate aut
G participatione coniungitur. Cæterum quemadmodū ipſe hic venerandos/
diuinoſq; pontifices noſtros ad familiares ſibi & cognitas ſummæ diuini=
tatis intelligentias prouehit: ita et quæ illi prælatæ ſunt/ & longe eminent ſa
cratiſſimæ diſtinctiones/implētem cœleſtes/ angelicaſq; functiones ad deū
ſubuehūt ordinem. ¶ Niſi forte iſtud quoq; quis dixerit/ idcirco angelicas 30
omnes appellationes eſſe communes: ꝙ omnium cœleſtium virtutum ſit
æqua ſocietas/atq; ad dei ſimilitudinem/luceq; diuinā (licet aliæ alijs excel=
lant/graduſq; diuerſi ſint) vna tamen intentione nitantur. Verum vt huius
rei ratio liquidius conſtet/ & quod dicimus magis perſpicuum ſit: intuea=
H mur alto mentis obtutu cuiuſq; cœleſtis ordinis expoſitas in ſanctis litteris
proprietates.

A ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Ij qui nobis de deo/rebuſq; diuinis diſſe=
B ruerunt. prophetę/& ſancti apoſtoli. ¶ Omnes quidem ſimul cœleſtes ſubſtantias/ange
los vocent. pſalmus centeſimus ſecundus. Benedicite domino omnes angeli eius/potē=
tes virtute: facientes verbū illius ad audiendā vocē ſermonū eius. Et Mattheus cap. vi
ceſimo quinto. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua/ & omnes angeli cū
eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę/& congregabūtur ante eum omnes gentes.
C ¶ Vbi vero altiſſimas illarū diſtinctiones exponere & enarrare pergunt. Quod dictū eſt
propter Paulum/ex cuius ſancta diſciplina/ſequentia deducit. Et vtinam diuinę pieta=
tis indultu: nobis plura reliquiſſet. nam qui hæc aperte declarent: Hebręorum libros nō
D habemus. ¶ Extremoq; in loco poſitus perficit: perficit/ complet/ terminat/ atq; cœle=
E ſtes ordines abſoluit. ¶ Ante hunc vero archangelos eminentius ſtatuūt. Nouē beatiſſi
morum ſpirituum ordines/ ſacroſq; principatus eſſe: ex ſequentibus amplius dilucebit.
qui a ſanctis/& deo plenis viris appellātur: ſeraphim/ cherubim/ throni/ dominationes/
Seraphim virtutes/poteſtates/principatus/archangeli/angeli. De ſeraphim Eſaias. cap. ſexto. Vi
di dominū ſedētem ſuper ſolium excelſum/& eleuatum: & plena erat domus a maieſta=
te eius. & ea quę ſub ipſo erant: replebāt templum. ſeraphim ſtabant ſuper illud: ſex alę
vni/& ſex alę alteri: duabus velabant faciē eius/& duabus velabant pedes eius/ & dua=
Cherubim bus volabāt. De cherubim. pſalmus ſeptuageſimus nonus. Qui ſedes ſuper cherubim:
manifeſtare Effraim/Beniamin/ & Manaſſe. Excita potentiam tuam & veni/ vt ſaluos fa
cias nos. Et Ezechiel cap. decimo. Cherubim autem ſtabant a dextris domus cū ingre=
deretur vir: & nubes impleuit atriū interius/ & eleuata eſt gloria domini ſuper cherub.
Throni De thronis/dominationibus/poteſtatibus & pricipatibus. Paulus epiſtola ad Coloſſen=
Dñationes ſes cap. primo. Qui eſt imago dei inuiſibilis: primogenitus omnis creaturę. quoniam in
Poteſtates ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra/viſibilia & inuiſibilia: ſiue throni/ ſiue do=
Pricipatus minationes/ſiue principatus/ſiue poteſtates. omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt: &
Virtutes ipſe eſt ante omnes/& omnia in ipſo conſtant. De virtutibus. Mattheus. cap. viceſimo
quarto. Sol obſcurabitur: & luna non dabit lumen ſuum. & ſtellę cadēt de cœlo: & virtu
tes cœlorum commouebuntur/& tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo. De archan=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

gelis. Paulus ad Thessalonicēses epistola prima capite quarto. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo. ¶ De angelis. Genesis cap. decimonono. Veneruntq; duo angeli Sodomam sedente Loth in foribus ciuitatis. qui cū vidisset eos: surrexit & iuit obuiā/adorauitq; pronus in terrā. ¶ Et ipsa enim vim superni illius/ diuiniq; fulgoris enunciant. ipsa: ipsa agmina. ¶ Cæterum queādmodum ipse hic venerandos. ipse: ipse sanctorū spirituum extremus/angelicusq; ordo. ¶ Expositas in sacris litteris proprietates. expositas: expressas atq; tactas. Archāgeli Angeli F G H

¶ QVINTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

28 Roponit hoc loco beatus pater questionem: quare omnes cœlestes spiritus cuiuscunq; distinctionis & hierarchię/ vocentur angeli/ appellatione quadam communi & generali omnibus. Dicta est (inquit) iam ratio & significatio nominis angelici. Verum id inquisitione non est indignū: quare sacrarum litterarum scriptores/ omnes simul cœlestes substantias siue supremæ/ siue medię siue postremę hierarchiæ: angelos communi nomine vocāt. Cū vero illarum distinctiones/ & distinctionum per suos ordines partitionem depromunt/ eum vocāt appellatione peculiari angelicum ordinem: qui finit & terminat supernorū spirituū seriem/ vltimoq; & postremo inter ordines cœlestium substantiarū ponitur loco. Supra illū vero: archangelorum excelsius ponunt ordinem/ deinde principatuū/ postea potestatū & virtutū. & reliquos illis superiores ordines suo digerunt situ & loco (quemadmodū sacrorum librorum asserit authoritas) graduum inter se sublimitate/eminentiaq; discrepantes. quandoquidem alij qui eorum excelsiorem sortiti sunt gradum: alij vero inferiorem. ¶ Dissoluit propositā
29 questionem/ diuinæ sapientiæ ordinatione obseruatam hanc explicans legem: q̄ in omnibus cœlestium spirituum distinctionibus/ superiores atq; excelsiores/ inferiorū quoq; & posteriorū habent proprietates, dignitates & perfectiones. non tamen ediuerso. nā inferiores: superiorū minime assequuntur excellentias aut eminentias. Quemadmodū in rerum corruptibilium serie/ si constituantur hæc quatuor suo ordine: inanimata/ plantæ/ animalia bruta/ homines. quicquid habent ea quę imperfectiora sunt/ vt inanimata: sortiuntur et ea quæ sunt natura digniora/ vt plantæ. non tamen contra. Sicut enim inanimata subsistunt: ita & plantæ. hę tamen vita participant: qua carent inanimata. Rursum vt plantæ vitam habent: etiam & bruta. Attamen bruta sensu prędita sunt: cuius plantę sunt expertes. Deniq; vt bruta animalia sentiendi habent facultatem: haud minus & homines. obtinent tamen homines rationem & intellectum: cuius pręsidio bruta sunt destituta. Cum itaq; cœlestes spiritus vltimi atq; infimi ordinis/ nunciandi habeāt proprietatem & officium: etiā aliorum omnium ordinum superiorum spiritus superni/ eandem nunciandi sibi vendicant conditionem/ per regulā modo adductā. Recte igitur cuiuscunq; sint ordinis cœlestia agmina/ siue medij siue supremi: nomen angelorum sibi asciscunt/ quoniam virtutem & vim diuini illius fulgoris in omnes radiantis/ alijs enunciant. At vero extremū illum & infimū sanctorum spirituū ordinem: principatus aut dominationes aut thronos dicere/ & alicuius superiorum ordinū nominatione appellare/ foret absurdum. quoniā ille postremus ordo: superioribus & eminentioribus ordinibus/ societate aut participatione peculiariū proprietatū nō cōiūgitur/ sed infra cæteros subsidet. Verum quemadmodum ipse postremus ordo/ qui peculiari nomine angelorū designatur: homines sacros cœlestia pertractātes mysteria vt pontifices ipsos/ ad cognatas sibi & familiares diuinarum rerū notiones subuehit. ita et sacratissimę cœlestiū spirituum distinctiones/ quę illi infimo ordini prelatę sunt/ graduq; pręcellunt: hunc vltimū ordinem/ finientē & terminantem ea parte supernarū substantiarū seriem/ ad deū subue
30 hunt/ promouent & sustollunt. ¶ Assignatur & altera a beato patre angelicæ appellationis omnibus cōmunis/ ratio: idcirco angelorum nomē spiritibus omnibus cœlestibus esse cōmune/ quia omniū supernarū substantiarū ęqua est secūdū generalē rationē societas & cōmunio. sunt enī oēs: immortales/ imateriales/ intellectuales atq; a bono indimobiles. Et licet alię alijs excellant/ gradusq; earū diuersi sint: ōnes tamen ad dei similitudinē/ claritatemq; diuinam/ vna eademq; intentione feruntur. Perrecte igitur hoc naturę eiusdem in genere consortiū: vnius nominis identitate & nuncupatione significatur. Quemadmodum diuersa esse animalium genera/ variosq; gradus/ inficiabitur nemo: & alia alijs esse excellētiora. omnibus tamē illis nomē animalis commune est: q̄ eadē om=

nino animalis ratione participant/& virtutis ſenſitiuæ communione cõueniunt. Verum vt ea quæ nunc adducta ſunt/manifeſtius dinoſcantur: videndæ ſunt ſingillatim cuiuſqꝫ ordinis angelorum peculiares proprietates/quas ſeptimum/ octauum & nonum caput adaperient.


¶ Quęnam ſit cœleſtium ſubſtãtiarum prima/quæ media/quę extrema diſtinctio.

Cap. VI.



Vt nẽpe & cuiuſmodi ſint ſanctorũ ſpirituũ diſtinctiões/ et quo pacto ſacræ illorũ functiones peragant: ſolã examuſſim noſſe dixerim ſummã (per quam illi in deum aſſumuntur) deitatẽ. Ad hæc ipſos quoqꝫ cœlites: virtutes proprias/ atqꝫ fulgores/ & ſacratiſſimum ſuum cœleſtẽqꝫ ordinem nõ ignorare/par eſt. Neqꝫ enim ſcire poſſumus nos beatiſſimorum ſpirituum abſtruſa myſteria/ vtqꝫ illi ſanctiſſime perficiantur. niſi illa forte nos ſcire quis dicat: quæqꝫ illorum miniſterio/ ſua ſcilicet rite callentiũ/ diuina nos pietas docuit. Itaqꝫ nos quidẽ nichil motu proprio/inſtructuqꝫ dicemus. cæterũ quę a ſanctis theologis notata ſunt ãgelicæ proprietatis inſignia: ea nos edocti pro viribus exponem⁹. ¶ Omnes ſimul cœleſtes/ immortaleſqꝫ ſubſtantias: in nouem ordines diuinus ſermo diſtinxit/ proprijſqꝫ ac ſignificantibus vocabulis appellauit. Has eximius præceptor noſter in ternas tertio repetitas diſtinctiones: ad ſanctę trinitatis diuiſit imaginem. Ac primam quidem eſſe ait: quę coram deo verſetur ſemper/ idqꝫ ex diuina dignatione ſuſceperit: vt illi inhæreat iugiter/ nulliſqꝫ medijs interiectis ſpiritibus inſeratur. Nam ſanctiſſimos thronos / & oculis plurimis aliſqꝫ præditos ordines/cherubim ſcilicet & ſeraphim Hebræorum voce appellatos: iuxta deum nullis medijs inſertis agminibus eminenti propinquitate locatos ait/ idqꝫ ſanctarum ſcripturarũ tradere expoſitionem. Hanc igitur ternariam diſtinctionem: vt vnam/ & per omnia æqualem/ primamqꝫ re vera hierarchiã/ illuſtris dux noſter ac magiſter eſſe ait: qua non ſit præſtantior altera/ primoribuſqꝫ dei ſummi ſplẽdoribus maiori propinquitate coniuncta. Secundam vero aſſeruit: quæ poteſtatibus/ dominationibus/ virtutibuſqꝫ cõficitur. Tertiã item/ quæ in cœleſtibus fũctionibus extremum teneat locum: ex angelis & archan

Margin: I; k; L; Doctrina beatiſſimi Pauli; M; N; O



31

32

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

gelis principatibusq; constantem.
¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Ad hæc ipsos quoq;. Ad hęc:adhuc/pręterea/in- I
super. ¶Cæterum quæ a sanctis theologis. theologis: prophetis & apostolis/ & præser- K
tim a beatissimo Paulo: a quo angelicæ proprietatis insignia/ hic sacramentorum diui-
norum magister edoctus est. ¶Omnes simul cœlestes. doctrina beatissimi Pauli. ¶Has L
eximius præceptor noster in ternas tertio repetitas distinctiones. Eximius pręceptor no M
ster/ beatissimus Paulus. ¶Nam sanctissimos thronos/ & oculis plurimis/ alisq; pręditos N
ordines. Ezehiel cap. 1. Et totum corpus oculis plenum: in circuitu ipsorum quatuor. Et
Esaias cap. 6. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni/ & sex alę alteri. ¶Idq; sanctarũ O
scripturarum tradere expositionem. Et dicebat Paulus; id sanctarũ scripturarũ tradere
expositionem.

¶SEXTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

Ichil de cœlestibus spiritibus proprio sensu aut sentẽtia disserendum
31 esse/ caute imprimis admonet beatus pater: contestans primum sum-
mam deitatem(per quã ipsi spiritus superni in deũ trãseunt & tradu-
cuntur)exacte & plene noscere/ quot & quæ sunt ipsorum supramun-
danorũ spirituum distinctiones: & quomodo sacræ illorum operatio-
nes/ spirituales omnino & eximię/ exerceantur. Secundo/ par & ratio-
nabile esse: q ipsi cœlestes spiritus suas virtutes/ proprietates & con-
ditiones/ suumq; sacrum ordinem non ignorent. quandoquidem suas functiones propri-
as rite peragere non possent: nisi eas cognoscerent & exploratas haberẽt. Tertio vero/
nos homines cognoscere non posse occulta sanctissimorum spirituum mysteria/ & quo-
modo spiritus illi ad summã sibi congruam perfectionem ducantur: ob nostrę mentis im
becillitatem/ & excellentem illorum celsitudinẽ atq; eminentiam. Nisi forte quis illa nos
scire dicat: quæ diuina benignitas nos edocuit/ ipsorum supercœlestiũ spirituũ ministe-
rio. vt qui sua munera & officia probe calleant: & idcirco alijs quantũ deus sinit/ ea reue
lare possunt. Verũ huiusmodi scientia nostra/ admodũ imperfecta est & obscura: & per
quam vix bene dicimur quicq̃ scire de angelicarum substãtiarum natura. Quocirca pro-
testatur sacer Dionysius cum singulari quadam modestia/ nobis reuera semper imitan-
da/ cum de diuinis mysterijs est disserendum: se nichil quidem de sacratissimorum spiri-
tuum ordinibus & functionibus/ proprio motu aut iudicio dicturũ/ sed ea duntaxat quę
ab alijs diuinæ sapientiæ studiosis annotata sunt angelicæ naturæ mysteria/ vt ab ipsis
32 edoctus est: se traditurum. ¶Postea distribuit ipsos cœlestes spiritus in tres hierarchias/
& quãq; earum rursum in tres partitur ordines: hoc pacto. Cœlestes omnes/ angelicasq;
substãtias: in nouem ordines sacra scriptura(quæ viuus et verus est dei sermo) distinxit/
easq; peculiaribus & specialibus nominibus: cuiusq; ordinis propriã functionẽ designã-
tibus/ appellauit. Has beatissimus Paulus in tres diuisit hierarchias & distinctiones: ter-
tio quidem repetitas/ q vnaquęq; earum rursum in tres diducitur ordines. Et id plane
ad sanctæ trinitatis imaginem. Nam vnius in genere/ naturæ angelicę ternaria distin-
ctio: trinitatem diuinarum beatitudinũ atq; personarum in vnitate substantię significat.
Cuiusq; itidem hierarchiæ ternarius ordo: diuinã triadem in monade suprema/ haud ob-
scure repręsentat. Cæterum primã harum triũ hierarchiã esse posuit sacratissimus Pau-
lus: quæ coram deo semper/ iugiterq; & proxime diuersatur. id muneris ex diuina beni-
gnitate adepta: vt illi perpetuo & e propiquo adhęreat/ nullisq; intermedijs alijs spiriti-
bus ipsi coniungatur ac vniatur. Nam altissimos thronos & multioculos atq; multipen-
nes ordines(quos Hebræi cherubim ac seraphim appellant) iuxta deũ nullo alio cœle-
stium agminum interstite ordine collocatos asserit: idq; ex sacræ scripturæ traditione cõ
pertum haberi. Hanc igitur supremã distinctionem in tris ordines partitam: vt vnã/ &
per omnia/ in ijs quę ad primę hierarchię distinctionisq; pertinẽt rationẽ/ ęqualẽ(tamet-
si ordinum ipsius inter se: sit excellentiæ gradusq; discrimen) primam merito hierarchiã
& esse & dici: beatus Paulus sensit. vt qua non sit altera distinctio pręstantior/ neq; pri-
mitiuis & immediate ex deo manantibus sacris splendoribus: viciniore gradu/ locoq; cõ
iũcta. Secundã vero/ mediãq; hierarchiã/ deo sacratus Paulus esse ait: quę ex potestati-
bus/ virtutibus/ dominationibus/ vt tribus suis ordinibus conflatur & coalescit. Tertiam
vero/ postremamq; distinctionem esse dixit: quę ex angelis/ archãgelis & principatibus/
suis quidem ordinibus constituitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶De feraphim & cherubim & thronis: & de prima eorum hierarchia. Cap. VII.



Vnc nos quoq; fufcipiẽtes functionũ cœleftiũ ordinẽ/aptiffimãq; diftributionem: dicimus primo omne fanctorũ fpirituũ cognomen/ infinuationẽ atq; indiciũ pferre diuinæ cuiuflibet ipforum proprietatis. Ac fanctorum quidem feraphim appellationem/ ij qui Hebrææ liguæ periti funt/incẽdentes fiue calefacientes: cherubim vero/ multitudinem fciẽtiæ fiue fapientiæ effufionem fignificare aiunt. Merito igitur prima illa cœleftis functio ab altiffimis fpiritibus agitur: cui fit ordo omnibus celfior atq; facratior/vt ante confpectum diuinæ maieftatis continenter affiftat/ perpetuoq; locata fit. atq; in ipfam vtpote propinquiffimam: primores illæ diuinæ apparitiones ac perfectiones/præcipue ac peculiarius penetrent. Appellantur nempe calefacientes/ & throni/& fapientiæ effufio: congruo fcilicet ac diuino illorum habitus fignãte nomine. Nam q diuinis rebus fempiterno motu & nunq̃ laceffente ftudio inferuiant: ardoreq; ac celeritate mirabili ac feruore perpetui illius & nunq̃ cedentis aut inclinantis æterni motus fui: inferiora etiam agmina ad fui fimilitudinem potentiffime fubuehant/ illa veluti incẽdentes atq; ad fimilem feruoris gratiã exufcitantes/ præterea q fumma vi flammantis incendij expurgent/lucidaq; & illuminante proprietate beatiffimi fpiritus/apertaq; & inextinguibili & quæ femper eodẽ fe habeat modo/totius obfcuriffimę caliginis ac cęcitatis expultrice ac profligatrice fint prẹditi: feraphim accepere cognomen. At vero fanctorũ cherubim appellatione: illorum eximia fcientia deiq; fpeculatio/ fummæq; & exuberantis lucis capacitas atq; cõtemplatio (qua diuinam fpeciem nõ per traduces vllos/fed primaria vi fua intuentur) gratiæ quoq; copiofa traditio & communicatio/inuidiæ liuore carens/qua indultam fibi fapientiam in fequentia & inferiora tranffundũt: defignatur. Porro altiffimarũ & eleuatarum fedium nomine: illas ab omni terreni affectus humilitate longiffime remotas effe/furfumq; ad ardua inuiolabili ftudio ferri edocemur. dum illæ ab infimis omnibus iugi intẽtione disiunctæ/ac circa illum qui vere excelfus eft totis viribus incõcuffe/ftabiliterq; locatę/ diuinum aduentũ abfq; vllius perturbationis ac materiæ impedimento fufcipiunt: deumq; ferentes obfequij deuotione/ad ipfius percipiendos fulgores femper patẽt. Ifta quidem nominum ipforum (quantum ipfi intelligimus) ratio eft. ¶Dicendum vero: quam effe ipforum hierarchiã arbitremur. Nempe enim q omnis huiufce facræ functionis intentio: ex diuina imitatione ac fpecie dependeat/qq; officium ipfius omne in participationem facram/ traditionemq; purgationis/immixti & diuini luminis/confummãtifq; fcientię diuifum fit: fupra iam fatis dictum effe arbitror. Nunc vero digne pro merito tantarũ rerum/dicere cupio: quonam modo hæc altiffimorũ fpirituum functio/in fãctis litteris traditur. Primis illis fubftantijs/quæ poft authorem fuum deũ locatæ ac velut in ipfius valuis pofitæ/omnem inuifibilem/ vifibilemq; virtutem cõditam longe tranfcendunt: propriã quandã effe atq; adeffe in nul-

Marginal notes: 33 (beside first line); Seraphim; Cherubim; Throni; 34 (beside "Dicen-").

lo dissimilem functionem/arbitrãdũ est. Puritate quoqꝫ singulari præditas
existimandum/non quasi maculis impuris/colluuionibusqꝫ liberatas: neqꝫ P
vt materiales non suscipientes imagines. sed vt omni summissione atqꝫ ad-
mixtione celsiores/sacraqꝫ omni re(excellẽti licet)per supremam atqꝫ inuio
labilem puritatem/diuinisqꝫ ipsis virtutibus omnibus superne eminentes/
atqꝫ ordinem suum sempiterno parilíqꝫ & constanti vigẽtem motu: fixum
atqꝫ inuertibilem diuina dignatione tenentes. nullãqꝫ in deterius imminu- Q
tionẽ penitus scientes: sed stabili semper atqꝫ immobili diuinæ proprietatis
suæ/purissimaqꝫ sede subnixas. Contemplatiuas item pari ratione sentien-
dum est/nõ quasi illæ sensibilia vel spiritualia contẽplẽtur signa: neqꝫ vt quę
traditæ in diuinis litteris speculationis ad deũ varietate ferantur. sed vt to-
tius spiritualis scientiæ celsiore luce repletas: principalisqꝫ atqꝫ pulchra cun-
cta facientis speciei/supersubstantiali ac liquidissima contemplatione/ple-
35 nitudineqꝫ beatas. ¶ Eadem quoqꝫ ratione IHESV fœlicissima societate
dignatas intelligendũ. non ꝙ ex fictis imaginibus ac formis illæ deificam si
militudinẽ nitantur exprimere: sed ꝙ veraciter in prima participatione sciẽ
tię deificorum ipsius luminum illi propinquæ sint/ac præterea ꝙ ipsis diui
na imitatio excellentiore modo donata sit. cõmunicãtqꝫ(quantum par est) R
in primæ conditionis suæ potestate/deificis ipsius/benignissimisqꝫ virtuti-
bus. Perfectas autem itidem fatendum: non quasi eam scientiã didicerint/
qua signorũ sacra varietas/perplexaqꝫ soluantur inuolucra. sed vt quę pri-
mæ illius/eminentisqꝫ gratiæ(per quam deo inseruntur) plenitudinem sint S
consecutæ: iuxta supremam illã (cuius capaces sunt angeli) diuinorum ope-
rum disciplinam. Neqꝫ enim per sanctos alios spiritus: sed a diuinitate ipsa
sacratius erudiuntur/in illam perpetua se intẽtione dirigẽtes/excellenti cũ-
ctis virtute atqꝫ ordine. Ad summũ quoqꝫ puritatis & nusq̃ deuiantis con
stantiæ verticem peruectæ/& in eo stabilitæ: decorem illum omni materia
celsiorem/intelligibilemqꝫ(vt fas est)contemplari pergunt. diuinorũqꝫ ope-
rum profundas/& quæ sciri possunt rationes: vt primariæ & quæ iuxta deũ
36 sint discunt/ab ipsa sancta trinitate supreme eruditæ. ¶ Istud nempe theo-
logi apertius indicant: inferiores scilicet cœlestium spirituum ordines/a su-
perioribus diuinorum operũ scientiam honestissime discere. qui vero celsio
res omnibus sunt: a deitate ipsa(vt fas est)seorsum sacratius erudiri. Quos T
dam enim ex ipsis inducunt a prioribus sacramẽta perdiscere/dominumqꝫ
cœlestiũ virtutum esse ac regem gloriæ(qui humana forma assumptus esset
in cœlum)alijs docentibus nosse. Quosdã item ad IHESV ipsius hæsitã-
tes aspectum/diuiniqꝫ illius operis & pro nobis assumptæ carnis scientiam
discere cupientes: quos ipse IHESVS per se doceat/eximiamqꝫ benignita
tem suã primo ipsis insinuet. ego enim (inquit) loquor iustitiam: & iudiciũ V
salutaris. Dignum vero miraculo est: cur primæ illæ quoqꝫ virtutes angeli-
cæ(quæ cæteras tanto celsitudinis honore transcendunt)diuinarum intelli
gentias rerum/quasi non summæ sed mediæ sint: a deo reuerenter addisce-
re cupiãt. Non enim ad ipsum statim verba dirigunt/interrogantes quare
rubra sunt vestimẽta tua: sed prius inter se hęrentes inquirunt. vt ostendãt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quidem ſe diſcendi auidas & diuini operis ſcientiam cupere: verum hãc ſi-
bi nequaq̃ ante diuinæ illuſtrationis gratiam ſuo ordine procedentis/ vſur-
pare præſumere. ¶ Prima igitur cœleſtiũ ſpirituum ſacratiſſima functio: 37
ab ipſo deo (vt diximus) eruditur. Cumq; ad illum nullo medio tota inten-
tione feratur: purgatione caſtiſſima/ ingẽti lumine/ & exactiſſima primaq;
perfectione pro modo & captu ſuo plena/ purgatur & illuminatur atq; ꝑ-
ficitur. omnis quidem ſummiſſionis admixtione pura: cæterum primo ple-
na lumine/ & primitus indultæ notionis ac ſcientiæ effecta particeps. ¶ Il- 38
lud quoq; paucis non inconuenienter addiderim/ ꝙ participatio ipſa diui-
næ ſcientię: & purgatio/ & illuminatio ſit/ atq; perfectio: dũ per indultam ſi
bi ordinatiſſime perfectiorũ myſteriorũ notionẽ/ veluti ab ignorantia pur-
gat. Ipſaq; diuina ſcientia illuminat/ per quã etiã purgat: dum quæ antea
non videbantur/ ſublimioris nunc intelligentiæ luce panduntur. perficit iti-
dem hoc lumine: dum altiſſimorum ſenſuũ firmam/ perſeuerantẽq; ſcientiã
tradit. Hæc igitur eſt (quantũ ipſe ſapio) cœleſtium ſpirituũ prima diſtin-
ctio/ quæ deũ iugiter ambiens/ & circa illum nullis medijs interpoſitis agmi
nibus aſtans: æternam ipſius ſcientiam ſimpliciter & indeficienti circũſtat
affectu/ ſecundum altiſſimã illius angelicæ firmitatis ſempiterno vigentis
motu/ rationem. Ea quippe plurimas ac beatiſſimas ſpeculationes/ puriſſi-
mis intuetur obtutibus: ſimpliceſq; & continentes diuinæ claritatis radios
ſuſcipit/ atq; diuini cibi alimonia paſcitur: qui primę quidem eſt largitionis
profuſione plurimus. cæterũ diuinæ refectionis vnitate non varia/ & quos
repleuerit ſibi inſerente: vnus eſt. Permulta item diuinæ ſocietatis gratia &
X familiaritate & cooperatione beata/ dum eius in ſe pro viribus ſimilitudinẽ
exprimit/ præclaros habitus/ actioneſq; imitatur: plurima ex diuinis rebus
excellenti ratione cognoſcens/ diuinæq; ſcientiæ & agnitionis (quantũ fas
Y eſt) particeps facta. Quocirca ipſius quoq; laudes ſcriptura ſacra mortali-
bus tradidit: in quibus aperte ſupremæ illius lucis & auguſtiſſimæ intelligẽ
tiæ notatur eminentia. Namq; (vt humano more dixerim) alij ex his ſpiri-
tibus/ aquarum voces imitantur: dum exclamant. benedicta gloria domini
de loco ſuo. alij laudatiſſimã illam & horroris/ reuerẽtiæq; ac ſacratioris in-
telligentię plenam clamãtes emittũt vocem. Sãctus/ ſanctus/ ſanctus: domi-
nus deus ſabaoth/ plena eſt omnis terra gloria illius. Has autem altiſſimas
Z cœleſtium ſpirituum laudationes/ iam quidẽcũ de diuinis hymnis ſcribere-
mus: ſatiſq; tũc hac de re pro modulo noſtro in illo opere diximus. Ex quo
ammonendi cauſa id tantum impræſentiarum dixiſſe ſufficiat: ꝙ theologię
ſcientiam prima iſta diſtinctio a diuina bonitate (vt fas eſt) intimi fulgoris
accipiẽs: hãc ad *diuinę bonitatis imaginẽ*/ deinceps iſs etiã qui poſt eã ſunt
ordinibus tradit. illud (vt breuiter dixerim) docens/ venerandã illam/ excel
lentiq; laude ab omnibus prædicandam deitatem: fas eſſe/ laudabiliter a di
uinis/ tãtæq; maieſtatis capacibus ſpiritibus agnoſci/ atq; pro merito ac mo
z do ſingulari celebrari. Sunt enim iſti plane (quod ſacrę tradunt litteræ) vt
diuinam ſpeciẽ præ ſe ferentes/ diuinæ requiei beatiſſimæ ſedes. Illud præ-
terea: monadẽ eſſe/ atq; in tribus perſonis vnitatẽ: quæ a ſummis illis/ ange-

licisq; substantijs vsq; ad terræ nouissima ineffabili benignitate pertingat/
& quæ sunt omnia: prouidentiæ suæ ratione moderetur. vt totius proui-
dentiæ singulare principium & causa: & quod omnia supersubstantialiter
inuiolabili modo compræhensa contineat.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Neq; vt materiales non suscipiẽtes ima- P
gines: sed vt omni summissione atq; admixtione celsiores. Hoc est non quasi libera-
tas a rerum materialium imaginationibus: quemadmodum nos (cum ad dei contem-
plationem proficere volumus) liberari necessum est. sed vt omni summissione/ hoc est
subiectione & diminutione & contrariorum ammixtionis impuritate: longe superio-
res. ¶ Nullamq; in deterius imminutionem penitus scientes. imminutionem: immu- Q
tationem/ offensionem/ atq; iniuriam. ¶ Communicantq; quantum par est in primæ R
conditionis suæ potestate: deificis ipsius/ benignissimisq; virtutibus. Alia traductio ha-
bet. communicant autem huiusmodi (vt possibile est) in præoperatrice virtute: deifi-
cis ipsius & humanis virtutibus. quia primos IHESV perficientis/ beatificantisq;
radios & benignissimæ humanitatis suæ mysteria (vtpote quæ sint viciniores) præci-
piunt: in alios deriuant/ atq; diffundunt. ¶ Plenitudinem sint consecutæ: iuxta su- S
premam illam (cuius capaces sunt angeli) diuinorum operum disciplinam. Angeli/ su-
premæ disciplinæ diuinorum operum capaces sunt: sed non secundum illam exube-
rantem plenitudinem/ qua supremus ordo (qui sine medio a diuinitate imbuitur) pur-
gatur/ illuminatur/ atq; perficitur. Alij vero tantæ plenitudinis minime capaces: a di-
uinitate (concurrentibus alijs/ medijsq; spiritibus) purgationes/ illuminationes/ per-
fectionesq; suscipiunt. ¶ Quosdam enim ex ipsis inducunt: a prioribus sacramen- T
ta perdiscere. Theologi/ sanctiq; prophetæ quosdam cœlestium spirituum indu-
cunt: sacramenta a superioribus/ celsioribusq; spiritibus perdiscere. Psalmus vicesi-
musterti us. quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Esaias ca-
pite sexagesimosecundo. Ecce saluator tuus venit/ ecce merces eius cum eo/ & opus
eius coram illo: & vocabunt eos populus sanctus/ redempti a domino. ¶ Ego enim V
inquit loquor iustitiam: & iudicium salutaris. Esaias capite sexagesimotertio. quis est
iste qui venit de Edom/ tinctis vestibus de Bosra: iste formosus in stola sua/ gradiens
in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad sal-
uandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & vestimenta tua sicut calcan-
tium in torculari? Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecum. Ex quibus
õnibus: talis diuinus colligitur dialogus. cuius interlocutores: angelicus ordo. ecclesia. Dialogus
medius cœlestiũ ordo. supremus ordo. IHESVS mundi author & saluator: qui se a ter- ex diuinis
ris recipiẽs/ in cœlũ assumitur. Angelicus ordo ad ecclesiã. Ecce saluator tuus venit/ ec-
ce merces eius cum eo & opus eius coram illo: & vocabunt eos populus sanctus/ redẽ-
pti a domino. tu autẽ vocaberis quæsita ciuitas: & nõ derelicta. Medius virtutũ ordo ad
principatus & angelicũ ordinem. Attollite portas principes vestras/ & eleuamini portæ
æternales: & introibit rex gloriæ. Angelicus ordo ad mediũ cœlestiũ/ superioreq; ordi-
nẽ. Quis est iste rex gloriæ? Medius ad angelicũ. Dñs fortis & potẽs/ dñs potẽs in præ-
lio. Supremus cœlestium ordo ad medium ordinem. Attollite portas principes vestras
& eleuamini portæ ęternales: & *introibit rex gloriæ*. Medius ad supremum. *Quis est iste*
rex gloriæ? Supremus ad mediũ. Dñs virtutũ: ipse est rex glorię. Supremi inter se. Quis
est iste qui venit de Edom/ tinctis vestibus de Bosra: iste formosus in stola sua/ gradiens
in multitudine *fortitudinis sue? IHESVS author seculorũ ad eos. Ego qui loquor iusti-*
tiã/ & propugnator sum ad saluandũ. Supremus ordo ad eundẽ. Quare ergo rubrũ est
indumentũ tuũ: & *vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? IHESVS saluator ad eos*
dẽ. Torcular calcaui solus: & de gentibus non est vir mecũ. ¶ Familiaritate & coopera- X
tione beata. Suprema distinctio beata: estq; beata rectus & nõ septimus casus. ¶ Quocir- Y
ca ipsius quoq; laudes scriptura sacra mortalibus tradidit. Ezechiel cap. 3. Et assumpsit
me spiritus: & audiui post me vocẽ cõmotionis magnę. benedicta gloria domini de loco
suo/ & vocẽ alarũ animaliũ percutientiũ alterã ad alterã/ & vocẽ rotarũ sequentiũ ani-
malia/ & vocẽ cõmotionis magnę. Esaias cap. sexto. Seraphim stabãt super illud. sex alę
vni/ & sex alæ alteri: duabus velabant faciẽ eius/ & duabus velabãt pedes eius/ & dua-
bus volabãt. & clamabant alter ad alterũ & dicebãt. sanctus/ sanctus/ sanctus: dñs deus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sabaoth. plena est omnis terra: gloria eius. Sabaoth nūc apud nos versum est/exercituū
Z ¶Iam quidem cum de diuinis hymnis scriberemus. Librum de diuinis hymnis diuinus pater Dionysius composuit: qui et nunc desideratur. & quē clementia IHESV CHRISTI/ eiusq; omni hymno & laude digna bonitas: restituat.
z ¶Sunt eni isti plane (quod sacræ tradunt litteræ) vt diuinam speciem præ se ferentes. Esaias cap. sexagesimosexto. Quæ est ista domus quam ædificabitis michi: & quis iste locus requietionis meę? hæc/ manus mea fecit: & facta sunt vniuersa ista/ dicit dominus.

¶SEPTIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.


DE prima/ supremaq; hierarchia/ & triplici illius ordine determinaturus hic sacer Dionysius/ admissa susceptaq; distinctionū angelicarū diuisione in pręcedente capite posita: primū loco proloquij pricipijq; proponit. q̄ ōne sanctorū spirituū nomē ordini ipsorū peculiariter inditū: insinuat ac indicat diuinā aliquā proprietatē illi ordini conuenientē. Vt qui hebręā callēt linguā: seraphim significare dicūt/ incendētes siue calefaciētes. Cherubim vero: exuberantiā sciētiæ/ siue sapiētiæ affluentia. Est itaq; eximiæ dignitatis & excellētiæ prima supernorū spirituū distinctio: q̄ cæteris omnibus longe supereminеat & excelsiore collocata sit gradu/ ante diuinæ maiestatis conspectū e vicino immediateq; & iugiter assistens: & primos diuinæ illustrationis radios sine aliorū interstitio suscipiēs. Eteni superni spiritus huius supremæ distinctionis/ vocanť throni/ cherubim & seraphim: nominibus quidē diuinis/ accōmodatisq;/ et ipsorū habitus ac proprietates designantibus. Quod deinceps singillatim hoc pacto declarat: 33
Seraphim in singulis istorū triū ordinū. ¶Nāq; supremi (iquit) ordinis huius primę hierarchię cœlestes spiritus/ seraphim accepere denominationē: q̄ diuinis rebus ac officijs sempiterno motu & nunq̄ defatigato studio intenti sint/ & obsequātur. perinde atq; ignis sensibilis: perpetuo motu & indefesse suas agit functiones. Videmus sane hūc materialē ignē: sursum semper emicare & in superiora irrequiete ferri. vt itelligamus et supremos istos spiritus/ ab igne & calefaciendi virtute suū nomen sortitos: summa vi semper in deū cōuerti/ totaq; intentione (quæ nunq̄ fatiscat) in illū rapi. Rursum ignis iste terrenus feruore suo & magna quidē celeritate/ admota sibi corpora reddit ignita: illisq; sui tradit consortiū/ atq; secū defert in sublime. At longe verius & efficacius summi ordinis & eminentissimi spiritus/ ardore spirituali & pernicitate perpetui motus sui/ quo iugiter in suū ferūtur principium: inferiora etiā cœlestiū substantiarū agmina ad sui similitudinē potentissima virtute promouent. quasi illa incendentes: & ad similem feruoris diuini amoris gratiā inflammātes. Deniq; ignis iste noster/ purgatorius & lucidus est: et splendore suo dēsas propellit tenebras. Supremi itē spiritus/ seraphim appellati sunt: q̄ virtute sui singularis incendij expurgent alios spiritus/ quibus sui tradunt consortiū. lucidaq; & alios illuminante claritate sint præditi: in aperto quidem conspicua ac inextinguibili/ & sine remissione aut immutatione eodem se modo semper habente. quæ sane claritas: obscuræ
Cherubim caliginis/ cæcitatisq; a mentibus eorum expultrix est & propulsatrix. ¶Nomine vero sanctorum cherubim/ secundi ordinis primæ hierarchiæ spirituum: designatur eximia illorum scientia deiq; speculatio/ summæq; & profusissimæ lucis copia. qua diuinam speciē nō per radios lucidos ab alijs spiritibus in ipsos traductos: sed propria nixi virtute & imediate deū contuentur ac contēplātur. Designať etiā illorū nuncupatione/ copiosa gratiæ a deo susceptæ in alios trāsfusio atq; traditio: qua sine liuore inuidię indultā sibi
Throni desuper sapientiam inferioribus spiritibus cōmunicant. ¶Deniq; thronorum appellatione (qui postremum supremæ hierarchiæ ordinem complent) insinuari dicunt sacri authores/ ipsos ab omni terreni affectus summissione procul esse remotos: sursumq; ad sublimia diuinitatis mysteria indefatigabili studio ferri. dum illi ab imis humilibusq; rebus omnino disiuncti/ & circa illum qui vere excelsus est & summa celsitudine omnibus supereminet/ stabiliter collocati: aduentum dei (qui ipsis insideat atq; immaneat) sine aliquo materialis affectus obstaculo suscipiunt. deumq; ipsis immorantem atq; inhærentē prōptissima obsequij deuotione ferentes: ad percipiēdos ipsius lucidissimos radios semper aperti sunt ac patent. Et plane hæ sacratissimæ thronorum proprietates: a sedibus materialibus per assurrectionem sunt desumptæ. quæ a terra eleuationes esse solent/ atq; in altum erectæ: fixis ne titubent pedibus stabiliuntur. Insuper insidere ipsis volentis aduentum patentes suscipiunt: eumq; officioso quodam obsequio

34 quiescentem ferunt. ¶ Nunc superest ostendere: quænam sit istorum trium ordinum &
totius primæ distinctionis functio. Sane q; omnis hierarchiæ cœlestis (quæcunq; etiam
ea sit) intentio conuertatur ad hæc duo: scilicet imitationem dei/ & exprimendam in se
eius similitudinem. q; etiam omne eius officium diuisum sit in sacram participationẽ su-
sceptionemq; a deo/ & in traditionem atq; communicationem horũ trium purgationis/
illuminationis & perfectionis: satis in tertio capite dictũ est. Nunc autem videndũ est:
quomodo totius primæ hierarchiæ functio peragitur. Et plane putare congruit propriã
quandam/ primam/ supremamq;/ & in nullo discrepantem ab ijs quibus adest/ functio-
nẽ: cõuenire primis illis cœlestibus substantijs/ quæ post deum proxime collocatę maxi
maq; propinquitate iuxta illũ positæ: omnẽ inuisibilẽ incorporalẽq; creaturã/ & omnẽ vi
sibilem atq; materialẽ lõge dignitate transcendunt. Dignioribus enim substãtijs dignior
accõmodatur operatio: & ipsam substantiæ conditionem sequitur & ipsa functionis pro-
prietas. Existimãdũ itaq; est: ipsas supremas substantias imprimis singulari puritate do
tatas esse. non quidem q; more humano a maculis aut sordibus liberatæ sint/ aut exem
ptæ demum a materialibus imaginibus: quas secundum modum intelligendi nostrum
prius susceperint & in se habuerint. sed quia omni ad inferiora deiectione inclinationeq;
ad terrena/ aut humilium affectuum admixtione sunt superiores/ omniq; re spirituali &
sacra licet admodum excellẽti per supremam (quæ nunq̃ labefactari potest) puritatem/
& cæteris spiritibus cœlestibus longe eminentiores. quia etiam ordinem suum consimi-
li semper & perpetuo constantem motu: tenent fixum diuina dignatione atq; inuertibi-
lem. Neq; vllam in deterius prolapsionem/ imminutionemq; boni vnq̃ sentiunt: sed sta-
bili semper atq; immobili virtutis ac bonitatis sede fixę permanent. Secundo loco existi-
mandum est easdem primas substantias/ quæ totam primam cõplent hierarchiam: esse
insigniter contemplatiuas. non quidem quia sensibilia aut intellectualia contemplentur
signa aut spectra/ aut quia varietate & multiformitate signorum euehãtur ad deum: se-
cundum eum speculandi modum qui in sacris litteris traditur/ humanæ infirmitati accõ
modũ. sed quia excellentiore totius spiritualis scientiæ (non autẽ partis illius: quẽadmo-
dum in hominibus vsu venit) luce sunt repletæ. quia etiam apertissima/ clarissimaq; con
tẽplatione diuinæ speciei atq; pulchritudinis (quę pręcipua est omniũ: & cũcta facit pul-
35 chra) sunt beatę. ¶ Consimili quoq; modo putandũ est/ easdẽ primas substantias: esse di
gnas habitas vt fruantur fœlicissima societate domini IHESV. nõ tãtum secundũ diui-
nitatẽ: sed & gloriosam eius humanitatẽ. Non quidẽ q; ex effictis imaginibus ac formis:
diuinã in se similitudinẽ humano more conentur efformare. sed quia reuera illi e vicino
astãt & propinquæ sunt/ in prima immediataq; participatione diuinorum illius radio-
rum: qui deiformes eos reddunt quibus infulgent. quia etiã ipsis diuina imitatio excel-
lentiore modo q̃ reliquis omnibus indulta sit: ob maiorem ad deum propinquitatẽ. com
municantq; per benignissimam IHESV illustrationẽ in diuinis eius virtutibus: quibus
deificantur atq; in deum transeunt. necnõ & in benignissimis assũptæ humanitatis ipsi-
us cõmunicãt virtutibus: agnoscẽtes ãplius q̃ cæteri augustissima illius mysteria/ ob pri-
mã ad deũ vicinitatẽ & immediatã locationẽ. Ea enim est potestas & virtus primę suæ
cõditionis & sortis/ qua deo proxime collocatę sunt: vt cæteris vberius sacris CHRI-
STI muneribus participẽt. Tertio deniq; loco sentiendũ est ipsas primas supremæ hie-
rarchiæ substantias esse perfectas. Non quidem quia eam didicerint scientiam/ qua va-
rietas & multitudo signorum sensibilium abstrusa obuelantium mysteria reueletur: aut
qua velamenta corporalia inuoluentia occultis ambagibus spiritualem intelligenti-
am rerum cœlestium/ referentur. Nempe ob imperfectionem & imbecillitatem/ ille
modus est cognoscendi nostræ mentis: quam illę/ eminentissime excedunt. sed quoniã
cõsecutæ sunt exuberantiã & plenitudinẽ primæ & insignis gratię: per quã in deum assu
muntur/ iuxta summam illam (cuius ipsi cœlestes spiritus capaces sunt) diuinorum ope-
rum scientiam. Quippe in CHRISTO vt homine atq; in sacratissima eius anima/
superior est et eminentior diuinorum operum scientia: de cuius etiam plenitudine ac-
cipiunt & homines & angeli/ accepto generatim (vt hic fit) angelorum nomine. Illa
autem animæ CHRISTI scientia (in qua omnes thesauri scientiæ & sapiẽtiæ sunt ab- Colos. 2
sconditi) ipsorum etiam supremorũ spirituum excedit capacitatẽ & mensuram. Consi-
militer in ipso deo exuberantior est sapientia q̃ in angelis: quoniã imẽsa & infinita. qua-
re angelorum scientia collata ad diuinam/ non est simpliciter suprema. Verum quoniam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

illius immenſitatis diuinę ſcientiæ/ cœleſtes ſpiritus non ſunt capaces: id impedimento
non eſt/ quin ipſis primæ hierarchiæ ſpiritibus aſſit ſuprema(cuius capaces ſunt angeli)
diuinorum operũ ſcientia. Nẽpe nullis alijs ſpiritibus angelicis adeſt ſuperior aut afflũ-
tior ſcientia: cum nulli alij ſint illis ſublimiores/ aut maiore propinquitate circa deũ collo-
cati. Qz autẽ hæ ſacratiſſimę & altiſſimę ſubſtãtię: ſupremam hauriãt(quantum eſt in an-
gelis) diuinorum operum diſciplinam: vel ex eo conſtat/ ꝙ non per alios cœleſtes ſpiri-
tus ſed ab ipſa diuinitate primo erudiuntur: in illam perpetua conuerſione atq; motu ſe
dirigentes/ ea quidem virtute & ordine qui cuncta tranſcendat. Eędem ad ſummum pu-
ritatis & ſtabilitatis apicem faſtigiũq; ſubuectę/ atq; in eo ſtabiliter fixę: decorem illum
diuinę ſpeciei omni re materiali celſiorem & intellectualem(quantum eis conceditur)
contemplari ſtudent/ diuinorumq; operum occultas rationes (quę ſciri ab ipſis poſſunt)
primo loco diſcunt: vt immediate iuxta deum conſtitutę/ & a ſancta trinitate primũ eru-
ditæ. ¶ Tradunt namq; diuinorum myſteriorum ſcriptores/ inferiores cœleſtium ſpiri- 36
tuum diſtinctiones a ſuperioribus rerum ſacratiſſimarum ſcientiam percipere. eas vero
quæ eminẽtiores omnibus ſunt: ab ipſo deo ſecretius & occultius erudiri. Inducũt enim
ipſi deiloqui patres quoſdam ex angelicis ſpiritibus inferiores quidem & poſteriores:
a prioribus occulta ſacramenta diſcere/ & ex aliorum doctrina cognoſcere: ꝙ I H E-
Pſal. 23 S V S qui in glorificata carne aſſumebatur in cœlum: dominus eſſet virtutum & rex
gloriæ. Quoſdam etiam inducunt ex admiratione ad ipſius I H E S V aſcendentis in
cœlũ ſubſiſtẽtes aſpectũ: & cupiẽtes percipere ſcientiã altiſſimi illius operis noſtrę re-
demptionis & diſpenſationis pro nobis aſſumptæ. quos vtpote ſupremos & ſummos
Eſaiæ. 63 ſpiritus/ I H E S V S ſine medio & per ſe doceat: dicens illud Eſaiæ. Ego loquor iu-
ſtitiam: & iudicium ſalutaris. Illud vero dignum contemplatione eſt & admiratione/
quomodo illæ ſummę angelicæ ſubſtantiæ/ quæ alijs(vt dictum eſt) lõge ſupereminẽt:
diuinorum myſteriorum ſcientiam cum modeſtia/ reuerentia & veneratione ſingulari a
I H E S V addiſcere cupiant: quaſi non ſummæ eſſent & quæ immediate a deo debeãt
erudiri/ ſed tanq̃ forent mediæ/ & aliorum cœleſtium ſpirituum officio indigerent ad ſa-
cramenta cœleſtia perdiſcenda. Non enim in principio verba ad ipſum dirigunt vt in-
quirant: quare rubrum eſt veſtimentũ tuum? ne arroganter ſe videantur ante tempus
ingerere ad perquirendũ: ſed prius inter ſe dubitantes ſciſcitantur. quis eſt iſte qui ve-
nit de Edom? vt oſtendant ſe quidem diſcendi myſterij deſiderio teneri: verum nequa-
q̃ pręſumere/ vt illam ſibi vſurpent ſcientiam ante tempus legitimum & diuinæ illuſtra-
tionis gratiam/ ſuo tempore ſeipſam humilibus & cum reuerentia diuinum donum ex-
pectantibus/ inſinuantis. Quemadmodum diſcipuli apprime eruditi/ aliquid diſcuſſione
& enodatione indigens ad manum habentes: non audent ex modeſtia primum compel-
lare magiſtrum/ vt dubium illud enodet. ſed prius inter ſe percontantur quod videtur
ambiguum/ & illorum diſceptatione excitus præceptor: verba ad eos facit rem illam
concernentia/ ex quibus ipſi quaſi ſecundo loco capiunt fiduciam ipſum magiſtrum in-
terrogandi. Quod & diſcipulos in euangelio apud Ioannem factitaſſe legimus: cum
Ioan. 16 inter ſe quærerent eorum verborũ quę a domino dicta fuerant/ intelligentiam. ¶ Dein- 37
de oſtẽdit ſacratus pater hoc loco/ quomodo ſuprema diſtinctio tria illa cõmunia cuili-
bet hierarchiæ munera ſuſcipit: purgationem/ illuminationem & perfectionem. di-
cens ex ſupradictis iam conſtare/ ꝙ illa prima cœleſtium ſpirituum diſtinctio a deo im-
mediate eruditur. Et quoniam tota intentione virtuteq; mentis fertur in deum: ideo
purgatione defecatiſſima/ illuminatione candidiſſima/ & perfectione conſummatiſſima
pro ſuæ dignitatis gradu purgatur/ illuminatur & perficitur. nullam habens admixtio-
nem diſſimilitudinis aut ſummiſſionis ad inferiora/ primario & ſine medio a deo manã-
te lumine illuſtrata/ & primo loco indultæ ſibi diuinorũ ſcientiæ qua perficiatur effecta
particeps. ¶ Neq; illud prætermittendũ eſt/ ꝙ ipſa diuinæ ſcientiæ prima participatio/ 38
quam percipiunt ſupremæ illæ virtutes angelicæ: eſt & purgatio/ & illuminatio/ & per-
fectio. Purgatio quidem: quoniam huiuſmodi participatio per traditam ſibi altiſſimorũ
myſteriorum notionem eas veluti a priore ignorantia purgat. Illuminatio vero: quoniã
talis participatio illas angelicas ſubſtantias diuina quadam ſcientia illuminat. dum ea
quæ antea non cognouerunt: vberioris poſtea cognitionis luce fulgida ipſis manifeſtã-
tur. Demum perfectio etiam eſt ea participatio ſupernæ ſcientiæ: dum ſublimium &
arduorum myſteriorum perficientem ipſis ſcientiam tradit. Hæc itaq; eſt angelicorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

spirituum prima distinctio: quę deum indeficiēter āplectens & nullo alio interstite spiri-
tuum agmine illi assistens/ æternam ipsius scientiam & indesinenter ambit ardente de-
siderio/ & illam iugiter haurit secundum sui motus perpetuo vigore constantis rationē.
Nempe eadē plurimas & altissimas speculationes supra cæteros omnes spiritus purissi-
mis intuetur luminibus/ simplicesq; & primos ac immediatos diuinę lucis radios in se af
fluenter ac vbertim suscipit: huiusmodi cibi diuini alimoniam (dei dico perfectissimam
contemplationem & visionem) semper assecuta & obtinens. qui quidem diuinus cibus
profusione largitionis in alios: plurimus est. sed eadem prorsus vnitate diuinæ refectio-
nis/ qua deus eos reficit & inserit intime sibi/ quos eo cibo replet: maxime vnus est. vt si
eum a quo proficiscitur hic cibus/ & in quem transeunt qui eo pascūtur/ attēdas: vnum
maxime cibum illū inuenias. Si vero eos consideres quibus cōmunicatur et profunditur
huiusmodi cibus: plurimus est & multiplex. queādmodū de diuinę lucis radio: in princi-
pio huius libri dictum iam est. Eadem quoq; prima angelorū distinctio/ copiosa diuinæ
societatis gratia & familiaritate beatitudinē sortita/ cum ipsius dei in se speciē pro viri-
bus efformat: præclaras eius proprietates & actiones q̄ proxime imitatur. multo plu-
ra q̄ inferiores spiritus de diuinis rebus excellenter cognoscens: et scientiæ diuinæ atq;
cognitionis (quantum illi conceditur) multo vberius cæteris particeps effecta. Hanc
ob rem ipsius primæ supremæq; hierarchiæ laudes sancta scriptura insigniter homini-
bus insinuat: in quibus eminentissimæ illius cognitionis & scientiæ notatur superexcel-
lentia. Nā describuntur apud deiloquos patres/ nōnulli ex illis spiritibus imitari voces
aquarū: cū dicit propheta audiuisse post se vocē cōmotionis magnæ/ dicentē. Benedicta Ezech. 3
gloria domini de loco suo. Alij vero augustissimā illam vocem & plenam reformidatio-
nis diuinæ maiestatis/ ob resilitionē in suam paruitatem ex veneratione & debita reue-
rentia procedētem: proclamant. Sāctus/ sanctus/ sanctus: dominus deus sabaoth. Quas Esa. 6
quidem āgelicas laudationes: beatus pater in libro suo de diuinis hymnis diffusius ex-
plicuit. Demū & illud supradictis adijciendū. ꝙ ista prima distinctio diuinitatis scientiā
& illustrem claritatem a deo suscipiens: eā ad diuinę bonitatis imitationē in sequētes in-
ferioresq; deriuat ac transfundit. quo nos edoceat fas id esse & rationabile/ ꝙ merito ab
omnibus adoranda & prædicanda deitas: ab ipsis primis & supremis spiritibus/ immēsæ
maiestatis suo modo capacibus/ celebretur honore quodā singulari/ simul & collaudet.
Sunt enim spiritus ōnes primæ hierarchiæ/ cuiuscūq; sint ordinis: vt susceptacula quę-
dam & reclinatoria diuinæ quietis/ dei speciē & imaginem propter continuā immedia-
tionē ad ipsum/ clare præ se ferētia. Ex eodē quoq; edocemur: monadem esse diuinā/ in
personarū triade subsistentem/ quæ a supremis illis cœlestibus spiritibus per intermedia
omnia/ tum agmina cœlestia/ tū corpora & cœlestia & elemētaria: vsq; ad terræ nouissi-
ma & infimā creaturæ speciē pertingit. Attingit enim (vt ait sapiens) a fine vsq; ad finē Sapi. 8
fortiter: & disponit omnia suauiter. & cuncta quæ subsistunt: prouidentiæ suæ cura mo-
deratur/ tanq̄ totius prouidentiæ fons/ origo & causa. quæ omnia virtutis suæ immensi-
tate cōpræhensa: in suo tenore continet & saluat. Nichil sane est vsq; adeo in rebus mi-
nutū aut abiectum: quod eius prouidentiam subterfugiat. cui æqualiter est cura de om- Sapi. 6
nibus: apud quem nec passeres in obliuione sunt/ nec sine eius nutu in terrā cadunt. qui Lucæ. 12
& lilia agri miro vestit ornatu: & fœnum terrę grato virore adornat. Matth. 10


¶ De dominationibus/ virtutibus/ ac potestatibus: & de me- Matth. 6
dia illarum hierarchia. Cap. VIII.

39 
Ranseundum iam nobis est ad mediam cœlestium spirituū
distinctionem: dominationesq; illas & potentissima omni-
no spectacula diuinarum potestatum/ atq; virtutum (ere-
ctis in æterna luminibus) pro captu nostro contemplan-
dum. Quęlibet enim supernarum virtutum appellatio: pro-
prietates illarum diuinam imitantes speciem signat. San-
ctarum igitur dominationum pleno mysterij nomine signari arbitror: cel- Dn̄ationes
siorem intelligentiam quandam/ totius seruitutis ignaram/ omniq; summis
sione infima liberam/ nulliq; tyrannicæ dissimilitudini vllo omnino modo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ſeipſam ſubijcientem. Quæ cum ſuam aſſerit libertatem: vt nullis blãdicijs cedens/ veraq̃ dominatio/ ſeruili omni & imminutioni obnoxio opere ſuperior eſt/ nulliq̃ ſummiſſioni cedit. Atq̃ õni diſſimilitudine celſior: verę dominationis/ immo deitatis ipſius ſũmæ dominantis/ indeficienti ardentiq̃ flagrat deſiderio. atq̃ ad illius propriam ſimilitudinem/ ſe ipſam inquãtum poteſt/ & quæ poſt ſe ſunt: ad ſummi boni exemplar effingit. atq̃ ad nichil
A eorum quæ fruſtra videntur/ ſed ad id ſolum quod vere ac proprie eſt: tota intentione conuerſa/ ſummæ ſemper dominantis deitatis pro viribus par-
Virtutes ticeps fit. ¶ Enimuero beatiſſimarum appellatione virtutum: virilem quandam & (vt ſic dixerim) maſculam incõcuſſamq̃ fortitudinem ſignari/ certũ eſt. qua in omnibus diuinis ſuis actionibus præditæ/ ad nullius ſuperne illabentis diuini ſulgoris perceptionem inualidæ fiunt/ atq̃ ad dei imitationem potenter aſſurgũt. Neq̃ per imbecillitatis ignauiam diuinos ſuos deſerunt motus: cæterum intentione perpetua ſupremam illam (per quam valent omnia) virtutem intuentur. eiuſq̃ potens imago pro viribus fiunt/ atq̃ ad ipſam vt virtutis totius authorem vi ſumma conuerſæ: ad ea quæ inferiora ſecundo loco ſunt/ virtutis largitate/ ad diuinæ bonitatis effigiem/ prode-
Poteſtates unt. ¶ Porro ſanctarum poteſtatum vocabulo (quę vnam & æqualem cum altiſſimis dominationibus atq̃ virtutibus ſortem accepere) ſignificari dicimus ornatiſſimum/ & nulla permixtione confuſum ad diuina ſuſcipienda/ ac pulcherrimum ordinem: & aptiſſimam ſeriem cœleſtis/ ſpiritualiſq̃ potentiæ/ nequaq̃ tyrannice atq̃ in deterius viribus ſuę poteſtatis abutentis. verum inſuperabili conſtantia ordinatiſſime ad diuina tendentis/ & quæ poſt ſe ſunt agmina: dei imitatione promouentis. Hæ vero/ ſummæ illius poteſtatis (ex qua/ vt ſint potentes/ acceperunt) ſimilitudinem in ſe nituntur
B exprimere/ eamq̃ (vt angelis fas eſt) in ſuis ordinibus/ decore potentiſſimæ virtutis inſignibus præferunt. His diuinis proprietatibus freta cœleſtium ſpirituum media illa diſtinctio: purgatur quidẽ & illuminatur/ atq̃ perficitur (modo quo diximus) ex ſacris intelligentiæ diuinæ fulgoribus/ in illam per primæ/ ſuperioriſq̃ diſtinctionis officium ſecundo loco manan-
C tibus: perq̃ mediam illam hac liquidiore penetrantibus luce. ¶ Deniq̃ q̃
D legimus/ per angelum in alium angelum cuiuſdam rei perueniſſe noticiam: euidens indicium eſſe arbitramur perfectionis ex longinquo venientis/ ac proceſſus ratione in ſecundum perfectionis locum deriuãtis. Nempe enim vt ij qui noſtra veneranda myſteria probatiſſime callent: eas diuinarũ perceptiones rerum/ quæ a deo ipſo ſumuntur nullius intercedente miniſterio/ perfectiores eſſe aiunt ijs diuinæ contemplationis participationibus/ quæ per alios veniunt: ita reor angelicorum quoq̃ ordinum gradum/ qui ſine vllo medio diuina contemplatione fruuntur/ dum in deum ipſum præcipue tẽdunt: longe eſſe certiorem & efficaciorem/ q̃ illorum qui per alios medios
E id aſſequuntur. Quocirca noſtra quoq̃ ſancta/ ſacerdotaliſq̃ traditio/ primores illos ſpiritus: ſequentiũ perficiẽtes & illuminãtes ac purgãtes appellat. quorũ illi miniſterio/ ad ſummũ illud oĩm pricipiũ ſubuehunt: diuinarũq̃ purgationũ/ & illuſtrationũ ac pfectionũ (vt ſibi fas eſt) participes fiũt.

Id;quippe diuina & æterna lege atq; ordine
sācitū est:vt ꝑ prima|secūdis diuini fulgoris
radius influat.Inuenies hoc plerisq; in locis F
docuisse theologos.Nā cū diuina paternaq;
clemētia|Israeliticā plebē ꝓ salute sua ad cō
uersionis gratiam erudiret|ferisq; & immi- G
tibus gentibus ad emēdationem|& ad pœ
nam de illa sumendam exponeret|omniq;
prouidentiæ genere errantes ad meliora cō-
uerteret:vbi ad pœnitentiæ remedia confu-
gissent|& liberos a captiuitatis iniuria dimit
tebat:& ad priores per summam clemen-
43 tiam delicias|copiasq; reuocabat.¶ Cernit
nempe Zacharias vnus ex theologis vnum
ex primis vt arbitror angelis|qui oculis di- H
uinæ maiestatis semper assistunt (commu-
nis quippe est|vt supra iam diximus:cœ
lestibus omnibus angelica cognominatio)
verba consolatoria de hoc ipso a deo didi-
cisse|vt dictum est.Alium vero ex inferio- I
ribus angelis in occursum primi processis- k
se:vt diuinæ per illum intelligentiæ capax
& particeps fieret.deinde cum ab eo velu-
ti ab antistite diuinum consilium didicisset:
vt prophetam quoq; doceret|fuisse permis-
sum|q; vbertim habitabitur Hierusalem a
multitudine hominum. Alius item ex the-
ologorum numero:Ezechiel|hoc & a dei- L
tate ipsa sedente super cherubim in suæ glo M
ria maiestatis|sacratissime fuisse constitu-
tum ait.Israeliticam enim(vt diximus)gen
tem paterna clementia per disciplinam ad
meliora traducens:iustitia conuenientissi- N
ma insontes a reis discernendos instituit.



Primus hoc post cherubim discit:qui lumbos saphyro erat accinctus|qui O
talarem tunicam pontificalis vestis indiciū|induebat.Porro angelos reli- P
quos qui securibus armati erant:diuina & ornatissima dispositio iubet a
priore discere diuinum de re tanta discrimen.Nam illi quidem per me-
diam Hierusalem transire iubet:& signa frontibus insontium virorum
imponere.aliis vero|ite dicitur in ciuitatem post ipsum & occidite:neq;
parcatis oculis vestris.super omnes autem in quibus est signum:nolite
propinquare.Quid autem de illo dicemus angelo|qui Danieli ait|exiit Q
sermo?aut de illo:qui primus ignem de medio cherubim sumpsit?siue R
(quod ad demonstrationem angelici pulcherrimi ordinis profecto plus

Cap.
8

valet) ꝙ cherubim ipſa/ ignem in eius manus inijciunt: qui ſanctam indue
S rat ſtolā. Siue de illo qui eximij meriti Gabrielem vocauit & dixit: fac intel
ligere iſtum viſionem. ſiue quæq alia a ſanctis theologis de cœleſtium ſpi
rituū diuina ſpecie/ ac decoro ordine dicta leguntur. Ad cuius ſane imagi
nem dum noſtra quoq ſacroſancta functio ſe componit/ eiq ſimilis eua-
dere pro viribus nititur: angelicū decorem veluti in figuris conſequetur/ for
mas inde capiens: ac per illum/ ad ſummum totius ſacræ functionis autho-
rem deum/ eius freta adminiculis ſcandens.

A ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Eorum quæ fruſtra videntur. fruſtra: vane/ cadu-
B ce. ¶Decore potentiſſimæ virtutis inſignibus præferunt. decore: forma/ & pulchritu-
C dine. ſeptimus caſus a decor/ non a decus. ¶Perq mediam illā/ hac liquidiore penetran
tibus luce. hoc eſt/ diuinis fulgoribus manifeſtiore quidem luce penetrantibus per me-
diam illam inter deū & hierarchiam ſecundo loco collocatam/ quæ prima hierarchia eſt:
& qua mediante/ ſecūda purgatur/ illuminat/ atq perficitur. manifeſtiore dico luce: hac
luce quæ in ſecūda per primā ſuſcipitur hierarchia. Sol/ lumē/ cœlū/ aer/ aqua: deus/ di-
D uina illuſtratio/ primæ mentes/ ſecūdæ/ tertię. ¶Deniq ꝙ legimus: per angelum in aliū
angelum cuiuſdā rei perueniſſe notitiam. Zacharias cap. ſecundo. Et ecce angelus qui
loquebatur in me/ egrediebatur: & alius angelus egrediebatur in occurſum eius/ & di-
xit ad eum. curre/ loquere ad puerū iſtum dicens/ abſq muro habitabitur Hieruſalē prę
multitudine hominum & iumentorum in medio eius. et ego ero (ait dominus) murus
E ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. ¶Quocirca noſtra quoq ſancta ſacerdo-
taliſq traditio. Sacerdotalis traditio: noſtræ humanæ hierarchiæ diſciplina. & de præſen
F ti traditione atq diſciplina: beatiſſimus hic loquitur pater. ¶Inuenies hoc pleriſq in lo-
cis docuiſſe theologos. Zacharias cap. primo. Et reſpondit vir qui ſtabat inter myrteta/
& dixit. Iſti ſunt quos miſit dominus vt perambulent terram. & reſponderūt angelo do
mini qui ſtabat inter myrteta: perambulauimus terram/ & ecce omnis terra habitatur
& quieſcit. Apocalypſis cap. ſeptimo. Et vidi alterum angelū aſcendentem ab ortu ſo-
lis/ habentem ſignum dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum
eſt nocere terræ & mari/ dicēs. nolite nocere terræ & mari neq arboribus: quouſq ſigne
mus ſeruos dei noſtri in frontibus eorū. Et capite decimoquarto. Et alius angelus exiuit
de tēplo/ clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem. mitte falcem tuam & mete:
quia venit hora vt metatur/ quia aruit meſſis terræ. & miſit qui ſedebat ſuper nubem/
falcem ſuam in terram: & meſſuit eam. & alius angelus exiuit de altari qui habebat pote
G ſtatem ſuper ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam. ¶Fe
riſq & immitibus gentibus ad emendationem. Chaldeis & Babylonijs. de ea enim tran ſ
migratione in Babylonem loquitur: quę per Nabugodonoſorum ad Cyri tēpora & Ar
taxerxis facta eſt. de qua/ & eius ꝑ dei indulgentiā reuocatione: quartus regū & primus
Heſdrę liber ammonent. & de conſolatione reuocationis a deo facta: ſcribit Zacharias
H propheta/ vt paulo poſt dilucebit. ¶Vnum ex primis vt arbitror angelis. De eo dicit an
gelo qui ſuper equum ruſum inter myrteta paradyſi profunde ſubmiſſa/ ſtabat. Aſcen-
ſus enim ſuper equum qui angelū deſignat/ & myrteta profunda ſubmiſſaq/ & equi va-
rij poſt eum qui ſunt angeli dei: illius diuini ſpiritus ſublimitatē atq altitudinis eminen-
tiam denotant. Zacharias capite primo. Ecce vir aſcendens ſuper equum rufum: & ipſe
ſtabat ſuper myrteta quæ erant in profundo. et poſt eum equi rufi/ varij & albi. quod &
I paulo ſupra adductum eſt. ¶Verba conſolatoria de hoc ipſo a deo didiciſſe. Zacha-
rias ſuper reuocatione Iſraclitice plebis a captiuitate Babylonica: a dn̄o cōſolatoria ver
ba accepit. Zacharias cap. primo. Reſpōdit angelus dn̄i & dixit: dn̄e exercituū vſqquo
nō miſereberis Hieruſalem/ & vrbiū Iuda quibus iratus es? iſte iā ſeptuageſimus ānus
eſt. et reſpōdit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona/ verba conſolatoria. 39
Et hęc diuinę cōſolationis verba ſunt. zelatus ſum Hieruſalē & Sion zelo magno. reuer
tar in Hieruſalē: & domus mea ædificabit in ea/ & perpendiculū extēdetur ſuper Hieru
ſalē. adhuc affluent ciuitates meæ bonis/ & cōſolabitur adhuc dn̄s Sion/ & eliget adhuc
k Hieruſalē. ¶Aliū vero ex inferioribus angelis. Zacharias cap. ſecūdo. Et alius angelus
egrediebatur in occurſum eius: & dixit ad eū. curre/ loquere ad puerū iſtū dicens: abſq
muro habitabitur Hieruſalem prę multitudine hominū & iumentorum in medio eius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶Alius item ex theologorũ numero Ezechiel. Ezechiel cap. decimo. Et eleuata est glo= L
ria dñi sup cherub ad limen domus: & repleta est domus nube / & atriũ repletũ est splen=
dore gloriæ dñi. & sonitus alarum cherubim audiebatur vsq; ad atriũ exterius: quasi vox
dei omnipotentis loquentis. ¶Hoc & a deitate ipsa sedente super cherubim in suę glo= M
ria maiestatis / sacratissime fuisse constitutũ ait. Hoc / scilicet Israeliticã trãsmigrationem
in Babylonem. Ezechiel cap. duodecimo. Hec dicit dominus deus. in trãsmigrationem /
& captiuitatem ibunt: & dux qui est in medio eorum in humeris portabitur / & in calig=
ne egredietur. Et paulo post. & adducam eum in Babylonem / in terram Chaldeorum: &
ipsam non videbit / ibiq; morietur / & omnes qui circa eũ sunt. ¶Iustitia cõuenientissi= N
ma insontes a reis discernendos instituit. Ezechiel cap. vndecimo. Et vidi in medio eo=
rum Iechoniam filium Azur / & Pheltiam filiũ Banaię principes populi: & dixit ad me.
fili hominis hi sunt viri qui cogitant iniquitatem / & tractant consilium pessimũ. & paulo
post. plurimos interfecistis in vrbe hac / & implestis vias eius interfectis. propterea hæc
dicit dominus. interfecti vestri quos posuistis in medio eius: hi sunt carnes / & hæc est
lebes / & educam vos de medio eius. gladium metuistis: & gladium inducã super vos
dicit dominus deus. ¶Primus hoc post cherubim discit: qui lumbos saphyro erat accin=
ctus. Ezechiel cap. nono. Et gloria domini Israel assumpta est de cherub: quæ erat super O
eum ad limen domus. & vocauit virum qui indutus erat lineis / & atramentariũ scripto=
ris habebat in lumbis suis: & dixit dñs ad eum. transi per mediam ciuitatem in medio
Hierusalem: & signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium super cũctis
abominationibus quæ fiunt in medio eius. Tempore beatissimi patris / vbi legitur: qui Diuersitas
indutus erat lineis / & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis: legebatur. qui litterarum
induebatur veste talari / & lumbos saphyro erat accinctus. ¶Porro angelos reliquos / originaliũ.
qui securibus armati erãt. Ezechiel eodẽ cap. nono. Et vt id sũmatim quod hic diuinus P
author dicit / & de signo Tau / & de prohibitione facta reliquis angelis taxetur: cõtinua=
ta Ezechielis series (resumpto etiam quod paulo ante dictum est) audiatur. Et ecce sex vi
ri veniebant de via portę superioris quę respicit ad aquilonẽ: & vniuscuiusq; vas interi=
tus in manu eius. vir quoq; vnus in medio eorum vestitus erat lineis: & atramentariũ
scriptoris ad renes eius. Et steterunt iuxta altare æreum / & gloria dñi Israel assumpta
est de cherub / quæ erat super eum ad limen domus. & vocauit virum qui indutus erat li
neis / & atramentariũ scriptoris habebat in lumbis suis: et dixit dominus ad eum. trãsi
per mediam ciuitatem in medio Hierusalẽ: & signa Tau super frontes virorum gemen=
tium & dolentiũ super cũctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. & illis dixit / au=
diente me. transite per ciuitatem sequentes eum: & percutite. non parcat oculus vester
neq; misereamini. senem / adolescẽtulum / & virginem / paruulum / & mulieres interficite
vsq; ad internitionẽ. omnem autẽ super quem videritis Tau ne occidatis: & a sanctuario
meo incipite. Vbi hic interpretatum legimus vas: tempore beatissimi patris legebatur
securis. ¶Quid autem de illo dicemus angelo qui Danieli ait / exijt sermo. de Gabriele Q
id dictũ est. Daniel cap. nono. Ecce vir Gabriel quem viderã in visione a principio: cito
volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini. & docuit me & locutus est michi: di=
xitq;. Daniel nunc egressus sum vt docerem te / & intelligeres. ab exordio precum tuarũ
egressus est sermo. ego autem veni: vt indicarẽ tibi. ¶Aut de illo qui primus ignem de R
medio cherubim sumpsit. Ezechiel cap. decimo. Cũq; pręcepisset viro qui indutus erat
lineis dicens: sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter cherubim / ingressus ille ste=
tit iuxta rotam: & extendit cherub manũ de medio cherubim ad ignem qui erat inter
cherubim. & sumpsit / et dedit in manus eius qui erat indutus lineis: qui accipiẽs egres=
sus est. ¶Siue de illo qui eximij meriti Gabrielem vocauit. Daniel cap. octauo. Et au= S
diui vocem viri inter vlai & clamauit & ait: Gabriel / fac intelligere istum / visionem. &
venit: et stetit vbi ego stabam.

39 ¶OCTAVI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



MEdiam cœlestium spirituũ distinctionem tres itidem ordines comple=
ctentem / nunc explanandã suscipit sacer Dionysius: repetens quod in
præcedente adduxerat capite proloquiũ. q; quælibet angelicarũ sub=
stantiarũ appellatio: proprietatem illarũ qua diuinam imitatur ima=
ginẽ / peculiariter designat. Quod hoc loco in dominationibus / virtu=
tibus & potestatibus: hoc modo declarat. Dominationũ quidẽ nomine

(inquit)ſignificatur celſior quædam præſidentia: ſeruitutis ōnis prolapſioni & vicio ob-
noxię prorſus expers/& ōni inclinatione ad inferiora(quæ animū in ſeruitutē redigunt)
omnino libera, neq; ſe tyrannicæ violentiæ aut cōcuſſioni quoquo pacto ſubijciens: quę
ſua dominatione(cum iuſtos opprimit/malos extollit/& propriū intendit bonum) abu-
titur. Recte autem tyrānis ipſa/ diſſimilitudo eſt dei: qui vt rex benigniſſimus toti mūdo
moderatiſſime dominatur/ ſolum ſubditorum bonum quærens. Quæ ſane angelica do-
minatio cum ſe in libertatem ſpiritus vendicat/nullis ſuccūbens blādicijs ad illicita tra-
hentibus: omni opere ſeruili ſcilicet peccati/& obnoxio diminutioni bonitatis inſitæ ſu-
perior eſt/nulliq; ſubmiſſioni & ad deteriora inclinationi cedit vnq̄. Eadem quoq; omni
diſſimilitudine veri boni excelſior: diuinæ dominationis(quæ vera eſt/& omniū domi-
nationum veritas: omnibus pręſidens nulliq; ſubiecta/& perpetua atq; inuiolabilis na-
tura)immo ipſius deitatis omnibus dominātis flagrātiſſimo ardet deſiderio: atq; ſeipſam
quantum poteſt/& quæ infra ipſam ſunt efformat ad propriā ipſius ſummæ & verę do-
minationis ſimilitudinē/quo ipſius ſummi boni exēplar & archetypam veritatē propius
et vicinius imitetur. Inſuper ipſa ad nichil eorum quæ vana ſunt & inania / ſed ad id
quod vere ac proprie eſt/ſcilicet deum ipſum cōuerſa: totis animi viribus diuinæ domi-
nationis/ōnibus ſumme præſidentis/ pro modo ſuo fit particeps. ¶ Nomine vero ſan- 40
ctarum virtutum, vt ſecūdum deſignant medię hierarchiæ ordinem: ſignificatur virilis
quędam/robuſta & firma fortitudo, qua illius ordinis cœleſtes ſubſtantiæ in ōnibus ſuis
actionibus prædite: ad diuini radij deſuper earū mentibus illabentis ſuſceptionem ne-
quaq̄ trepidæ ſunt aut infirmæ/ quēadmodū imbecillis oculus ad illuſtre ſolis iubar hau-
riendum eſt inualidus & trepidat, quinimmo ad dignam dei imitationem: magnis viri-
bus aſſurgūt ac annitūtur. Neq; per debilitatē aut inertiam ſua propria deſerūt munia:
more humanæ mentis ignauia torpentis, ſed perpetua interni luminis ad deum cōuer-
ſione: virtutem illā ſummā & primam quæ omniū virtutum eſt veritas/& per quam om
nia ſunt in ſuo genere valida: ac ſignaculis & notis illius diuinæ virtutis inſignita/ſem-
per intuentur. Quinimmo ipſius ſupremæ virtutis: iſtæ virtutes angelicę perfecta fiunt
imago, atq; ad illam vt totius virtutis primā cauſam toto niſu conuerſæ: ad ea cœleſtia
agmina quæ inferiora ſunt/virtutis etiam ſuæ cōmunicationē(vt & in eo diuinā imiten-
tur bonitatem)diffundunt. ¶ Deniq; ſanctarū poteſtatum appellatione(quæ æqualem 41
hierarchiæ conditionem cū dominationibus & virtutibus ſunt ſortitæ: q̄uis illius diſtin-
ctionis ordinem habeant poſtremū/& quātum ad hoc quandam gradus inęqualitatem)
inſinuatur ornatiſſimus & nulla cōfuſione permixtus ad diuina ſuſcipienda/ ac decora-
tiſſimus ordo/& diſpoſitiſſima ſeries cœleſtis ac ſpiritualis potentiæ: nequaq̄ more tyrā-
nidis in peiora viribus ſuæ poteſtatis abutentis. Non enim ad inſolentiam/ violentiā aut
oppreſſionem aliorū exercet cœleſtis illa ſpirituū poteſtas vires ſuas: ſicut tyrāni facere
ſolent/opprimentes ſubiectos ſibi/ſed ad ſuæ ſortis munera exequenda. & inſuperabili
conſtantia pulcherrimo quodam ordine ſurſum tendunt ad diuina: atq; inferiores ſub-
ſtantias cœleſtes/per indultorū ſibi bonorum benignam diſtributionē/ad deum promo-
uent, in quo diuinā ordinatiſſime bonitatem imitantur: ſua bona alijs effuſe elargiētem
Eædem quoq; angelicæ poteſtates: ſummę/ſupremæq; poteſtatis(quæ omnipotens eſt/
immenſa/infinita: & ex qua vt prima cauſa/ipſæ vt potentes ſint acceperūt/immo ōnia
ex illa & per illam poſſunt)imaginem in ſe nituntur expreſſe efformare/eamq; præ ſe fe-
runt in ſuis functionibus & officijs: potentiſſimæ virtutis pulchritudine inſignitis. Itaq;
hiſce præclaris & ſacris proprietatibus adornata ſecūda cœleſtium ſpirituū/mediaq; di-
ſtinctio: purgatur/ illuminatur & perficitur per ſacros diuinæ ſcientiæ fulgores: in illam
per primæ ſupremæq; hierarchiæ miniſterium manantes/ſecūdoq; loco emicantes. Qui
ſane ſacratiſſimi radij penetrant per primā illam angelicorum ſpirituum diſtinctionem/
mediam quidē inter deum & hanc ſecundam hierarchiam: luce multo liquidiore & pu-
riore/ q̄ ſit hæc lux per ſecūdam diſtinctionem diffuſa. quēadmodum ſolaris radius li-
quidius penetrat cœlum/ipſi ſolari lāpadi proximū: q̄ aerem ab ea diſtantiorē. ¶ Quod 42
poſtremo loco dictum/ mediā ſcilicet diſtinctionem ſecūdo loco ac per primæ officium
percipere diuinas illuſtratiōes: beatus pater amplius explanat/ſacræ ſcripturæ teſtimo-
nio & exemplis. Qz enim legimus(ait) in ſanctis eloquijs/in vnum cœleſtem ſpiritū ali-
cuius rei perueniſſe cognitionem/per alterius edoctionem & doctrinam: perſpicuum eſt
argumentū perfectionis in inferiores ſpiritus per intermedia atq; e longinquo traductę/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

& in secundum locū per primū/ratione porrecti in vlteriora processus/procul transfusæ. Sicut enim sacrorum mysteriorū nostrorum periti dicunt eas diuinas illustrationes quæ a deo sine intermedio cuiusq̄ officio percipiūtur: perfectiores esse & potiores illis diuinæ scientiæ participationibus/quæ per alios superiores angelos habentur. ita putādum est illum angelicorū ordinum gradum/ qui sine vllo medio diuinā contemplationem assequuntur/dum in deū ipsum præcipue ac proxime tendunt: esse longe digniorem & præstantiorem q̄ gradum illorū cœlestium spirituū/qui contēplationem dei & in illum tendentiā per alios medios angelos obtinēt. Quapropter hæc nostra (inquit) quæ de cœlesti hierarchia hic traditur/disciplina: supremos illos & primos spiritus appellat inferiorum posteriorūq; purgatores/ illuminatores & perfectores. nā ipsorum primorum spirituum ministerio: illi sequētes/ad deum/summū rerum omniū principium promouētur/ sacrarūq; purgationū/ illuminationū & perfectionum pro sui ordinis ratione participes fiunt. Nempe id diuina lege & ęterna cautum constitutumq; est: vt per prima cœlestia agmina secundis/& per priora sequētibus/diuinæ claritatis fulgor irradiet. Porro inueniuntur sancti prophetæ nōnullis in locis id edocuisse/ quod paulo ante dictum est: vnū scilicet angelum per alterū alicuius diuini mysterij percepisse noticiam/& hoc pacto per prima secundis diuini fulgoris radium influxisse. Nam cum diuina benignitas paternū in populum Israeliticum monstrans affectū/ipsum pro salute sua ad emendationē vitæ reuersionemq; ad deū: per tribulationes induceret/ Babylonijsq; barbaris & efferis ad castigationem & punitionem de illo sumendā/illum in trāsmigratione obijceret atq; pmitteret: omniq; modo & via suæ prouidentiæ errantes per cultum idolorum & grauia scelera/ad melioris vitæ frugem reuocaret. vbi populus ille Hebræorū ad pœnitētiam atq; pristinæ malitiæ emēdationem se cōtulit: protinus liberū a captiuitate Babylonica per Cyrum dimisit/ & ad terram natiuitatis suæ prioremq; rerum fœlicitatem reduxit. 4.regū.25 1.esdre.1.

43 ¶ Idipsum autē quod modo propositū est: beatus pater quinq; manifestat in littera exēplis/ex sacra scriptura depromptis. Primo ex Zacharia propheta. qui scribit vnū ex primoribus & supremis angelis (est enim vt ex quinto capite iam patuit/omnibus cœlestibus spiritibus cōmunis angelorum appellatio) qui pręsentiæ diuinæ maiestatis iugiter astant: verba consolatoria de liberatione populi Israelitici a captiuitate Babylonica a deo didicisse: postq̄ supplex eum rogauerat vt tandem misereretur Sion & Hierusalē. Deinde dicit idem propheta/alium angelū ex inferioribus in primi occursum prodijsse: vt diuinæ ordinationis & beneplaciti per illum disceret sacramentum. Eundē quoq; posteriorem ac inferiorem angelū/cum a primo diuinū percepisset consilium super reditu populi in Hierusalem: vt idem mysteriū prophetā edoceret fuisse permissum/ꝙ rursum magna hominū frequētia habitaretur Hierusalē. Secūdo. exēplo ex Ezechiele ꝓpheta sumpto. qui scribit a summa deitate sedente super cherubim hoc fuisse constitutū: ꝙ populus Israeliticus in captiuitatē Babylonicā ob scelerū suorū immanitatem esset abducendus. Nempe summa ipsa diuinitas/paterna benignitate populū illum per correptoriam disciplinam ad meliorē vitæ viam reducere studens/ perinde ac optimus pater filium dissolutum per asperitatem virgæ: ęquissima censura innocentes a reis internoscendos ordinauit/ne eadem simul pena inuoluantur insontes cum nocentibus. Id primum deus vni ex sanctis cherubim angelo reuelauit/a quo proximus & ille angelus accepit id diuinum consiliū: qui lumbos saphyro erat accinctus/indutusq; erat podere ac talari tunica: pontificalis vestis indicium præferente. Reliquos autem sex angelos qui securibus erant instructi: superna sanctio iussit a priore angelo lineis induto diuinū de hac bonorum a malis discretione discere iudicium. Nempe dei dispositio rectissima/illi angelo qui saphyro erat accinctus/per mediam ciuitatem ire iubet: & signa Tau frontibus innocentium virorū imprimere. Alijs vero sex pręcepit/vt vadant in ciuitatem post illum: & occidant omnes noxios/neq; parcat eorum oculus cuiq̄ illorū. Eos autem quibus impositum est signum Tau: neq; occidant neq; tangant. Tertio idem declarat exēplo Danielis: ad quem orantem pro fine captiuitatis Babylonicę/missus est angelus Gabriel dicens. ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Quarto. ex testimonio Ezechielis: scribentis se angelū vidisse/ qui primus ignem de medio cherubim sumpsit. imo (quod amplius valet & confert ad manifestationē pulcherrimi ordinis angelici: quomodo scilicet in illo/ vnus inferior a superiore diuina ediscit mysteria) dicentis: ꝙ ipsa sancta cherubim/ignem sumptū de medio eorum in illius manus imponūt/qui indutus erat lineis. Zacha.1. Zacha.1. Ezechi.12. Ezech. 9. Daniel. 9. Ezech.10.

per quod deſignabatur/rerum diuinarũ intelligentiã per ignem lucidum indicatã: a ſu=
Danie. 8. premo angelo/inferiori eſſe cõmunicatam. Quinto. idem demonſtrat ex teſtimonio Da=
nielis: dicentis vnũ ex ſuperioribus (vt exiſtimare fas eſt) angelis vocaſſe Gabrielem ar=
changelum / illiqꝫ mandaſſe: vt Danielem faceret intelligere viſionem ipſi oſtenſam.
quemadmodũ ex ſcholijs hæc omnia clarius innoteſcũt. Neç minus alia his perſimilia:
a ſanctis prophetis de cœleſtiũ ſpirituũ ordinatiſſima diſpoſitiõe (qua vnus ab alio quicq̃
ediſcit) ſępius dicta leguntur. Cum autem humana noſtra functio & eccleſiaſtica hierar=
chia ſeipſam accõmodat pulcherrimo cœleſtium ſpirituũ ordini/ eiqꝫ pro viribus aſſimi=
lari annititur in diſpoſitiſſima & rectiſſima ordinatione: tunc illa angelicũ decorem/ nõ
quidem in ſua plenitudine & veritate/ ſed in figuris dũtaxat & imagine conſequetur. ꝙ
cœleſtium ordinum decor & ornatus longe ſit perfectior ac eminẽtior: q̃ huius humanæ
functionis/ & tanq̃ exemplar ad ſuã effigiem. Vnde & hæc eccleſiaſtica functio/ ab ange=
lici decore ordinis formas & imitandi rationem capere debet: atqꝫ illius adiuta pręſidio
ad deum ſcandere/ ſubuehi ac tendere: totius ſacrę functionis cum humanæ tum ange=
licæ authorem/ cauſam & finem.

¶ De principatibus/ archangelis/ & angelis: deqꝫ extrema illorum hierarchia. Cap. IX.



Eliqua nobis ad ſpeculãdum ſupereſt ſacra illa diſtinctio: 44
quæ ordines concludit angelicos. quæ profecto in diuinos
principatus & archangelos/ angeloſqꝫ diſtinguitur. Ac pri=
mo quidem neceſſario dicẽdum puto (inquãtum vires ſup=
Pricipatus petunt) quid ipſorum ſignificet nomen. Exprimitur namqꝫ
cœleſtium principatuũ nomine: illos ad dei imaginem prin
cipari ac duces eſſe: cum ſacroſancto/ principalibuſqꝫ virtutibus cõuenien=
tiſſimo ordine. Atqꝫ id pręterea/ ad ſummũ eos principatũ tota intentione
conuerſos: aliorum quoqꝫ pręcipua dignitate duces eſſe. ac pro viribus in ſe
effingere ſupremũ illum/ ſuiqꝫ authorem principatũ ſtudent: principaliũqꝫ
Archãgeli. decore virtutum/ ſummũ illius diuinumqꝫ ordinem promere. ¶ Porro ſan= 45
ctiſſimus archangelorũ ordo: ęqualis quidem cœleſtibus principatibus di=
citur. Eſt enim (vt diximus) ipſorũ atqꝫ angelorũ functio vna/ vnaqꝫ diſtin=
T ctio. Quia tamen nulla eſt huiuſmodi ſacratiſſima functio/ quæ non & pri=
mas habeat & medias extremaſqꝫ virtutes: ſanctus archangelorũ ordo (ꝙ
ſit in medio functionis conſtitutus) cõmuni quodam/ ſocialiqꝫ iure extrema
complectitur. altiſſimis nãqꝫ principatibus: & ſanctis cõmunicat angelis.
V Illis quidẽ: quoniã ad ſupremũ illum principatum præcipue intentus eſt/
& ad eius (quantũ fas eſt) formatur imaginem: ac præterea honeſtiſſimis/
atqꝫ ordinatiſſimis & inuiſibilibus ductibus ſuis angelos etiam iungit/ atqꝫ
X vnũ facit. His autem: quia etiam docendi atqꝫ dictandi alijs/ ordinẽ tenet:
dum diuinarum intelligẽtias rerum a primarijs virtutibus ſumens/ eas an=
gelis quoqꝫ gratuita nunciat bonitate: ac per angelos nobis/ pro modo ac
Angeli. ratione cuiuſqꝫ/ diuinorũ ſenſuum aperiens lucem. ¶ Angeli namqꝫ (vt ſu= 46
pra iam diximus) implendi peragũt munus: õneſqꝫ cœleſtiũ ſpirituũ ordi=
nes complent/ extremo in loco inter eximias illas immortaleſqꝫ ſubſtãtias/
angelicam proprietatẽ conſecuti. Atqꝫ ideo a nobis angeli rectius q̃ ſupe=
riores appellantur: ꝙ ſcilicet & ipſorũ ordo magis circa euidẽtiora & aper=
tiora verſatur/ ac mundana ferme negocia ab eis diſponũtur. Nam ſupre=
mam illam (vt diximus) diſtinctionẽ vt ſecreto illi ſacratiſſimo/ primo or=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

dine proximã:secundæ moderari/ac sciẽtiæ lucem secretius & abditius dare putandum est.sequentẽ vero ex altissimis dominationibus & virtutibus potestatibusq; constantem:tertiæ illi(quæ principatibus/archãgelis/angelisq; conficitur)pręesse.priori quidem/supremaq; distinctione:manifestius/ Y
sequenti autem extremaq;:secretius. At vero principatuũ/archãgelorum/angelorũq; postremam distributionem/enũciandi munus adeptam:humanis ordinibus ac fũctionibus sacris vicissim pręesse credendũ est.vt illius ministerio/suo ordine ferantur ad deum & cõuertantur:sintq; ipsius societate
& coniunctione fœlices. dum diuinus processus eximia dignatione cũctis Z
sacris ordinibus indulgetur: & socialiter ac diuino cum ornatu reuelatur.
Hinc profecto humanã istam/sacramq; functionẽ angelis sacra scriptura z
distribuit: quę Michaelem principem Iudaicæ gentis appellat/& alios cæterarum nationũ.statuit enim altissimus terminos gentium:iuxta numerũ oo
47 angelorũ dei.¶Porro si quis inquirere pergat quid sit cur Hebręorum populus solus/ad dei diuinarũq; rerum intelligentiã subuectus sit/respõdendum/non oportere imputari rectissime gubernãtibus angelis:si gentes aliæ ad eorũ(qui dij non sunt)culturã deuolutæ sint.sed illis ipsis imprimis:qui motibus proprijs a recto calle(quo ad deum ascendere possent) sua sponte deuiarunt. Cuius erroris adeo perniciosi/causa illis fuit amor sui atq; superbia:&(quod sequi necesse erat)eorum cultura quæ diuinum aliquid habere putauissent.Huius rei etiam ipsi hebręorum populo crimen impingi- pp
tur:atq; ideo ad ipsum passus memoratur/scientiã enĩ inquit dei reppulisti: & post cor tuũ ambulasti. Neq; enim coactam habemus vitam: neq; liberi arbitrij gratia diuinitus indulta mortalibus/prouidẽtię diuinæ luce & splẽdore obtunditur.Cæterũ dissimilitudo spiritualiũ luminum facit:vt affluentissima paternæ benignitatis lux aut omnino capi/participariq; nõ possit (quippe quę ipsos obtut⁹ intimos suo fulgore pstringat)aut certe ipsa lucis participatio pro suscipiẽtium meritis varia sit: parua scilicet vel magna/ obscura vel lucida.cum tamen radius ille diuinus/vnus ac simplex sit:eodẽq; qq
modo se habeat/super omnia semper explicitus.Nempe enĩ & alijs genti- rr
bus ex quibus & nos adimensum/& infinitũ diuini luminis pelagus(quod paratum semper est: & patet õnibus ad participandũ) ex pręteriti erroris cæcitate respirauimus: nunq̃ præfuerũt alieni aliqui dij/ sed vnũ illud omnium ac singulare principium.ad quod sane/obsequentes ducebant angeli
pręfecti singulis gentibus.Considerare libet Melchisedech illum põtificem ss
charissimum deo:qui nequaq̃ inanium deorum/ sed altissimi ęterniq; dei sacerdos fuit.Non enim sine ratione sapientia diuina illustres viri:Melchisedech non modo amicum dei/verum etiã sacerdotem dei appellarũt. siue vt prudẽtioribus aperte indicarẽt:non modo ipsum ad verũ/ac sempiternũ deum esse conuersum/verum & cæteris ad veram & solã/supremãq; deita
48 tem prouehendis/authorem ducemq; fuisse.¶Illud quoq; sacerdotale pe- Ad timotheũ loquit
ctus tuũ/sanctãq; prudentiã ammonere curabimus:vt Pharaoni ab Aegyptiorum pręsule angelo/ Babyloniorũq; principi a suæ itidem gentis pręsi- tt
de/& prouidentis & dominãtis oĩbus dispensatio atq; potestas per visum

innotuere. Et illis gentibus veri dei famuli atq; cultores/duces cõſtituebantur: dum ea viſionũ expoſitio quæ figurata prius ab angelis fuerat/ſanctiſſimis viris & qui angelis ferme pares euaſerant Danieli ac Ioſeph a deo reuelata per angelos fuit. Vnum quippe omniũ principium eſt: vnica prouidentia. Neq; vllo modo putãdum eſt Iudęis quidẽ pręfuiſſe deum quaſi id ſorte conſecutum: cæteris autem gentibus angelos proprie ac ſeorſum/ſiue

Daniel.
Ioſeph.

VV ęqualiter/ſiue aduerſãter/ſiue deos alios quoſdã præſules eſſe. Sed & illud quoq; diuinæ ſcripturæ iuxta hunc ſenſum ſacratius accipiendum eſt: non quaſi deus cũ dijs alijs aut angelis/humani generis gubernaculũ regimẽq; diuiſerit/& Iſraeliticæ gentis princeps & dux ipſe conſtitutus ſit. ſed ꝙ vna illa quidem altiſſimi in cũctis prouidentia: mortales omnes in ſalutem/angelorum ſuorũ ductibus ad ſe peruehendos diſtribuerit. ſolus autem ferme Iſrael præ omnibus ad veriſſimi domini intelligentiã/cognitioneq; conuerſus ſit. Vnde Iſraeliticã plebem ſeſe diuino cultui deuouiſſe/ illumq; hære-

XX ditario iure ſuſcepiſſe/ſacra ſcriptura indicat dicens: factus eſt pars domini. Cæterum ipſum quoq; populũ ſignans ęquali cum gentibus cæteris iure/ alicui ſanctorũ angelorũ fuiſſe aſſignatum (cuius officio & miniſterio: vnũ

ZZ illud omniũ principium noſceret) Michaelem ait Iudęorũ pręfectum eſſe genti: apertis profecto indicijs comprobans vnã eſſe omniũ prouidentiam/ quæ omnibus inuiſibilibus viſibilibuſq; virtutibus longe vi ſummæ maieſtatis emineat. õnes autem angelos ſingulis pręfectos natiõibus: ad ipſam veluti ad principium ſuum/ eos qui voluntarie ſequerentur (quantum fas eſt) prouehere atq; perducere.

T ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Quæ nõ & primas habeat/& medias extremaſq; virtutes. Virtutum nomine: cœlicos ſpiritus cõpręhendit omnes. Neq; hic ſpecialis nũcupationis/vſus accipitur: quæ mediam cũ dominationibus & poteſtatibus cõplet hierarchiam. & cur hunc in modũ/cõmuni hac liceat appellatione vti: cauſam capite vnde-

V cimo dicturus eſt beatiſſimus pater. ¶Illis quidem: quoniã ad supremũ illum principa-

X tum. illis/principatibus cõmunicat. ¶His autem: quia etiã docendi/atq; dictandi alijs.

Y his/angelis ſacer archangelorũ ordo cõmunicat. ¶Priori quidẽ ſupremaq; diſtinctione/ manifeſtius. Diuinitas incompręhẽſibile ſapientiæ pelagus: nobis ignota manet/ ſecretaq; ab omnibus. Supremus autem cœleſtium ordo: nobis poſt diuinitatem manet ignotior/occultiorq;/quia illi ignoto vicinior. Poſtrem9 vero/angelicuſq; ordo: nobis iam eſt manifeſtior. vt qui illi ignoto remotior: & nobis cõiunctior ac affinior habeatur. Porro medius hierarchiarum ordo nobis ſupremo manifeſtior: ſed infimo/angelicoq; ſecretior atq; abditior. Et hoc eſt quod de medio illo ordine/ ſuis quidem extremis cõparato: litera hęc dicit. ſequentem vero ex altiſſimis dominationibus & virtutibus poteſtatibuſq; conſtantem/tertię illi (quę principatibus/archangelis/angeliſq; cõficitur) pręeſſe: priori

Z ſupremaq; manifeſtius/ſequenti autem extremaq;: ſecretius. ¶Dum diuinus proceſſus eximia dignatione cũctis ſacris ordinibus indulgetur/& ſocialiter ac diuino cum ornatu reuelatur. hoc eſt/ dum diuinæ gratiæ ſubminiſtrãtibus angelis perfuſio/ eximia & præcellenti dei liberalitate & gratuita largitione omnibus ſacris humanis ordinibus indulgetur: & concordi ac amica communicatione pulchro cum adhortantiũ diſciplinarum/ virtutumq; ad decenter imitandum ornamẽto/reuelatur atq; manifeſtatur. Hinc profe-

Z cto. & reliqua que ſequuntur. ¶Sacrãq; functionẽ angelis ſacra ſcriptura diſtribuit. Daniel cap. decimo. Et ego veni propter ſermones tuos. princeps autem regni Perſarum: reſtitit michi vno & viginti diebus. et ecce Michael vnus de principibus primis/ venit in adiutoriũ meum: & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. Veni autem vt docerẽ te quæ ventura ſunt populo tuo in nouiſſimis diebus. & nunc reuertar vt prælier aduerſus principẽ Perſarum. cũ enim egrederer/apparuit princeps Gręcorũ veniens. verũtamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

annunciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis. & nemo est adiutor meus in omnibus his: nisi Michael princeps vester. ¶ Statuit enim altissimus terminos gẽtium: iuxta numerũ angelorum dei. Hoc oraculo caremus. ¶ Huius rei etiã Hebræorum populo crimen impingitur. Exodus cap. tricesimo secũdo. Locutus est autem dominus ad Mosem dicẽs, vade/ descende: peccauit populus tuus quẽ eduxisti de terra Aegypti. recesserunt cito de via quã ostendisti eis: fecerũtq; sibi vitulum conflatilem & adorauerũt. atq; imolantes ei hostias dixerunt: isti sunt dij tui Israel/ qui te eduxerũt de terra Aegypti. Et Osee cap. quarto. Et fornicati sunt a deo suo. super capita montiũ sacrificabant: & super colles accendebant thymiama subtus quercum & populum & terebinthum. Et paulo ante. quia tu scientiam reppulisti: repellam te. ¶ Eodemq; modo se habeat: super omnia semper explicitus. Omnibus superexpãsus/ superextẽsus/ atq; suprfusus. ¶ Nẽpe eni & alijs gẽtibus: ex quib9 & nos. De seipso loquitur pius pater: qui a beatissimo Paulo ex gẽtilitio errore ad veræ/ piæ & sanctæ religionis lumen diuina pietate cõuersus est. ¶ Cõsiderare libet Melchisedech. Genesis cap. decioquarto. At vero Melchisedech rex Salem: proferens panẽ & vinũ (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei & ait. benedictus Abram deo excelso qui creauit cœlum & terrã: & benedictus deus excelsus/ quo protegente: hostes in manibus tuis sũt. Et beatissimus Paulus epistola ad Hebręos cap. septimo/ de eodem. assimilatus autem filio dei: manet sacerdos in perpetuũ. ¶ Vt Pharaoni ab Aegyptiorum pręsule angelo/ Babyloniorũq; principi. De pharaone. Genesis cap. quadragesimo primo. Post duos annos vidit Pharao somniũ. putabat se stare super fluuium/ de quo ascendebãt septem boues pulchrę & crassę nimis: & pascebantur in locis palustribus. aliæ quoq; septem emergebant de flumine/ fœdæ confectæq; macie: & pascebãtur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. deuoraruntq; eas: quarũ mira species & habitudo corporũ erat. De principe Babyloniorum. Daniel cap. secũdo. Vidit Nabugodonosor somniũ & conterritus est spiritus eius: & somniũ eius fugit ab eo. quod indicauit ei Daniel. Tu rex videbas: & ecce quasi statua vna grãdis. statua illa magna/ & statura sublimis: stabat cõtra te. & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia de argento. porro venter & femora ex ęre: tibiæ autem ferreę. pedum quedã pars erat ferrea: quedã autẽ fictilis. Videbas ita donec abscisus est lapis de mõte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus/ & cõminuit eos. Tũc cõtrita sunt pariter ferrũ/ testa/ es/ argentum/ & aurũ. & redacta quasi in fauillam æstiuę areæ: quę rapta sunt vento/ nullusq; locus inuentus est eis. Lapis autem qui percusserat statuã/ factus est mons magnus: & impleuit vniuersam terram. hoc est sõniũ. Hec ãgeli: Pharaoni Aegyptio & Nabugodonosoro principi Babylonio in visionibus pręmõstrabãt. ¶ Siue ęqualiter siue aduersanter siue deos alios quosdam pręsules esse. Sententia est/ deum non solũ & peculariter prouidere ac pręesse Hebræorum populo: & alijs spiritibus nonnullis reliquas terræ prouincias/ reliquaq; regna ex ęquo esse distributa: quibus quidẽ præessent/ & in quibus vt dij colerẽtur. siue quibus præessent aduersando: vt quas fortitudine sua/ suoq; robore aduersus alios obtinuissent. Neq; alijs regnis dij quidam alieni præsunt: quos gentilitius error temere credebat esse deos. sed omniũ & Hebræorũ/ Aegyptiorũ/ Chaldeorum/ Gręcorũ/ & Latinorum: vnicũ principium est/ vnicaq; prouidẽtia. quoniã (iuxta diuina eloquia) rex omnis terræ deus. quorum quidẽ vniuersorum & singulorũ bonum (si saperent homines) pia gubernatiõe dispensat. et cui (iuxta prophetæ sententiam) seruiunt omnia. ¶ Sacra scriptura indicat dicens: factus est pars domini. psalmus centesimus tricesimus quartus. Quoniã Iacob elegit sibi dominus: Israel in possessionem sibi. ¶ Michaelem ait Iudęorum præfectum esse genti. Hoc de Daniele dicit. quod ex Danielis cap. decimo supra adductum est. Et nemo est adiutor meus in omnibus his: nisi Michael prĩceps vester. Et cap. duodecimo. In tempore autem illo cõsurget Michael princeps magnus: qui stat pro filijs populi tui. & veniet tẽpus: quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperũt/ vsq; ad tẽpus illud.

[Margin: oo; pp; qq; rr; ss; tt; vv; Psal. 46.; Psal. 118.; xx; zz]

¶ NONI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



44 Postremam cœlestium spirituũ distinctionem in tres ordines/ principatus/ archangelos & angelos distributã: nunc determinãdam superesse proponit sacer Dionysius/ & imprimis elucidandũ quid vnũquodq; dictorum ordinũ nomẽ significat. Sane principatuũ nomine (inquit) nobis significatur: q̃ illius ordinis cœlestes spiritus principãtur ac du- Principat9

ces sunt inferioribus & sub se positis supernis substātijs/ad imaginem dei: omnibus supreme principātis. Sunt autem supradicti spiritus superni/aliorum principes: secūdum sacrum suū ordinem/ad hoc ex officio ordinatū atq; constitutum/maximeq; conuenientem principalibus suis virtutibus/in quibus: cęteris eiusdem hierarchiæ sed inferiorum ordinū supernis spiritibus excellentiores sunt/illisq; eximie pręcellunt & pręstāt. Exprimitur pręterea sanctorū principatuum nomine/ipsos ad summū dei principatū (qui nulli subest/& omnibus eminētissime principatur) totis animi viribus cōuersos: aliorum spirituū supernorū qui inferiores sunt & gradu posteriores/ duces esse singulari dignitate ac principes. Eos insup cœlestes principatus pro viribus anniti: vt in se/supremū illū dei principatum (qui sacri principatus ipsorum author est & causa) effingant ac exprimant/ diuiniq; principatus ordinem summū quidem & occultum: declarēt & explicent/ ornatissimo pręcipuarum & principātibus congruentium virtutū decore. ¶ At vero archangelorū ordo/ ęqualis quidem habetur ipsis sacris principatibus: secundū vnam & eandem hierarchiæ rationem. quādoquidem ipsorum principatuum/ archāgelorum & angelorum/vna est (vt iam dictum est) hierarchia atq; distinctio. Quia tamen omnis hierarchia cœlestis/supremum habet & mediū/atq; postremum ordinem: ipse archangelorū ordo quia in medio postremę distinctionis constitutus est: extremos illius ordines principatuum inquam & angelorum/ quodam cōueniētiæ & mutuæ societatis nexu coplectitur/atq; cum vtroq; quoquo pacto cōmunicat: sicut & nomen habet ex amborum extremorum ordinum nominibus compactum. Siquidem cum sacris principatibus cōmunicat archangelorum ordo: q vti illi/ ad supremum illum dei principatū præcipue conuersus est/& ad eius (quātum fas est) imaginē efformatur. insuper & angelos sub se positos ordinatissimo & pulcherrimo ductu deo iungit: atq; vnum cum eo facit. quēadmodum dictum est/cœlestes principatus: inferiores supernas substantias ad deum subuehere/atq; illi coniungere. Cum angelis vero conuenit sacer archangelorum ordo: quia etiam docendi atq; enunciandi (sicut & illi) sortitur officium. dum diuinorum mysteriorum scientiam a primis supremisq; spiritibus percipiens: eam angelis quoq; gratuita benignitate annunciat/ & nobis itidem per angelorum ministerium: diuinorū sensuum & secretorum pandit intelligentiam. ¶ Deniq; angeli ipsi: complendi terminādiq; cœlestium ordinum seriem habent officium. eam enī finiunt/ perficiūt/ & claudūt: postremo loco inter cœlestes ordines angelicam nunciādiq; proprietatem adepti. Atq; ideo hi postremi ordinis cœlestes spiritus rectius angeli nominātur: q̄ superiores cuiusuis ordinis substantiæ. quia eorum officium functio & ministerium/magis circa apertiora & notiora versatur: & humana fere opera eorum directione & ductu disponūtur. Nam supremam illam cœlestium ordinum distinctionem (quia ipsi deo/secretissimo quidem & occultissimo proxima est) putandū est ipsius secūdę distinctionis moderationem habere/illiq; diuinæ scientiæ lumen occultius & latentius dare. Sequentem vero/secundāq; distinctionem/ex dominationibus/virtutibus & potestatibus constitutam: existimandum est ipsi tertię distinctioni (qus ex principatibus/archāgelis & angelis cōflatur) pręesse: manifestius quidem & patētius/ q̄ suprema distinctio. nam a secreto diuino remotius q̄ prima/ distat. secretius tamen & occultius: q̄ postrema distinctio. nam ipsi diuino secreto q̄ tertia/est propinquior. Cæterum infimam/extremamq; distinctionem/ennunciandi ministerium manifestius & apertius adeptam: credendum est humanis ordinibus & distinctionibus præsidere. vt illius angelicæ functionis officio/ homines suo ordine & gradu tendant ad deum: sintq; eiusdem communione & societate beati. dum diuinorum munerum ordinatissima distributio: gradatim & certa serie in cunctos diffunditur ordines tum angelicos tum humanos. & a summis ad ima/quadam mutuę societatis cōnexione/agglutinatione atq; compaginatione: vna cum pulcherrimo diuini ordinis ornatu declaratur. Hanc sane ob causam/humanā hierarchiam atq; functionem gubernandam angelis/extremi scilicet ordinis spiritibus/sacra scriptura assignat: quæ Michaelem Iudaicæ plebis principem aperte vocat/& alios angelos: aliarum nationum præsides appellat/ vt principem Persarum & principem Grecorū. Statuit enim deus altissimus terminos gentium (vt habet scriptura: secundum editionem septuaginta interpretū) iuxta numerum angelorum dei. quia vnicuiq; genti atq; nationi: vnum designauit angelum presidem & custodem. ¶ Verum siquis percontetur. quā ob rem solus Hebræorum populus ad dei cognitionē & cultum perductus sit: si alijs etiam nationibus designati sunt

Marginal notes: Archāgeli. — Angeli. — Danie. 10. — deutero. 32

angeli presules & duces/qui ipsas ad deum subuehant? Respōdet sacratissimus pater/ non id imputandum esse angelicis spiritibus rectissime humana gubernantibus: si aliȩ gentes ad idolorum (quȩ dij vere non sunt sed dæmonia) culturam abductæ sunt. Sed hoc ipsis ethnicis & gentilibus solum iure debet imputari: qui sua sponte & proprio cordis sui motu declinauerunt a recto calle/ quo ad deum peruenire potuissent. Cuius plane erroris adeo exitialis & pestiferi/ipsis gentibus causa fuit amor sui: vero deo contempto/atq; superbia extollentiaq; animi: cui deus semper resistit. ad quæ duo extrema mala/ consecutum est & id omnium perniciosissimum: cultura scilicet eorum simulacrorum & sculptilium/ quæ/ipsæ gentes putarunt habere aliquid diuini numinis. cum non fuerint nisi argentum & aurum/opera manuum hominum. Et huius etiam infandi cultus idolorum crimen: Hebræorum populo a scriptura imponitur/in deserto/sub iudicibus/ & regibus suis. hinc iste scripturæ locus ad ipsum populum Israeliticum dicitur: q̄ scientiam dei reppulerit atq; cognitionem/ & post cor suum in vanitatibus ambulauerit. Neq; id mirum videri debet/ q̄ gentes permissæ sint abire post adinuentiones suas & placita: neglecto veri dei cultu. Nam nosipsi nequaq̄ coactam & necessitate ad bonum adactam habemus vitam: quandoquidem id repugnaret naturali voluntatis libertati. neq; liberi arbitrij nostri potestas & gratia/ hominibus a deo indulta: ipsius diuinæ prouidentiæ ratione/ luceve obtunditur aut impeditur. cum simul semper stent: humani arbitrij libertas/ & summæ prouidentiæ dispositio omnia continens. Sed multiformitas & diuersitas spiritualium oculorum ac mentium humanarum facit: vt exuberantissima diuinæ benignitatis claritas/ se in munerum suorum communicatione diffundens: aut nullo modo capi possit & suscipi/ q̄ nimio suo fulgore imbecillas mentes pręstringat ac obtundat. aut ipsa spiritualis lucis participatio: secundum suscipientium dispositionem modum & captum/ diuersa sit & multiplex/ aut parua scilicet aut magna/ obscura vel lucida: secundum rationem & conditionem suscipientis eam. cum tamen diuinus ille radius in ipso deo vnicus sit & simplex/ eodemq; modo semper se habeat: super omnia latissime expansus. Et certe horum duorum quæ modo sub disiunctione proposita sunt: secundum tribuendum est/ non primum. Sicut neq; admittendum est: q̄ solaris lampadis radius nullatenus possit a mortalium oculis percipi. sed q̄ ipsius participatio/ pro diuersitate oculorum illum haurientium sit varia: in vno quidem maior ac copiosior/ in altero vero minor. similiter in vno radius solis percipitur lucidior: in alio vero obscurior. Enimuero alijs gentibus: a dei veri cognitione alienis (ex quibus & seipsum ab errore gentilitatis ad veræ fidei lumen (quod semper paratum est vt infundatur hominibus/ illisq; communicetur: modo se disponant ad ipsum recipiendum) conuersum fuisse/ gratulatur cum debita gratiarum actione sacratissimus pater) nunq̄ præfecti fuerunt aliqui dij alieni: vt Romanis Mars/ Phebus Delphicis/ aut Atheniensibus Pallas: quemadmodum autumarunt errore cęco deceptæ gentes. Sed omnibus vbiuis terrarum degentibus nationibus: præfuit semper & præest vnum illud omnium rerum principium/ scilicet deus. ad cuius cognitionem/angeli gentibus quibusq; pręfecti ducebant eos quidem: qui ipsorum monitis & ductibus obsequebantur. neq; enim inuitos aut renitentes: pro suo debuerunt officio ad deum ducere. Vnde dignum admodum & rationabile est attendere pontificem illum insignem Melchisedech/deo longe dilectissimum: qui nequaquam falsorum deorum/ sed altissimi & veri dei sacerdos fuit. Quem deiloqui patres & sapientia præstantissimi/haud immerito non solum amicum dei: sed etiam sacerdotem vocauerunt. vt hac appellatione designarent perspectioribus oculatioribusq; viris/ non solum ipsum ad deum verum per fidem & opera esse conuersum: verum etiam alijs (vt eos ad summæ deitatis agni-
48 tionem adduceret) ducem & præceptorem fuisse. ℂ Deinde ostendit sacratus pater exemplo sanctæ scripturæ/nationibus gentium prępositos esse angelos: verba ad Timotheum dirigens, dicensq; se velle & illud sacerdotalem illius dignitatem & prudentiam admonere: quomodo dispensatio prouida & potestas suprema ipsius dei prouidentis & dominātis omnibus/ significata sunt per somnium ipsi Pharaoni regi Aegypti ab angelo Aegyptiorū pręside: cū vidit septem boues pulchras & totidē macras/& rursum septem spicas plenas & totidem percussas vredine. Et ipsi itidem Nabugodonosor regi Babylonis ab angelo Babylonijs præfecto/ipsius dei prouidētia & ordinatio inno-

Psal. 95.
1. petri. 4.
Psal. 113.
Osee. 4.
Gene. 14
Gene. 41.

tuere: cum somno solutus vidit statuam partim auream/ partim argẽteam/ hinc æream & hinc ferream. Et ijsdem gentibus/ Aegyptijs inquam & Babylonijs/ veri dei cultores Ioseph & Daniel/ constituti sunt duces & directores: cum expositio atq; interpretatio visionum prius per angelos in regum dormiẽtium animis efformatarũ: sanctitate conspicuis viris ipsi scilicet Ioseph & Danieli/ a deo reuelata per angelos fuit. vt prænoscere tur futura sterilitas septẽnis/ post tanti temporis fertilitatem: & quinq; regnorum futura successio. Vnicum enim est rerum principium: non plura/ vnica item prouidentia/ omnia sapientissime disponens: non plures & diuersę. Neq; existimandum est deum ipsum Iudęis præfuisse: quasi id sorte & partitione cũ alijs esset consecutus. & cæteris gentibus angelos præsides esse: non sub deo/ sed proprie ac seorsum/ suaq; ipsorum authoritate. siue æqualiter socialiterq; cum deo: vt tantam angeli singuli in gentes quibus pręsident habeant potestatem/ quãtam deus in Iudęos. siue aduersanter inimiciterq; cum deo: vt ipsi deo repugnent & aduersentur in suarum gentium pręsidentia. perinde ac diuersi reges terræ inter se dissentiunt. Neq; itidem putandum est: cæteris gentibus quosdã alios deos a deo vero/ præsides esse aut pręfectos. Quin & illud sacrę scripturæ verbũ/ quo dicitur Israel esse pars domini: iuxta hanc accipiendum est intelligentiam. non quasi deus cum alijs dijs aut angelis distribuerit humani generis regimen/ & illis alias sortitis nationes: ipse solius populi Israelitici dux sit & princeps constitutus. sed q; vna solius dei prouidentia omnes homines ad salutem suiq; cognitionem sanctorum angelorum suorum ductibus & adminiculis adducendos ordinauerit: & singulas nationes suis angelis ad hoc ministerium distribuerit. solus autem populus Israeliticus inter omnes/ ad veri dei cognitionem & cultum sit cõuersus: cæteris idolorum cultura a dei intelligentia abductis. Propter quod & sancta scriptura populũ Israeliticum dei culturæ & venerationi se præsertim dedidisse/ & deum hæreditario quodam iure populum illum peculiariter suscepisse innuit: cum ait. Pars autem domini/ populus eius: Iacob funiculus hęreditatis eius. At vero eadem scriptura designãs populum Hebræorum alicui angelorum sanctorum (cuius ductu & officio: deum omnium principium populus ille nosceret) esse assignatum/ æquali cum cæteris nationibus in hoc iure atq; societate/ & quemadmodum cæteræ nationes habent suum quæq; angelum præsidem: ait Michaelem esse præpositum genti Iudęorum/ manifesto per id argumento signoq; significans: q; vna est rerum omnium prouidentia/ quæ inuisibilibus omnibus scilicet angelicis spiritibus/ & visibilibus vtpote rebus corporalibus/ longe supereminet. & q; omnes angeli singulis pręfecti nationibus/ eos homines qui sponte sua & libere ipsorum ductum sequi velint (nam neq; dei neq; angelorum est munus: vim inferre naturæ aut libertati voluntatis) perueh unt atq; perducunt ad ipsam omnium prouidentiam cognoscendam: veluti ad suum & rerum omnium principium/ quod agnoscant/ venerentur & colant.

Danie. 2.
Psal. 134.
Deute. 32.
Danie. 10.

¶ Epilogus & conclusio totius angelici ordinis — Cap. X.



Colligitur itaq; ex ijs quę supra diximus: vt sanctorum spirituũ qui diuinis conspectibus semper assistunt/ prima illa antiquissimaq; distinctio (quippe quæ a diuino illo totius perfectionis authore radio erudiatur: ad quem nullis interpositis ordinibus alijs/ perpetua intentione subuehitur) secretiore diuinitatis & candidiore luce purgatur/ illustratur/ atq; perficitur. secretiore quidem: q; intelligibilior sit/ magisq; simplicitati diuinæ nos iungat/ atq; inserat. cãdidiore autem: vt quæ primo indulta sit/ primoq; apparuerit/ totamq; se in illam beatissimorum spirituum seriem vtpote capaciorem sui fulgoris/ effuderit. Ab hac autẽ tam excellentis meriti functione: secunda pro modo & ratione sua rursus imbuitur. atq; a secunda: itidem tertia. a qua/ nostra quoq; sancta functio: eodẽ pulcherrimæ
A atq; ordinatissimæ dispositionis iure/ conuenientia & ratione diuina: ad totius pulchritudinis atq; ordinis summũ illud/ ęternũq; principium ac finẽ/

officio sacratissimi muneris fertur. Sunt autem & angeli omnes ita instituti: vt inferiores superioribus obaudiant/ eorumq; nutus enuncient. Ac pri- B
mi illi quidem: vt summi dei se mouētis consilia & voces exponant. reliqui C
vero proportione debita: eorum qui a deo mouētur exprimāt voces. Intantum enim summa illa omnium & supereminens cōgruentia/ quorumlibet rationalium ac spiritualium sacro decori & ordinatissimo instituto prospexit: vt ipsis quoq; distinctionibus sacris ordines decētissimos poneret. Deniq; hierarchiam omnem cernimus in primas & medias/ extremasq; virtutes distributam. immo & ipsas quoq; singulas (vt proprie dixerim) distinctiones ita discreuit: vt in eisdem conuenientiæ pulchritudo seruetur. Quo- D
circa & ipsa sacratissima seraphim alterum ad alterum clamasse theologi aiunt: apertissime per hoc (vt reor) indicantes/ q̄ diuinarum rerum notiones/ prima sequentibus tradunt. Et hoc præterea non incōuenienter addiderim/ esse quibusq; seorsum cœlestibus humanisq; animis proprias ac primas & medias extremasq; virtutes atq; ordines: quibus memoratę pro cuiusq; modo singulorum cœlestium ordinum propriæ de deo intelligen- E
tiæ expressæ videantur. per quas vnusquisq; quātum sibi fas est/ quātumq; penetrare sufficit: castissimæ illius & eminentissimæ purgationis/ plenissimiq; luminis/ & principalis perfectionis particeps sit. Nichil enim est quod absolute perfectum sit/ aut omnino perfectione non egeat: nisi quod vere perfectum est/ ipsaq; perfectio.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Cōueniētia & ratione diuina. cōueniētia: coapta- A
tione/ congruentia/ harmonia/ diuina ratione/ diuinaq; analogia. ¶Vt inferiores supe- B
rioribus obaudiant/ eorumq; nutus enuncient. Obaudiāt: obediant/ verbum antiquum. Nutus: angelicus sermo. quod enim in nobis sermo/ vocalisq; loquela: id in angelis nutus/ mentisq; spiritualis insinuatio. quas & pauxillo post voces: diuinus pater appellat in analogia. ¶Ac primi illi quidem/ vt summi dei se mouentis: consilia & voces expo- C
nant. se/ non ad deum: sed ad supremos illos/ sublimissimosq; spiritus refertur. Primos enim illos spiritus/ deus (qui ipsa puritas/ illuminatio & perfectio est) purgat/ illustrat/ & perficit. & suos illis nutus aperit/ atq; insinuat: quæ diuina consilia/ quæ diuinæ voces dicuntur. ¶Quocirca & ipsa sacratissima seraphim. Esaias cap. sexto. Seraphim stabant D
super illud. sex alæ vni: & sex alæ alteri. duabus velabāt faciem eius/ & duabus velabant pedes eius: & duabus volabant. & clamabant alter ad alterum: & dicebāt. sanctus/ sanctus/ sanctus: dominus deus sabaoth. ¶Propriæ de deo intelligentiæ/ expressę videan- E
tur. Accommodatæ de deo notiones/ anagoge/ assurrectiones/ sursumq; ductiones: illis manifestatæ deprændātur.

¶DECIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

49 BReui repetitione & epilogo constringit hic sacer Dionysius/ quæ prius de angelicis distinctionibus & ordinibus disseruit: primum proponens q̄ prima supremaq; distinctio sanctorum spirituū/ qui diuinæ maiestati semper assistunt/ antiquissima quidem & perfectissima (tum quia ab illo diuino radio qui totius perfectionis author est/ proxime ipsa eruditur. tum quia ad eundem radium nullis interpositis angelorum ordinibus/ tota animi intentione huiusmodi prima distinctio subuehitur) & secretiore diuinitatis luce & candidiore q̄ cæteræ distinctiones/ purgatur/ illuminatur & perficitur. Secretiore quidem. q̄ illa deitatis lux sit intellectualior: & illos summos cœlestes spiritus magis simplicitati diuinæ iungat & cōiunctius inserat. Cādidiore vero. quia huiusmodi deifica lux primo indulta est/ et a deo immediate in illos supernos spiritus trāsfusa: extra deum/ primū in illis apparens/ & se totam in illum supremorū spirituū ordinem (vt qui sit diuini huius fulgoris ob maiorem ad deū propinquitatē capacior) effun

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

dens. Quãto enĩ radius eſt ſuę propinquior origini: tãto ſplẽdet illuſtrior. Ab hac autem ſuprema tantæ dignitatis & excellentiæ diſtinctione: ſecunda atq; media cœleſtium ſpirituum diſtinctio/ ſecũdo loco illuſtratur. Et a ſecunda: ſimiliter tertia poſtremaq; angelicarum ſubſtantiarum hierarchia/ functioq; purgatur/ illuminatur & perficitur. Ab ipſa vero tertia diſtinctione: humana functio & eccleſiaſtica hierarchia ad ſummũ illud totius pulchritudinis principium & finem (ꝙ omnis a deo pulchritudo & decor in ſubiectas emanat creaturas: & rurſum omnis a rebus cõditis in ipſum reuehitur/ reuocatur & reducitur) miniſterio angelici muneris ſubuehitur: eodem quidem ordinatiſſimæ diſpoſitionis diuinæ tenore/ eadem lege/ eodemq; iure: quo a deo ſancitũ eſt vt ſequentia per priora ad ipſum ferantur. ¶ Sunt autem cœleſtes ſpiritus omnes ita a deo inſtituti/ vt inferiores ſuperioribus prompte obediãt: & ipſorum nutus per ſigna intellectualia expreſſos (quibus intimarum ſuarum notionum alijs præbẽt indicium) cæteris inferioribus enuncient. Et primi quidem ſummiq; cœleſtes ſpiritus ita ſunt inſtituti: vt ſummi dei cõſilia & voces ipſis inſinuatas (nempe illos deus primũ & proxime mouet) alijs exponant. Reliqui vero inferiores cœleſtes ſpiritus ita ſunt inſtituti: vt ipſorum primorum & ſummorũ ſpirituum qui a deo immediate mouentur/ debita ſerie ac ordinatione exprimant voces/ elocutioneſq; ſpirituales: quæ in analogia ad humanũ ſermonem & verbũ prolatum/ hic voces dicũtur. Nempe ipſa ſumma dei ordinatio atq; diſpoſitio: ita quorumlibet rationalium/ & angelorũ ſcilicet & hominum/ congruentiſſimo decori atq; officio conuenientiſſimo prouidit: vt omnibus etiam ſacris diſtinctionibus cum humanis tum angelicis decentiſſime ſuos ordines conſtituerit. Vnde omnem hierarchiam angelicam videmus in tres ſacros ordines/ ſupremum/ medium & poſtremum diſtinctam. immo & ipſos quoq; ſingulos ordines ordinatiſſima dei ſanctio ita diſcreuit: vt in ipſis quoq; quędam diſcretionis & ſeriei pulchritudo ſeruetur/ qua in eodem ordine inueniuntur trifariam cœleſtes ſpiritus diſtincti. Hi quidem in ſupremo/ illi in medio/ alij vero
Eſa.6. in poſtremo vnius eiuſdẽq; ordinis gradu atq; loco. Quam ob rem ſacratiſſimi prophetę deſcribunt ipſa ſancta ſeraphim clamaſſe alterum ad alterũ/ volentes per hoc indicare: ꝙ diuinarum rerum notiones/ prima cœleſtia agmina ſequentibus etiam in ordine eodem beniuole communicant. Quinimmo & illud ſupradictis non immerito adijciendum videtur/ ꝙ & cœleſtes & humani animi/ quiſq; ſeorſum ſeparatim & ſingillatim ſumptus: habent peculiares & proprias virtutes/ his tribus etiam gradibus diſtinctas: vt quædam earum virtutum ſupremæ ſint/ quædam mediæ/ & quædam poſtremæ. Nempe purgandi virtus poſtrema eſt/ illuminandi media/ perficiendi vero ſuprema. Vnde & in nobis memoria purgat/ intellectus illuminat/ & voluntas perficit. quod & in ſupramundanis ſubſtantijs longe eminentius inuenitur. vt per has triplices eiuſdẽ mentis virtutes: proprie de deo notiones atq; aſſurrectiones/ ſecundum captum & modum cuiuſq; cœleſtium ſpirituum illis inſinuatæ: dinoſcantur & percipiantur. Per quas itidem virtutes: quiſq; rationalium & ſpiritualium ſiue homo ſiue angelus/ quantum capere poteſt/ ſit eminẽtiſſimæ purgationis diuinæ/ candidiſſimi luminis/ & primitiuæ perfectionis particeps. Enimuero nichil eſt quod ſimpliciter perfectum ſit/ nulliuſq; perfectionis indigens: niſi ſolus deus/ ipſum vere perfectum & ipſa rerum omnium perfectio.

¶ Cur omnes cœleſtes ſubſtantiæ: communi vocabulo cœleſtes virtutes appellantur.

Cap. XI.

His ita diffinitis: illud quoq; cõſiderare dignum eſt/ quam ob cauſam omnes ſimul angelicos ſpiritus/ cœleſtes appellare virtutes cõſueuimus. Neq; enim vt de angelis/ dicere poſſumus: ꝙ omniũ ſit extrema diſtinctio/ ſãctarũ virtutũ ordo. Atq; inferiorum quidem ſcientiæ ſanctiq; fulgoris/ ſuperiorum ſpirituũ ordines participes ſunt: non autem idẽtidem ſuperioribus ac primis/ inferiores nouiſſimiq; cõmunicãt. Cuius igitur rei gratia cœleſtes quidem virtutes/ ſublimes illæ ſubſtantiæ omnes nominãtur: non autem ſeraphim & throni & dominationes pari ratione dicũtur? extremæ namq;: ſupremis illis proprietatibus omnibus non cõmunicant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Angeli enim & ante ipsos archangeli/principatusq; ac potestates: cũ a san-ctis viris ac theologis post virtutes statuuntur/cõmuni sæpe a nobis voca-bulo vna cum alijs sanctis spiritibus cœlestes virtutes appellantur. ¶ Dici-mus autẽ/quia dum cõmuniter in omnibus vtimur cœlestiũ appellatione virtutum: nullam cuiusq; ordinis proprietatum cõfusionem introducimus. Sed quoniã diuini omnes spiritus altissima ratione sua in tria diuiduntur: F substantiam scilicet/virtutẽ atq; actionem: quoties aut omnes aut aliquos ipsorum omissa diligentiore obseruatione/substantias cœlestes/siue virtu-tes appellauerimus: ipsos (de quibus sermo est) nos significare circũlocuti-one putandum est: ex ea (quæ in singulis est) substantia atq; virtute. Neq; enim eminẽtem illam sanctarum virtutum proprietatem a nobis iam rite digestam: inferioribus quoq; putandi sumus per omnia applicare substan-tijs/vnde profecto summi illius & inconfusi cœlestium spirituum ordinis peruersio sequeretur. Nam iuxta rectissimam illam rationem/quam sæpe reddidimus: superiores illæ distinctiões/inferiorũ quoq; ꝓprietates abũde in se habẽt. extremæ vero/priorũ excellentioribus meritis carent/cũ primi-tiui illius luminis fulgor: in illas pro captu suo superiorũ officio/deriuetur.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Sed quoniã diuini omnes spiritus altissi-ma ratione sua in tria diuiduntur: substantiã scilicet virtutem atq; actionem. Supramũ-dana quadam sibi consentanea ratione/cœlestes spiritus omnes ac singuli dirimun-tur in substantiam/virtutem/& actionem. Nomine siquidem substantiæ: essentiam in-telligimus. subsistunt enim supramundani spiritus omnes/& vere subsistunt. Nomine vero virtutis: vigorem quendam substantialem & ad agendum fœcunditatem intelli-gimus. Sed is actus/hicq; vigor/& hæc ad agendum fœcunditas: semper est in opera. perinde ac si noster oculus illustre solis iubar semper aspiceret: & perinde ac si mens no stra semper/continuoq;/quod vere bonum est/intelligeret/amaret/recogitaretq; sem-per. & hinc quoq; hæc supramũdana cœlestium spirituum actio: nobis intelligenda est. Et haud secus ab illo vigore/cœlestes spiritus/virtutes appellãtur: atq; mens nostra ab intelligẽdi particula/intellectus appellaret atq; intelligẽdi virtus. & ab actione/actus su-mũdanos: & ab essentia supramũdanas essentias/substãtiasq;/eosdẽ appellare possum⁹. Ratio: analogia. Verum qui cœlites spiritus: virtutes cœlestes/actus supramundanos/formas/& species ab omni materiæ consortio & labe seiugatas/prorsusq; immunes ac li-beras appellabit: digniori/insigniorią; illos nuncupatione appellat q̃ si cœlestes & su-pramundanas nuncupet essentias. Nam qui virtutes dicit: vigorem substantificum no-minat/deum semper imitantem. qui actus: operationem/ipsius summi absolutiq; esse semper æmulam. qui formas & species: pulchritudinem mortalium oculis incognitam/inmarcescibilem/ipsum absolute pulchrum prope modum repræsentantẽ. qui vero di-cit essentias: ferme specula passiua nominat/diuinas illas pulchritudines/imaginesq; su scipientia: & sinus/diuinos illos vigores atq; actus complectentes. Vnde fit/vt si licet illa nomina ad ipsum innominabile transferre: magis id dignum putent/vt absolutum superq; omnia supereminens/esse dicatur: & minus inter hæc/essentiæ appellationem illi consentaneam. Sed de his satis.

¶ VNDECIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Nquirit hoc loco sacer Dionysius: quare omnes cœlestes spiritus in-terdum communi appellatione virtutes scriptura nominat. vt in psal-mo. Dominus virtutum: ipse est rex gloriæ. Et rursum. Domine deus virtutum conuerte nos. Et iterum. Benedicite domino omnes virtu-tes eius/ministri eius: qui facitis volũtatem eius. vbi non solũ de sup-nis spiritibus medij ordinis secũdę hierarchiæ (quibus virtutũ nomen peculiariter est inditũ) habetur sermo: verũ etiã de omnibus cuiuscũq; sint distinctionis aut ordinis/cœlestib⁹ substãtijs. Neq; eni illius eadẽ posset reddi ratio/quę de angelorũ cõmuni appellatione in quinto capite superius assignata est: q; scilicet

Psal. 23.
Psal. 79
Psal. 102.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ſanctarum virtutū ordo ſit omniū angelicorū ordinum poſtremus/ ſicut & ordo ange-
lorum. & ergo ſuperiores ōnes ordines ſicut cōmunicant angelorū proprietati officioqꝫ
nunciandi/ nomenqꝫ illorū ideo habent cōmune: ita omnes reliqui ſupernorū ſpirituum
ordines participent proprietati ſacrarum virtutum tanq̄ poſtremo ordine conſtitutarū/
itidem & nomini. Non enim ſacer ordo virtutū/ extremus eſt & vltimus/ ſicut angelorū:
ſed ipſius ſecūdæ hierarchiæ eſt medius. Et cū ſuperiores ſpirituū ordines/ inferiorum
ſcientiæ & proprietatis ſint participes/ non autem ediuerſo inferiores ſuperiorum: non
videntur poteſtates/ principatus/ archangeli & angeli (ꝙ ſub ſacris ponātur virtutibus)
ſortiri proprietatē & fulgores ipſarum virtutū illis eminentiū. quare neqꝫ deberēt earū
nomen ſibi vendicare cōmune. Rurſum inferiores ſupernorū ſpirituū ordines non vo-
cantur ſeraphim/ cherubim/ throni aut dominationes: ꝙ eorū vtpote eminentiorū pro-
prietates & excellentias non aſſequantur/ & idcirco neqꝫ illorum ſortiātur vocabula aut
appellationem. Cōſimili ergo iure neqꝫ poſteriores cœleſtium ſpirituū ordines deberēt
virtutum nomine deſignari: cum earum etiā non obtineant proprietates. Aut ediuerſo
ſiquis cōtendat eos recte virtutū nūcupatiōe exprimi: fateatur oportet eodē iure/ ipſos
poſtremos ordines/ aut ſeraphim aut thronos aut dominationes appellari poſſe. Et ſic
angelicarum proprietatum inducetur permixta quædā confuſio: nam & imæ ſummis &
ſummæ imis inordinate cōmiſcebūtur. ¶ Reſpondet huic inquiſitioni ſacratus pater: ꝙ
cum ōnibus cœleſtiū ſpirituū ordinibus/ virtutū appellatio aſſignatur/ nequaq̄ introdu-
citur cōfuſio proprietatum cuiuſqꝫ ordinis. quoniā ibi nomen virtutū non deſignat pe-
culiarem illam proprietatem/ medio ordini ſecūdæ hierarchiæ addictā: neqꝫ id nomen/
tūc eſt illius ordinis proprium. Sed fit huiuſmodi cōmunis omnibus ſupernis ſpiritibus
virtutum appellatio: quoniā omnes cœleſtes ſpiritus ſecundū congruentiā & rationem
ipſis conuenientem diuiduntur in hæc tria/ etiam re ipſa & non ſola ratione diſtincta:
ſubſtātiam/ virtutem & actionem. Subſtātia/ eſſentiaqꝫ cœleſtium ſpirituum: ea eſt pars
ſubſtantifica eorum/ quæ & ſubſtantialē actum & proprias illorum operationes in ſe ſu-
ſcipit/ analoga in rebus corporalibus ipſi materię: vt pupillæ oculi. Virtus autem ſuper-
norum ſpirituum: vigor eſt agendi ſubſtantialis/ efficiens proprias cuiuſqꝫ ſpiritus fun-
ctiones & officia/ analogus quidem in rebus ſenſibilibus formę rerum naturaliū: vt actui
ſubſtātiali & formæ oculi. Ex huiuſmodi autem ſubſtantia & virtute (vt ex adiectis huic
loco ſcholijs licet facile depræhendere) conſtituitur vnuſquiſqꝫ cœleſtium ſpirituum:
vt partibus ſuis ſubſtantialibus/ & ſpecie quidē inter ſe differentibus. perinde atqꝫ ocu-
lus ſenſibilis: ex materia vt pupilla/ & ex ſua forma coaleſcit. Et rationabile eſt huiuſmo-
di ſubſtantialem compoſitionem in vnoquoqꝫ cœleſtium ſpirituum (ſicut & in anima ra-
tionali hominis) aſtruere: quoniā ſolus deus omnino & abſolute ſimplex eſt. a cuius per-
fectiſſima ſimplicitate/ quæcūqꝫ condita ſunt: quoquo pacto deficiunt/ & ad compoſitio-
nem decumbūt. Neqꝫ id derogat ipſorū cœleſtium ſpirituum ſimplicitati. nam ſimpli-
ces quidem ſunt/ ꝙ non diſſecētur in partes eiuſdem rationis ſolo numero differentes:
queādmodum hæc materialia & ſenſibilia. non tamen ſimplices: ꝙ refugiant compoſi-
tionem ex partibus ſubſtantialibus. Cum enim nichil idem natum ſit quicq̄ efficere/ & il-
lud opus ſecundū idem omnino in ſeipſo ſuſcipere: quādoquidē aliud eſſe debet agēs/
aliud ſuſcipiens/ queādmodum aſtruit philoſophus in tertio libro de anima/ ad cōpro-
bandum in anima humana intellectum agentem eſſe diſtinctum a poſſibili: quis non vi-
deat par eſſe atqꝫ cōueniens/ in vnoquoqꝫ cœleſtium ſpirituū/ ſubſtātiam eſſe ſiue eſſen-
tiam ad recipiendū: & virtutem/ vimqꝫ agendi ſubſtātialem ad agendum? Neqꝫ idcirco
inclamet quiſq̄ nos aſſerere cœleſtes ſpiritus eſſe corporeos. Abſit enī a nobis tanta ab-
ſurditas. quoniā & ſubſtantiā/ eſſentiā/ potentiāqꝫ eorum ſubſtantialem: omnino ſpiritu-
alem/ intellectualem & incorporeā eſſe aſſeueramus. Eorū itidem eſſe/ actum/ ac virtutē
ſubſtantialē: ponimus intellectualē & imaterialē. Quomodo igitur ex immaterialibus &
incorporalibus coalitū partibus: erit corporeū? Sed hæc ad dilucidiorē præſentis litterę
intelligentiam hactenus dicta ſint. Demum actio / tertio loco hic poſita: propria eſt
cuiuſqꝫ cœleſtis ſpiritus operatio quam exercet/ producta quidem a ſua virtute vt effe-
ctrice cauſa: & ſuſcepta in ſubſtantia ſiue eſſentia ſubſtantiali vt ſuo ſubiecto atqꝫ rece-
ptaculo. haud aliter q̄ viſio/ propria oculi operatio: producitur a forma ſubſtantiali ocu-
li/ & recipitur in pupilla. Itaqꝫ quoties omnes cœleſtes ſpiritus aut aliquos eorum/
omiſſa ſpecialiori aut magis particulari nuncupatione/ ſubſtātias cœleſtes ſiue virtutes

Qꝫ in āgelis eſt ſubſtātialis cōpoſitio.

appellamus: putandū est nos significare ipsos totos cœlestes spiritus de quibus loqui-
mur/per quādā circūlocutionem/figurāq; synecdoches: qua a parte totum significatur.
Nempe denominamus ipsos totos per huiusmodi appellationem: ex ea substantia quæ
in singulis est vt pars in suo toto/similiter & ex ea virtute quæ itidem in singulis est an-
gelis: vt pars substātialis in suo toto. Neq; per huiusmodi cōmunē omnibus promiscue
supernis spiritibus virtutū appellationem/existimādum est sanctos patres voluisse spe-
cialem illam angelorum medij ordinis secundæ hierarchiæ proprietatem assignare in-
ferioribus cœlestibus spiritibus. ex quo haud dubie pulcherrimi cœlestium substātiarū
ordinis confusio & permixtio sequeretur: quod esset maxime absurdum & irrationabile.
Nam(vt sæpius ante dictum est)superiores cœlestium substantiarum ordines/inferiorū
proprietates in se abunde excellenterq; continent: sed extremæ/postremæq; cœlestes
substantiæ/superiorū excellentioribus perfectionibus & eximijs fulgoribus carent. cum
ipsius diuini luminis fulgor qui primitiuus est & fōtalis: in ipsas extremas cœlestes sub-
stātias deriuetur/officio & ministerio superiorū spirituū. Quare necesse est illos superio-
res spiritus/profluētius illum diuinū fulgorē percipere. tum ꝙ ipsi primario lumini sunt
propiores. tum ꝙ illum debent alijs profundere: & ergo affluentius q̄ inferiores/in se
eundem habere.

¶Cur sacerdotes: inter homines dicantur angeli. Cap. XII.

51 QVeri autem & illud solet ab ijs qui diuinorū librorū studio
& amore flagrant/si extrema integre non cōmunicant sum-
mis: quā ob causam sacerdos homo/inter homines domini G
omnipotentis angelus a sacra scriptura nominatur. Est autē
ea ratio nequaq̄ ijs quæ supra diffiniuim⁹ aduersa. dicimus
enim extremos illos ordines licet integerrima/& sūma pri-
orum distinctionū virtute indigeāt: eius tamen pro captu suo vel ex parte/
iuxta vnā omniū concinnā/seq; mutuo iungētem societatē esse participes.
Exempli causa. sanctorū cherubim ordo: sapientiæ celsiori/scientięq; cōmu
nicat. qui vero sub illis sunt sanctorum spirituū ordines/& ipsi sapientiæ ac
scientiæ participes sunt quidem: particularis tamen pro modo suo/atq; in-
ferioris. Nempe enim sapientiæ ac scientiæ cōmunicare: prorsus cōmune
omnibus diuinis spiritibus est. at vero cōtinenter & primo/siue secūdo loco H
& humiliter id agere/cōmune iam non est: sed vt singulis pro modo suo &
ratione definitum est. Hoc autē & de omnibus diuinis spiritibus qui sta-
tuerit: nequaq̄ peccabit. Nam queadmodum primi/sanctas inferiorū pro-
prietates affatim habent: ita & vltimi/priorū proprietates habent/licet mo-
do non simili: sed inferiore. Nichil igitur(vt reor)absurdum est: si sacerdo-
tem quoq; hominē theologia angelum vocat: qui pro viribus angelicę pro-
prietati docendo participat/atq; ad angelorum similitudinem(vt homini
possibile est)per nunciandi officiū nititur. Inuenies autem celestes illas an- I
gelicasq; substantias/in sacris litteris deos quoq; appellari: sanctos item vi-
ros & dei familiaritate dignissimos/deos dici. Et certe cum diuinum illud
secretum: exceptum ab omnibus/& summæ potentia maiestatis super ōnia
locatum sit/nichilq; in rerū natura simile illi dici proprie & per omnia pos-
sit: si tamen quęcūq; spiritualis/rationalisq; substātia(dum id totis viribus/
totaq; sit intentione)contendit: vt ei coniuncta vnum cum illo fiat/atq; ad
diuinos eius fulgores hauriendos (quantum fas est) indesinenti studio ac
desiderio aspirat/ꝙ deum pro viribus (si dici licet) imitari pergat: diuino
quoq; cognomine digna censetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

G ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Quam ob causam sacerdos homo: inter homines dñi omnipotẽtis angelus a sãcta scriptura noiatur. Malachias cap. secũdo. Labia enim sacerdotis custodiũt scientiã/ & legem requirent ex ore eius: quia angelus dñi exercituũ
H est. ¶At vero continenter & primo. Continenter: abũde continendo/ cõprẹhẽdendoq;
I & primo: imediate/ sine medio/ prima participatione. ¶Inuenies autem cœlestes illas/ angelicasq; substantias: in sacris litteris deos quoq; appellari. Psalmus nonagesimus quartus. Quoniã deus magnus dñs: & rex magnus super omnes deos. Et angelus colluctator se deum appellat. Genesis cap. tricesimo secũdo. Nequaq̃ (inquit) Iacob appellabitur nomen tuũ: sed Israel: quoniã si contra deũ fortis fuisti/ tanto magis contra homines preualebis. Et de hominibus: Psalmus octagesimus primus. Ego dixi dij estis: & filij excelsi omnes. quod diuinus sermo alio in loco de hoibus (ad quos sermo dei factus est) interpretatur. Ioannes cap. decimo. Respondit eis IHESVS: nõne scriptum est in lege vestra/ quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est/ & non potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ/ vos dicitis quia blasphemas/ quia dixi: filius dei sum. Et de Mose: Exodus cap. septimo. Ecce constitui te deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.

¶DVODECIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Mala. 2. Apo. 2. Q Vestionem hic mouet sacer Dionysius/ a sacrarũ litterarũ studiosis agitari solitã: cur homo sacerdos dicatur apud prophetam angelus domini omnipotẽtis/ & in apocalypsi põtifices septẽ ecclesiarũ Asiæ/ nominãtur illarum angeli. si ita res se habet/ vt supradictũ est: q̃ postrema non cõmunicãt integre & omnino proprietatibus supremorũ. Est enim homo longe posterior & inferior angelicis spiritibus: quare nec illorũ proprietatibus nec nomini videtur debere cõmunicare. ¶Respondet. q̃ huius appellationis ratio/ nequaq̃ est dissona ijs quæ ante determinata sunt. Nã extremi cœlestium spirituũ ordines/ licet excellentia & eminenti perfectione virtutis superiorũ ordinum careant: illius tamen virtutis saltem in parte & inferiore quodam gradu participes sunt/ secundũ vnã omnium in spiritualibus fulgoribus societatem: venustã admodum/ & omnes inter se mutuo cõmunicationis nexu coniungentẽ. Quẽadmodũ terra & aqua non tãtum habẽt solaris luminis iubar/ vt superiora corpora cœlestia: eius tamen quoquo pacto & pro suo captu sunt participes. Et plantæ non vsq; adeo perfectum habent vitæ gradum sicut homines: neq; inanimata tam eminẽtem habent subsistendi rationẽ vt nosipsi. nichilominus & plantæ/ aliquo modo vita: & inanimata/ subsistendi ratione participant. Et vt propositũ in cœlestibus declaretur ordinibus: cõstat ex prẹdictis/ ordinem sanctorũ cherubim/ exuberantiorẽ diuinæ scientiæ & pleniorem habere copiam: a qua & nomen sortiũtur. qui vero sub sanctis cherubim sunt supnorũ spirituũ ordines: habent etiã diuinæ sapiẽtiẹ participationẽ/ sed particularis solũ sapiẽtiæ pro suo gradu/ & inferioris. Enimuero sciẽtiæ diuinorũ mysteriorũ & sapiẽtiæ cõmunicare: cõmune est omnibus angelicis substãtijs/ cuiuscũq; sunt ordinis. Sed illi cõmunicare hoc vel illo modo/ vt exuberãter/ plenissime/ & primo loco: vel tenuiter/ exiliter/ humiliter atq; secũdo loco: iam non omnibus angelis cõmune est/ sed vt cuiq; ordini pro suo gradu & modo definitũ est. Illud enim sanctis cherubim solum cõuenit: quæ prima participatione profusionem scientiæ habent. hoc vero: inferioribus cœlorum spiritibus etiã omnibus competit. Et qui idem quod de scientiæ participatione dictũ est/ in omnibus etiã diuinorum spirituũ proprietatibus asseruerit: nequaq̃ a veritate aberrabit. Nam quẽadmodum primi supremiq; cœlestes spiritus/ inferiorũ proprietates abunde & affluenter habent: ita & postremi obtinẽt superiorũ virtutes/ licet nõ cõsimili modo neq; in tanta plenitudine: sed inferiore modo & gradu. Non igitur præter rationem sacra scriptura hominem vocat angelum: qui docendo alios dei legem/ in angelica proprietate nunciãdiq; ministerio cõuenit. & quãtum ei cõceditur/ ad angelorũ assimilationem per annunciãdi munus officiũq; tendit: id faciẽs homo ad homines/ qđ angeli ex suo officio ad homines faciũt.
Mala. 3. Ibidem Et hinc diuinus CHRISTI præco Ioannes: a propheta angelus dictus est/ missus ante faciẽ eius. quinimmo ab eodẽ propheta/ & CHRISTVS ipse/ angelus testamẽti dictus est: q̃ noui testamẽti gratiã nobis ex beneplacito patris annũciauit. Inueniet itidem sacrarũ litterarũ solicitus indagator/ ipsos cœlestes spiritus: deos appellari. similiter & homines deo dignos & familiares illi: deorũ nomine honoratos. Et plane cũ secretissima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

prorsusq; incognita diuinæ naturæ substantia/ celsitudine summæ maiestatis super õnia sit collocata/ nichilq; inueniatur in rebus conditis illi per omnia consimile: si tamẽ quęuis rationalis substantia siue humana siue angelica/totis viribus annititur vt deo coniuncta vnum cum eo fiat/ & ad diuinæ lucis hauriendam claritatem quantum ei conceditur aspirat: dei nũcupatione digna habetur/ & deus nominatur: ꝙ deum pro suo modo imitari studeat. Valentiore igitur ratione & homo recte nominatur angelus: qui nũciando dei voluntatem/angelicum exequitur officium. ꝙ longe minus homo ab angelica natura q̃ diuina/dispescatur & distet.

ℭ Cur a seraphim/purgatus fuisse dicatur propheta Esaias. Cap. XIII.

52 Ge illud quoq; pro viribus inspiciamus: cuius rei gratia ad vnum ex theologis/ seraphim mitti memoretur. Merito eni inde scrupulus nascitur: ꝙ non ex inferioribus angelis quispiã/sed ipse qui inter primas/excellentioresq; substantias numeratur/prophetam expurgat. ℭ Sunt qui dicant iuxta id quod supra diffiniuimus de spirituum omnium societate/ & suarum inter se proprietatum cõmunione: non vnum ex altissimis illis/primisq; spiritibus ad purgationem theologi aduenisse a scriptura memorari. sed aliquem ex ijs (qui nobis præfecti sunt) angelis/purgandi prophetæ officio functum: seraphim appellatũ esse cognomine/ob incendendi ministeriũ. quo & peccata deleta sunt: & is qui purgatus fuerat/ ad diuinæ obedientiæ reparatus ardorem. Aiuntq; scripturas vnum ex seraphim/simpliciter dixisse: non ex ijs qui prope deum astant excelsi ordinis dignitate/ sed ex ijs virtutibus quæ purgandis hominibus præsunt. ℭ Alius item huiusce questiõis nõ improbabilem michi rationem ita assignauit. Aiebat enim magnum illum (quicunq; tandem is fuerit) angelum/qui visionem adeo insignem effinxerat/vt prophetam diuinis rebus instrueret: purgãdi munus quod sui erat officij/in deum: & post deũ ad primũ illum ac primo conditum/ retulisse ordinẽ. Et vera fortassis/ ea ratio fuerit. Dicebat enim huius author scientiæ/ꝙ diuina virtus super omnia pergens graditur: & per omnia ineffabili penetrat modo/ omnibusq; item inuisibilis est. non solum ꝙ excellentior super omnia sit: verũ & ꝙ occulto ac secretissimo ordine/suæ prouidentiæ vires ac munera cunctis immittat. Nempe enim & spiritualibus omnibus/pro suo quibusq; captu/apparet: antiquissimis illis primoribusq; substantijs lucis suę radios tradens/ac per illas vt eminẽtiores ac primas: inferioribus quoq; pro modo cuiusq; ordinis/& contẽplandi viribus/ eiusdem lucis distribuit iubar. Siue vt apertius loquar/ exemplisq; vtar ex nostro vsu petitis /etsi longe inferioribus deo: qui superne õnibus eminet/ apertioribus tamen: solaris distributio radij in eam primo materiã tota facilitate concedit/quæ omnibus lympidior & clarior sit: ac per illam aptius & euidentius fulgores suos iaculatur. Vbi vero crassiores materias offendit/minus valet ad splendoris sui vires diffundẽdas: ꝙ hæ materiæ in quas lucis spicula incidunt ad exuberantis lucis traducendos radios idoneæ nõ sint. atq; ideo sensim ad hoc vsq; contrahitur: vt distribui ferme omnino nõ possit. Rursus ignis calor in ea quę ad percipiendũ aptiora sunt/sese diffundit magis: & quæ illi facilius cedunt/ & in eius traducuntur effigiem. Porro in reluctantes penitus/contrariasq; substãtias: aut nullũ aut prorsus exi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 13

guum ignei vigoris & muneris veſtigiũ apparet iniectum. Et quod his ma
ius eſt: ijs quæ ſui generis non ſunt/ per ea quę ſibi familiaria ſunt (ſi aſſint)
vim ſui feruoris immittit. ea igniens: quæ in ignis facile vertũtur effigiem. ac
per illam/ ſiue aquam ſiue aliud quippiam eorum quæ difficile igneſcunt:
pro cuiuſqꝫ calefaciens modo. Iuxta hunc igitur naturalis conſequentiæ or
dinem: ſummus ille totius venuſtatis viſibilis atqꝫ inuiſibilis/ ordo: ineffa-
bili imprimis modo/ lucis ſuæ exuberantẽ claritatẽ altiſſimis illis/ primiſqꝫ
ſubſtantijs largiſſimo inſinuat lapſu. ac per illas ipſas: inferiores quoqꝫ ſub-
ſtantię/ diuini radij participes fiũt. Nempe enim hæ cum primo loco dei co
gnitione beatæ ſint/ diuinæqꝫ virtutis deſiderio ſumme ardeant: id quoqꝫ
meruerunt/ vt primæ (quantum fas eſt) ad imitationem diuinæ virtutis &
actionis aſſurgerent/ ſequenteſqꝫ ſubſtantias ipſæ ad eandem imitationem
pro viribus/ ſummi boni exemplo ſubueherent. affatim illis eius (quam ac-
cepere) lucis participationem/ abſqꝫ inuidia vlla tradentes: atqꝫ illæ itidem
inferioribus. Et hunc in modum ſingulæ faciunt: dum quæ prima eſt/ ſequẽ
ti ſecundo loco/ indultæ ſibi diuinæ lucis conſortium tradit. atqꝫ ita in om-
nes diuinus ille fulgor emanat. Omnibus igitur qui illuminantur/ percipiẽ-
dæ lucis initium eſt deus quidẽ per naturã: & omnino proprie/ vtpote ſub-
ſtantia/ lucis ipſiuſqꝫ eſſentiæ & viſionis author. Cæterum poſitione & illu-
minatione dei per partes: ſuperior quæqꝫ inferiori principium luminis eſt/
dum per ipſam: in illam diuinum iubar deriuatur/ atqꝫ diffunditur. Itaqꝫ
ſummã illã cœleſtium diſtinctionem animorũ: reliquorũ angelorum om-
niũ ſubſtantiæ/ totius ſacroſanctæ ſcientiæ/ diuinæqꝫ imitationis authorem
(vt ratio docuit) arbitrantur. vtpote per illam: in omnes/ atqꝫ in nos/ diuinæ
claritatis manante ſplendore. Quocirca omnem quoqꝫ ſacratiorem/ & ad
dei imitationem tendentem actionẽ: ad deum quidem (vt cauſam principa
lem) referũt. deinde vero diuinis quoqꝫ illis/ ſummiſqꝫ ſpiritibus (vt qui pri-
M mi: diuina operentur & doceant) acceptã nichilominus referunt. Habet igi
tur prima diſtinctio ſanctorũ angelorũ: plus cæteris igneam proprietatẽ/
effuſamqꝫ diuinæ ſapientiæ traditionẽ/ ac ſcientiã diuinarũ illuſtrationum
N diiudicandarũ ſummã: thronorũqꝫ proprietatem/ apertam ac patulam dei
ſuſceptionẽ indicantẽ. Porro inferiorũ ſpirituũ ordines: igneæ/ ſapientis/ ſci-
entis/ deiqꝫ capacis virtutis participes ſunt quidẽ: ſed minore modo. atqꝫ ad
primos illos intuentes altiſſimos ſpiritus: per illos (vt qui dei imitatione pri
mi dignati ſint) ad conſequendã diuinæ ſpeciei ſimilitudinẽ ſcandunt. San
ctas igitur (quas diximus) proprietates/ quarum per primas cæteræ quoqꝫ
ſubſtantiæ participes ſunt: his illis poſt deũ (vt primoribus ac principibus
ſacris) aſſignant. Dicebat ergo qui iſta me docuit: viſionem quidem illam/
per vnum ex præſulibus noſtris ſanctis ac beatiſſimis angelis oſtenſam eſſe
O theologo. atqꝫ ab ipſius illuminante ductu/ ad ſacrã illã ſpeculationem fuiſ
ſe ſubuectum: in qua ſummas illas/ altiſſimaſqꝫ ſubſtantias veluti per ſigna
(vt ita dixerim) ſub deo & poſt deũ atqꝫ circa deũ collocatas vidit. ſummi-
tatẽqꝫ illam ante omne principiũ/ omnibus atqꝫ illis ipſis ineffabiliter emi-
nentem: in medio excellentium virtutũ excelſe reſidentem. Admonebatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ergo theologus ex ijs quæ cernebat: vt secundū omnē supersubstantialem eminentiam cunctis visibilibus inuisibilibusq; virtutibus / absq; vlla cōparatione deus excelsior sit. ac præterea / ꝙ ita exceptus ab ōnibus: vt ne ipsis quidē primis cœlestibus / immortalibusq; substantijs similis per omnia putari possit. Ad hæc / principiū quoq; illū esse omniū / & subsistendi causam: atq; insolubilis cœlitū mansionis immutabilē sedē. ex qua vt essent & bene essent: excellentiores quoq; illæ virtutes acceperūt. Deinde ipsorum quoq; seraphim diuinas profecto virtutes ex ea visione sacratissima propheta discebat: incendium sacro illorum significante cognomine: de quo paulo post dicturi sumus (quātum nobis explicare fas fuerit) igneæ virtutis altissimas
53 intelligentias: vtq; incentiua illa vis / ad diuinā speciē ferat. ¶ Porro illa sex alarū sacratissima fictio: absolutissimam summāq; in deū intentionē in primis ac medijs & vltimis intelligentijs signat. At quando multos quoq; illorū pedes & cōplures facies cernens theologus inclytus / vtq; alis & pedū & vultuū arceretur aspectus / aleq; mediæ perpetuo ferrentur motu: ad intelligibilē eorū quæ cernebat scientiā ducebatur. Aperiebatur nēpe illi per hæc / altissimorū spirituū vis multa peragrans / multaq; prospiciens: sacraq; P illorū & plena horroris veneratio / ac religio. qua vltra humanū modū: celsiorum / profundiorūq; mysteriorū insolentem & temerariam neq; omnino promouentem indaginem exhorrescunt. præterea & indefessus ille / atq; Q alta petens sempiternus motus: quo præditi / pro modo suo diuinas quoq; actiones imitantur. Ad hæc & diuinā illam ac preciosissimam laudationē R in secreto ille discebat: quippe angelo (qui formabat visionem) pro viribus prophetam sacratioris scientiæ suę participē faciente. Docebat igitur ipsū & hoc / vt ijs qui quomodolibet mundi sunt: mundiciæ / purgationisq; suæ S causa est / diuini fulgoris diuinæq; mūdiciæ pro captu cuiusq; participatio. Cæterū purgatio huiusmodi / a diuinitate ipsa præcipuis causis in ōnes angelicos spiritus summo & secretissimo perficitur modo: atq; altissimis illis virtutibus (quę propinquiores ipsi sunt) euidentior ferme est / magisq; se insinuat / atq; distribuit. Porro in ijs quæ secundo loco sunt siue in extremis medijsue substantijs intellectualibus / quantū singulæ ab ea meritis distant: pro modo distantiæ / claram intelligentiæ suæ lucem ad secreti sui singularis / atq; ignoti laudē colligit. Datur autē ea lux singulatim: priorū officio / secundis atq; sequentibus. & si summatim dicere necesse est: primo loco / ex occulto illo sacratissimo per primas virtutes in apertū educitur. Hoc itaq; theologus ab angelo se instituente discebat: purgationē scilicet & cæteras diuinas actiones / per primas celsioresq; substantias vim suæ claritatis aperire / atq; in omnes reliquas diuidi / quantū quæq; deificæ illius participationis est capax. Atq; ideo purgationis illam proprietatē / quæ incendio fit: altissimis seraphim post deū rectissime ōnino assignauit. Nichil igitur absurdum est: si seraphim purgare theologū dicitur. Sicut enim deus purgat omnes: ꝙ sit ipse purgatiōis author. immo (vt similiore vtamur exemplo) quemadmodum apud nos pontifex homo / cum ministrorū suorum siue sa T cerdotū officio purget / aut gratia doctrinæ salutaris illuminet: ipse purga-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap.
13

re & illuminare dicitur/cum ij qui ab eo conſecrati ſunt ordines: ad ipſum
vt authorem/ſacra functionis ſuæ munera referant.ita & purgantē ſcientiā
ſuam atqꝫ virtutem/is qui purgationē prophetæ peragit angelus:ad deum
quidem vt authorem/ad ſeraphim vero quaſi primo poſt deum operantē
pontificem refert.eum qui a ſe purgabatur: angelica cum reuerentia (vt ita
V dixerim)ita docens.Eius(quæ in te meo miniſterio perficitur)purgatiōis:
principiū quidem præcipuum/& ſubſtantia/& conditor/& author ille eſt:
qui primas quoqꝫ ſubſtantias ad eſſe produxit/ & perpetua circa ſe conti-
net ſede/& ne mutari queant atqꝫ decidere:ſola clementia ſeruat.ipſeqꝫ eas
ad prima prouidentiſſimarū actionum ſuarum conſortia promouet (hoc
X enim is a quo didici:miſſionē ſeraphim ſignare ait)at vero princeps illa &
poſt deum dux/primarū antiquiſſimarū ſubſtantiarum ſacra diſtinctio(ex
qua purgare ipſe ad dei ſimilitudinem didici)illa eſt quæ te meo miniſterio
purgat: per quam author ille totius purgationis atqꝫ opifex/ prouidentiæ
Z ſuæ opera ex abdito illo ſecretiſſimo ad nos quoqꝫ deduxit. Iſta quidem il-
le me docuit:quæ tibi ego itidem trado. Tuæ iam erit ſpiritualis/diſcretæqꝫ
ſcientiæ/aut altera ex his cauſis omni ambiguitatis abſolui ſcrupulo/eamqꝫ
alteri in honore præferre: vt quæ conſentanea ratione ac fortaſſis veritate
ſubnixa ſit.aut abs te ipſo aliquid inuenire/ ſiue ab alio diſcere: quod ſit in-
tegerrimæ veritati propinquius/deo ſcilicet verbum tribuente/ ac ſubmini-
ſtrantibus angelis.idqꝫ ipſum nobis quoqꝫ angelorum ſtudioſis reuelare:
vt liquidiore intelligentia/michiqꝫ gratiore(ſi fieri poteſt) & ipſe tecū fruar.
k ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Cuius rei gratia ad vnū ex theologis: ſeraphim
mitti memoretur. de Eſaia propheta id dictū eſt. Eſaias cap. ſexto. Et dixi. ve michi quia
tacui/quia vir pollutus labijs ego ſum:& in medio populi polluta labia habentis ego ha
bito/& regem dominū exercituū vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de ſeraphim/
& in manu eius calculus quē tulerat de altari:& tetigit os meū/ & dixit. Ecce tetigi hæc
L labia tua:& auferetur iniquitas tua/& peccatum tuum mundabitur. ¶Alius item huiuſ
ce queſtionis non improbabilem michi rationē ita aſſignauit. Nota ſanctam & eleuatā:
ſacri patris Dionyſij & vnius ſuorū æqualium/theologicarū rerū conferentiā: & q̄ ſubli
M mis eo tempore erat theologica intelligentia. ¶Habet igitur prima diſtinctio ſanctorū
angelorū. Hic cōmuni angeli appellatione vtitur:ad omnes cœleſtes & beatificos ſpiri-
N tus. vt cap. quinto monſtrauit interdū eſſe vtendum. ¶Thronorūqꝫ proprietatem:aper
tā ac patulam dei ſuſceptionem indicantē. Hoc eſt/ proprietatem inſinuantem ſeſſionis
O ac requietionis dei capacem locū/atqꝫ ſedem. ¶Oſtenſam eſſe theologo. de Eſaia intel
ligitur:in hoc cap. ſexti oraculo/quod ſæpenumero ſuperius adductum eſt. Vidi dominū
ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum : & plena erat domus a maieſtate eius.
ſeraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni/ & ſex alæ alteri. duabus velabant faciem
P eius/ & duabus velabant pedes eius: & duabus volabant. ¶Multa peragrans/ mul-
taqꝫ proſpiciens: ſacraqꝫ illorum et plena horroris veneratio ac religio/ qua vltra huma
num modum celſiorum/ profundiorumqꝫ myſteriorum inſolentem & temerariam neqꝫ
omnino promouentem indaginem exhorreſcunt. Multa peragrans: ex ſempiterno illo
motu alarū cognoſcitur. Multa proſpiciens: ex multiplici illo vultu in eo numero quo
deus condidit & ſæcula. Veneratio atqꝫ religio plena reuerendi timoris/ & ab indagine
audaciore / temeraria aut impoſſibili altiorum & profundiorum ſecretorum dei/ ſupra-
mundana exhorrentia/& cauta retractio:per alas faciem velantes & pedes(quæ ſunt al
torum & profundorum ſymbola)deſignantur. Igitur contemplari licet ſanctiſſimorū ſe-
raphim ſempiternum in deum motū/perſpicientiæ plenitudinē/ venerationē & dei cul-
tum:reuerentiæ & auguſti timoris pleniſſimū. deniqꝫ abſtruſorum dei in latibulo ſuarū
tenebrarum ſe recipientis:omni cum reuerentia inquiſitionis perfectam abſtinentiam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶Preterea & indefessus ille/atq; alta petens sempiternus motus. Subauditur ex superio Q
re particula: aperiebatur. ¶Ad hæc & diuinam illam ac preciosissimã laudationẽ. quam R
audiebat a seraphim altero ad alterum clamantibus: sanctus/sanctus/sanctus/ dominus
deus sabaoth. plena est terra: gloria maiestatis eius. ¶Vt is qui quomodolibet. vt: qua- S
liter/quo pacto. ¶Cum ministrorũ suorũ siue sacerdotum officio purget. Officio/ submi T
nistratione & medio. ¶Eius quæ in te meo ministerio perficitur purgationis. Hic fingũ- V
tur verba angeli ad purgatum loquentis: ad hanc particulã vsq;/hoc enim is a quo di-
dici. quæ sunt verba sacri patris Dionysij ad Timotheũ: ꝙ ea ex seipso non dicit; sed ex
eo a quo hanc intelligentiã ac declarationem acceperat. ¶At vero princeps illa & post X
deum dux. Hic iterum finguntur verba angeli ad purgatum: ad hanc vsq; particulã/ista
quidem ille me docuit. ¶Ista quidem ille me docuit. Verba sunt Dionysij ad Timothe- Z
um. Ista quidem expositionis mysteriorum seraphim sacramenta: ille æqualis meus me
Dionysium edocuit/quæ tibi Timotheo identidem communico.

¶DECIMITERTII CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



52 Liam hoc loco discutit questionem sacer Dionysius: quare ad Esaiam
prophetam purgandũ a peccato/ vnus ex seraphim mitti perhibetur.
Non ab re enim exinde difficultas emergit: ꝙ ex postremis ordinibus
cœlestes spiritus ad homines humanaq; disponenda officia mitti dicun
tur. Qui autem ad prophetam missus refertur: non ex inferioribus an-
gelis sed de supremo ordine (vt nomen ipsum indicat) fuisse perhibe-
tur/de quo tamen ordine cœlestes substantiæ mitti ad externa non di-
cuntur: sed iugiter diuino aspectui astare. ¶Adhibet primo loco aliquorũ responsionẽ/
consentaneam ijs quæ superius dicta sunt de omniũ spirituum cœlestium quantũ ad su
arum proprietatũ inter se cõmunionem societate(qua superiores/inferiorũ proprietates
excellenter: inferiores vero/ superiorum humiliter & subexcellenter habere dicti sunt)
ꝙ nõ dicitur a scriptura vnus ex supremis & summi ordinis spiritibus: aduenisse ad pro-
phetæ expurgationem. sed eũ qui missus scribitur/ fuisse vnũ ex postremis/ & angelis il-
lis: qui nobis custodiendis & gubernandis sunt præpositi. Ipsum autẽ/seraphim esse ap-
pellatum: ob purgandi prophetæ officiũ quo fungebatur/ ministerio incẽdendi comple-
tum. quo & peccata prophetę deleta sunt: & ipse purgatus ad diuini amoris & promptę
obedientię reuocatus est ardorẽ. Itaq; dicunt isti: per vnũ ex seraphim/scripturam intel
lexisse nõ vnum ex illis cœlestibus spiritibus qui deo sunt proximi: sed ex his postremis
vnum/qui purgandorum hominũ gerũt officium. Et nomen illud seraphim/non ibi de-
terminati ordinis nomen esse: sed officij. ꝙ soleant plerumq; cœlestes spiritus id nomẽ
sortiri: cuius exequuntur officium. ¶Secundo vero loco affert beatus pater & alteram
responsionem: ab vno suorum æqualiũ & in sanctæ scripturæ studio sociorũ sibi assigna
tam. qui dixit excellentẽ illum angelum qui visionem adeo diuinam efformauerat(qua
vidit Esaias dominum sedentem super soliũ excelsum & eleuatum: et cætera quæ conse Esa. 6
quenter idem cõmemorat) vt ipsum prophetam diuinis mysterijs sublimiter instrueret:
illud purgandi munus quod ad suum attinebat officium/ retulisse primo in deum vt pri
mum illius muneris indultorẽ/& deinde in primũ illum supremumq; diuinorum spiritu
um ordinem: a quo post deũ acceperat benigna deriuatione & communicatione/huius-
modi ministerium. Et vera(inquit) merito videri possit hæc ratio. Dicebat enim qui hãc
secundã assignauit responsionẽ: ꝙ diuina virtus immensitate sua omnia supergreditur/
omnia ambit/& per omnia ineloquibili modo diffunditur/expanditur & extenditur: om
nibus etiam inaccessa & inuisibilis est. non solum quidẽ quia excellentiore sit dignitate
& gradu super omnia: sed etiam quia occultissimo & nobis incognito quodã ordine/ prui
dentiæ suę munera omnibus dispartiatur & infundat. Nẽpe spiritibus cœlestibus omni-
bus (cuiq; pro suo captu) ipsa diuina virtus apparet: supremis illis substantijs angelicis
primos suæ lucis radios indulgẽs. & per illas vt primas & sibi proximas/inferioribus di-
uinis substantijs secundum cuiusq; ordinẽ & contemplandi vires: eiusdem suæ lucis dis-
partitur radios. ¶Deinde idem duplici manuductione/radij scilicet solaris & ignei ca-
loris: accõmodatissime declarat. Vt apertius(ait) fiat quod modo propositum est: exem-
pla illius sumantur ex rebus istis corporalibus/nobis domesticis. quæ licet longe deo in-
feriora sint/omnibus sublimiter eminente: apertiora tamen nobis & clariora videbũtur.
Itaq; primũ exemplum est de distributiõe solaris radij/qui in eam primo corporalẽ sub-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 13

ſtantiam facillime ſpargitur: quæ omnibus lympidior & clarior eſt/ queadmodū(exem-
pli gratia)eſt cœlum: per quod plane ſol/lucidius & fulgentius ſuos iacit radios. Vbi ve
ro ſolis radius craſſiores/ denſioreſq; inuenit corporales ſubſtantias/ vt aerē caliginoſū
aut aquā: minus potens eſt ad ſplendorē ſuum libere diffundendum. q huiuſmodi craſ-
ſiores ſubſtantiæ in quas vibrantur radij: minus idoneæ ſunt & aptæ ad illos copioſę lu
cis radios tranſmittendos in ſequentia corpora/ob nimiā materiæ denſitatem & feculē-
tiam. Et ita ſenſim ad id peruenitur/ vt lucis radius amplius fere nō poſſit diſtribui: ob
corpulentiorem eius cui incidit craſſitiem. vt cū ad terram vſq; pertigit: quā penetrare
nequaq̄ poteſt. Secundū exemplū eſt. Calor ignis in ea quæ ad ipſum recipiendū ſunt
aptiora/facilius diffunditur: vt ſtuppam/ſtramenta/ligna arida/ & cætera id genus quæ
leuius igni cedunt & in ipſius formā facile traducūtur. In reluctantes autē igni contra-
riaſq; ſubſtantias/ vt ligna viridia aut humectata/ aut nullū aut exiguū caloris ignei ve
ſtigiū percipitur tranſmiſſum: quia non ſint idoneæ neq; diſpoſitæ ad illud recipiendū.
Quinimo(quod amplius eſt)ignis ipſe illis ſubſtātijs quæ ſui generis atq; naturę nō ſūt:
per ea quæ ſibi cognata ſunt atq; affinia/ vim ſui caloris infundit. vt per ligna ignita &
flāmam: calefacit aquā ſibi omnino aduerſam. ea ignificans quæ in ignis ſpeciem facile
vertunt: vt ligna ſicca & tenuia. & per huiuſmodi ſpeciem igneā atq; effigiem calefaci-
ens pro cuiuſq; diſpoſitione & conditione: aut aquam/aut quippiam eorum quæ diffici-
le igneſcunt. quale eſt ferrū. Itaq; iuxta hūc naturæ ordinem: deus ipſe qui ſummus eſt
ordo totius pulchritudinis/& viſibilis in corporalibus & inuiſibilis in ſpiritualibus: mo-
do quidem nobis inexplicabili/ſummis illis cœleſtibus ſpiritibus lucis ſuæ claritatē pri-
ma largitione & copioſiſſima infundit. & per illos ſupremos tanq̄ intermedios: īferiores
quoq; ſpiritus diuini radij participationem ſuſcipiunt. Cum enim hę altiſſimę ſupremęq;
ſubſtantię prima participatione dei cognitionem obtineant/& ipſius caſtiſſimo deſide-
rio ſummopere flagrēt: id quoq; gratuita dei bonitate ſunt aſſecutę/ vt primę etiam poſt
deū ad diuinę virtutis & operationis imitationē proueherentur/& ſequentes angelicas
ſubſtantias ad eādem dei imitationem(quantū illis conceditur)attollerent. & in hoc ſū-
mi boni ſectarentur exemplū/omnia ad ſe attrahentis: dum abunde lucis ſupernę par-
ticipationē quam primo loco acceperunt/alijs poſterioribus ſine inuidia cōmunicant. &
illę ſequentes ſubſtantię: ſuſceptā ſuperne illuſtrationem deinceps inferioribus angelis
impartiuntur. Et hunc in modū ordinatiſſima ſerie ſingulę cœleſtes ſubſtantiæ faciunt:
dum ea quę prima ſupremaq; eſt/ſequenti ſecundo gradu atq; ordine/ traditę ſibi diui-
nę lucis communionē effundit: atq; ita in omnes angelicas ſubſtantias/ inconfuſo quo-
dā ordine diuinus radius effulget. Itaq; deus ipſe per naturam & ſua ſubſtantia/percipiē
dę lucis diuinę eſt principiū: ōnibus & angelis & hominibus qui illuminantur. eiuſdēq;
lucis & illuſtrationis intimę primus author eſt & cauſa/omnino proprie & per ſe: nā ſub-
ſtantia & ſuapte natura. nō autē gratia aut participatione: queadmodū omnia quę ſub
deo ſunt. Verū quemadmodū deus in ſupremas angelicas ſubſtātias copioſius atq; va-
lentius fundit ſuę lucis cōſortium/ vt quaſi in viciniores poſitione: ita & quæq; ſuperior
ſibi viciniori(vt cui ſit poſitione ꝓxima)ad diuinæ imitationis ſimilitudinē/fortius atq;
validius ſupernæ lucis participandæ cōmunicat munus. Et ſecundū huiuſmodi intelle-
ctualē ſitum/diuiniq; radij in plura diſtributionē tanq̄ in partes/ vnaquæq; ſuperior an-
gelica ſubſtantia inferiori luminis percipiendi eſt principium: quia per ſuperiorē/ in in-
feriorem diuinum lumen emanat. Sancti igitur patres recte arbitrantur ſupremā cœle-
ſtium ſpirituū diſtinctionē/authorem eſſe & cauſam cognitionis rerū diuinarū & dignę
dei imitationis: omniū reliquorū angelorum ſubſtantiæ atq; ordinibus. quoniam per il-
lam primā diſtinctionem: in omnes ſequentes & nos homines/ diuinæ claritatis ſplen
dor traducitur & propagatur. Et hanc ob rem inferiores ſpiritus cœleſtes omnē ſacram
actionē & ad dei imitationē promouētē/referunt primum ad deum vt cauſam pręcipuā
& primitiuā. Deinde vero eandē actionē etiā referunt acceptam ipſis ſupremis cœleſti-
bus ſpiritibus: eo q primi diuina myſteria poſt deū cognoſcant & edoceant. Habet igi
tur prima illa angelicorū ſpirituū diſtinctio abundantius q̄ cæteræ diſtinctiones/ igneā
incenſionē: ob ſupremum eius ordinem. diuinę ſapientiæ plenitudinem ac effuſionē: ob
ſecundū eiuſdē ordinē. & ſpiritualiū ſediū proprietatē/ indicantē(vt ante dictū eſt)aper
tam dei in ſe ſuſceptionem: propter poſtremū illius ordinem. Inferiores vero cœleſtiū
ſpirituum ordines etiam participes ſunt ſupradictorum trium: igneæ inquam virtutis/

sapientiæ diuinæ/ & capacitatis ipsius dei: sed minore atq; inferiore modo. Nempe inferiores ipsi spiritus erigētes mentis aciē in illos summos atq; supremos/ & toti in ipsos intenti: eorum subuectu/ductu & adminiculo ad assequendam diuinæ imaginis similitudinem conscendunt: ꝙ ipsi supremi primo loco dei imitatione digni sint habiti. Et ideo sanctas illas (quæ dictæ sunt) proprietates/ quas inferiores superni spiritus per primos recipiunt: ipsi inferiores supremis illis post deū/ tanq̄ ducibus & magistris suis assignant ac attribuunt. quēadmodum CHRISTVS in euangelio opera signorum deitatē suam attestantium/ad patrem refert/item & doctrinam: cum ait. Pater in me manens: ipse facit opera. & mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me patris. Itaq; qui hanc secūdam responsionem sacratissimo Dionysio assignauit: dixit visionem illam eximiam (qua vidit Esaias dominū sedentē super solium excelsum & eleuatū: ac reliqua/ quæ sexto eiꝰ capite describūtur) per vnum ab extremi ordinis spiritibus/ qui nostri sunt præsides/ duces & custodes: prophetæ ostensam esse. atq; eundem prophetam illius angeli illuminatione/ ad sacram illam visionem esse perductum: in qua vidit illas supremi ordinis angelicas substantias tanq̄ per signa quædam aut corporalia aut potius intellectualia/ proxime sub deo & circa deū esse collocatas. Vidit item in eadem visione summitatem illā diuinæ maiestatis/ipsis supremis angelis immo & omnibus rebus conditis sublimiter eminentem: in medio illarum supremarū atq; primarum virtutum cœlestiū residentem. Quod sane illi significatum est per id: ꝙ vidit dominum sedentem super solium excelsū & eleuatū. Docebatur ergo propheta per ea quæ videbat: ꝙ ꝓpter supsubstantialē suam eminentiā deus omnibus rebus cum visibilibus tum inuisibilibus improportionaliter est præcelsior/ & ita exceptus ab omnibus ob eximiam sublimitatē: vt nec ipsis quidem primis ac summis angelicis substantijs omnino similis putari possit/ ꝙ sine comparatione illis est excellentior. Insuper ex huiusmodi visione docebatur propheta: deum ipsum/ principium esse ac causam omnium/ atq; impermutabilem stabilitatē indissolubilis in bono permanentiæ: qua cœlestes spiritus in deo constantissime fixi sunt. ex qua sane omnium causa/ ipsæ supremæ cœlestes substantiæ: & vt essent & vt bene essent/ habuerūt. Et id ipsi Esaię significatum est per hoc: ꝙ vidit domū totā plenam gloria maiestatis domini. Rursum ex eadem visione propheta discebat ipsorum sanctorū seraphim diuinas virtutes & proprietates: cum dixit ꝙ seraphim stabant super illud. Nā ipsorū seraphim appellatio: sacrū significat (vt ante dictū est) incendiū. & paulo post dicetur igneę virtutis sublimes significationes: & quomodo illa incendendi virtus ad dei ducat imaginem.

53 ¶ Cęterū efformatio illa sex alarū ipsis seraphim circūpositarum/ cū ait propheta ꝙ erant sex alæ vni ex seraphim/ & sex alæ alteri: significat perfectissimā ac intentissimā in deum conuersionē in primis/ medijs/ & vltimis hierarchijs/ & sacris cœlestiū spirituū distinctionibus. At per hoc ꝙ multos illorū seraphim pedes/ & multas facies vidit propheta: & ꝙ alis extremis/ facierū & pedū velabatur aspectus/ mediæ vero alæ perpete volatu sursum tendebant: manuducebatur ad spiritualem & occultā intelligentiā eorū quæ per signa cernebat. Nempe per multos summorū spirituū pedes: designabatur ipsorum virtus multa peragrans atq; percurrens. Et per multas illorū facies: significabatur eorundē virtus complura perspiciens. Per velationem vero capitis & pedum/ extremis alis factam: monstrabatur sacra illa reuerentia & cum reformidatione diuinæ celsitudinis ob suam paruitatem veneratio: qua altissimi ipsi spiritus refugiūt cū sūma modestia & supra humanā consuetudinem/ arrogantem & temerariā/ neq; subuehētē ad deū sed potius deprimentem indagationem profundiorū & altiorum mysteriorum/ q̄ ad eos attineat cognoscere: a quibus cū sobrietate & humilitate prorsus abstinent. Deniq; per medias illas alas quibus volare describuntur sancta seraphim/ insinuabatur sempiternꝰ ille & semper ad alta indefatigabili nisu tendens motus: quo pręditа/ diuinas operationes quantum ipsis conceditur imitantur. Insuper & diuinam illam laudationem atq; sacratissimam propheta discebat/ qua in triū supernarum beatitudinum atq; personarum discretione monstratur vna deitas & vnus eius dominatus: cū audiuit sancta seraphim clamare vnū ad alterū: sanctus/ sanctus/ sanctus/ dominus deus sabaoth. Nempe angelus qui formabat in mente Esaiæ huiusmodi visionē: tradidit ipsi prophetæ/ suæ sacratissimæ cognitionis participationem. Docebat vtiq; angelus ille prophetā: ꝙ participatio diuinæ mundiciæ/ causa est purgationis & puritatis oībus ijs qui mundi sunt. & diuini fulgoris in se susceptio: itidē causa est illuminationis & lucis spiritualis omnibus qui lu

Ioan. 14.
Ioan. 7

Explicatio visionis Esaiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cidi ſunt & illuminati. Verum huiuſmodi purgatio & illuminatio/ab ipſa deitate vt prin
cipio & fonte: in omnes cœleſtes ſpiritus certo quodam ordine emanat. atq; ſupremis il-
lis ſubſtātijs angelicis quæ deo proximæ ſunt: ea purgatio & lucis irradiatio/perſpectior
eſt atq; clarior/magiſq; & copioſius ipſis inſinuatur atq; diſtribuitur. In ijs vero ſupnis
ſubſtantijs quæ ſequentes ſunt/ſiue ſecundo & medio loco/ſiue tertio & extremo: quan
tum ſingulæ earum a ſumma diuinitate diſtant/ipſa deitas claram cognitionis ſuæ lucē
diffundit per primas. atq; diſtantiores illas/proximarum miniſterio: ad ſecretiſſimæ ſuæ
atq; ſingularis lucis vnitatem/ſimplicitatem & excellentiam cogit & vnit. Atq; vt in ſū-
ma res ipſa dicatur/lux diuina in dei ſecreto latentiſſima & incōpræhenſibilis: primo lo-
co atq; deriuatione primaria/ ex illo diuinitatis occulto in ſupremas cœleſtes ſubſtātias
in apertū prodit/foraſq; progreditur. deinde primarum officio/ſequentibus: & ſuperiorū
cōmunicatione/inferioribus eadem lux traditur. Illud igitur propheta ab angelo ipſum
docente diſcebat/ꝙ purgatio ſcilicet & cæteræ actiones dei: per primas & ſummas an-
gelicas ſubſtantias/ vim ſuæ proprietatis manifeſtant primum. & deinde in reliquas om
nes diuiduntur: quantum vnaquæq; pro ſuæ naturæ modo/ diuinam participationē na-
ta eſt ſuſcipere. Et ideo propheta illam purgationis functionem quæ fit per incendium/
ſupremis ſeraphim poſt deum recte & ſcite aſcripſit: q̄uis per extremū facta ſit angelū.
neq; quicq̄ abſurdum eſt: ſi vnus ex ſeraphim/purgare prophetam dicatur. Quemadmo
dū enim deus purgare omnes dicitur: ꝙ ipſe ſit primus omnis purgationis author. quin-
immo vt magis familiari vtamur exemplo/ſicut in humana hierarchia pontifex cū mi-
niſtrorum ſuorum atq; ſacerdotum officio purgat ſubiectos ſibi/aut doctrina illuminat:
ipſe purgare & illuminare dicitur. cum ij ordines ſacerdotales & miniſtrorum qui ab ip-
ſo pontifice conſecrati ſunt: ad eum tanq̄ ſacrorū antiſtitem & authorem/ſuæ functionis
officia referāt. ita & angelus ipſe qui prophetę purgationem exhibet/ purgatoriam ſuā
virtutē ad deū quidē vt primum authorem: ad ſeraphim vero tanq̄ primo loco poſt deū
purgationis munus exercentem pontificem/refert. ipſum qui purgabatur prophetam/
hiſce verbis reuerenter alloquens. Illius O Eſaia purgationis quę in te meo officio nūc
peragitur/principium & cauſa prima ille eſt: qui ſupremas etiam angelicas ſubſtantias
de nichilo creauit/& indemutabili firmitate in bono ita continet ſuaq; gratuita dignati-
one conſeruat: vt ne vnq̄ decidere a bono/aut in malū decumbere poſſint. Ipſe itidem il
las: ad prima actionum ſuæ prouidentiæ conſortia ſubuehit(qui enim hæc beatum Dio-
nyſium edocuit: dixit miſſionem ſeraphim id ſignificare/ꝙ ſcilicet cœleſtes ipſius ſupre
mi ordinis ſpiritus/primi diuinæ prouidentiæ munera in ſequentes exequuntur)facitq;
eas primas ſuæ diſpenſationis & diſtributionis bonorum miniſtras. Verum illa ſummo-
rum ſpirituum ſacratiſſima diſtinctio(ex qua ipſe/qui extremi ſum ordinis: purgare ad
dei omnia primo purgantis ſimilitudinem ſum edoctus)quæ princeps eſt cæterorū ordi
num cœleſtium/& poſt deū dux ac præſes: illa eſt quæ te nunc meo purgat miniſterio. ꝑ
quam deus author & opifex totius purgationis/ſacra ſuæ prouidentiæ opera rectiſſimo
ordine: ex ſecretiſſimo ſuę diuinitatis arcano ad nos vſq; poſtremū ſortitos ordinē/dedu
xit. ¶ Hęc ſupradicta(inquit ſacer Dionyſius ad Timotheū)ille æqualis meus & in ſcri-
pturarum ſtudio ſocius me edocuit: quæ ego ſimiliter tibi communico. Tuæ autem nūc
erit diſcretionis & prudentiæ: per alteram ex his duabus reſponſionibus/ ab omni am-
biguitate quęſtionis propoſitæ liberari. & vnam earum alteri/ ſcilicet ſecundam cauſam
primæ præferre: vt quæ rationi & veritati videatur magis conſona. aut a teipſo nouam
aliam cauſam inuenire/vel ab aliquo diſcere: quæ ſit veritati propinquior q̄ duæ cauſæ
nunc aſſignatæ. deo quidem intelligentiam diuinorum myſteriorum ſuggerente: & an-
gelis a deo eam pijs mentibus benigniter inſinuantibus. Deniq; & tuum erit/ id ipſum
quod nouum a teipſo inueneris aut ab alio didiceris/ ad propoſitæ queſtionis attinens
diſcuſſionem: michi angelicarum proprietatum cognoſcēdarum cupido communicare.
vt profundiore rerum diuinarum intelligentia q̄ ego ex me penetrare queam/ michiq;
gratiore(ſi modo id fieri poſſit)tecum perfruar. In quibus ſane poſtremis verbis/ atten-
denda eſt ſingularis/ſacratiſſimi Dionyſij modeſtia: qui non dedignatur ſed expetit a ſā
cto Timotheo(quem tam ſublimiter in hoc opere inſtituit) edoceri/& illius ſententiam
q̄ propriam ſibi acceptiorem fore conteſtatur. Quæ quidem modeſtia: omnibus litterarū
ſtudioſis eſt ſummopere imitanda.

Eximia pij patris modeſtia et humilitas.

¶ Quid ſignificet/is qui traditur: angelicus numerus. Cap. XIIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

54 T hoc item ſpirituali diſcuſſione & magiſterio dignũ puto:
quãobrem ſcripturæ ſanctæ traditio/de angelis loquẽs/mi= A
lia miliũ eſſe dicat/& decies millies dena milia: ſupremos hu B
manos numeros in ſeipſos inuoluẽs atq; multiplicãs/ perq;
hos: cœleſtium ſubſtãtiarum ordines nobis eſſe innumerabi
les/apertis rationibus pãdens. Sunt enim profecto plurimæ
cœleſtium militiæ ſpirituum: quæ mortalium noſtrorum numerorum in=
firmum/breuemq; modum longe tranſcendant. atq; ab ſola ſua eminentiſ
ſima & cœleſti intelligentia atq; notione ſcitæ ſint ac diffinitæ: quam illis
opulentiſſime largita eſt ſumma diuinitas/ immenſæ author ſcientiæ/ atq;
ſapientiæ fons/& principium omnibus ſimul exiſtẽtibus: excellentis ratio=
ne ſubſtantiæ ipſa exiſtens & cauſa ſubſtantiæ/& continens omnia virtus/
& conſummatio cuncta complectens.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Quãobrẽ ſcripturæ ſãctę traditio. Daniel cap. ſe= A
ptimo. Fluuius igneus/ rapiduſq; egrediebatur a facie eius. milia milium miniſtrabant
ei: & decies centena milia aſſiſtebant ei. ¶De angelis loquens/milia milium eſſe dicat/ B
& decies millies dena milia: ſupremos humanos numeros in ſeipſos inuoluẽs atq; mul=
tiplicans. Supremos humanos numeros vocat: mille/& decem milia. quos hoc pacto fi
gurant. 1000. 10000. Quos ſi in ſeipſos duxeris/ multiplicaueriſq;: ex mille in ſe du=
ctis/ tetragonicus numerus ſurgit/milia milium: qui hoc pacto ſeptem notis figura=
tur. 1000000. Siquidem millies mille: milia milium reddunt. Eadem profecto cenſent:
millies mille/millies milia/& milia milium: ſola vocis prolatione diſſidentia. Et ex de=
cem milibus in ſe multiplicatis: prouenit tetragonicus alter numerus/ decies millies
dena milia: qui hoc pacto nouem notis deſignatur. 100000000. Vbi numeri quadra=
ti & æquales / præ ſe omni ex parte diuinam naturam ſine vituperatione ferentes:
exercitibus militiæ cœleſtis applicantur. & quorum radices & tetragonica latera (vt
hic ſacratus deo loquitur antiſtes) rerum humanarum ſummæ ſunt/ ſummiq; numeri.
Ex his intelligere perprõptũ eſt/cur deo plenus pater dixerit: ſupremos humanos nu=
meros in ſe inuoluens/ atq; multiplicans. Et mirum eſt q̃ Pythagorica his conſenti=
ant: cum in radicibus vltra quas non procedũt/tum in diuina quadratorũ natura. Sed
fas non eſt rebus tam ſanctis: eorum ſententias ammiſceri. Id tamen non negligenter
prætereundũ eſt: nos nunc legere/ milia miliũ miniſtrabant ei: & decies centena milia
aſſiſtebant ei. Vbi qui volet attentiuſcule aduertere/& qui arithmetices non fuerit pror=
ſus ignarus: idem profecto reperiet milia milium/& decies centena milia. neq; varijs e
terminis ſurgunt: ſed vterq;/ vnus idẽq; eſt millenariorum tetragonus. Vnde veriſi= Nota fideli
mile eſt: tẽpore ſanctiſſimi patris/ litteras ſacras magnam habuiſſe & in ſe & in ſua tatem litte
conuerſione fidelitatem. Et hic locus abſq; arithmetices præſidio: nullo pacto inueniri rarũ origi=
poteſt/ & pleriq; alij contemplatoribus digniſſimi. Quapropter per eum vos oro qui naliũ tẽpo=
omnium numerus & menſura eſt/ futuri contemplationis amatores: ne arithmeticen re apoſtolo
& geometriam teneriore adhuc ætatula deſpiciatis/ vt ad diuina tãdem ſternant iter/ rum & bea=
pręſidiaq; ferant. tiſſ. dionyſij

¶DECIMIQVARTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

54 Erquirit hoc loco ſacer Dionyſius: quidnã deſignat angelicus ille nu
merus/qui in ſacris litteris a Daniele exprimitur. Id etiã (inquit) diſ=
cuſſione & inquiſitione dignũ exiſtimo/ quare ſacra ſcriptura de cœ= Danie. 7.
leſtibus ſpiritibus loquens: dicit eorum numerum eſſe milia milium
& decies millies dena milia. In qua ſane numeri expreſſione/ipſa di=
uina ſcriptura duos ſupremos humanos numeros: vtpote mille &
decem milia (qui ſupremi dicuntur numeri: q vltra illorũ ſummam
arithmetici Pythagoricis aſſentientes nõ eſſe progrediendũ contendant/ſed in illa ſtã=
dum) in ſeipſos inuoluit atq; multiplicat. Nam eos tanq̃ radices & latera quadratorum
in ſeipſos ducens: producit duos numeros tetragonicos/ in Daniele ſecundum æditio=
nem ſeptuaginta interpretum (quam hic adducit ſacratus pater) expreſſos. Si enim mil=

lenarium in feipfum duxeris: procreabitur prior numerus fcilicet milia milium. Si ve-
ro decies mille quis inuoluerit in feipfum/& per feipfum multiplicauerit; protinus con-
furget numerus fecundo loco hic ex Daniele adductus/ vtpote decies millies dena mi-
lia. vt præclare dilucidat huius loci fcholiū. At vero non ab re hic dictum eft: fecundum
numerum ex Daniele hic nominari fecūdum traductionē feptuaginta interpretum. Nā
noftri codices/ qui in ecclefiæ gallicanæ funt vfu: habent hoc fecūdo loco numerū mul-
to maiorem/ vtpote decies millies centena milia. De quo/& huius apud Danielem lo-
ci elucidatione ac varietate in diuerfis codicibus: annotauimus nonnichil in calce opu
fculi de myftica fignificatione numerorum. Verum per hos numeros tam ingentis & co
piofæ fummę/ milia inquam miliū & decies millies dena milia: facra fcriptura clare no-
bis pandit ac infinuat/ipfos cœleftium fubftantiarū ordines nobis effe innumerabiles:
nec certo a nobis numero comprænhendi poffe. Sunt enim reuera plurima supernorum
fpirituū agmina: quæ humanorum noftrorū numerorū fummam breuemq; menfuram
longe tranfcendunt. funtq; huiufmodi cœleftium fubftantiarū militiæ/a fola fua fciētia
atq; cognitione perfpectę: atq; in quo funt numero/diffinitę. φ poft deum/ipfę folę co-
gnofcūt: quo fint numero a fumma diuinitate determinatę. Hanc vero notionē & pro-
prij numeri intelligentiam/ipfis affluentiffime elargita eft fuprema deitas: totius fcien
1.regum.2 tiæ ac fapientię fons vberrimus. Deus enim/ fcientiarum dominus eft: vt ait fcriptura.
Ecci.1. & omnis fapientia a domino deo eft. Eft itidem ipfa fumma diuinitas/principium & au
thor omnibus rebus conditis in hoc vniuerfo fubfiftentibus: ratione excellentiffimæ
Roma.11. fuæ fubftantiæ omnibus longe eminētis. & caufa fubftantiæ cunctis exiftit: nā ex ipfo/
per ipfum/& in ipfo funt omnia. Deniq; eadem eft cōtinens ac conferuans omnia vir-
tus: & perfectio cuncta comprænhendens. omnia enim feruat in effe: & cuncta confum-
mat ac perficit.

¶ Quæ fint figuratiuæ angelicarum virtutum imagines/& reliqua. Cap. XV.



AGe vero iam fi placet relaxātes parūper intentionē noftrā/
& mentis aciem a fublimibus illis angelorum fpeculationi-
bus tantifper auertentes: ad diuiduam atq; in plura difcif-
fam latitudinem multiplicis angelicarum imaginum varieta
tis defcendamus. atq; ab ipfis rurfus veluti ab imaginibus:
ad fimplicitatem cœleftium fpirituum per illarum folutionē
redeamus. ¶ Id autem āte omnia compertum tibi fit velim/ φ imaginum
C facratiora fignantium defignationes: eafdem interdū fubftantiarum cœle-
ftium diftinctiones/perfectas atq; docentes inducunt/aliquando difcentes
atq; fubiectas. & vltimas fæpe docentes: primariafq; difcētes. deniq; (vt di
ctum eft) & primas & medias & extremas: virtutibus præditas. ac per
hunc expofitionis explicitæ modum: nichil abfurditatis inferitur/ nichil
quod fit a ratione alienum. Nam fi quidem regi ac doceri aliquas a priori-
bus diceremus/deinde eafdē regere atq; docere: priorefq; rurfus extremas
docere/& poftmodum ab ipfis illis difcentibus difcere: effet profecto ea res
perabfurda/& ingenti confufione plena. Sin autem eafdem & docere & do
ceri dicimus: verum non eafdem & ab eifdem/ fed fingulas a fuperioribus
regi ac difcere/ extremas vero docere atq; regere: non inconuenienter in-
fertur/ eas quæ in facro eloquio continentur facratius effictas formas: eaf-
D dem aliquando & primis & medijs extremifq; virtutibus/ proprie ac vere
E circumponi poffe. ¶ Igitur & illa vel in anteriora conuerfio ac iugis inten-
tio/ vel fuis in locis manfio atq; tuendarum virtutum fuarum caufa nufq;
progreffio/ ftatus ille præterea per quem fociali ad fequentes fecundo lo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

co cõmunicabiliq; processu/prouidentissimæ virtutis participes fiunt: om-
nibus profecto cœlestibus spiritibus aptissime ac verissime congruit/ etsi
alijs eminentissime atq; integre quidem(quod sæpe iam diximus) alijs ve-
58 ro ex parte atq; submissius. ¶ Aggrediamur itaq; quod instituimus/illud
statim in prima figurarũ expositione inquirentes: quã ob causam diuina F
eloquia igneam descriptionẽ præ omnibus ferme honorare videntur. De-
niq; inuenies in his nõ modo igneas rotas effingi/verum ignita quoq; ani-
malia: & viros ignem veluti ex se coruscationis instar emittentes. ac iuxta
ipsas quoq; cœlestes substantias: congestos carbones ignis apponi/ & flu-
mina ingenti fragore ignis feruorẽ emittentia. Sed & thronos esse aiunt
igneos: & ipsa eminentissima seraphim incendendi munus ipsa nominis
sui appellatione signare. ipsisq; proprietatem & officium ignis imprimis
assignant: ac prorsus vltro/citroq; ignis figuras præcipue honorant. Per
ignem itaq; signari arbitror cœlestium spirituum faciem: dei maxime spe-
cie insignem. Nam profecto sanctissimi qui de deo locuti sunt viri: sum- Ignis. G
mam illam & nullis obnoxiam figuris/formisq; substantiam varie in igne
describunt. quippe qui diuinæ proprietatis(si dici liceat) in rebus visibili-
bus plurimas seruat imagines. Nempe enim ignis sensibilis in omnibus(vt H
ita dixerim) est. & per õnia sine vlla sui admixtione proficiscitur. & ab om-
nibus prorsus excipitur. cumq; lucidissimus sit: ipse tamen non admota
materia(in qua suã vim/ suumq; ostẽdat officium) in seipso occultus atq; Ignis ꝓprietates & philosophia ad ascensum anagogicum mirabilis.
incognitus manet. neq; admittit habitum. neq; patet aspectui. ipse omnia
superat. et ea quibus insederit/ in suum traducit officiũ. omnibusq; quomo-
dolibet sibi appropinquantibus sui consortium tradit. renouat omnia calo
re vitali. ac fulgoribus apertis illuminat. teneri/ misceriq; non potest. discer-
nẽdi vi habet. atq; ĩmutabilis est. superiora semper petit. & in acumen ten-
dit. agilis. celer. sublimis. nullaq; vi vt inferiora petessat: adigi potest. sem
per mobilis. eodẽq; motu vigẽs. alia mouet. cõplectitur oĩa. cũ tamẽ astrigi
ipse non possit. cũq; alio ipse nõ egeat: sibiipsi tamẽ clã incrementa suppedi
tat. atq; in qualibet suscipiente materia suæ maiestatis potentiã indicat. ef-
ficax. potens. omnibus inuisibiliter præsens. si negligatur/non esse videtur.
attritu autem veluti irritatione quadam naturaliter ac proprie continuo lu
centem excitatur in flammã: rursusq; incõpræhensibili abuolat modo. cũq;
affatim omnibus participationem sui locupletissimam præbeat: nunq̃ ta-
mẽ ipse minuitur. Cõplures item alias ignis proprietates inuenies: diuinæ
actioni(quantum humanis imaginibus fas est) prope accedẽtes. Hoc itaq;
nõ ignorantes viri illi diuina sapientia repleti: cœlestes substantias/ ex igne
maxime effingunt. vt illarũ diuinam speciem/ ad dei imitationem tendere
59 pro viribꝰ: indicẽt. ¶ Humana quoq; illas forma describũt: ꝙ mẽte vigeãt I
homines/videndiq; vires habeant ad superna tendentes/sublimiq; ore/& Humana forma.
erecto sint statu/& per naturam ad imperandũ ac regendũ idonei. Cũq;
sensu ac viribus/brutorum animalium comparatione/ minimum valeant:
præstãti tamẽ virtute animi/ac rationabilis sciẽtiæ dominatu/ & ꝙ anima
naturaliter libera/seruire vinciq; non possit: oĩa superant. Possumus autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 15

& per singula plurifariam diuisa humani corporis membra: non inconcin nas (vt reor) imagines cœlestium inuenire virtutū. Dicimus enim visu quidem in sanctis angelis clarissimā signari aciem: qua diuinis hauriendis luminibus inhiant. simplicemq̧ præterea illam & liquidā nichilq̧ obluctantem: sed motus celeritate constantem/ purāq̧ & patulam suscipiēdis absq̧ perturbatione vlla diuinę claritatis fulgoribus/ qualitatem. Porro naribus olfaciendi ac diiudicandi vi præditis: capacē eorū perceptionem/ qua summam illam/ suauissimāq̧ fragrantiam pro viribus admittentes: cætera quę huiusmodi non sint/ scite diiudicant ac penitus fugiunt. Auribus vero: vim illam participandi/ diuinamq̧ participationem scite suscipiendi. Gustu autē: intelligibilis alimoniæ refectionem/ & diuinorum nutrientiumq̧ liquorum admissionem. At vero tactu/ constantiā illam exprimi putamus: qua quid vtile/ quid noxium sit/ perite discernunt. Palpebras autem & supercilia: statum illū significare arbitramur/ quo diuinę speculationis sensus atq̧ intelligentias cautissime seruant. Pubescentem vero ac iuuenilem ætatē: vitalis virtutis constantiam/ sempiterne vigentis. Porro dentes: diuisionē indultæ sibi perficiētis alimoniæ/ alentisq̧ perfectiones exprimere credimus. Quælibet enim substantia spiritualis/ quam ab augustiore perceperit vnicam & vniformem intelligētiā: prouida virtute diuidit atq̧ multiplicat/ dū inferiorem quoq̧ pro captu suo promouet/ atq̧ ad altiora sustollit. Humeros autem atq̧ vlnas/ & manus: faciendi & operandi strennuam ac potentissimam vim in diuinis spiritibus interpretamur. Cor item/ signum esse dicimus diuinam speciem præ se ferentis vitæ: quæ vitalem vim summi boni instar in inferiora disseminat. Porro pectora: virtutem insuperabilē/ seruandiq̧ vim/ vt est a subiecti cordis viuifica distributione/ significant. Dorsa vero: vim indicant vitales omnes virtutes cōtinentem. Pedes autem: mobilitatem/ celeritatē/ atq̧ cursum insinuant sempiterni motus ad diuina tendentis. Quocirca & sanctorum spirituum pennatos theologia pedes effinxit. Quippe alis signatur celeritas alta conscendens/ & cœlestis vitæ cursus: iter in anteriora semper ac celsiora consternens/ & (q̧ ad superiora feratur) mortalibus atq̧ infimis omnibus exceptus. Sed enim alarum leuitas: id in sanctis angelis indicat/ q̧ terreni corporis sarcina liberi/ toti absq̧ vlla admixtione vel pondere ad celsa ferantur. Q2 autē nudi ac discalceati describuntur: hoc signat/ q̧ liberi & absoluti & expediti/ atq̧ exterioris ois adiectionis labe sint puri/ & ad diuinæ simplicitatis similitudinem pro viribus tendant. Verum quia rursus simplex illa/ multiformisq̧ sapientia nudos etiam operit/ & vasa quædam illis circūferenda largitur: age ipsa quoq̧ cœlestiū spirituum sacra operimenta atq̧ instrumēta/ inquantū possumus/ explicare pergamus. Perlucidā nempe atq̧ igneā vestē signare arbitror diuinam speciem/ secūdū illā (quā diximus) ignis imaginē. illuminādi præterea vim: ob præmia in cœlo posita vbi lux est/ & quod prorsus intelligibiliter illustrat/ siue intellectualiter illustratur. Porro sacerdotalem vestem: vim illam adducendi ad diuina & sacratiora spectacula/ totiusq̧ vitæ consecrationem/ insinuare puto. Zonas vero: fœcūdarum ipsarū vir-

Nares. Aures. Gustus. Tactus. Palpebræ. Supercilia. Pubertas. Dentes. Humeri. Vlnæ. Manus. Cor. Pectora. Dorsa. Pedes. K Alæ. Alarum leuitas. Nudi. Discalceati. Vestis ignea. Vestis sacerdotalis. Zonæ.

tutum custodiam diligentem/cogentemq; ipsas in habitum: qui in semet singulari facilitate conuertitur/ac per gyrum circa seipsum immutabili idẽtitate versatur. Virgas itidem: regis ac ducis insigne præferre/ quod omnia recta perficiat/dicimus. Hastas vero atq; secures: vim dissimilia diuidendi/ discernentiumq; virtutum habilitatem/ & efficientiam/ atq; strennuitatem intelligimus. Vasa quoq; geometrica atq; fabrilia: fundandi & construendi ac perficiendi vim/ & quæq; alia sunt prouidentiæ illius munera/ quæ inferiora promouet/atq; conuertit. Interdum & diuinorum in nos iudiciorum signa sunt: quæ finguntur sanctorũ angelorum instrumenta. alijs quidem significantibus emendantẽ disciplinam / siue iustitiam punientem: alijs vero mœstorum casuum ereptionẽ/siue disciplinæ finem/ siue prioris fœlicitatis receptionem/seu aliorum quoq; munerum adiectionem: siue illa parua/siue magna siue carnalia/siue intelligibilia sint. Prorsusq; mens diuinis in rebus exercitata: nunq̃ dubitabit/ inuisibilibus rebus rerum visibiles coaptare imagines. At vero cũ ventorum appellatione censentur: naturæ summa celeritas (quæ cũcta ferme absq; vlla mora temporis penetrat) motusq; ille ex summis ad infima/rursusq; ex imis ad summa in momento pertingens profecto signatur/inferiora et secundo a se loco posita ad superiorem celsitudinem tollens/ primasq; substantias ad tradẽda inferioribus lucis suę consortia prouidentissime mouens. Dicet fortasse aliquis hũc aereum spiritum qui ventus dicitur: diuinã quoq; cœlestium spirituum præferre speciem. Habet enim & ipse/diuinæ actionis imaginem atq; figurã (sicut in symbolica theologia: iuxta quatuor elementorum expositionẽ/ pluribus documentis ostendimus) secundũ naturalem mobilitatem/ vimq; animãdi/ & celerẽ insuperabilemq; discessum/ & mobilium principiorum atq; finiũ incognitas nobis atq; inuisibiles latebras. Nõ eni scis (inquit) vnde venit: & quo vadit. Nubis quoq; speciẽ diuina scriptura illis effingit: per id ꝓfecto innuens/sanctos spiritus occulto quidẽ lumine supra mundanum impleri modũ: cæterum primitiuam illã/primoq; apparentẽ lucẽ/ modeste reuerenterq; suscipere/eamq; sequentibus absq; inuidia pro suo cuiusq; captu secunda deriuatione transfundere. præterea ꝙ illis & fœcunditas & vis item animãdi & augendi ac perficiendi assit: iuxta intelligibilis imbris fœcunditatem (quæ subiectum gremiũ ad vitalem partum pinguibus euocet pluuijs) rectissime nube signãtur. Et si quæritur/ quã ob causã æris quoq; & electri ac discolorum lapidum speciem diuinæ litteræ sanctis angelis applicant: id profecto dixerim electro (quod auri atq; argenti speciẽ præfert) ex qua parte auri color ostenditur/splendorẽ illum inuiolabilem designari: qui neq; consumi neq; imminui possit/neq; vlla ratione maculari. qua vero argentum lucet: nitidum illud ac purum/cœlesteq; iubar ostendi. Porro æri iuxta eas quas supra exposuimus rationes) ignis aut auri speciẽ oportet ascribi. At vero gemmarũ species colorum varietate distinctas: ita accipiendas puto. vt siue illæ sint candidæ: nitorem lucis insinuent. siue rutilæ: ignis speciem signẽt. siue fuluæ: rutilans referant aurum. siue virides: vigorẽ ac robur iuuentutis enuncient. Inuenies deniq; per singulas figurarum

L
Virgæ.
Hastæ.
Secures.
Vasa geometrica.
M
Venti.
N
Symbolica theologia.
O
Nubes.
Electrum.
P
Aes.
Q
Gemmæ.

imagines digniſſimos ſenſus:quibus ad ſuperiora feraris. Verum quia de
ijs pro modo virium noſtrarum ſatis dictum puto:ad cætera diſcutienda
tranſeamus/& cœleſtibus ſpiritibus effictas beſtiarū effigies explicemus.
Leo. Leonis faciem ſignare putamus:vim illā in angelis principalem ac robuſtā
& indomabilem/ per quam occultiſſimo illi ineloquibilis diuinitatis ar-
cano pro viribus ſimiles nituntur euadere: operti ſpiritualibus veſtigijs/&
expedita illa atq; ineffabili celeritate itineris:ad diuini fulgoris ſecreta ten-
Bos. dentis. Bouis autem imaginē: fortitudinis ac robuſtatis præferre ſpeciem/
& qua ſpirituales ſulcos ſuſcipiendis cœleſtibus fœcundiſq; imbribus ſcin
Cornua. dunt. Cornua itē:ſeruatricē illā ſignant atq; inſuperabilē vim. Porro effigiē
Aquila. aquilæ:regiā dignitatem/motumq; ad ſuperna tendentem/celeremq; vola
tum/atq; ad captandum neceſſariū reparādis viribus cibum:agilitatē atq;
vigilantiam/& curſum/& facilitatem ſummā. ac præterea vim illam ſingu
larem ſpeculādi atq; intēdendi libere/et directe(in nullā partem inclinan
do aciem luminū)in radiū illum vberrimū & lucidiſſimum deitatis:quem
Equi. ex ſe inſtar ſolis emittit. Equorū quoq; figurā:obedientiā in ſanctis āgelis
ſignificare dicimus/qua diuinis obtēperant iuſſis. Qui ſi quidē albi ſint:cā
dorē ac diuinæ propinquitatē lucis q̃ maxime ſignant. ſin vero pulli:occul-
ta diuinitatis inſinuant. ſi autem rubei: vigorem ignis & ſtrennuā efficaciā
indicant. ꝙ ſi ex albo/nigroq; permixti:vis illa ſignatur/qua traducente ne
ctuntur extrema. & prima ſecundis/ac ſecunda primis:cōuerſionis ac pru-
dentię ratione/iunguntur. Enimuero niſi cohibendæ prolixitatis rationem
haberemus:particulares quoq; memoratorum animaliū proprietates/cor-
poraleſq; illorum deſcriptiōes omnes:cœleſtibus illis virtutibus/diſſimiliū
Iracundia. ſimilitudinū ratione/aptiſſime congruere profecto doceremus. feruorē ira-
Cōcupiſcē-tia. cundiæ ad ſpiritualem fortitudinem:cuius extremū ira veſtigiū eſt. concu-
piſcētiam quoq; ad diuinum amorem. & vt totum ſimul explicem/ omnes
mutorum animātium ſenſus & partes in plura diſciſſas: ad virtutum cœ-
leſtiū altiſſimas intelligentias & vnicas virtutes/referentes. Verū prudenti-
bus nō modo iſta ſufficiunt:ſed vel vnius obſcuræ imaginis expoſitio/ad ſi
milia pari ratione ſoluenda ſufficiet. Illud inſuper inſpiciendū/quid ſibi ve
lint flumina/rotæ/& currus:qui cœleſtibus virtutibus cōiuncti referuntur.
Flumina. Nempe enim ignea flumina/ diuinos ſignificant latices: largiſſimā angelis
atq; indeficientem inundationis copiam largientes/ vitaliſq; fœcunditatis
Currus. altores. Currus autem:coniunctam ſimilium & æqualium ſocietatem ſi-
Rotæ. gnant. Rotę vero quæ altæ quidem ſunt/ cæterū in anteriora ſemper abſq;
vlla conuerſione in nullam partē declinando incedunt:vim profecto actio-
nis angelicę/qua rectā ſemper viam atq; arduam pergunt/ inſinuant. Quip
pe omnis illorū curſus/ſpiritualiſq; rotatus:ad viam illā erectā atq; arduā
cœleſti intentione dirigit. Poſſumus autē & iuxta aliū ſenſū: intellectualiū
Ezech. 10 rotarū figuralē deſcriptionē exponere. eſt enī eis(vt ꝓpheta ait)cognomē
inditum/gel/gel. quod Hebræorū voce reuolutiones ac reuelationes ſignifi
cat. Igneæ namq; atq; diuinæ rotę/regyrationes quidem habent:ꝙ ſempi
terno motu circa ſummū idem verſentur bonū. reuelatiōes autē:ꝙ occulta


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sacramēta reuelent/ & humiliores quosq; promoueāt/ sublimesq; diuini ful-
goris radios in inferiora agmina descēdendo trāsfundāt. Reliqua autē no- Gaudium.
bis ad exponēdū est gaudij cœlestiū ordinū ratio. sunt enim illi: passiuæ vo-
luptatis nostræ prorsus ignari. congaudere autē dicuntur deo/ in eorū qui
perierant inuentione: iuxta cōgruā sibi diuinam prorsus trāquillitatē/ & be-
nignissimā copiosissimāq; lætitiā (quam de illorū prouidentia & salute ca-
piunt: qui conuertuntur ad deum) ac voluptatem illam prorsus ineffabilē/
cuius & sancti viri sæpenumero participes effecti sunt: cum in eos diuinæ R
illius ac deificæ lucis fulgor influeret. Sed hæc hactenus de figuris ac ficti-
onibus sacris. quæ licet ad diligentiorem huiusmodi signorum enodationē
non attigerint: multū tamen (vt reor) conferent intelligētiæ nostrę/ ne in hu-
militate litteræ figamur/ figuralibusq; imaginibus inhęreamus. Qz si obij-
cias nos non omnium deinceps imaginum quæ in sacris litteris angelicas
virtutes actionesq; significant/ fecisse mentionem: respondebimus q verum
est/ fatebimurq; ingenue diuinarū & earū quæ supra mūdum sunt rerum/
partim liquidam nos ignorasse scientiam: atq; ad ea ediscenda quæ supra
nos sunt/ doctore ac duce indigere. partim quædam omisisse ex industria:
vt quæ ex antea expositis colligi possent/ tantundem ferme valentia. Si-
mul & ne modum liber excederet prospicientes: arcana cœlestia/ silentio
honoranda putauimus.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Easdem interdum substantiarum cœlestiū distin- C
ctiones: perfectas atq; docentes inducunt. Interdum sancti prophetæ: cœlestes spiritus
inducunt illuminatos & docentes/ interdum subiectos & discentes. et nōnunq̄ infimos
spiritus docentes: & supremos discentes inducūt. Apocalypseos cap. decimosexto: do-
cetur quisq; septem angelorū. ite & effundite septē phialas iræ dei. Et docet idē (qui pri-
us docebatur) cap. decimoseptimo. Et venit vnus de septem āgelis qui habebant septē
phialas: & locutus est mecū dicens. veni & ostendā tibi dānationem meretricis magnæ/
quæ sedet super aquas multas/ cū qua fornicati sunt reges terræ. Et vltimi docent. vt de
āgelo docente Agar: Genesis cap. decimosexto. Cumq; inuenisset eam angelus domini
iuxta fontē aquæ in solitudine/ quæ est in via Sur in deserto: dixit ad illam. Agar ancil-
la Sarrai: vnde venis/ & quo vadis? quę respōdit. a facie Sarrai dominę meæ ego fugio.
dixitq; angelus: reuertere ad dominā tuā/ & humiliare sub manu illius. multiplicās mul-
tiplicabo semen tuum: & non numerabitur præ multitudine. De angelo mysteria salua-
toris nostri/ & de nobis populo in eū credituro/ Esdram docente: Esdras libro quarto/
cap. secundo. Ego Esdras vidi in monte Sion turbā magnā quam numerare non potui:
& omnes canticis collaudabant dominū. & in medio eorum erat iuuenis statura celsus/
eminentior omnibus illis/ & singulis eorū capitibus imponebat coronas: & magis exal-
tabatur. ego autē miraculo tenebar. Tūc iterrogaui angelū/ & dixi: qui sunt hi dn̄e? qui
respondens dixit michi. hi sunt qui mortalē tunicā deposuerūt: & immortalē sumpserūt/
& confessi sunt nomen dei. modo coronātur: & accipiunt palmas. Et dixi angelo. ille iu-
uenis quis est: qui eis coronas imponit/ & palmas in manus tradit? Et respondens dixit
michi. ipse est filius dei: quem in sæculo confessi sunt. Ego autē magnificare eos cœpi:
qui fortiter pro nomine dn̄i steterunt. Tūc dixit michi angelus. vade/ annūcia populo
meo: qualia & quāta mirabilia dn̄i dei vidisti. Et de angelo docēte Danielē cap. 8. Aries
quē vidisti habere cornua: rex Medorū est atq; Persarū. porro hircus caprarū: rex Grę-
corum est. & cornu grāde quod erat inter oculos eius: ipse est rex primus. Qz autē fra-
cto illo surrexerunt quatuor pro eo/ quatuor reges de gente eius consurgēt: sed non in
fortitudine eius. Et æque āgelus docet Zachariā cap. primo/ secūdo/ quarto & quīto. Et
primarij/ supremiq; spiritus discūt. vt in Apocalypseos cap. quīto. quatuor animalia re-
quiem non habentia die ac nocte/ dicentia: sanctus/ sanctus/ sanctus/ dn̄s deus omnipo-

ẽs: qui est/ qui erat/ & qui venturus est: discunt/ cũ agnus soluit signacula libri/ itidẽ & vi
D ginti quatuor seniores: qui superiores nobis intelligentiarũ designant ordines. ¶ Easdẽ aliquando & primis & medijs extremisq; virtutibus proprie ac vere circũponi posse. Easdẽ formas quæ angelis circũpositę videntur in sanctorũ prophetarũ sacris visionibus/ nichil incõmodi est interdũ ad proprietates mediarũ & supremarũ intelligentiarũ pernoscẽdas: eisdem coaptare atq; circundare. queadmodum de alis & vultibus sanctissimorum seraphin cap. decimotertio dictũ est.
E ¶ Igitur & illa vel i anteriora cõuersio ac iugis intentio. Cuilibet supernarũ/ cœlestiũq; intelligentiarum cõmune est, prio iugis illa & ad deũ attenta cõuersio: quę miro amore flagrans & contẽplatione illustrata/ perficitur. Secundũ est circa se/ suã sedẽ et suũ ordinẽ firmus status/ suarũ virtutũ ad diuina obsequia constans custodia: & infract9/ idẽq; & permanens tenor/ nichil maius appetens: nichil minus/ nõ ꝓgrediens: non regrediens. Tertium est ad inferiora & sequẽtia/ clemens atq; benigna prouidentię dispẽsatio. Itaq; dum totæ in deũ cõuertũtur: semetipsas firmant & custodiunt/ pariter & inferiorib9 benigne ꝓuidẽt. Et angeli quoq; nostri/ diuina dispẽsatione nostri sub deo curã prouidẽtiãq; gerẽtes: sem
Matth. 18. ꝑ vidẽt faciẽ patris nostri (vt ipsamet ait veritas) qui in cœ
F lis est. ¶ Quã ob causã diuia eloquia igneã descriptionẽ præ omnib9 ferme honorare videntur. Ezechiel cap. primo: cum gloria dei illi apparebat. Et nu
Ignis. bes magna/ & ignis

Adiecta forma/ sex & triginta ignis proprietates cõtinet: ad suã anagogen reductas. mõstratq; deum/ pyramidis vniuersorũ/ summũ occupare cacumẽ: qđ sũma lux superambit. supmundanas substãtias: mediũ pyramidis luminosum sortitas. sẽsibilia vero/ basim tenere: iã plenitudinis/ multiplicis indigẽtię experiẽtẽ tenebras. Itaq; tres mũdi intelligũtur. primus est mundus lucis. secundus/ mundus luminis. & tertius/ mundus tenebrarũ. primus dicitur mundus itelligibilis. secũdus itellectualis: & infim9 sẽsibilis. Et hi tres: vnum sũt vniuersũ. Et vnum vniuersorum: deus vnus.



Mundus autem sensibilis hæc cõtinet: elementa/ animalia/ plantas/ fossilia.

Igneę rotę. Flumen igneum. Thronus igneus. Ignita animalia. Viri quasi ignē emittentes. Carbones.

inuoluens/& splēdor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri/id est de medio ignis. hæc erat visio discurrens in medio animaliū: splendor ignis/ & de igne fulgur egrediēs. Igneę rotę/flumen & thronus igneus. Daniel cap. septimo. Thronus eius flāmæ ignis/rotæ eius ignis accēsus/ fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. Ignita animalia. Ezechiel cap. primo. Et similitudo animalium & aspectus eorum quasi carbonū ignis ardētium & quasi aspectus lampadarū: & animalia ibant & reuertebātur in similitudinē fulguris chorus cātis. Viri quasi ignem emittentes. Daniel cap. decimo. Et ecce vir vnus vestitus lineis/& renes eius accincti auro obryso/& corpus eius quasi chrysolithus: & facies eius velut species fulguris,/ & oculi eius vt species ęris candentis. Et de angelo qui apparuit mulieribus in visitatione sepulchri domini: Mattheus cap. vicesimo octauo. Angelus enim domini descēdit de cœlo: & accedēs reuoluit lapidem/ & sedebat super eum. erat autem aspectus eius: sicut fulgur. Carbones & prunę cōgestę. Ezechiel cap. decimo. Ingredere in medio rotarum quæ sunt subter Cherubim: & imple manum tuam prunis ignis/quæ sunt inter Cherubim/& effunde super ciuitatem.

G ¶Nam profecto sanctissimi/qui de deo locuti sunt viri. vt Ezechiel/Daniel/& huiusmodi. & beatissimus Paulus epistola ad Hebræos cap. duodecimo. Etenī deus noster: ignis consumens est.

H ¶Nempe enim ignis/sensibilis in omnibus (vt ita dixerim) est. Sex & triginta: ad anagogen & diuinam assurrectionem/diuinus hic pater ignis assignat proprietates. Sed ignis ad sensibilia dūtaxat conferatur: deus autem ad vniuersa. de igne intelligātur sensibiliter: de deo autē diuine & intelligibiliter. Et hæ ex adiecta pyramide (cuius mucronem lux habitat inaccessa: & eius basim tenebræ) depræhendi possunt.

I ¶Humana quoq; illas forma describunt. In qua angelorum apparitione: apparēt proculdubio nares/aures/gustus/tactus/palpebræ/iuuenta/dentes/humeri/vlnæ/manus/pectora/dorsa/pedes/corq; intimū cogitatur. Vt de mystico angelo triformi Abraham apparente: Geneseos cap. decimo octauo. Cūq; eleuasset oculos: apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. quos cum vidisset: cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui/& adorauit in terra & dixit. dn̄e si inueni gratiā in oculis tuis/ne transeas seruum tuum/sed afferam pauxillum aquæ: & lauentur pedes vestri. & requiescite sub arbore: ponamq; buccellā panis/& confortetur cor vestrū. Ecce formā virilem nominat/oculos/pedes/ & cor. & alia ferme mēbra in sanctis patrū visionibus exprimūtur: de quibus solertissimus pater diligentem paulo post exequitur determinationem. Sed vt vno tractu/ quæ sequentia trahunt/ exequamur: quæ sunt hæc quadraginta/

1	Oculi	11	Manus	21	Virgæ	31	Bos
2	Nares	12	Cor	22	Hastæ	32	Cornua
3	Aures	13	Pectora	23	Secures	33	Aquila
4	Gustus	14	Dorsa	24	Vasa geometrica	34	Equi
5	Tactus	15	Leuitas alarum	25	Ventus	35	Iracundia
6	Palpebrę	16	Discalceatum	26	Nubes	36	Concupiscētia
7	Pubertas	17	Vasa tenentes	27	Aes	37	Flumina
8	Dentes	18	Vestis fulgida	28	Electrum	38	Currus
9	Humeri	19	vestis sacerdotal'.	29	Gemmæ	39	Rotæ
10	Vlnæ	20	Zonæ	30	Leo	40	Gaudium

Oculi. Nares. Aures. Gustus. Tactus. Palpebræ. Pubertas.

de vnoquoq; particulatim: ex prophetis paucula adducamus. Oculi. Genesis cap. decimo octauo: de angelis qui apparuerunt Abrahæ. Cum ergo surrexissent inde viri: direxerunt oculos contra Sodomam. Nares. Genesis cap. octauo/de angelo Noe. odoratus est dn̄s odorem suauitatis: & ait ad eum. nequaq̄ vltra maledicam terræ propter homines. Aures. Exodus cap. tertio/de angelo alloquente Mosem. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto: & clamorem eius audiui/propter duritiam eorū qui pręsunt operibus. Gustus. Genesis cap. decio nono/de duob9 angelis qui liberauerūt Loth de Sodoma. Compulit illos oppido/vt diuerterent ad eum: ingressisq; domum eius fecit cōuiuium/ coxit axyma: & comederunt. Tactus. Genesis cap. tricesimo secundo/de angelo qui cū Iacob luctatus est. Et ecce vir luctabatur cū eo vsq; mane: qui cum videret q eum superare non posset/tetigit neruū femoris eius & statim emarcuit. Palpebræ. Psalmus decimus. Oculi eius in pauperem respiciūt: palpebræ eius interrogant filios hominum. Pubertas. Marcus cap. decimo sexto/de angelo sepulchri dn̄i vitæ. Et introeuntes in mo=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 15

numentum viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida/& obstu-
Dentes puerunt. Dentes. Daniel cap. septimo. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: &
Humeri. tres ordines erant in ore eius/& in dentibus eius. Humeri. Deuteronomium cap. trice-
simo tertio de benedictione Beniamin a Mose. Et Beniamin (ait) amātissimus domini:
habitabit confidenter in eo/& quasi in thalamo tota die morabitur/& inter humeros il-
Vlnæ lius requiescet. Vlnæ. Daniel cap. decimo. Et brachia eius & quæ deorsum sunt ad pe-
Manus des: quasi species æris candentis. & vox sermonum eius: vt vox multitudinis. Manus.
Ezechiel cap. decimo. Apparuit in cherubim similitudo manus hominis: subtus pennas
Cor eorum. & passim de manu in prophetis reperitur. Cor. Daniel cap. secūdo. Aspiciebam
donec euulsæ sunt alæ eius: & super pedes quasi homo stetit/& cor eius datum est ei.
Pectora. Pectora. Apocalypsis cap. decimo quinto. Et exierunt septem angeli habentes septem
plagas de templo: vestiti lapide mundo & candido/& præcincti circa pectora zonis au-
Dorsa reis. Dorsa. Ezechiel cap. nono/de angelo signante viros signo Tau/in frontibus eorū.
Et ecce vir qui erat indutus lineis qui habebat atramentarium in dorso suo: respondit
Leuitas alarum verbum dicens, feci sicut præcepisti michi. Leuitas alarum. Daniel cap. nono. Ecce vir
Gabriel quem videram in visione a principio/cito volans tetigit me in tempore sacri-
ficij vespertini. & Ioannes apocalypseos cap. decimo quarto videt angelum volantem
per medium cœlum: habentem euangeliū æternum/ vt euāgelizaret sedentibus super
terram/& super omnē gētem/& tribum/& linguam/& populū: dicens voce magna. ti-
discalceatū mete dominū/& date illi honorē: quia venit hora iudicij eius. & adorate eum: qui fecit
cœlum/& terrā/mare/& fontes aquarū. Discalceatum. nudis/discalceatisq; pedibus in-
Vasa tenē- telliguntur angeli: qui apparuerūt Abraham/quibus dixit Genesis cap. decimo octauo.
tes. Afferam pauxillum aquæ: & lauentur pedes vestri. Vasa tenentes. Ezechiel cap. nono.
Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris/ quæ respicit ad aquilonē: & vniuscu-
iusq; vas interitus in manu eius. Et apocalypsis cap. decimo quinto/ de angelis quibus
datæ sunt phialæ. Et vnū de quatuor animalibus dedit septem angelis septem phia-
Vestis fulgida las aureas/plenas iracundiæ dei viuentis in sæcula sæculorum. Vestis fulgida. Lucas de
mulieribus sepulchrū domini summo diluculo inuisentibus/ cap. vicesimo quarto. Ecce
duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Et Ezechiel cap. primo. Similitudo quasi
aspectus hominis desuper: & per circuitū eius vidi quasi speciem electri. quasi aspectū
Vestis sacerdotalis ignis a lūbis eius & desuper: & a lūbis eius vsq; deorsum vidi quasi speciem ignis splen-
dentis. Vestis sacerdotalis. Apocalypsis cap. primo. Et cōuersus vidi septem cādelabra
aurea: & in medio septem cādelabrorū aureorum similem filio hominis vestitū podere/
Zonę. & pręcinctum ad mamillas zona aurea. Poderis siquidem vestis talaris/sacerdotalis est.
Virgæ Zonę. Nunc & cum veste sacerdotali dictum est. & cap. decimo quinto. Et pręcincti circa
pectora zonis aureis. Virgæ. Iudicum cap. sexto. Extendit angelus domini summitatem
Hastæ virgæ quam tenebat in manu: & tetigit carnes & panes azymos. ascenditq; ignis de pe
tra: & carnes/ azymosq; panes consumpsit. Hastæ. Secundus Machabeorum cap. vn-
Secures decimo. Apparuit præcedens eos eques in veste cādida: armis aureis hastam vibrans.
Secures. Ezechielis cap. nono de sex viris de via superioris portæ venientibus legeba-
Vasa geometrica. tur/secures in manibus habebāt. nunc autē illa littera de vasis interitus in manib9 eorū/
interpretata legitur. Vasa geometrica. Ezechiel cap. quadragesimo. Et ecce vir cuius
Ventus erat species quasi æris: & funiculus lineus in manu eius/ & calamus mensuræ in manu
eius. Ventus. Daniel cap. septimo. Videbā in visione mea/nocte: & ecce quatuor venti
cœli pugnabant in mari magno. Et Psalmus decimus septimus. Ascendit sup cherubim
Nubes. & volauit: volauit super pennas ventorū. Et centesimus tertius. qui facis angelos tuos
Aes spiritus: & ministros tuos ignem vrentē. Nubes. Apocalypsis cap. decimo. Et vidi aliū
angelū fortem descēdentem de cœlo/amictū nube: & iris in capite eius. Aes. Paulo su-
Electrum pra tactū est. Ezechiel cap. quadragesimo. Et ecce vir cuius erat species quasi æris. Ele-
ctrum. Ezechiel cap. primo. Et vidi/& ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: & nu
bes magna/& ignis inuoluens/& splēdor in circuitu eius. & de medio ignis: quasi spe-
Gemmæ cies electri. Et est electrū ex auro: quinta argēti parte adiecta. Gemmæ. Ezechielis cap.
primo. Et sup firmamentū quod erat iminens capiti eorū: quasi aspectus lapidis saphy-
ri. Et apocalypsis cap. quarto. Et ecce sedes posita erat in cœlo: & supra sedē sedens. &
qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis/& sardinis. & iris erat in circuitu sedis:
similis visioni smaragdinæ. Quæ hic nominātur gēmę/sunt: saphyrus flaua/iaspis mul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ticolor/& purpurea optima/sardius rutila/smaragdus viridis. ¶Leo. Bos. Aquila. Apo calypsis cap. quarto. Et animal primū simile leoni/ & secūdum simile vitulo: & tertium animal habēs faciem quasi hominis/& quartū animal simile aquilæ volāti. Et idē: Ezechielis cap. primo. Similitudo autem vultus eorū facies hominis/& facies leonis a dextris ipsorū quatuor. facies autem bouis a sinistris ipsorū quatuor. & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Cornua. Ad bouis effigiem pertinent/ vt quæ eius fronti sint impressa: tametsi & in apocalypsi cap. quīto legaᵗ. Et vidi/& ecce in medio throni & quatuor animaliū/& in medio seniorū agnum stantem tanq̄ occisum: habentē cornua septē & oculos septem/qui sunt septē spiritus dei/missi in omnem terrā. & venit: & accepit de dextera sedētis in throno librum. Et de eisdem: in plerisq; locis alijs. Aquila paulo ante expressa est. Et iterū apocalypsis cap. octauo. Et vidi/ & audiui vocē vnius aquilæ volantis per mediū cœlum: dicētis voce magna. vę vę vę habitātibus in terra. Equi. Zacharias cap. sexto. Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egrediētes de medio duorū montium. & mōtes: montes ærei. in quadriga prima: equi rufi. in quadriga secūda: equi nigri. in quadriga tertia: equi albi. & in quadriga quarta: equi varij/ & fortes. Iracundia. Iracūdiæ feruor ad leonem attinet/animal suapte natura iracundū: & quæ præsertim cum rugit/exprimitur. Et fortitudinem in angelo denotat: qualem signat dilectissimus a deo discipulus/apocalypseos cap. decimo. Et facies eius erat vt sol: & pedes eius tanq̄ colūna ignis. & habebat in manu sua libellū apertum. & posuit pedē suum dextrum supra mare: sinistrum autē super terrā. & clamauit voce magna: quēadmodum cū leo rugit. & cum clamasset: locuta sunt septē tonitrua voces suas. Et Zacharias cap. octauo. Sicut cogitaui vt affligerem vos cū ad iracundiā me prouocassent patres vestri: dicit dn̄s. Concupiscētia. Vt iracūdia ad leonem: ita concupiscentia ad equū (de quo paulo ante dictum est) refertur. & de quo/animaliū historiæ ita tradunt. salacissimum omniū tum feminarū/tum marium: equus est. Sed & psalmus quadragesimus quartus. Et cōcupiscet rex decorem tuum: quoniā ipse est dominus deus tuus/& adorabunt eum. Flumina ignea. Daniel cap. septimo. Fluuius igneus/ rapidusq; egrediebatur a facie eius. Currus. Quartus regum sexto. Cumq; orasset Heliseus: ait. dn̄e aperi oculos pueri huius: vt videat. & aperuit dominus oculos pueri: & vidit/ quia ecce mons plenus equorū & curruū igneorum in circuitu Helisei. Rotæ. Daniel cap. septimo. Rotę eius: ignis accensus. Et ezechiel cap. primo. Et aspectus rotarū & opus earū: quasi visio maris. & vna similitudo ipsarū quatuor: & aspectus earū & opera/quasi sit rota in medio rotæ. Gaudium. Beatissimus pater: angelorū gaudium ex sacrosancto euangelio nobis pie proponit contēplandū. Audite igitur diuinam benignitatē/nos errabūdas oues per os Lucę euāgelistæ cap. decimo quinto: ad se multa cōmiseratione reuocantē. Erāt inquit appropinquātes ei publicani & peccatores: vt audirent illū. & murmurabāt pharisei & scribæ/dicentes: quia hic peccatores recipit/& manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istā dicens. quis ex vobis homo qui habet centū oues/& si perdiderit vnam ex illis: nōne dimittit nonaginta nouem in deserto/& vadit ad illā quæ perierat donec inueniat eam? Et cū inuenerit eā/imponit in humeros suos gaudens: & veniēs domū conuocat amicos & vicinos/dicens illis. Cōgratulamini michi: quia inueni ouem meam quæ perierat. dico vobis q̄ ita gaudium erit in cœlo: super vno peccatore pœnitentiam agente/q̄ supra nonaginta nouem iustis qui nō indigent pœnitētia. Aut quæ mulier habens dragmas decem: & si perdiderit dragmam vnā/ nōne accēdit lucernam & euertit domū/& quærit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenerit/ conuocat amicas & vicinas dicens/congratulamini michi: quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. ¶Quocirca & sanctorū spirituum pēnatos theologia pedes effinxit. Esaias cap. sexto. Sex alę vni/& sex alę alteri: duabus velabāt faciem eius/& duabus velabāt pedes eius. ¶Custodiā diligentem/cogenteq; ipsas in habitū. Cogētem: colligentē atq; adunantē. ¶Interdū & diuinorū in nos iudiciorū signa sunt: quæ fingūtur sanctorū angelorū instrumēta. Signa diuinorū iudiciorū sunt: aut ad emendantem disciplinā/aut iustitiā punientē/aut ad mœstorū casuū ereptionē/aut disciplinæ finē/aut ad prioris fœlicitatis receptionē/aut ad aliorū munerum adiectionē. Ad emendātem quidē disciplinā. vt Numeri cap. vicesimo secundo de Balaam. Protinus aperuit dn̄s oculos Balaam: & vidit angelū stantem euaginato gladio/adorauitq; eū in terrā. Cui angelus: cur inquit tertio

Leo
Bos
Aquila
Cornua
Aquila
Equi
Iracundia
Concupiscentia.
Flumina ignea
Currus
Rotæ
Gaudium
K
L
M
Emendans disciplina.

verberas asinam tuam? ego veni vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua/michiq;
contraria. & nisi asina declinasset a via dans locū resistenti: te occidissem & illa viueret.
Iustitia puniens — vade cum istis & caue/aliud ne q̄ precepero tibi loquaris. Iustitiā punientē. secūdus re-
guin cap. vicesimo quarto. Immisitq; dn̄s pestilentiā de mane vsq; ad tēpus constitutū:
& mortui sunt ex populo a Dan vsq; Bersabee/septuaginta milia virorū. Cunq; exten-
disset manum suā angelus super Hierusalem/vt disperderet eā: misertus est dn̄s super
afflictionem. & ait angelo percutiēti populū: sufficit nunc/contine manū tuā. Erat autē
angelus domini iuxta areā Areuna Hiebusei. Dixitq; Dauid ad dn̄m/cū vidisset angelū
cędentē populū. ego sum qui peccaui: & ego inique egi. isti qui oues sunt/quid fecerūt?
Mœstorum casuū ereptio. — vertatur obsecro manus tua contra me: & contra domū patris mei. Ad mœstorū casuū
ereptionē. Apocalypsis cap. vicesimo. Et vidi angelū descēdētem de cœlo habentē cla-
uem abyssi/& catenā magnā in manu sua: & apprehēdit draconē serpentē antiquū (qui
est diabolus & sathanas)& ligauit eū per ānos mille/& misit eū in abyssum & clausit/&
Finis disciplinæ — signauit sup illū vt nō seducat amplius gētes/donec cōsummētur mille anni. Disciplinę
finem. Amos cap. octauo. Et ecce vncinus pomorū. & dixit/quid tu vides Amos? Et di-
xi: vncinū pomorū. Et dixit domin9 ad me. venit finis super populū meū Israel/& ecce
dies veniūt dicit domin9: & emittā famem in terrā. nō famē panis/neq; sitim aquæ: sed
audiēdi verbum domini. & cōmouebūtur a mari vsq; ad mare: & ab aquilone vsq; ori-
Prioris fœlicitatis receptio. — entem circuibūt/quęrentes verbū domini & nō inuenięt. & cadent: & nō resurgēt vltra.
Ad prioris fœlicitatis receptionē. Zacharias cap. secūdo. Et leuaui oculos meos & vidi:
& ecce vir/& in manu eius funiculus mensorū. Et dixi: quo tu vadis? & dixit ad me/vt
Donorum adiectio. — metiar Hierusalē: & videā quāta sit lōgitudo eius/& quāta latitudo eius. absq; muro ha-
bitabitur Hierusalē: præ multitudine hominū/& iumentorū eius. Donorū adiectionem.
Hieremias cap. vicesimo quarto. Quid tu vides Hieremia? ficus bonas: bonas valde.
& malas: malas valde/quæ comedi nō possūt/eo q̄ sint malę. Et factū est verbū domini
ad me dicēs. Hæc dicit dominus deus Israel. sicut ficus hæ/bonæ: sic cognoscā trāsmi-
grationē Iuda (quā emisi de loco isto in terrā Chaldeorū) in bonū. & ponā oculos meos
super eos ad placandū: & reducā eos in terrā hanc. & ędificabo eos: & nō euellam. & da
bo eis cor: vt sciant me/quia ego sum dn̄s. Ceteræ differentiæ: paruū/magnū/carnale/
N intelligibile: superioribus exēplis satis agnosci possunt. ¶Sicut in symbolica theologia:
Symbolica theologia. — iuxta quatuor elementorū expositionem pluribus documentis ostendimus. Symbolica
theologia/hoc est significatiua theologia: nō habetur. Deus vniuersorū bonorū largi-
tor: pijs mētibus hoc sacrū suę cognitionis munus ad suū honorē reparet atq; restituat.
O ¶Non enim scis (inquit) vnde venit/& quo vadit. Ioānes cap. tertio. Spiritus vbi vult
P spirat/& vocē eius audis: sed nescis vnde veniat/aut quo vadat. ¶Id profecto dixerim
electro: quod auri atq; argēti speciem pręfert. Cum auro/argenti portio quinta adiecta
est: electrum esse diffiniunt naturales historiæ. quod naturale fuerit/preciosum admodū
Q est: suo nitore non modo visui ablādiens/sed & imposita venena prodens. ¶At vero
gemmarum species colorum varietate distinctas: ita accipiēdas puto. Candidæ gēmæ:
vt onyx/sardonyx/& chrystallus. Rutilę: sardius/carbūculus. Fuluæ: saphyrus/chryso-
lithus. Virides: smaragdus/beryllus/topazius.

Has nouē noiat Ezechiel cap. 28. — Has duodecī noiat Ioānes apocalypsis cap. 21.

Gemmæ	Colores	Gemmæ	Colores
Sardius	Flauus	Iaspis	Purpureus optimus
Topazius	Viridis	Saphyrus	Flauus
Iaspis	Multicolor	Calcidonius	Fuscus
Chrysolithus	Aureus	Smaragdus	Viridis
Onyx	Candidus	Sardonyx	Cādicās vt vnguis in carne
Beryllus	Ceruleus	Sardius	Rutilus
Saphyrus	Flauus	Chrysolithus	Flauus
Carbunculus	Igneus	Beryllus	Ceruleus
Smaragdus	Viridis	Topazius	Viridis
		Chrysopassus	Guttatim aureus
		Hiacintus	Rubeus
		Ametisthus	Violaceus

¶Cuius & ſancti viri ſępenumero participes effecti ſunt. vt Paulus/ Petrus/ Ioannes. R
Paulus. Epiſtola ad Corinthios ſecūda cap. duodecimo. Si gloriari oportet: nō expedit Paulus
quidē. Veniā autē ad viſiones & reuelationes domini. ſcio hominē in CHRISTO ante
annos quatuordecim (ſiue in corpore/ſiue extra corpus: neſcio/ deus ſcit) raptum vſq; ad
tertiū cœlum. & ſcio huiuſmodi hominē (ſiue in corpore/ſiue extra corpus/neſcio: deus
ſcit) quoniā raptus eſt in paradiſū: & vidit arcana verba q̄ nō licet homini loqui. Petrus. Petrus
Matthęus cap. decimo ſeptimo. Et poſt dies ſex/aſſumpſit IHESVS Petrū/& Iacobū/
& Ioannem fratrem eius in montem excelſum ſeorſum: & tranſfiguratus eſt ante eos.
Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimēta autē eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce
apparuerunt illis Moſes & Helias cum eo loquentes. Reſpōdens autē Petrus dixit ad
IHESVM. bonū eſt nos hic eſſe. ſi vis/ faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum/Moſi
vnum/& Heliæ vnū. Et Ioannes ad tam fœlix ſpectaculū admiſſus: videt apocalypſeos Ioannes
cap. viceſimo primo/ ſanctā ciuitatem Hieruſalem nouā/deſcendētem de cœlo: a deo
paratā/ſicut ſponſam ornatā viro ſuo. Et audit vocem magnā de throno dicētem. ecce
tabernaculū dei cum hominibus/& habitabit cum eis. & ipſi populus eius erunt: & ipſe
deus cum eis/erit eorum deus. & abſterget deus omnem lachrymā ab oculis eorum: &
mors vltra non erit/neq; luctus/neq; clamor/neq; dolor erit vltra/quæ prima abierunt.
Et illa ciuitas claritatem dei habet/& fundamēta eius omni lapide precioſo ornata. Do
minus autem deus omnipotēs: templum illius eſt/& agnus. & nō eget ſole/ neq; luna:
vt luceant in ea. nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius/eſt agnus. Et ſimile
ſpectaculū vidit Eſdras libro quarto cap. ſecundo. ¶Veſtram igitur O IHESV CHRI
STI nomen habentes/recognoſcite ciuitatem: & viuite veſtro nomine digni. benigniſ-
ſimā erga vos diuinæ pietatis agnoſcite diſpenſationē. et iam angelicę amminiſtratio-
nis & cuſtodiæ facti cōſcij: nolite corā angelo imo angelis dei dicere/non eſt prouidētia. Eccés. 5

¶DECIMIQVINTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



55 EXplicat ſingulatim in hoc capite ſacer Dionyſius/quid ſpiritualis in-
telligentiæ habeāt figurę illę & formę ſenſibiles: quibus ſacra ſcriptu-
ra cœleſtes ſpiritus exprimit/vt in primo & ſecūdo huius libri capite
dictum eſt. Tempus (inquit) & res ipſa nunc admonet: vt remittentes
pauliſper animorū noſtrorum ad diuina conuerſionem/& mētis no-
ſtrę oculos ab altiſſimis illis cœleſtiū ſpirituū contēplationibus/a ter-
tio huius operis capite ad hunc vſq; locū explicatis/aliquātiſper de-
flectentes/detorquenteſq; ad inferiora: deſcēdamus ad illā diuiſibilem & in plura diſſe-
ctam multitudinem diuerſitatis angelicarū formarū & figurarū materialiū/quæ in ſan-
cta ſcriptura affatim nominātur. & deniq; rurſus ab huiuſmodi multiformibus imagini-
bus/tanq̄ diuiduis quibuſdā ſignis: ad ſimplicitatē indiuiduā cœleſtium ſpirituum/ per
illarum imaginum explicationē/reſerationem & enodationem: conſcendentes ad alta/
56 reuertamur. ¶Porro id ante omnia exploratum eſſe debere admonet/ꝙ deſignationes
huiuſmodi ſenſibilium imaginum inducunt interdū eaſdem angelicarum ſubſtātiarum
diſtinctiones & ordines: nunc quidem docentes & præſides/ nunc vero diſcētes & ſub-
iectas/ſed ratione habita ad diuerſa. Interdum itidem inducūt vltimas cœleſtes ſubſtā-
tias docentes/primas vero & ſupremas diſcentes: & vtrunq; recte/atq; cōparatione hic
ad deum/illic vero ad homines habita. Oſtendūt etiam huiuſmodi ſenſibiles imagines:
primas cœleſtium ſpirituū ſubſtantias/& medias/itidem & extremas: ſuis quāq; virtu-
tibus eſſe pręditas. Cūq; hæc omnia aperte explicātur/quę per ſenſibiles repræſentan-
tur imagines: nichil abſurditatis aut a ratione alienū in his inuenitur. Nempe ſi dicerē-
tur inferiores angelicæ ſubſtantiæ regi & doceri a prioribus/& deinde eaſdem priores
regere ac docere: ſimiliter ſi putarentur priores cœleſtes ſpiritus docere extremas/&
poſtea ab illis extremis diſcere: eſſet nimirū ea res valde abſurda/& confuſionis plena.
Si autem eædem cœleſtes ſubſtātiæ docent quidē & docentur: nō tamen eaſdē docent
a quibus docentur/neq; ab iis diſcunt quas docent. ſed inferiores a ſuperioribus regū-
tur & diſcunt/primæ autē & ſupremæ regūt ac docent ſubiectas: ex his cōgruenter col-
ligitur eaſdem ſacras imagines in ſancta ſcriptura efformatas/ proprie & vere appli-
57 cari poſſe aliquādo primis cœleſtibus ſpiritibus/& medijs/& extremis. ¶Tria deinde
ponit: omnibus ſupernis ſubſtantijs cuiuſcūq; ſint ordinis/cōmunia. Quorum primum
reſpicit quod ſupra ipſas eſt: ſcilicet iugis in anteriora ſuperioraq; intētio/atq; in deum

Cap. 15

conuerſio, Secundũ cõcernit ipſaſmet: ſcilicet firma in ſuis locis manſio/atq; a cõſtituto ſuo gradu nuſq̃ digreſſio/quo vires ſuas tueantur & cuſtodiant. nec citra declinantes: neq; vltra q̃ par eſt/ſe promouentes. Tertium vero ſpectat ad ea que poſt ipſas ſunt: videlicet ea habitudo & ſocietas/ per quam elargitione diuinorum fulgorum procedũt ad inferiores rationales ſubſtãtias/& indulta ſibi a deo dona eis cõmunicant. per quod diuinæ prouidentiæ/ſua õibus largiſſime diſpẽſantis: fiunt æmulæ ac participes. itaq; hęc tria omnibus (vt dictum eſt) angelicis ſpiritibus conueniunt: ſed diuerſo modo. nam ſupremis/ eminentiſſime ac integerrime: ſequentibus vero/ particulariter & inferiore

Ignis

modo. ſicut etiam ante ſępius eſt dictum. ¶ Deinceps inquirit/quã ob cauſam ſacræ lit= 58
teræ igneam figuram in cœleſtium ſpirituum deſcriptione/præ cæteris alijs ſenſibilibus formis concelebrant: ſæpius illam q̃ quaſcunq; alias/ipſis diuinis ſubſtantijs applican= tes. Nempe in ipſis ſacris eloquijs inueniũtur effingi rotæ igneæ/ animalia ignita/ & viri igneo fulgore coruſcantes. Inſuper deſcribũtur iuxta ipſos angelicos ſpiritus/congeſti carbones ignis admoueri: & flumina igneo feruore rapida. Rurſum & throni exprimũ= tur ignei/& ſancta ſeraphim ſuo nomine dicũtur incendendi officiũ ſignificare: quibus diuina eloquia pręſertim ignis ꝓprietatẽ accõmodant. & ita varijs modis & locis: ignis figuram angelis honeſte attribuũt. ¶ Reſpondet. ꝙ per ignem deſignatur cœleſtium ſpirituũ habitus ac ſpecies: dei imagine potiſſimũ & expreſſe inſignita/ac propemodũ illi perſimilis. Nam deiloqui patres diuinam ſubſtantiam nullis ſubiectam formis cor= poralibus/diuerſo modo & frequentius in igne exprimunt: eo ꝙ ipſe ignis/ diuinarum proprietatum ſenſibiliter multas habet ſimilitudines. Quod in ſex & triginta proprieta= tibus hac figura deſcriptis: luculenter oſtendit. Verum hic cuiq; ſenſibilis ignis proprie= tati: reſpõdet in eadẽ linea ipſius intelligibilis ignis (qui deus eſt) proprietas/hoc modo.

Sex & tri= ginta ignis ꝓprietates

	Ignis ſenſibilis.	Ignis intelligibilis/qui deus eſt.
1	In omnibus ſenſu perceptibilis eſt.	In omnibus cognoſcibilis intellectualiter
2	Per omnia ſyncęre proficiſcitur.	Omnia pure permeat.
3	Ab õibus rebus prorſus excipit.	Ab omnibus eminenter exceptus eſt.
4	Luсidiſſimus eſt fulgore ſenſibili.	Itidem lucidiſſimus ſplẽdore intellectuali
5	Nõ admota materia manet occultꝰ	In ſeipſo incognitus & abditus manet.
6	Non admittit ab altero cõtinentiã.	Teneri & haberi nequaq̃ valet.
7	Non patet aſpectui.	Inuiſibilis eſt/& oculis imperuius.
8	Omnia vigore ſuo ſuperat.	Cuncta virtute ſua ſuperexcedit.
9	Ea quibus inſidet: in ſe traducit.	Omnia quibus inſeritur/in ſe transfert.
10	Admotis oibus ſui cõſortiũ tradit.	Omnibus ſe propagat & cõmunicat.
11	Vniuerſa calore vitali renouat.	Omnia ſpirituali feruore innouat.
12	Fulgoribus apertis õnia illuminat.	Omnibus intelligibiliter illucet
13	Teneri/conſtringiq; non poteſt.	Incompręhenſibilis & incircũſcriptus eſt.
14	Permiſceri rebus non valet.	Impermixtus/& alijs incõfuſus eſt.
15	Diſcernendi diuerſa/vim habet.	Omnia diſcernit & dijudicat.
16	Permutari a ſua natura nõ poteſt.	Immutabilis atq; inuariabilis eſt.
17	In ſublime ſemper fertur.	Summa petit/& ad alta conſcendit.
18	In acumen & mucronẽ tendit.	Acutus eſt/& cuncta penetrat.
19	Agilitate prædіtus eſt.	Agilis eſt ſpiritualiter.
20	Celeritatem motus habet.	Velox & celer eſt.
21	Altus eſt/& excelſo ſitus loco.	Sublimis eſt/& cuncta ſupergrediens.
22	Nulla vi ad inferiora cogi poteſt.	Incogibilis eſt.
23	Semper agitabilis.	Mobilis ſemper/ & nunq̃ torpens.
24	Eodem motu ſemper vigens.	Eodem tenore ſe ſemper habens.
25	Alia/ virtute ſua mouet.	Omnia vigore ſuo mouet.
26	Cunсta ſuo ambitu complectitur.	Omnia compręhendit.
27	Aſtringi non poteſt aut coartari.	Manet inaſtringibilis.
28	Alio non indiget.	Nullius egens eſt.
29	Sibi clam nutrimenta miniſtrat.	Semetipſum clam paſcit.

	Ignis ſenſibilis.	Ignis intelligibilis.
30	Vim ſuā ſubiectæ materię oſtēdit.	Virtutem ſuā rebus ſubiectis indicat.
31	Magnam habet efficaciam.	Efficaciſſimus eſt.
32	Singularem obtinet potentiam.	Potentiſſimus eſt/& ipſa potentia.
33	Omnibus inuiſibiliter adeſt.	Cunctis imperceptibiliter præſens eſt.
34	Si negligatur: nō eſſe videtur.	Neglectus haud apparet.
35	Attritu & flatu excitatur in flāmā.	Quęſitus cito emicat/& cito diſparet.
36	Sine diminutione ſeipm coīcans.	Sine detrimento oībus ſe tradens.

Complures etiam aliæ colligi poſſunt ignis ſenſibilis proprietates: diuinæ actioni apta
proportione reſpondentes. Quod perſpectum habentes viri ſacratiſſimi & dei ſapien-
tia pleni/angelicas ſubſtantias maxime in igne deſcribunt: vt illarū intellectualem ſpe-
59 ciem/ad deiformitatem ac dei imitationē enixius contendere ſignificēt. ¶Inſuper hu- Humana
mana forma depingunt ac exprimunt cœleſtes ipſos ſpiritus ſacri ſcriptores: q mente forma.
præditi ſint homines ſicut & angeli/videndiq; vim corporalem habeāt ad alta directā/
ore ſint ſublimi/vultuq; & ſtatura erecta. quemadmodum cœleſtes ſubſtantiæ mentis
aciem ſemper in alta ſuſtollūt: & ad deum indeflexibiliter ſunt intentę. homines itidem
vt regant & dominentur alijs/natura ſunt apti: ob rationis vigorem/ad recte alios mo-
derandum dirigentem. & in hoc angelicis ſubſtantijs perſimiles: ſequentium ſe/duci-
bus ac pręſidibus. Et q̄uis homines ſenſuum corporalium viuacitate & acumine itidem
& viribus corporis/ longe minus q̄ bruta animalia valeant: eximia tamen animi vir-
tute/ dominioq; rationis & prudentiæ omnia ſuperant animalium genera. & ob hoc
itidem / q anima rationalis/ libera voluntatis poteſtate naturaliter donata: in ſerui-
tutem adigi aut cogente vi ſuperari non poſſit. Qz ſi lubet per ſingula corporis hu-
mani membra(vt perrecte id fieri poteſt)aptas exprimendis angelicis proprietatibus
imagines corporales/inquirere: inuenientur in ipſis oculi nobis deſignare clariſſimam Oculi.
mentis aciem: qua diuinis percipiendis fulgoribus ſemper ſunt intenti. præterea & pu-
ram illam contēplandi diuina facultatem: ſyncęrā omnino/& nequaq̄ ex imbecillitate
reluctātem ſuperne iactis in eam radijs/ſed hauriendæ iugiter diuinæ claritati paten-
tem. ſicut oculi corporales acuti non trepidant ad ſolis iubar. Per nares vero/quę in re- Nares.
bus corporalibus olfaciendi & odores diiudicandi vim habent: intelligitur capax cœle-
ſtium ſpirituum perceptio/qua diuinam & ſpiritualem admittentes ſuaueolentiā: quod
illi contrariū eſt & tetri odoris/facile diſcernunt & refugiunt. Per aures accipienda eſt Aures
vis ſcientiam diuinam percipiendi: & quod deus illis inſinuat cognoſcendi/quoniā au-
ditus eſt ſenſus diſciplinę. Per guſtum intelligi debet ſpiritualis alimoniæ in angelis re- Guſtus
fectio: & diuinorum ciborum admiſſio. Deniq; per tactum illa angelicæ naturæ conſtan- Tactus
tia: quæ quid vtile ſit aut noxium diiudicat. At vero palpebræ & ſupercilia cœleſtibus Palpebrę
ſubſtantijs applicata/deſignant eam virtutem ipſarum & habitum: quo diuinæ ſpecu- Supercilia
lationis notionem & ſenſum prouide ſeruant. Palpebris enim obteguntur oculi: & vi-
dendi vis illeſa conſeruatur. Demū pubertas & iuuenilis ætas deſignare nobis putāda Pubertas
eſt vitalis virtutis conſtantiā: non labentis in deterius/ ſed ſempiterno vigore perma-
nentis. q iuuentus in animalibus vires naturales ſeruat infractas: neq; ob pueritiam
nimium molles/neq; ob ſenium debilitatas. At vero dentes in ſupramundanis ſpiriti- Dentes
bus exprimūt nobis diuiſionem alimoniæ ſpiritualis illis indultæ: atq; in plura diſtri-
butionem. Vnaquæq; enim cœleſtis ſubſtantia: vnicam & vniformem a ſuperiore ſuſci-
pit rerum diuinarum intelligentiā. quam deinde prouide diuidit atq; multiplicat: cum
ipſam in inferiores ſparſim diffundit/eaſq; ad altiora huiuſmodi diſtributione promouet
ac euehit. Eſt enim dentium propriū: integre ſumptum cibum diuidere ac cōtundere. Humeri
Humeri autem/vlnæ & manus: ſtrennuam & validam operandi vim in cœleſtibus ſpi Vlnę
ritibus nobis ſignificant. q his corporis partibus onera ferimus: & opus ōne molimur. Manus
Cor vero ſignum eſt atq; ſignificatio vitæ ſpiritualis angelicę: diuinam imaginem clare Cor
exprimentis. quæ quidem vita virtutē vitalem in inferiora diffundit: inſtar ipſius ſūmi
boni/in omnia ſubiecta ſuę bonitatis diuitias communicantis; & quia vita eſt perpetua/
omnia viuificantis. Eſt enī cor in animalibus ſedes vitæ: eam in omnia membra propa-
gans. Cæterum pectora in cœleſtibus ſubſtantijs deſignant vim inſuperabilem ſeruādi Pectora
virtutem vitalem; a viuifica diſtributione cordis propinqui emanantem. Dorſa vero ſi- Dorſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Pedes
gnificant in ipſis vim ſpiritualem: vitales omnes virtutes complectẽtem. Pedes autem
Alæ
celeritatem & agilitatem nobis indicãt ſempiterni motus angelorũ/ad diuina indefeſſe
tendẽtis. Idcirco ſancta ſcriptura: pedes ſanctorum ſpirituũ pẽnatos deſcribit. Alis nãq;
deſignatur eorum celeritas in alta tendens/& velociſſimus vitæ cœleſtis motus: iter in
Alarum leuitas.
ſuperiora ſternens/& ab infimis rebus except9. ꝙ alis aues in ſublime feruntur: & terrę
interiora relinquunt. Porro alarum leuitas in ſanctis ſpiritibus inſinuat: ꝙ ſine terreni
Nudi Diſcalceati
corporis põdere aut admixtione materiæ/ad excelſa ferãtur. ſunt enim ipſi omnes: na-
tura incorporei. Qꝫ autem nudi & diſcalceati cœleſtes angeli interdum efformantur: ſi-
gnificat ꝙ omnis adiectionis exterioris onere ſunt expediti & liberi (ſunt enim calcei &
veſtes: nobis ab extrinſeco adiectitiæ) & ꝙ nulla externorum additamentorũ mole ac
ſarcina degrauati: ad diuinæ vnitatis & ſimplicitatis ſimilitudinem (quãtum eis datur)
aſpirent. Cæterum quoniã diuinorũ myſteriorũ ſcientia: ſimplex in ſpirituali intelligen-
tia/& multiformis in ſignis corporalibus/angelicos ſpiritus interdum exprimit veſtitos
& inſtrumenta geometrica manibus ferentes: quid ſacra ipſorum veſtimenta & inſtru-
Veſtis lucida & ignea
menta ſignificent/explicandũ eſt. Sane perlucida & ignea veſtis/cœleſtibus ſpiritibus
circũpoſita: deſignat ſacram eorũ ſpeciem/diuinæ ſubſtantiæ perſimilem. ſecũdum illã
ignis ad deum ſimilitudinẽ: quæ paulo ante adducta eſt. Indicat præterea ea veſtis vim
illuminandi qua ſunt prędit: ob retributionem illis in cœlo conſtitutam. vbi lux eſt per-
petua & nox locum nõ habet/quod quidẽ cœlum plane intellectualiter illuſtrat: ratione
ſui luminis. quod ꝗuis ſit ſenſibile oculis: eſt tamen intelligibile intellectui/intelligibili-
terq; illuminat: diuinitatis lumen inſinuans. Lumen item cœli: a lumine diuini intel-
Veſtis ſacerdotalis
lectus illuſtratur. nam cœleſte lumen: luminis diuini intellectus eſt veſtigiũ. hinc & cœlũ
ipſum ratione ſui luminis: hic etiam dicitur intellectualiter illuſtrari. Sacerdotalis vero
veſtis inſinuat vim illam adducendi ſequentia ad diuina/quã habent cœleſtes ſubſtan-
tiæ: & totius vitæ ad dei miniſterium cõſecrationem. Nam ſacerdotum eſt: alios ad deũ
Zonæ
adducere/ſeq; deo conſecrare. Zonæ autem in ipſis demonſtrant ſpiritualium ſuarum
virtutum diligentẽ cuſtodiam: colligẽtem ipſas in habitum & firmitatem. qui quidẽ ha
Virgæ
bitus/in ſemetipſum facile conuertitur: & per gyrum circa ſeipſum immutabili ſtabili-
tate verſatur. Cõſtringit enim zona veſtes: & in gyrũ circa corpus flectitur. Virgæ itidẽ
cœleſtibus ſpiritibus attributæ/pręferũt ac oſtendunt ſignum regis & ducis: quod õnia
Haſtæ Secures
recte dirigat. Nempe illis deſignatur authoritas & poteſtas regendi alios: quã accepe-
runt. At vero haſtæ & ſecures ſignificant vim cœleſtium ſpirituum/ qua diſſimilia diui-
dant ac ſeparent: vt bonos a malis & probos ab improbis. ipſorũq; diiudicantiũ & di-
Vaſa geometrica.
ſcernentium diuino iuſſu merita hominũ: virtutem/efficaciam & vigorem. Securibus
enim: quæ coniuncta ſunt diuellimus. Inſtrumẽta autem geometrica & fabrilia/quibus
inſtructi deſcribuntur diuini ſpiritus: indicant vim fundandi/ conſtruendi & perficiendi
ſpiritualia ædificia in cœleſti Hieruſalẽ/& quæcũq; alia ſunt prouidentię angelicæ mu-
nera: quæ inferiora ad deum promouet ac conuertit. Eadem itidem inſtrumenta: inter-
dum diuinorum in nos iudiciorum ſunt ſigna. Et aliqua ex his ſignificant emẽdantem
diſciplinam: aut iuſtitiam dei puniẽtem. Aliqua vero a mœſtis caſibus liberationẽ: aut
diſciplinæ a deo inflictæ finem. Deniq; nõnulla illorum ſignant prioris fœlicitatis rece-
ptionem: aut aliorum munerum diuinorum ad priora adiectionem. ſiue illa dona parua
ſint ſiue magna/ſiue corporalia ſiue ſpiritualia. Horum autem omniũ exempla ex ſcho
lijs requirantur. Et profecto mens humana ſacrarum litterarum ſtudio exercitata: facile
Venti
valebit rebus ſpiritualibus aptas aſſignare imagines materiales/ex proportione recta &
reſpõſione proprietatis harum ſenſibilis ad intellectualem illarũ cõditionem. Porro cũ
ventorum nomine exprimuntur angelicæ ſubſtantiæ: ſignatur naturę illarum ſumma
celeritas/cuncta fere abſq; mora temporis penetrãs & percurrens. Declaratur etiã ea-
rumdem motus velociſſimus: ex cœlo in terram/& ex in terra in cœlum etiam in mo-
mẽto eas deferẽs/& longe quidem celerius ꝗ̃ ſol radios ſuos per totum orbem ſpargit.
Secundo idem motus: inferiora cœleſtia agmina & ſub ſe poſita/ad ſuperiora attollit. &
tertio ſupremas & primæ diſtinctionis cœleſtes ſubſtantias: ad cõmunicãda ſequẽtibus
ſuſceptæ a deo lucis munera/prouida ratione concitat. Neq; itidem aberrabit a vero/
qui dixerit ipſum aereum ſpiritum qui ventus dicitur: diuinam ſupernorum ſpirituum
exprimere faciem/ſpeciem & ſimilitudinem. Nam & ipſe vẽtus habet diuinæ actionis
expreſſionẽ & figuram (quẽadmodum in ſignificatiua theologia iuxta myſticã quatuor

elementorum explicationem: diuinus pater plurifariam se ostendisse perhibet) potissi=
mum secundum has quatuor proprietates. Primo mobilitatem. quia ventus facile mo=
bilis. & omnibus mobilibus mobilior est sapientia: quę deus est. non quidē secundū sub= Sapi.6.
stantiā suā/ nam ea immutabilis est: sed iuxta munerū suorū in alia diffusionē. Secūdo/
secūdū vim animādi. Nam ventus vegetat flores: & virgulta ad germen exuscitat. nec
minus deus omnia viuificat: animamq; cuiq; viuenti tribuit. Tertio secundū celerem &
insuperabilem discessum. Siquidem ventus nullo ingenio coerceri potest aut detineri:
quo minus discedat. ita nec deus constringi potest aut cōcludi: vt non libere cum affuit
abeat. Quarto conuenientiam habet ventus materialis ad deum: secundum loca nobis
incognita atq; incerta/ a quibus inchoat suum motum & in quibus a flatu desinit. Non
enim assignare locum quispiam possit: vbi sumitur principium motus ventorum/ & vbi
illius est finis atq; exitus. quemadmodum testimonio euangelico comprobat sacratus
pater: quod ad litteram accipiendum est de vento sensibili & materiali. quamuis se=
cundo loco a plerisq; accōmodetur idem domini verbum: spiritus vbi vult spirat/ & ne= Ioan.3.
scis vnde veniat aut quo vadat: ad spiritum sanctum. propter magnam conuenien=
tiam & affinitatem spiritus aerei ad spiritum diuinum: cuius ille apta est figura ac ima=
go. nam & in flatu dedit dominus discipulis spiritum sanctum. & cum descenderet in Ioan.20.
apostolos spiritus sanctus: factus est repente de cælo sonus tanq̄ aduenientis spiritus/
id est venti/ vehementis. Haud aliter aduentum dei in nos & abitionem a nobis/ certo Actu.2.
percipere non possumus: cum dicat Iob de deo. Si venerit ad me: non videbo eum. Iob.9.
et si recesserit: non intelligam. Cæterum nubis species in cœlestibus effida spiritibus: Nubes
primo innuit ipsos diuino spiritualiq; lumine/ modo supramundano impleri/ eosq; pri=
mitiuam illam lucem quæ a deo prima deriuatione profunditur: cum singulari mode=
stia/ reuerentiaq; suscipere/ & eandem sequentibus absq; liuore (quantum quisq; cape=
re potest) secunda traditione communicare. Videmus enim nubem superne vibrato
lumine solis impleri: & illud consequenter in oculos nostros diffundere. Secundo ve=
ro insinuat nubis forma & species/ supernis spiritibus accommodata: q; ipsis fœcundi=
tas spiritualis adest/ & occulta quedā vis animādi intellectualiter augendiq; cœleste bo
num & perficiendi: iuxta supercœlestis imbris (quem sequentibus impluunt) fœcun=
dam virtutem. quæ subiectas angelorum & hominum mentes ad boni operis fructum:
irrigatione roris & pluuiæ gratuitæ excitet & prouocet. Nempe nubes corporalis irro=
ratione copiosa vim habet fœcundandi terram/ animandi segetes & terręnascentia:
adaugendi ea & ad perfectam maturitatem perducendi. Eadē quoq; cū imbrem desu=
per effundit: subiectum terræ gremium ad vitalem suorum fructuum partum pingui=
bus & fœcūdis disponit pluuijs. At vero cum electri (quod auri & argēti gerit speciem) Electrum
sacra scriptura cœlestibus substantijs applicat figuram: qua parte in electro auri color
ostenditur/ significatur earum splendor & rutilantia inuiolabilis: quę neq; consumi neq;
minui/ neq; commaculari potest. Aurum enim/ igni inconsumptibile est & indiminui=
bile: neq; vllam ex eo contrahit maculam. qua vero parte lucet argentū in electro: desi=
gnatur nitidus ille & purus candor lucis/ quo fulgent angeli. Quoniam vero æs in co= Aes
lore & rutilantia cum igne & auro propemodum conuenit: cum cœlestibus substantijs/
æris attribuitur figura: idem prorsus signatur/ quod in ignis aut auri specie superius di=
ctum est indicari. Gemmæ vero colorum diuersitate distinctæ: ita intelligendæ sunt. vt Gemmæ
si candidæ sint: candorem lucis angelicæ insinuent. si rutilæ: ignis designent rutilan=
tis speciem. si autem fuluæ: idem quod aurum repræsentent. deniq; si virides: vigo=
rem & robur indicent iuuentutis. q; viror ipse indicium sit vegetæ in plantis virtutis
& efficaciæ. Et ita per singulas rerum corporalium formas: inuenientur dignissimæ
diuinarum rerum intelligentiæ ac notiones/ quibus ad superiora nitamur. Deinceps
leonis figura angelicis ascripta substantijs/ signat nobis virtutem earum cæteris prin= Leo
cipantem/ fortem & insuperabilem: per quā ipsi nobis incognitæ & ineffabili diuinitati
similes fieri annitūtur. Nam & leo cæteris principatur feris: robustus est & indomabilis.
Sunt etiam ipsi angeli operti spiritualibus vestigijs: q; summæ deitatis gerunt signa=
cula & signa ipsis impressa/ occultata tamen & abdita nobis propter illorum simplici=
tatem & eminentiā. vt & leonem ferunt verrentem cauda humū: suorū pedum abolere
vestigia. Sunt & operti admirabili celeritate itineris ad deum tendētis: sicut leo ingen=
tem habet cursus ad ea assequenda quæ expetit pernicitatem. Vnde vestigia illa quibus

operti ſunt angeli: ſunt inditæ veritatis ſimilitudines/ & quaſi concreati ipſis noſcendi
habitus. Celeritas vero itineris eſt velocitas appræhendendi ſupernorum ſpirituum:
Bos maxime ea quæ circa dei & ſummæ veritatis verſantur cognitionem/ quæ etiam omni-
bus mortalibus ſunt obſtruſa. Bouis autem imago in angelicis ſpiritibus efformata/
exprimit fortitudinis & roboris illorum ſimilitudinem: qua inferiores animos cœleſtes
tanq̃ agros intellectuales præparant ad ſuſcipiendos diuinos imbres/ & cum fœcundi-
Cornua tate fructum afferendum. Cornua vero angelis attributa: conſeruatricem illorũ & inſu-
perabilem inſinuant virtutem. Sunt enim cornua: in conſeruationem & tutamen ani-
Aquila. malium. Porro effigies aquilæ: regiam ſupernarum ſubſtantiarũ & dominatricem deſi-
gnat dignitatem/ & motum earum aſſidue ad ſuperna tendẽtem/ celeremq; ad dei celſi-
tudinem volatum. inſuper & ad ſumendam ſpiritualem alimoniam quibus earum ſoli-
dentur vires: agilitatem atq; promptitudinem. contemplandi itidem diuina/ virtutem
eximiam: atq; conuertendi intrepide irreuerberatam oculorum aciem in radium illum
lucidiſſimũ deitatis: ex ipſa veluti ſole clariſſimo emiſſum. Enimuero hæc omnia corpo-
raliter aquilis conueniunt: & non inepte ſecundũ ſpiritualem ſenſum angelis aſſignan-
Equi tur. Equorum quoq; figura in angelicis ſpiritibus obedientię promptitudinem inſinuat:
qua diuinis iuſſis obſequuntur. quemadmodum equorum proprium eſt: freno & ſeſſori
obedire. Qui ſane ſi albi deſcribuntur: candorem angelicum & conformitatem ad diui-
nam lucem exprimunt. Si vero nigri: occulta diuinitatis myſteria ſignant/ q̄ niger co-
lor omnium maxime obſcurus eſt. Si autem equi effinguntur rubei: vigorem igneum &
agendi ſtrennuitatem innuunt. Deniq; ſi fuerint ex albo & nigro permixti: virtus illa
angelorum repræſentatur/ qua tranſfundente indulta ſibi a deo munera in ſequentes:
nectuntur inter ſe ſociali iure extrema cœleſtiũ ordinũ. & prima ſecundis/ atq; e diuerſo
ſecunda primis: ratione cõmunicationis ſuſcepti radij in ſequentia/ & conuerſionis po-
ſtremorum in ſumma/ coniunguntur. Q̃z niſi foret cohibenda prolixitas: ſpeciales etiã
ſupradictorum animalium proprietates/ & corporales ipſorum formæ docerentur ap-
tiſſime congruere ipſis cœleſtibus ſubſtantijs ſecundum diſſimilium ſimilitudinum
rationes. In quibus ſimilitudo quidem eſt eiuſdem cõmunis proprietatis: compertæ in
viſibilibus rebus & inuiſibilibus. ea tamen ſimilitudo/ diſſimilis eſt: nam viſibilibus re-
Ira bus corporaliter cõuenit/ & inuiſibilibus intellectualiter. Et in huiuſmodi adaptatione/
referendus eſſet feruor iracũdiæ mutorum animaliũ ad ſpiritualem angelorum fortitu-
Concupi-ſcentia. dinẽ: cuius ira vltimum eſt & remotiſſimum veſtigium. & concupiſcẽtia animalis ad di-
uinum amorem: cuius ipſa eſt imago quidem/ ſed maxime a veritate diſtans & poſtre-
mo repoſita loco. Et conſimili modo omnes brutorum animalium ſenſus & potentiæ
in plura membra diſſectæ: ad ſpiritualem ſubſtantiarum cœleſtium naturam & ſimpli-
ces indiuiduaſq; virtutes eſſent referendæ. Cæterum ſolertibus & in diuinorũ contem-
platione ſagacibus/ non ſolum hæc quę dicta ſunt ſufficiunt: verum etiam vnius obſcu-
ræ imaginis corporalis explicatio/ ad cætera conſimili ratione enodanda ſufficeret.
Flumina ignea. Præterea ignea flumina diuinis applicata ſpiritibus/ ſacratiſſima ſignificant intellectu-
alium aquarum fluenta: quæ affatim in ipſos & largiſſima copia effundũtur a deo/ atq;
Currus ad vitalem fœcunditatẽ præſtant alimentum. Currus autem (in quibus & multæ partes
compactæ/ & equi eodem iugo coniuncti ſolent haberi) coniunctam cœleſtium ſpiritu-
um ſocietatem inſinuant: ſed eorũ qui ſimiles inter ſe ac equales ſunt/ eodemq; in or-
Rotæ dine cõſtituti. Rotæ vero quæ a terra quidem/ ſumma parte eleuatæ ſunt/ & recta ſem-
per orbita neq; ad dexteram neq; ſiniſtram declinãdo procedunt ad anteriora: ſignifi-
cant nobis cõditionem angelicæ actionis ſemper recta via in deum tendentis. Siquidẽ
omnis angelorum motus & gyratio: iugiter in arduam illam viam quæ ad deum ducit/
abſq; deflexione contendit. Poteſt item & alius ſpiritualiũ rotarũ ſenſus aſſignari. Nam
eis (vt habet Ezechiel) apud Hebræos cognomen eſt inditũ: gel/ gel. quod in græco ſo-
Ezech. 10. nat reuolutiones ac reuelationes. In latina vero traductione: nunc eo loco legimus. Et
rotas iſtas vocauit volubiles: audiente me. Hęc autem hebraici cognominis illarũ rota-
rum interpretatio/ apud gręcos expreſſa: cõgruẽtiſſime cœleſtibus ſpiritibus cõuenit.
Nempe diuinæ illæ rotæ/ reuolutiones quidẽ habent: q̄ ſempiterno motu circa ſummũ
bonum maxime omniũ idem verſentur/ vt rota perpetuum quæ circũuoluitur axem.
Reuelationes autem habẽt ijdem diuini ſpiritus: quia occulta diuinitatis ſacramẽta re-
uelant/ & inferiores ad altiora promouent/ lucidoſq; diuinæ claritatis radios cõmunica-


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

bili condescensione in sequentes transfundunt. Demum superest explicāda ratio gaudij spiritualis cœlestium substātiarum, sunt enim ipsæ: voluptatis nostræ corporalis & passioni obnoxię, expertes. Dicuntur autem congaudere deo: in hominum qui per peccata perierant inventione & reditu ad salutem, iuxta convenientem eis placidam quietem animorum/ & effusam letitiam spiritualem/ ac voluptatem verbis inexplicabilem: quam de illorum reditu in gratiam & salute capiunt/ qui de errore convertuntur ad deum. cuius sane voluptatis dulcissimæ/ & viri sancti præsentem tum adhuc vitam degentes/ facti sunt participes: cum in eos divinæ lucis radius superna dignatione profluxit. ¶ Cæterū hæc hactenus de figuris sacratioribus dicta sint/ quæ licet ad exactam & integram talium signorum reserationem non pervenerint: multum tamen conducent menti nostræ ne corporalibus dūtaxat formis quæ exprimūtur inhęreamus/ sed altius exeramus animum: atq; ad earum spiritualem intelligentiam provehamur. Q; siquis obiecerit sacratum patrem hic non omnium fecisse formarum corporalium mentionem: quæ in sacris litteris virtutes angelicas insinuant. Respondet id quidem verum esse: sed cæterarum determinationē se prętermisisse/ propter tria. Primo, quia ingenue fatetur se rerum supramundanarum synceram & puram scientiam ignorare: atq; ad eas perdiscendas/ præceptore & doctore sibi opus esse, quod quidē insignis modestiæ & humilitatis plenum est verbum. Secundo, quia per ea quæ hic sunt expressa: cętera quæ non sunt hoc loco explicata/ consimili ratione possunt agnosci. Tertio, quia ne liber iste modum & iustam libri mensuram excederet: secreta cœlestia silentio supprimenda putauit/ vt exinde haberentur honoratiora/ cum a vulgi aspectu semouerentur.

¶ Cœlestis Hierarchiæ beatissimi
Dionisij Areopagitæ: ad
IHESV authoris omnium cœlestium &
terrestrium
laudem/
finis.

¶ Diuini Dionysij Areopagitæ de ecclesiastica hierarchia liber ad Timotheum: adiecto ad litteram familiari cōmentario explanatus.

¶ Quænā sit ecclesiasticę hierarchię traditio/ & quæ illius intētio. Cap. I.

1 
Acerdotij quidē nostri functionem sanctissime fili Timothee: augustioris esse ac divinæ/ & divinitus indultæ scientiæ/ actionisq;/ & perfectionis: ijs qui sacratioris doctrinæ institutionem ex sacerdotalibus mysterijs/ traditionibusq; acceperunt: de sanctarum scripturarum maiestate necessario demonstrare institui. A
2 ¶ Sed obserua diligētius: ne sancta sanctorum efferas/ neu prophanis luminibus violanda permittas, verū revereberis magis: occultiq; dei mysteria spiritualibus/ invisibilibusq; notionibus honorabis, atq; itemerata seruabis: nequaq̄ ea passim rudibus tradēs/ sed sanctis solis sanctarum rerum intelligētias sacratius pandens. Sic enim (vt theologia nobis suis studiosis cultorib⁹ tradidit) ipse quoq; IHESVS divina profecto atq; omni substantia superior mens/ & hierarchiæ omnis & expiationis ac diuinæ actionis initium & substātia/ augustissimaq; virtus: beatissimis illis spiritibus & nobis naturali dignitate longe præstanti- B

bus/manifestius simul atq; spiritualius lucet:eosq; pro viribus ad lucis suę
similitudinẽ transfert. Nostros item varios & incõstantes motus:honesta-
rum amore rerum in eum intento/nosq; intendente: cõstringit & cõplicat/
& in vnam ac diuinam perficit vitã. ¶Habitu præterea & actione dignis- 3
sima donat:diuini scilicet virtute sacerdotij. Ex qua dum ad sacerdotale sa-
crosanctũ munus accedimus:superioribus virtutibus propinquamus/imi-
tando pro viribus illarum constantiam ac perpetuã firmitatem. Cuius vbi
similitudinẽ(quantũ fas est)fuerimus adepti:hinc iam ad beatissimũ/ac di
uinum IHESV radium aciem mentis intendimus. Et quæq; videre per-
mittimur:digna cum veneratione intuẽtes/atq; eorum quæ viderimus di-
noscendorũ mysticam scientiã vi interni luminis edocti:sacrati ac sacran-
C tes/illuminati & illuminãtes/perfecti ac perficiẽtes poterimus fieri. ¶Quę 4
nam ergo sit angelorũ atq; archangelorũ sacra distinctio/cœlestiũq; prin-
cipatuum & potestatum ac virtutũ/ dominationũ item/ thronorũq; subli-
mium/ęqualium item thronis substãtiarum(quas inhęrere deo & semper
circa illum & cum illo esse:theologia tradit/cherubim illas atq; seraphim
Hebræorum voce appellãs)in ijs quæ de huiusmodi beatissimorũ spirituũ
distinctiõibus/ordinibus/ac diuisionibus scripsimus:disces. In quibus nos
(etsi non satis pro merito)quantũ tamen penetrare potuimus/ quãtumq;
theologia suggerere/& ex diuinis litteris dictare dignata est:ipsam eorũ sa
cratissimam functionem laudare studuimus. ¶Illud tamen necessario di- 5
cendum. q & cœlestis illa/& omnis(quam modo laudare pergimus) fun-
ctio:vnam habet & eandẽ per omne sui officij munus/intentionẽ atq; vim.
vt scilicet & ipse pontifex/pro suę ratione substãtiæ & captus atq; ordinis/
diuinis in rebus perficiatur:atq; in deitatis consortium transeat. Inferiori-
busq; atq; subditis gradibus/cuiq; pro merito indultum sibi diuinitus tra-
dat tantæ excellẽtiæ munus:per quod ipse participatione euasit in deum.
Subiecti quoq; & inferiores:præstantiores sequantur. qui & ipsi:minores
in anteriora promoueant. illiq; itidem perpetuo successu ad altiora eniten-
tes:etiã prouehendis alijs/duces pro viribus fiant. perq; hanc diuinã pro-
fecto ac dispositissimam cõgruentiã:singuli pro modo suo/eius qui vere &
pulcher & sapiens ac bonus est/euadant participes. ¶Sed enim substantiæ 6
A illæ superiores atq; ordines/quorũ supra facta est mentio:& incorporales/
& intelligibiles sunt/estq; mundo celsior illorum sacra distinctio. Nostram
D autem hãc sacerdotalem functionem/cernimus visibilium varietate signo-
rum pro captu nostro multiplicem fieri: per quæ pontificali munere/ ad
statum illum vnicum(quo transimus in deum)pro modo nostro quiq;
prouehimur. Atq; deum/ diuinamq; virtutem cœlestes quidem illæ
substantiæ(quippe quæ spiritus ac mentes sunt)intelligunt/ iuxta quod
eis fas est. Nos autem: visibilibus imaginibus ad diuinas intelligentias
pro virium nostrarum modo conscendimus. Et vt vere ac proprie dixe-
E rim:vnum quidem est quod appetunt omnes/qui vnius speciem præfe-
runt. sed non vno modo/eius quod vnum atq; idem est/participes fiunt:
verum vt cuiq; pro merito sortem/ diuina & æquissima libra distribuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Verum enim ista in libro quę de intelligibilibus ac sensibilibus scripsimus: F
7 latius disputata sunt. ¶ Nūc autē sacerdotalē ordinem nostrū/principiūq;
eius atq; substantiā(quantū vires suppetāt)aggrediar eloqui: IHESVM N
primo inuocans/ ordinū omnium cœlestium/ atq; terrestrium principem/
8 initium & consummationē. ¶ Est itaq; hierarchia omnis(vt se habet ve= G
neranda ac sacrosancta nostra traditio) omnis sacrarū rerum illi quidem subiectarū ratio: generalisq; prorsus eorū quæ in hanc ferme cadunt functionem/siue sacrarū eius rerum cōpræhensio. Nostra igitur functio/& dicitur & est illius sacra omnia cōtinens munus: per quod cōsummatus diuinus pontifex/eorū omnium(quæ ad eū pertinent & sacratissima sunt)vt sacerdotij nomine honoratus/particeps erit. Vt enim qui sacerdotium dixit: sacrorū simul omniū vno vocabulo signauit ordinem/ ita & qui sacerdotem seu pontificem dicit: augustiorem/ prorsusq; diuinū insinuat virum/ totius sanctæ scientiæ peritissimū. in quo liquido/ac perspicue sacratus ōnis ordo
9 suus: & perfectus sit/ & possit agnosci. ¶ Huius profecto sacræ functionis initiū: est fons vitæ/bonitatis essentia/vnica rerum omniū causa/beatissima trinitas. Ex qua sola bonitatis causa: quæ sunt omnia/ vt & essent & bene essent acceperunt. Huic transcēdenti omnia diuinæ beatitudini trinæ/atq; vni(cui soli/vere esse inest/modo nobis quidē incognito: sed sibi plane perspecto & noto)voluntas quidē est/rationalis salus humanæ omnis/ cœlestisq; substantiæ. Ea vero aliter prouenire non potest: nisi ij qui saluātur/in
dei consortiū transeāt. Porro ea in deum transitio fit: cū illi similes euadūt/ H
atq; inseruntur. Omni autē sacræ functioni cōmunis hic finis est: intentissi=
ma dei/diuinarūq; rerum dilectio: quæ sublimiter omnino/ singulariterq; I
operatur. & quæ hanc præit: omnium quæ illi aduersantur exactissima & nunq̄ retro aspiciēs fuga. notio earū quæ sunt(qua parte sunt)rerū. sanctæ veritatis visio atq; sciētia. vnicæ illius perfectionis(qua in vnū ipsum trāsitur)diuina pro viribus participatio. visionis ipsius vnius & cōtēplationis fœlix illa refectio/qua intelligibiliter alitur & euadit in deum: quisquis in
10 illā ardenti studio intendit. ¶ Dicimus igitur ꝙ beatitudo diuina/naturalis deitas/& pręstandæ diuinitatis initiū(ex qua/vt in deum trāseant ij qui illius participationē promerētur: accipiūt)bonitatis instinctu: sacratissimæ functionis munus in salutem omniū rationalium/intellectualiūq; substantiarum(vt scilicet dei consortio fruerentur)indulsit. Atq; illis quidem altissimis/beatissimisq; spiritibus: liquidius/& purius/ac spiritualius. Neq; enim illas ad diuina deus extrinsecus mouet: cæterum intelligibiliter & intus/diuinum consilium & voluntatem/ purissimi candoris fulgore discunt. Nobis
autem/ quod illis vnice & collecte præstitum est: ex diuinis libris in signo= K
rum diuisibium multitudine/ ac varietate donatur. Substantia enim sacerdotij nostri: scriptura sacra est/ nobis diuinitus tradita. Porro huiusmodi
plena venerationis eloquia dicimus: quæq; a beatissimis patribus nostris L
(a quibus sacris mysterijs imbuti sum⁹)in sanctis ac theologicis cōmēdata
sunt libris. Ac præterea/ quæq; ab eisdem sanctissimis viris/ sacratiore & M
purgatiore & propinqua quodā modo cœlesti hierarchiæ doctrina/sancti

duces ac præceptores nostri didicerũt: & ex animo in animũ (medio intercurrente verbo / corporali quidẽ: sed quod carnis penitus excedat sensum)
N sine litteris trãsfusa sunt. Et ipsi quoqꝫ sanctissimi principes nostri dum sacra publice agenda instituerunt: non apertis ac patulis sensibus / sed signis
O augustioribus tradiderunt. Est enim non omnis sanctus / neqꝫ omnium scientia est: vt sacra testantur eloquia. Necessario itaqꝫ primi illi nostri sacerdotalis muneris duces: cum ex summa / supersubstantialiqꝫ deitate ipsi sancti muneris plenitudinem percepissent / & id ipsum deinceps proferre & propagare a diuina bonitate missi essent / ipsiqꝫ (vt qui transissent in deum) posteros ad diuina prouehere affatim cuperent: visibilibus signis cœlestia sacramenta texerunt. varietateqꝫ ac multitudine: quod vnicum est / & collectum tradiderunt. Et in humanis imaginibus res diuinas: materialibusqꝫ figuris spiritualiũ maiestatem / atqꝫ in ijs quæ nobis sunt familiaria: summa illa & supersubstantialia partim scriptis / partim non scriptis insti-
P tutionibus suis (iuxta quod sacræ diffiniunt leges) nobis tradiderũt non modo prophanæ multitudinis causa: cui ne ipsa quidem fas est signa contigere. verũ ob id quoqꝫ: ꝙ hęc nostra sacratissima fũctio / significatiua est / plenaqꝫ (vt dixi) signis pro modo & ratione captus nostri. indigetqꝫ visibilibus figuris: quibus veluti adminiculis / ad eorum augustiorem intelligentiam subuehamur. ¶ Non sunt tamen opertæ diuinis põtificibus / signorũ rationes: quas in eos efferre fas non est / qui adhuc fidei rudimenta percipiunt. Sciũt enim profecto / vt ij qui de sacris rebus diuinitus instructi leges dederunt: ac cõstantissimis & omni admixtione puris / incõfusisqꝫ sanctarum distinctionum ordinibus (distribuenda cuiqꝫ pro merito & captu suo / prouidentissima ratione censentes) functionem ipsam instituerunt. ¶ Quocirca tuis sacris pollicitationibus inductum: sanctum est profecto & me admonere / & te earum meminisse. vt eminentissimam pontificalis muneris rationem nemini tradas / pręterq̃ ęqualibus tuis reuerendissimis præsulibus: quibus sacra tractare institutum est. Ipsosqꝫ illos põtificio iure monebis: mundi vt munda contingant / solisqꝫ cõmunicent diuina diuinis / perfecta perficientibus / sanctisqꝫ sanctissima. Ego enim tibi / vt reliquorum sacrorum: ita huius quoqꝫ diuini muneris consortium tradidi.

A ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ De sanctarũ scripturarũ maiestate / necessario di-
1. corin. 3. cere institui. de sanctarũ scripturarũ spirituali intelligentia: quã beatissimus Paulus ap-
pellat viuificantem. & quã nos ex sacri patris nuncupationibus / dicere possumus: nunc
B purgantẽ / nunc illuminãtem / nũc vero perficiẽtem. ¶ Sic enim vt theologia nobis suis
studiosis cultoribus tradidit. Id cap. septimo / numero 35. cœlestis hierachiæ traditũ est:
Apo. 1. ex ea (quã a beatissimo Paulo acceperat) apostolica theologia. Et Ioannes in principio
diuinæ apocalypsis ostendit IHESVM diuinã sapientiã / primũ angelis illucere: & per
C angelos / arcanorũ cœlestium homines cõscios reddere. ¶ Quęnam ergo sit angelorum
atqꝫ archangelorũ. Id executus est diuinus pater cap. septimo / octauo / & nono cœlestis
D hierarchiæ: vel q̃ diligentissime. ¶ Visibilium varietate signorũ pro captu nostro multi-
plicem fieri. Signorum: symbolorum / atqꝫ sacramentorũ. vt signum illuminationis: hoc
est expiãtis / & illuminãtis baptismi. signum synaxeos / sanctissimæqꝫ cõmunionis: & reli-
E quarum sanctificationum / de quibus sermo in longum postea protrahetur. ¶ Vnum
quidem est: quod appetunt omnes / qui vnius speciem præferunt. Nam vnum est bo-
num quod appetunt omnia / quæ diuina vnius imagine (quasi regio numismate: quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

regis imagine percussum est) sunt signata. Verũtamen id scire licet: vnũ idẽq; esse/ ipsum
vnum atq; ipsum bonũ. & proinde vt in omnibus/ ipsius vnius vestigium reperias im=
pressum: nõ minus ipsius quoq; boni intueri licet vestigium. & nõ modo ipsius boni: sed
& reliquorũ omniũ/ quæ vt transcendentia & longe supramũdana celebramus. ¶Verũ F
enim ista in libro: quẽ de intelligibilibus ac sensibilibus scripsimus. Liber de intelligi= Liber de ĩ=
bilibus & sensibilibus sacratissimi patris desideratur. pijssimus intelligibilium & sensi= telligibilib9
bilium author/ ad suum honorem eum in mundum reparet. ¶Vt se habet veneranda & sẽsibilib9
& sacrosancta nostra traditio. Vt se habet veneranda & sacrosancta apostolica disci= G
plina ac institutio. ¶Porro ea in deum transitio fit: cum illi similes euadunt/ atq; H
inseruntur. inseruntur: vniuntur/ vnumq; fiunt. ¶Quæ sublimiter omnino singula= I
riterq; operatur. Singulariter/ vnifice. Et sex hoc in loco diuinus pater/ quæ ad nostræ Sex ad ec=
sanctæ hierarchiæ finem pertinent: tangit. Primum est intentissima dei/ diuinarumq; clesiasticã
rerum dilectio: sublimiter omnino/ singulariterq; & vnifice operata: & quasi holocaustũ hierarchiã
& incensum redolẽs libata/ sacrificataq; deo. Secundũ est eorum omniũ quæ illi deificę pertinẽtia.
dilectioni aduersari queunt: nunq̃ retro aspiciens/ accuratissima diligentissimaq; fuga.
Et hæc quidẽ fuga/ intentissimã illam dei dilectionem præuenit. Tertiũ est eorum quæ
sunt/ quatenus sunt (non autẽ quatenus labũtur/ & ab imitatione deficiũt/ atq; nõ sunt)
cognitio. Quartũ est ab ijs ad ipsam rerum veritatẽ assurrectio: ipsiusq; sanctæ veritatis
visio/ contẽplatio & scientia. Quintũ. vnificæ cõsummationis (qua ipsi vni quantum fas
est inserimur/ vnũq; euadimus) participatio. Sextũ est diuinæ contemplationis ipsius
vnius (quę sũma est & singularis diuinitas) fœlicissima cibatio/ refectio & supramũdana
alimonia. qua intellectualiter alitur/ transit/ & transformatur in deum (quãtum morta=
libus indultum est) quisquis ardenti studio in illud diuinissimum vnũ supra vires fertur/
atq; rapitur. Et qui hoc pacto in hac nostra humana hierarchia viuit: propemodũ cœ=
lestem/ & supramundanã imitatur hierarchiã. ¶Vnice & collecte pręstitũ est: ex diuinis K
libris in signorũ diuisibiliũ multitudine ac varietate donatur. vnice: vno simpliciq; mo=
do. Ex diuinis libris. vt in exodo. vbi agitur de arca fœderis/ tabernaculo/ altari/ vesti=
bus sacerdotalibus. & in leuitico de sacrificijs/ de vrna/ ordine/ & ministerio leuitarũ. Et
in sacramẽtalibus cerimonijs noui testamẽti: IHESV superna bonitate ad nostram san
ctificationẽ indultis. ¶Id tamen aĩaduerti dignum est illam vnã/ supremãq; diuinita=
tem: beatissimos supramundanos spiritus non exterius ad diuina mouere sed interius
vnice/ collecte/ vno simpliciq; modo/ ipsius vnius superirradiatione: suos nutus illis insi=
nuantis. perinde vt sol intentis oculis lucis suæ spicula vnice & collecte vibrat. Nobis
vero a principio/ dũtaxat sacra cognoscere cõceditur in multitudine/ & diuisibilium si=
gnorum perplexa varietate. haud secus ac infirmis oculis ad lucem ipsam solis sese at=
tollere non valentibus: ex colorũ varietate/ ipsius vnicæ lucis & potentificæ omnẽ co=
lorem purgãtis illuminãtis & quoquo pacto perficientis/ prętenderetur cognitio. Verũ
posteaq̃ cõsummatiores euasimus: illã diuisibiliũ signorũ multiplicem varietatẽ in suæ
exemplaris veritatis indiuiduam monadẽ colligimus per veræ contẽplationis viam. &
a bonitate diuina: a multiplici & cõposito mũdo ad vnialẽ & simplicem eleuamur mun=
dum. vbi rex est/ omnibusq; præsidet ipsum superexaltatum vnũ. Q2 si vsq; adeo vita in
sanctitate eleuata fuerit: vt ipm̃ vnũ/ idẽq; bonũ non extrinsecus sed intrinsecus mentẽ
moueat: diuiniformis vir ille (quisquis is tandẽ fuerit) nõ amplius vt homo viuit/ sed vi=
uit vt angelus. Qui si quãdo ex illo diuino spectaculo ab intra & (vt sic dixerim) penitis=
sime facto/ veluti ex diuina quiete surgit: iterũ incipit viuere vt homo. & vita hęc: quę=
dam mors illi apparet. & suspirat ad intimã illã viuificationẽ. & rursum quoad potest/ ex
multitudine se colligit ad omniũ principẽ vnitatẽ. & per verę contẽplationis iter: quęrit
deũ toto mẽtis ardore in intima illa visitatione/ in intima viuificatione/ modo supramũ= Raptus
dano laudare. Et multi sanctorũ hanc viuificationẽ/ raptũ vocãt: in quo homo extra se Extasis.
& supra se viuit. alij extasim hoc est excessũ: in quo õnis humanę vitæ & mortalis/ imper= mors osculi
fecta agnouit ꝓpheta. alij mortẽ osculi nuncupãt: de qua dicit/ preciosa in cõspectu dñi Psal. 115.
mors sãctorũ eius. ¶Quęq; a btissimis patribus nostris. ij sũt sancti ꝓphetę & apostoli. L
¶Ac pręterea ab eisdẽ sãctissimis viris. hoc est ipse sacer pater nõ modo appellat plena M
venerationis eloquia: ea quę sancti ꝓphetę/ apostoli/ & euãgelistę scripta reliquere. sed
& ea ex animo in animũ & ore ad os (medio intercurrẽte vocali verbo) trãsfusa: quę san
cti pręceptores sui Paulus & Hierotheus ab apostolis/ & diuinis sacrarũ scripturę sanctę

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

intelligentiarũ participationibus didicerunt. quę quidẽ nec scripta erãt/ neqꝫ adhuc scri
pta sunt. ℂ Et ipsi quoqꝫ sanctissimi principes nostri dum sacra publice agenda institue-
N runt. Sanctissimi principes nostri: apostoli. Sacra: sacramenta/ vt baptismũ/ synaxim/ &
reliqua. quæ dum in publicum agenda instituerunt(spiritu sancto illis suggerente õnia)
sacratissimã a rudibus & indignis: sanctis signis sed occultis/ velauerunt intelligẽtiam.
ℂ Neqꝫ omniũ scientia est: vt sacra testantur eloquia. Id supra cap. secũdo cœlestis hie-
O rarchię ex testimonio Pauli epistola ad Corinthios prima cap. octauo adductum est: sed
non in õnibus est scientia. ℂ Iuxta quod sacræ diffiniunt leges. Matthęus cap. septimo.
P Nolite sanctũ dare canibus/ neqꝫ mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte con-
culcent eas pedibus suis/ & canes conuersi disrumpant vos.
ℂ PRIMI CAPITIS libri de ecclesiastica hierarchia: cõmentarius ad litteram.



Vid in hoc opere proponit determinare: ad Timotheũ verba faciẽs
sacer Dionysius/ primũ aperit. dicens ꝙ instituit hoc libro demõstra- 1
re ex spirituali sacrarum litterarũ intelligentia/ sensuqꝫ sacratiore: illis
qui doctrinę spiritualis cognitionẽ ex ecclesiasticis mysterijs & sacer-
dotalibus traditionibus perceperũt. ꝙ sacerdotalis muneris functio/
admodũ excellẽtis est & diuinitus traditæ opationis & pfectiõis: ꝙqꝫ
ecclesiastica hierarchia diuinas habet & apprime dignas/ quibus deũ
imitetur/ actiones. ℂ Monet deinde diligentius Timotheum: ne hæc sacra diuinarum
rerũ mysteria passim diuulget/ aut prophanorũ oculis violanda exponat. Sed reuerea- 2
tur ea potius & honoret: spirituali & vulgo occulta intelligentia/ atqꝫ eadem illabefacta
cõseruet. nequaq̃ illa prophanę multitudini & vulgaribus cõmunicans/ sed solis ad dei
cultum sanctificatis & exercitatos habentibus sensus: sacrorũ mysteriorũ cognitionem
reserans. Quod exemplo ipsius domini nostri & filij dei faciendum cõprobat. Sic enim
(inquit) queadmodum sacra scriptura nobis testificatur: ipse IHESVS CHRISTVS
dei filius omni substantia longe præcellentior/ & omnis hierarchiæ cum ecclesiasticæ
tum cœlestis/ omnis item purgationis ac deiformis actionis author & causa/ eximiaqꝫ
virtus: ipsis cœlestibus spiritibus(qui nos multo naturæ dignitate transcendunt) clarius
& spiritualiore lucet radio. quãdoquidem nõ per velamina aut signa vt nobis: sed nude
ac aperte diuinam illis lucem vbertim infundit/ & eos quantũ capere possunt ad suæ di
uinæ lucis attrahit consortium. Idem quoqꝫ dñs noster humanos motus/ varios quidem
& instabiles/ colligit in vnum & conuoluit: per amorem rerum honestarum/ desuper
cordibus nostris iniectum. quo in eũ toti intendimus/ cõuertimurqꝫ studiosius in ipsum:
cum proprium sit amoris/ amantem ad amatum rapere ac inflectere. Et hoc pacto ex
diuidua vita in vnam nos perficit vitam: ex humana in diuinã/ ex multiplicitate in sim-
plicitatem/ ex inconstantia ad firmitatem/ & ex motu in stabilitatem/ diuinę imitationis
ratione adducit. ℂ Insuper idem dei filius/ statu & functione perfectissima nos homines 3
honorat: scilicet sacerdotalis officij dignitate ac virtute. per quã dũ ad sacerdotale exe-
quendum officium homines se accingunt: cœlestibus substantijs ministeriorum officio
assimilationeqꝫ propinquãt/ dum pro viribus illarũ constantiã ac firmitatem imitantur.
Cum vero angelicæ stabilitatis & virtutis similitudinẽ homines fuerint sacerdotali mu-
nere assecuti: tum demum ad sacratissimum & diuinum IHESV CHRISTI radium/
aciem mentis fixius intendunt/ ad illius aspirãtes cõsortium. Et digna cum veneratione
ea contuentes/ quæ diuina dignatione videre permittuntur: edoctiqꝫ fulgore diuini lu-
minis eorum mentibus irradiantis/ quidnam mysterij contineãt ea sacratiorisqꝫ sciẽtiæ/
quæ ipsi interiore mentis obtutu perspexerint: purgati & purgãtes/ illuminati & illumi-
nantes/ perfecti & perficientes euadere tandẽ poterũt/ deoqꝫ propemodũ similes fieri.
ℂ Quid autem in pręcedẽte libro de cœlesti hierarchia determinauerit: paucis deinde
refert. Quænam (inquit) sit postrema cœlestium spirituum distinctio in tris ordines di- 4
gesta/ quæ media tribus itidem ordinibus integrata/ & demum quæ suprema: tres etiã
ordines cõplexa/ thronos & duas reliquas illis æquales cœlitum substantias (quas deo
proxime adesse/ sacra scriptura nos edocet: cherubim illas & seraphim/ hebraica lingua
vocans) in libro de sacratissimorũ spirituũ distinctionibus/ partitionibus ac ordinibus/ a
nobis (ait) conscripto/ dictũ est. In quo etsi non pro tantæ rei dignitate: quantum tamen
intelligere potuimus/ & sacra scriptura nobis materiã subministrare/ suggerereqꝫ digna-
ta est: ipsam diuinorũ spirituũ beatissimã functionẽ celebrare/ & pręPdicare laborauimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

5 ¶Deinceps cœleſtis hierarchiæ & eccleſiaſticæ conuenientiam affert. dicens vtramq;
vnã & eandem habere per omne ſuum officium intentionem. vt quẽadmodum ſupre-
mi cœleſtes ſpiritus primũ perficiuntur: deinde proximos inferiores ad dei conſortium
euehunt/& hi alios ſequẽtes ſimili promouẽt modo. Ita pontifex in ſacerdotali functio-
ne pro ſuo captu/gradu & ordine: primo perficiatur in rebus diuinis/atq; in dei trãſeat
ſimilitudinem. Deinde inferioribus & proxime ſubditis gradibus idem tradat diuinæ ſo
cietatis habendæ munus: cuius participatione ipſe primus euaſit in deũ. Subiecti autẽ
& poſteriores: obedienter ſequãtur eos qui præſtantiores in hac humana hierarchia ha
bentur. & illi ſuperioribus ſubiecti: etiã alios minores in altiora prouehãt. Rurſum hi mi
nores toto ſtudio ad ſublimiora aſpirantes: etiã alijs adhuc inferioribus ad deum proue
hendis duces ſe præbeant. & ita per hunc pulcherrimũ & congruentiſſimũ ordinem/ſin
guli pro ſuo captu & gradu: ipſius dei/qui vere pulcher/ſapiens & bonus eſt/participes
fiant. Quẽadmodum ſi in ardui montis aſcenſu/ſuperiore cõſtituti loco ſub ſe poſitis or-
dinatim manus porrigant/quiſq; ſibi proximo: vt omnes demũ in montis cacumen eua
6 dant. ¶Poſtea differentiam aſſignat inter cœleſtem & eccleſiaſticam hierarchiam. Pri-
mo ſiquidẽ differũt. quia angelicæ ſubſtantiæ (quarum ſuperiore libro facta eſt determina-
tio)& incorporeæ ſunt & intellectuales/ ipſarumq; diſtinctio: iſto mundo lõge eſt ſubli
mior. Eccleſiaſtica vero & ſacerdotalis functio/ cernitur diuerſitate ſenſibilium ſignorũ
õnino fieri multiplex & multiformis: per quæ quidẽ ſigna ſpiritualiter reſerata/ ad vni-
cũ illũ ſtatum & ſimplicem quo deiformes efficimur/demũ prouehimur. Secũdo abinui
cem diſcrepant hæ duæ hierarchię. quia angelicę ſubſtantię quia ſpirituales ſunt & intel-
lectuales: deũ ipſum clare & nude vident/quantum ipſis fas eſt. non enim immenſitatẽ
eius compręhẽdere poſſunt. Nos autẽ homines viſibilibus formis & figuris ad diuina-
rum rerũ intelligentias/quãdiu in hac humana functione verſamur/ conſcendimus: diui-
num quidẽ radiũ varietate imaginũ adopertum duntaxat contuentes. Nempe vnum
eſt & vere vnum: quod omnes rationales potiſſimum ſubſtantię/ vnius ſpeciem atq; ſi-
gnaculum in ſe impreſſum oſtendentes/ appetunt. Verũ non vno eodemq; modo om-
nes/illius quod ſumme vnũ & maxime idem eſt/participationẽ aſſequuntur: ſed vt vni-
cuiq; pro conditione ſua mẽſuram & captũ diuina prouidentia & diſpenſatio diſtribuit.
Nẽpe quę ipſi maxime vni ſunt propinquiora: plenius illi participant/vt cœleſtia agmi
na. quę vero diſtantiora: minus/vt homines. Hęc autẽ in libro de ſenſibilibus & intelli-
7 gibilibus beatiſſimi patris: latius pertractata ſunt. ¶Quid vero nũc ſit determinaturus/
oſtendit: dicens ſe aggredi velle imprimis ſacerdotalis ordinis explanationẽ/ & quænã
ſit eius prima cauſa ac author præcipuus ex quo ſubſiſtit. Porro IHESVM CHRISTVM
verum deũ & dei filiũ/primo inuocãdum pie & religioſe admonet: vt miniſtret verbum
veritatis huic negocio. quoniã omnis hierarchiæ & cœleſtis & terreſtris: ipſe princeps
8 eſt/initiũ & finis. ¶Cæterum quid ſit hierarchia in generali ſua ratione/vt tam cœleſtẽ
quã eccleſiaſticã complectatur: diffinit/ex apoſtolica diſciplina atq; inſtitutione illi tradita.
dicens eam eſſe omnimodã rationẽ atq; adminiſtrationẽ ſacrarũ actionũ illi ſubiectarũ: Quid hie-
vt purgationis/illuminationis & perfectionis/imitationis dei/ aſſimilationis diuinæ/in- rarchia.
tentionis in deũ & promotionis aliorum in deũ. Hæc enim ſeptem: ex tertio capite prę-
cedẽtis libri colliguntur ad integram hierarchiæ rationẽ pertinere. Eſt itidẽ hierarchia/
generalis compræhenſio atq; cõplexio omniũ officiorum & munerũ: quæ ad ipſius atti
nent functionem/ſiue vniuerſalis huiuſmodi compræhenſio ſacrarũ eius operationum.
Eccleſiaſtica vero hierarchia (de qua peculiaris hic ſuſcipitur determinatio)eſt munus Quid eccle
atq; functio continens omnia ſacra illius myſteria: omniũ ſcilicet ſacramentorũ eccleſi- ſiaſtica hie
aſticorum officia. per quod quidẽ munus/ipſe diuinus pontifex perfectus: erit particeps rarchia.
eorũ omniũ ſacrorũ quæ ad ipſum pertinent & longe digniſſima ſunt/ tanquã ſacerdotij
nomine/gradu & ordine inſignitus/honoratus & honeſtatus. Nẽpe ſicut nomine ſacer-
dotij/omniũ ſimul ſacrorũ deſignatur ordo: ita nomine ſacerdotis ſiue pontificis/excel
lens admodũ & propemodum diuinus inſinuatur vir: totius ſcientiæ rerũ eccleſiaſtica-
rum peritiſſimus/in quo omnis ſui ſacrati ordinis functio: & perfecta ſit/et perſpicue di
9 noſci poſſit. ¶Quid autem ſit principium atq; cauſa primaria huius eccleſiaſticæ hie-
rarchiæ: nunc vt ante propoſuerat/adaperit. dicens beatiſſimã trinitatem (quæ eſt fons
vitę/bonitatis eſſentia/ & vnica rerum omnium cauſa) eſſe initium atq; authorẽ huius
ſacrę functionis eccleſiaſticę. Ex qua quidem trinitate beatiſſima (quę ſola eſt bonitatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

totius causa)ōnia quę sunt:& esse & bene esse acceperunt. Huius autem diuinę beatitu
dinis atq; deitatis / vnius & trinę: vnius in essētia / trinę in personis. cui soli: ipsum esse/
verc inest / modo quidē nobis ignoto: sed illi perspectissimo. Nā solū habet esse sine nō
esse: scilicet esse ęternum atq; perpetuū. Et illud esse non ab alio accepit vt creaturę: sed
a se & sua natura habet. Huius inquam summę diuinitatis volūtas: est salus cuiusq; ra
1.timo.2. tionalis substantię tam cœlestis q̄ humanę. Vult enim omnes homines saluos fieri: & ad
agnitionē veritatis peruenire / & nichil petit nisi saluare. At vero huiusmodi salus ęter
na non potest rationalibus substātijs prouenire: nisi ij qui salutē accipiūt / in deū trāse-
ant per quandā conformitatē / atq; deiformes fiant. Ea autē in deū transitio fit: cū & ho
mines & angeli similes illi efficiuntur / atq; intime vniuntur. Porro omni sacrę functio-
ni cū ecclesiasticę tū cœlesti: hic finis est communis / qui per sex deinde suo ordine expli
cata obtinetur ac habetur. Primum est intentissima dei / sacrarūq; rerū dilectio: quę emi
nēter & vnialiter operatur / vniēs amatum amanti. Secundum est fuga diligētissima &
nunq̄ ad posteriora se deflectens: eorū omniū quæ diuino amori repugnant. Et hęc fu-
ga pręcedit natura / dilectionem dei: sicut propulsatio frigoris susceptionem caloris / aut
ęgritudinis depulsio inductionē sanitatis. Tertiū est notio earum rerū quę sūt atq; exi-
stunt / & qua parte sunt: id est diuinā imitantur essentiam. Quippe qua parte eā nō imi-
tantur: vt mortalitate / corruptibilitate / peccantia / ignorantia & cæteris id genus: ea par-
te dicuntur potius nō esse / neq; horum notio perducit ad constitutū finem. Quartum est
sanctæ veritatis diuinorū mysteriorū speculatio atq; scientia. Quintum. diuina partici-
patio illius vnicæ & singularis perfectionis: qua in ipsum vnū per vniformitatem transi
tur. Sextum est beata illa refectio & alimonia: ex visione atq; contēplatione ipsius vni-
us percepta. qua sane refectione spiritualiter alitur & transit in deum: quisquis in illam
visionē vnius / intentam mentis aciem defigit. ¶ At vero q̄ differenti & vario modo cœ 10
lestem et ecclesiasticam hierarchiam deus constituit: subinde explicat. Ipsa (inquit) bea-
titudo diuina / quæ naturalis est deitas: non participatione suscepta / & pręstandę ratio-
nalibus substātijs deitatis per participationē principiū & causa: ex qua accipiunt & ho-
mines & angeli qui illius participationem assequuntur / vt in deū transeant & diuinifor-
mes fiant. Ipsa inquam diuina beatitudo / solo suę bonitatis instinctu & nō ex meritis su-
scipiētium: sacratę hierarchię munus ac functionē / in salutem omniū rationaliū substan-
tiarū & angelorum & hominum constituit. vt per huiusmodi munus ac officiū: frueren-
tur omnes dei consortio / perpetuoq; illi inhęrerent. Verū ipsis cœlestibus spiritibus ipsa
diuina beatitudo tradidit hanc sacrā functionem liquidius / syncęrius & intellectualius:
q̄ hominibus. Non enim supernas illas substantias deus extrarijs obiectis ciet neq; ab
extrinseco mouet ad diuina: quemadmodum ipsos homines signis & spectris exteriori-
bus. Sed angelicæ substantiæ intellectualiter & interius in suarū mētium penetralibus /
diuinæ voluntatis beneplacitum discunt: per intimum purissimę lucis diuinę cādorem /
illis irradiātem. Quod autem illis cœlestibus substantijs vnice & collectim est traditum:
nobis hominibus ex sacris litteris in signorum materialiū multitudine ac varietate pręs-
statur. Fundamētum enim & basis nostrę sacerdotalis functionis: est scriptura sacra / re-
uelāte spiritu sancto nobis diuinitus indulta. Cęterum sancta dicūtur eloquia insigni ve
neratione digna: quęcunq; a sanctissimis prophetis / apostolis & viris apostolicis (a qui-
bus sacrorum mysteriorum emanauit institutio) in canonicis & sanctę scripturę tradita
sunt libris. insuper & ea / quę sancti pręceptores ac apostolicorum virorum institutores
ab ipsis sanctissimis apostolis didicerunt: sublimiore quadam & augustiore scientia / &
ipsi hierarchiæ angelicæ admodum propinqua ac propemodū cœlesti. Quæ quidem lit
terarū monumentis non sunt mandata: sed ex animo docentis in animum discentis trās
fusa / ipsius verbi corporaliter prolati ministerio ac officio. quod tamen verbum carna-
lem longe transcendit sensum & litterā: spiritualem infundens animo & viuificam intel
ligentiam. Ipsi itidem sacratissimi diuinorum mysteriorum antistites / apostoli inquam &
eorū assectatores / dum sacra ecclesiastica publice peragenda constituerunt: non aperta
& omnibus patente intelligentia / perceptioneq; illa tradiderunt / sed signis quibusdam
sacratioribus obuelata atq; inuoluta. Non enim omnis homo sanctimoniam habet / vt il
la digne percipiat: neq; omnes callent illam diuinarum rerum scientiam / quæ ad huius-
modi sacra rite intelligenda efflagitatur. Itaq; prudenter & prouide / illi primi ecclesia-
sticę hierarchiæ duces ac pręsides: cū ex sūma deitate / ipsius sacrę functionis munus ac-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cepiſſēt/& idipſum munus depromere aliјs ac promulgare miſſi eſſent/ & iccirco ipſi vt
in deū trāſierant ita ſequentes prouehere ad diuina ſtudioſe anniterētur: materialibus
ſignis diuina eccleſiaſticæ functionis ſacramēta contexerunt/ atq; quod vnicum eſt &
in ſimplicitate collectū ſpirituale myſterium: varietate & multitudine formarum viſibi-
lium tradiderunt. Iidē quoq; in humanis imaginibus res diuinas deſcripſerunt/ figuriſq;
ſenſibilibus ſpiritualium rerum altitudinem. Deniq; ſumma illa & eminentiſſima myſte-
ria communicauerunt nobis per ſacras ſuas conſtitutiones atq; traditiones partim qui-
dē ſcriptas partim vero nō ſcriptas (queēadmodū ſacræ ſcripturæ diffinit præceptio: pro- Matth. 7.
hibēs ſanctū canibus dare) ſed & in iјs quidē imaginibus & ſignis: quæ nobis familiaria
ſunt & domeſtica. Et id ſane nō ſolū prophanę multitudinis a ſacris arcendæ cauſa: cui
non fas eſt etiam ipſa ſacra attrectare. ſed etiam eam ob cauſam ꝙ ſacratiſſima ſacerdo-
talis functio/ eccleſiaſticaq; hierarchia omnino ſignificatiua eſt ſpiritualiū myſteriorum
per ſigna corporalia: ſecundum noſtræ capacitatis modum/ & idiget viſibilibus figuris
ac formis. quibus tanq̄ gradibus quibuſdā & auxiliјs/ per aſcenſum atq; aſſurrectionem
ſubuehamur ad ſacratiorem tantorum myſteriorum intelligētiam. quemadmodū diffu-
11 ſius in primo & ſecundo præcedentis libri capite dictū eſt. ¶ Huiuſmodi tamen ſignorū
materialium ſignificationes nequaq̄ incognitæ ſunt aut ignotæ ipſis ſacris pontificibus/
quinimo eas exactiſſime callent. nō tamē illas efferre & expromere poſſunt illis/ qui ad-
huc prima fidei catholicæ rudimenta edocentur: ꝙ non ſint adhuc illorū capaces/ neq;
digni quibus tam alta cōmunicentur myſteria. Sciūt enim ipſi ſacratiſſimi pontifices ra
tionē huiuſcemodi ſignorū: tanq̄ iј qui de ſacroſanctis illis myſteriјs a deo edocti/ leges
quomodo ſint peragenda dederunt/ & qui ipſam functionem eccleſiaſticā primitus in-
ſtituerunt certis quibuſdam ordinibus: ſine confuſione atq; admixtione conſtantiſſimis
atq; determinatiſſimis/ decernentes cum ſingulari prouidentia ac ratione: quid cuiq; of-
12 ficiј & muneris pro merito & captu ſuo diſtribui debuerit ac diſpenſari. ¶ Demū admo
net deo dignū Timotheum ſacratiſſimus pater: vt ſuæ pollicitationis memor/ excellentiſ
ſimā ſacerdotalis functionis rationem & explicationē hic conſcriptam nemini commu-
nicet: niſi auguſtiſſimis pontificibus æquali præſulatus gradu inſignitis. quibus contre-
ctare ſacra/ ſecretiuſq; cognoſcere: a deo inſtitutū eſt. Hortatur item Timotheū ꝙ ipſos
ſacrorum antiſtites/ pontificia authoritate ſua commonefaciat: vt mundi ac puri/ ſancta
ac munda attrectent ſacra/ memores illius verbi prophetici. mundamini: qui fertis vaſa Eſa. 52.
domini. vt etiam diuina illa myſteria: ſolis communicent per doctrinā viris diuinis/ eadē
perfecta: viris cōſummatis & alios perficere ſufficientibus/ atq; ſanctiſſima ſacra: viris iti-
dem ſanctiſſimis. Deniq; ſuo ipſius exēplo hæc facienda cōmonet ſacratus pater: ꝙ ipſe
ſancto Timotheo ſicut reliquorum ſacrorū myſteriorum (quemadmodū cœleſtis hierar
chiæ arcana & diuinorum nominum altiſſimas rationes) ita & huius diuini muneris/ re-
ſerationis ſcilicet ipſius eccleſiaſticæ hierarchiæ conſortium tradidit. vt ipſe ſimili mo-
do aliјs/ eiuſdem ſacræ diſciplinæ communicet notionem & intelligentiam. At ſicut ipſe
pontifici non autem in gradu inferiore conſtitutis tradidit: ita ſtudeat Timotheus eadē
ſacra ſolis pontificibus tradere.

¶ De iјs quæ in illuminatione baptiſmatis fiunt. Cap. II. pars I.

13 DIximus itaq; rite ac pie (q̄tum ſentio) noſtram hāc functio-
nē hoc intēdere/ hoc agere: vt ſimiles deo pro viribus efficia-
mur/ ipſiq; iungamur. Hoc autem ita demum potiemur: ſi
(vt diuinis monemur eloquiјs) auguſtiſſima dei mandata Q
diligamus atq; operemur. Seruabit enim (inquit) ſermonē
meū is qui diligit me: & pater meus diliget eum/ & ad eum
14 veniemus/ & manſionem apud eum faciemus. ¶ Quod igitur initium eſt: R
reuerendiſſima dei mandata peragendi? Quod animales habitus noſtros:
ad alia ſuſcipienda ſacrata eloquia & opera cōmodiſſime format. quod no-
bis vt ad cœleſtia præmia ſubuehamur: viam ſternit. & ſacratiſſimæ ac pe-
nitus diuinæ regenerationis noſtræ traditio. Vt enim dux ille & præceptor S
noſter eximius ait: primus animi ad diuina motus/ dei dilectio eſt. Porro

Cap. 2 prsa 1

sacræ dilectionis ad diuina mandata facienda principalis omnino progres
T sus/est secretissima illa & ineffabilis prorsus operatio: qua diuinus in no-
bis status efficitur. Si enim diuinus hic status/diuina natiuitas est: nunq̄ ille
aliquid sciet ex ijs quæ a deo tradita sunt/neq̄ operabitur/ qui neq̄ diuinū
hunc statum consecutus est. An vero nobis quoq̄ ipsis/non dicimus prius
esse neccssarium humanæ vitæ statum: vt sic demū humana possimus ope-
rari? Quippe quod non est: id neq̄ motū vllū/neq̄ substantiam omnino
habet. quod autē quoquo pacto est: ea solum & agit & patitur/ quæ substā
tiæ/statusq̄ sui sunt. Verum id quidē reor: perspicuū est. Iā vero diuina san
ctæ regenerationis cōtēplemur signa. Et michi nemo ꝓphanus obstrepat/
nullus qui rudimentis cœlestibus careat: pergat ad videndū. Nam neq̄ in-
firmis pupillis aduersam solaribus radijs aciem intendere/tutum est: ita ne
V nobis quidē ea quæ supra nos sunt tentare velle/innocuū fuerit. Siquidē ve-
Ozias. ra legalis/sanctaq̄ institutio: Oziam quidem ꝙ sibi sacerdotale munus as
Chore. sumeret/Chore autē ꝙ celsiora sese sacrosancta munera vsurpare præsu-
Nadab. meret/Nadab vero & Abiud ꝙ suo munere indigne abuterentur: abiecit/
Abiud. reppulit/perdidit.

Q ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Si (vt diuinis monemur eloquijs) augustissima
dei mandata diligamus/atq̄ operemur. Ioannes cap. decimoquarto. Si quis diligit me/
sermonem meū seruabit: & pater meus diliget eum/ & ad eum veniemus/ & mansionē
R apud eum faciemus. ¶Quod igitur initium est reuerendissima dei mandata peragēdi?
Tria ad mā data dei ꝑagenda. Tria ponit sacratissimus pater. Primum est regeneratio diuini baptismatis/ ex qua pro-
cedit dei dilectio: quæ est primus ad diuina motus. Secundū est id quod nostros anima-
les habitus disponit ad sacra eloquia/& diuina opera suscipiēda. Et tertium sancta ana
goge: qua ad vitam supramundanā cognoscendam subuehimur. Et hæc tria/paulo alio
S ordine a beatissimo patre tanguntur: sed intelligētia non leditur. ¶Vt enim dux ille &
præceptor noster. Paulū intelligit/qui & secunda ad Timotheū epistola cap. primo scri
bit. Non enim dedit nobis deus spiritū timoris: sed virtutis & dilectionis. Et paulo post.
Formam habe sanorū verborum/quæ a me audisti: in fide & dilectione in CHRISTO
IHESV. Alij diuinū Hierotheum intelligunt/ qui doctus a Paulo sanctū docuerat pa-
T trem: quod idē valuerit. ¶Qua diuinus in nobis status efficitur. Vnde in nobis duplex
Duplex generatio. est generatio. Prima est humana/ naturalis et mundana: ex voluntate carnis & volunta
te viri. quę est primus noster in hoc mundo status/si in eo dici meretur status: in quo cō
tinue agitamur. secundū quam: mundum & quæ illius sunt diligimus/& opera eius faci-
mus. Secunda est superhumana/spiritualis & diuina: ex aqua & spiritu. qua neq̄ ex vo
luntate carnis/neq̄ ex voluntate viri: sed ex deo nascimur. secundum quā in nobis diui-
nus efficitur status/& dei dilectio. Et merito quidem. Nam si ex mundana amor nobis
ingignitur mundanus: ex diuina profecto ingignetur & diuinus. Et ex humana/natura-
li & mundana ad diuinam proceditur: vt in operibus naturæ ab imperfecto ad perfectū
progressio fieri solet. Et analogiā diuinus prosequitur pater: in ijs quæ suo cōducere vi-
V dentur proposito. ¶Siquidē vera legalis/sanctaq̄ institutio. In legali institutione Mo-
saica/ Ozias rex Iuda: quia sancta superbe tangere præsumeret/subito lepra tactus diui-
nam in se vindicē expertus est iram. Et Chore/Dathan & Abiron/ꝙ superbia se dignos
extimarent ad thura offerēda: terra viuos absorpsit. Nadab vero & Abiud filios Aaron/
Ozias. thuribulis ignē vltra mandatum imponētes: vltrix flamma consumpsit. De Ozia. Secū-
dus paralipomenon cap. vicesimosexto. Iratusq̄ Ozias & tenēs in manu thuribulum vt
adoleret incensum: minabatur sacerdotibus. Statimq̄ orta est lepra in frōte eius coram
sacerdotibus: in domo domini super altare thymiamatis. Cumq̄ respexisset eū Azarias
pontifex & omnes reliqui sacerdotes/ viderunt lepram in fronte eius: & festinato expu
lerūt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi: eo ꝙ sensisset ilico plagā domini.
Fuit igitur Ozias leprosus vsq̄ ad diem mortis suę: & habitauit in domo separata plenus

lepra/ob quam electus fuerat de domo domini. De Chore/Dathan & Abiron: Numeri Chore.
cap. decimosexto. Cumq; stetissent aduersum Mosem & Aaron: dixerũt. Sufficiat vobis/ Dathan.
quia omnis multitudo sanctorũ est: & in ipsis est dominus. Et Moses. Tollat vnusquisq; Abiron.
thuribula sua tu Chore & omne concilium tuum: & hausto cras igne ponite desuper
thymiama coram domino: & quemcunq; elegerit/ipse erit sanctus. Et deus ad Mosem.
Præcipe vniuerso populo: vt separetur a tabernaculis Dathan & Abiron. Et diruta est
terra sub pedibus eorum: & aperiendo os suum deuorauit illos cum tabernaculis su-
is & vniuersa substantia eorum. descenderuntq; viui in infernum operti humo: & perie
rũt de medio multitudinis. De Nadab vero & Abiud: Leuiticus cap. decimo. Arreptisq; Nadab.
Nadab & Abiud thuribulis imposuerunt ignẽ & incensum desuper: offerentes corã do- Abiud.
mino ignem alienum/quod eis præceptum non erat. Egressusq; ignis a domino: deuo-
rauit eos/& mortui sunt coram domino.

¶PRIMAE PARTIS SECVNDI CAPITIS cõmentarius ad litteram.



13 Iam aperit & modum hoc loco sacer Dionysius: quo ad ipsius ecclesi
asticæ hierarchiæ præcipuum finẽ deueniatur. Siquidẽ vt ante est di-
ctum/præcipua ipsius sacerdotalis functionis intentio est: vt nos homi
nes deo similes efficiamur/ipsiq; intime comungamur. hoc autem/ sci
licet dei similitudinem & vnionem cum eo/potissimum assequemur: si
sacratissima dei mandata diligamus & exequamur/ quandoquidem
summa veritas apud Ioannẽ dicit. Si quis diligit me: sermonẽ meum Ioan. 14.
seruabit. & pater meus diliget eum: et ad eum veniemus/& mansionem apud eũ facie-
14 mus. Et rursum eodem loco. Si diligitis me: mandata mea seruate. ¶ Inquirit deinde qđ
est principium siue exordium: sanctissima dei mandata peragendi. Respondet autẽ hæc
tria potissimum conducere ad illud. Primo idipsum (quodcunq; tandẽ id est) quod irra-
tionales affectus nostros ad amplectenda diuina eloquia & opera bona recte disponit:
ab affectuum nostrorũ pronitate ad malum omnino aliena. Planũ enim est omnibus/cõ
cupiscentias nostras carnales procliues esse ad prauum: & propensius inclinari ad ea
quæ carni & sanguini sunt amica/ deo autem inimica. Illud igitur quod eas coercet ab
huiusmodi procliuitate ad voluptatẽ (exẽpli causa/amor dei & gratia: simul cum exerci
tio & studio boni operis) maxime in nobis initiũ est & inchoatio: diuina implendi man-
data. Secundũ est/illud ipsum quod nobis viam sternit & præparat adiumentum: quo
ad cœlestia præmia & futuræ vitæ bona speranda & desideranda assurgamus & aspire-
mus. Nempe cum nobis suggeritur spes obtinendi potiora (q̃ hic mundus habet) bona
in altera vita/illorumq; assequẽdorũ accendimur desiderio ac amore: id mirifice nos in-
ducit ad mandata dei opere cõplenda. Tertiũ est sacratissimæ regenerationis (quæ ex
aqua fit & spiritu) nobis facta traditio. Et id tertium: ianua est & itroitus quo ad alia duo
iam dicta præparemur & disponamur/& ergo ab hoc inchoandũ est. Vt enim beatissi-
mus ait Paulus/diuini patris præceptor egregi9/primus animi ad diuina motus: dei di-
lectio est. qua succensus calcatis & sub se relictis terrenis: mouetur ocyus & fertur/ignis
instar/ad superna. Cæterum principalis processus/ inchoatio & inductio sacræ dei dile-
ctionis ad diuina mandata peragenda/est illa occultissima & verbis inexplicabilis ope-
ratio: per quam diuinæ in nobis vitæ conditio efficitur/ vtpote spiritualis regeneratio:
qua anima humana in deo renascitur per baptismum. Cum enim diuinus hic status vi-
uendiq; modus sit diuina natiuitas/quicunq; diuinum hunc statum et hanc nouã vitæ
conditionem nõ fuerit consecutus: nunq̃ aliquid efficaciter sciet eorum quæ a deo man
data sunt/ neq; illa operabitur. Quare ex opposito vt quis sciat vtiliter dei mandata &
ea operetur: diuinam natiuitatem et statum iam fuerit consecutus/oportet. Nempe no
bis ipsis necessaria est omniũ confessione humana natiuitas secundũ carnem/& huma-
næ vitę status: vt humana opera atq; naturalia possimus operari. Quod enim omnino
non est: id neq; motum vllũ neq; operationem aut substantiã habet/cum actio et motus
requirant rei existentiam. Et id ipsum quod aliquo modo est/et particulare aliquod exi
stendi genus est assecutum: ea solum agit et patitur quæ sui sunt status/ cõditionis et na
turæ. vt leo ea facit opera quæ leonis naturæ competunt: et ignis/quæ igneæ. Verũ hęc
statim dilucida sunt. et nunc ad contemplanda diuinæ regenerationis visibilia signa ꝓ-
grediendum. ¶ Admonet deniq; sacratissimus pater: ne prophani et sacrę fidei exper-
tes hęc ludibrio habeant aut subsannẽt. et qui catholicæ professionis carent rudimentis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 2 pars 2

non se temere ingerant ad contuenda hæc sacra spectacula/ꝙ minus idonei sunt ad capienda hæc ardua mysteria. Quoniam sicut imbecilles oculi leduntur potius q̃ iuuentur/obtũduntur & hebescunt/si aciem suam intendere velint in solare iubar: ita neq; hominibus id cedet in bonũ sed nocumentum graue inferet/si tentauerint ea facere quæ supra suũ sunt munus & officiũ. Quod triplici sacræ scripturæ comprobat exemplo. Pri
2.para.26 mo Oziæ regis Iuda: qui lepra subito percussus est a domino/ꝙ sacerdotale sibi arrogare vellet officium atq; adolere incensum. Secundo ipsius Chore & consectatorum eius:
Nume.16. qui diuina vltione viui absorpti sunt a terra/ꝙ vellet sua ambitione vsurpare sibi sacer-
Leui.10. dotium. Tertio. duorum filiorum Aaron scilicet Nadab & Abiud/qui percussi a domino repente mortui sunt: ꝙ contra domini institutum/ignem alienũ thuribulis imponerẽt.

ℭ Mysterium illuminationis siue baptismatis. Cap. II. pars II.

HTaq; pontifex quidẽ in dies ad dei similitudinẽ omnes homines saluos fieri cupiens/ & ad agnitionem venire veritatis: prædicat omnibus vera profecto euangelia. annuncians deum cum sit mortalibus ex propria/ & naturali bonitate propicius: ipsũ eximiæ benignitatis gratia/ ad nostra infirma descẽdere dignatũ esse. nosq; sibi iungendo atq; inserendo ignis instar: quos iunxerit/ iuxta singulorum propositũ atq; aptitudinẽ
X sibi similes facere. Quotquot enĩ receperũt eũ/dedit eis potestatẽ filios dei fieri: ijs qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinibus/ neq; ex voluntate carnis/neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Porro qui tam sublimiũ ac tam cœlestiũ munerum sacro fuerit desiderio & amore captus: accedit ad aliquẽ ex fideliũ numero/oratq; vt se ad pontificẽ ducat: secuturum õnia quæq; sibi tradẽtur/penitus atq; ex toto animo spondens. precaturq; tũ vt se adducat: tũ vt reliquæ deinceps regendæ vitæ suæ suscipiat curam. Illũ (etsi salutis eius sacro amore succenditur) celsitudinẽ tamen rei/ humanamq; infirmitatẽ metientẽ: continuo horror & angustia difficultatis inuadit. postremo tamen facturũ quod ille postulat/ benignissime pollicetur: as-
Y sumensq; hominẽ/ad pontificẽ ducit. Ille magna cũ lętitia (non secus q̃ ouẽ perditã in humeris) virũ suscipiens: primũ quidẽ secretius ex corde gratias agit. tum in orantis quoq; habitum sternitur: adoratq; supplex/atq; veneratur summum illud beneficũq; principium: a quo & vocanda vocantur/ & saluanda saluantur. Deinde sacros omnes gradus vt sibi cooperentur/ ac pro salute viri simul congaudeant/agantq; diuinæ clementiæ gratias: in sanctã ecclesiã cogit. Atq; initio quidem hymnũ aliquem sacris libris insertũ: simul cum omnibus ecclesiæ ordinibus canit. Post hæc deosculatis sanctis altaribus/ad virum astantem proficiscitur: percõtaturq; ab eo quidnã volens eo venerit. Illo autem (iuxta quod a susceptore suo fuerat edoctus) impietatem/& veri boni ignorantiam accusante/ac diuinæ vitæ opere tam diu se fuisse destitutum ingemiscente/atq; orante vt eius sacratissimo munere ac prece: deo diuinisq; mysterijs frui mereatur: cõtestatur ei oportere ex integro totoq; corde accedere ad deum/per cuncta perfectum/ & immaculatum. Tum diuinæ quoq; conuersationis ac vitæ/illi explicans rationem: an ita velit deinceps viuere/sciscitatur. Quod vbi ille pollicitus fuerit: imponit eius capiti manũ. consignansq; illum sacerdotibus: mandat vt virũ/susce

ptoréq; describát. Postea vero q̃ illi descripsere: sacrã effundit precẽ. quam
cum omnis secum ecclesia terminauerit: discingit quidẽ ipsum / ac ministro-
rum manibus exuit. Deinde occidentem versus illum statuens: intenden-
tem / manusq; impingentem ad eandẽ regionẽ conuersas / insufflare illũ ter
sathanã iubet: ac præterea abrenunciationem profiteri. Et cum post trinam
abrenunciationis contestationem tertio se ille abrenũciare professus fuerit:
ad orientem illum traducit. aspicientemq; in cœlũ / atq; intendentẽ manus:
CHRISTO / sacrisq; omnibus diuinitus traditis consentire iubet. Postq̃
vero & hoc ille fecerit: rursus ter illũ profiteri monet. Trina vero ea cõfessio-
ne peracta: rursus ille orans benedicit / eiq; manus imponit. Et cum illũ mi-
nistri perfecte exuerint: deferunt sacerdotes sanctũ vnctionis oleũ. At vero
pontifex trino crucis sanctæ signaculo vnctionẽ inchoans: inungendũ iam
sacerdotibus toto corpore hominem tradit. Ipse ad adoptionis matrẽ pro-
ficiscitur: eiusq; aquas sancta prece & inuocatione sanctificans / terq; in eas
ad crucis effigiem sanctissimum fundens vnguentum / illasq; hoc ritu perfi-
ciens: terq; ad numerũ sacræ effusionis / carmen (quod prophetæ deo pleni /
diuinitusq; afflati cecinere) pronuncians / semel scilicet per singulos sancti
vnguinis iactus: iubet afferri hominẽ. Et cum illum / eiusq; susceptorẽ quis-
pia sacerdotum ex descriptione / celsa voce prædicauerit: ille quidem a sa-
cerdotibus se tenentibus in aquam ducitur ad pontificis manum. Pontifex
autem superne astans (cum rursus super aquas sub pontificis manu sacer-
dotes / eius qui initiatur inclamauerint nomen) ter illum aquis immergit.
hac trina illius mersione / & emersiõe: tres beatitudinis diuinæ personas in-
clamans. Assumentes autẽ illum sacerdotes: susceptori / suiq; accessus du-
ci consignant. & vna cum ipso illum / vestem / baptisati mũdiciæ congruam
induunt: sicq; indutum / rursus ad pontificem ducunt. Ille diuino ac deifico
prorsus vnguento virũ signans: sacratissimæ communionis participem fa-
16 cit. ¶ His ita peractis exteriori ex munere / suoq; ad sequentia & secunda Z
progressu: rursus præsul ad prima & potiora speculanda sustollitur. vt qui
nullo tempore / nullo modo / ad aliena vlla q̃ sola ad munera sua conuerti-
tur: sed a diuinis ad diuina continenter ac semper diuino spiritu / diuinaq;
ratione transfertur.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Quotquot enim receperunt eũ. Id satis cognitũ X
est ex Ioannis cap. primo esse desumptum. Quemadmodũ & id supra: pontificẽ omnes
homines saluos fieri cupere / ad dei similitudinem: ex Paulo epistola ad Timotheũ pri-
ma cap. secundo. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro / deo: qui om-
nes homines vult saluos fieri / & ad agnitionem venire veritatis. ¶ Ille magna cum læ- Y
titia. Ille / ille pontifex. ¶ His ita peractis exteriori ex munere / suoq; ad sequentia & se- Z
cunda progressu: rursus præsul ad prima & potiora speculanda sustollitur. Diuinorum
signorum (quæ in se diuidua & multiplicia sunt) administrationem: vocat interpres ex-
terius pontificis munus / & ad sequentia & secunda progressum. diuinã vero contẽpla-
tionẽ ad illam superexcellentem omnibus vnitatem se colligentem: interius pontificis
munus / & ad prima ac potiora processum. ¶ Sed vt cõtinuata litteræ huius partis & se-
quentis series lucidior appareat: non inconsonum fuerit mysteria ritu apostolico (quan-
tum diuinus tãgit pater) quæ in diuina generatione / baptismo / illuminationisq; sacramẽ-
to fiebant: quasi ex formula depræhendere. & quæ præsentis ecclesiæ ritus obser-
uat: pariter annotare.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶Mysteria baptismi ex ritu apostolico: tempore sacratissimi patris.	Quæ præsentis ecclesiæ ritus obseruat.
Initiandus quærit susceptorem.	obseruat: plures.
Susceptor ad pontificem perducit.	obseruat: aut cōmissum.
Pontifex suscipit.	obseruat: aut cōmissus.
Pōtifex deo gratias agit/sacros cōuocat gradus ad cooperandū/ad congratulādum saluti viri/ad gratias diuinæ clementiæ peragendum.	
Psalmus ab vniuersis canitur.	
Deosculatur pontifex sanctū altare.	
Adinitiandum proficiscitur rogans quid velit.	obseruat.
Orat cathecuminus sacris initiari.	obseruat.
Initiandum hortatur pontifex.	
Pollicetur initiandus.	
Pontifex capiti initiandi manum imponit.	obseruat.
Vitali signo crucis munit.	obseruat.
Mandat sacerdotibus/initiandū & susceptorē describi.	
Orat cum omni ecclesia.	
Manibus ministrorum initiandū discingit ac exuit.	
Illū ad occidentē statuit: manus eā in partē impingentē.	
Ter sathanam exufflare iubet.	
Ter abrenūciationem profiteri.	
Ad orientem traducit.	obseruat.
In cœlū suspiciens initiandus: in illud manus intendit.	
Christo & sacris diuinitus traditis consentire iubetur.	
Ter Christum profitetur.	
Pontifex orās initiando benedicens: manus illi imponit.	obseruat.
Ministri perfecte eum exuunt.	
Sacerdotes sanctum deferunt vnctionis oleum.	
Pontifex trino crucis signaculo vnctionem inchoat.	obseruat nūc bis/nūc ter
Toto corpore vngendum sacerdotibus tradit.	
Pontifex sacrum locum ingreditur.	
Aquas prece & inuocatione sanctificat.	Obseruat aut cōmissus.
Ter vnguētū ad crucis effigiem fundit.	obseruat.
Ter propheticum carmen canit: vox domini super aquas alle luia/& psalmum vicesimum octauum.	obseruat semel.
Iubet adduci hominem.	
Aliquis sacerdotum initiādum & susceptorem ex descriptione alta voce proclamat.	obseruat.
Ducitur a sacerdotibus in aquam ad sacerdotis manū.	
Initiandi ad aquas sub manu pontificis sacerdotes nomen inclamant.	
Trina immersione/& emersione: pontifex virū abluit.	
Tres diuinæ beatitudinis personas inclamat.	obseruat.
Sacerdotes illum suo susceptori tradunt.	obseruat.
Susceptor cum sacerdotibus initiatum vestem candidā et mundam induunt.	
Rursum ad pontificem ducunt.	obseruat cū sacerdote.
Pontifex sancto chrismate initiatum signat.	
Sacrosanctæ cōmuniōis participē efficit/statimqꝫ coicat.	obseruat.

Et hęc quo ad obseruationem præsentis ecclesiæ in libris mysteriorum diligētius a di=

gnis inspectoribus depræhendi possunt. Neq; hic omnia præsentis ecclesiæ mysteria
ad baptismum attinentia adducuntur: vt de sale/ de sputo/ de lumine. q; ad ea quæ
beatus pater ex primitiuo ritu adduxit: non habeant responsum. Et vetus & præsens
mysteriorum forma/ suam seruat pietatem: & ad eandem ex diuisibilibus signis su=
pramundanæ vnitatis tendit participationem. Et ex præsenti apostolica forma: no=
stræ religionis a diuinis contemplatoribus mira pietas/ puritas & veræ sanctitatis sub=
limitas intelligitur. Et nemo confundatur: sed inquirat. quærentibus enim & pulsan=
tibus: parata bonitas aperit/ & petentibus diuinitatis opes, largitur abunde: quæ
est omnium sanctificationum (seu teletas/ seu mysteria/ seu sacramenta dicamus) au=
thor. Neq; hisce quisquam temere adijcere/ demere/ mutare/ aut innouare debet:
nouisq; inuentionibus studere. ne suo cum periculo non aliter q̃ filij Aaron (quos vl= Leuiti. 10.
tionis ignis exussit) suo sensu abundet. sed in ijs solum quæ diuinitus inspirantur:
spiritum ducem sequi. & sacramenta omnia (per quæ euadimus/ transimusq; in de=
um) maxima cum veneratione tractare. Illuceat deus hominibus vt videant: viden=
tes purgentur/ purgati illuminentur/ illuminati perficiantur. Et bonum forsitan vide=
retur si vniuersæ regeneratorum matris/ sponsæ dei in spiritu sancto conuocaretur cõ=
cilium: vt sacramentorum formæ particularium ecclesiarum sub conspectum & exa=
men venirent/ & vetusta perquirerentur instituta cum sanctorum patrum annotatio=
ne cuius essent. ne neglectis aliquid ab ignoranti & temeraria hominum superba au=
dacia adiectum/ detractum/ immutatum/ aut innouatum sit: quod futuræ proli piæ ma=
tris ecclesię posset afferre detrimentum. Et omnibus in ecclesijs vnum sacramentorum
ritum/ vnamq; formam vbiq; teneri foret operępretium: & multo etiam arctius q̃ le=
galia in veteri ritu seruabantur. Sane si septuaginta veteris legis sacerdotes: eius myste
ria & profundam intelligentiam tenebant/ quam scriptis redigi (ne in nouissimis suæ le=
gis diebus: qui tunc in foribus aderant/ periret) mandauit Esdras: tanto magis debent Esdras.
legis gratiæ pontifices/ eius & suorũ sacratissimorum rituum profundam callere intelli=
gentiam. Qz si qui hactenus negligentiores inuenti sunt/ & similes illis virginibus quæ
oleũ secũ nõ sumpserũt: priusq̃ sponsus adueniat/ & lucernã e manibus eorũ requirat/
lampades disponant. & ad beatissimũ patrẽ Dionysiũ venientes: ante id tẽporis lucem
sibi comparent & intelligentiam. Deus lucis author/ det vt homines videant.

15 ¶SECVNDAE PARTIS SECVNDI CAPITIS COMMENTARIVS ad litterã.

DEscribit hic modum & ritum tradendi suscipiendiq; sacri baptisma=
tis sacer Dionysius: tempore primitiuæ ecclesiæ (quo degebat in hu=
manis) obseruatum. Cuius ordo est huiusmodi. Imprimis ipse ponti=
fex ad dei imitationem cupiens omnes homines saluari & agnitione
veritatis illustrari: prædicat assidue & diligenter omnibus sacrosancta
euangelia. annuncians vniuersis deum (qui hominibus ex summa sua
bonitate propicius est & clemens: paratusq; ad miserendum) descen=
disse de cœlo in hunc mundum/ ad suscipiendam nostræ carnis substantiam: & id qui=
dem/ ex sola sua benignitate & misericordia. Contestatur itidem eundem id maxime
expetere/ vt nosipsos sibi iungat & inserat: more ignis/ ferrum sibi inserentis. & hoc pa=
cto secundum cuiusq; dispositionem & modum/ quoscunq; coniunxerit: similes sibi ef=
ficiat & deiformes. Quotquot enim receperunt eum (vt diuinus ait euangelista) dedit Ioan. 1.
eis potestatem vt filij dei fiant ij qui credunt in nomine eius. qui non ex humana
carnaliq; propagatione: sed ex deo per baptismum nati sunt/ ex aqua scilicet & spi=
ritu. Cæterum quispiam prius infidelitate detentus/ & sacris verbis pontificis ad hæc
sublimia mysteria suscipienda inflammatus: primum accedit ad aliquem ex numero
fidelium/ oratq; vt se ad pontificem (a quo sacris fidei mysterijs initietur) adducat &
totius reliquæ vitæ suæ curã suscipiat atq; directionẽ. promittens ex animo/ se integre
omnia facturum: quæ sibi iniungentur. At vero fidelis ille quãuis magno teneatur de=
siderio salutis sui fratris & proximi: primum tamen horrore concutitur & anxietate
premitur animi/ cum considerat sublimitatem mysterij quod expetitur/ & humani
cordis infirmitatem: facile post suscepta sacra ad relapsum/ procliuem. postea ta=
men dei fretus auxilio & fiducia/ cum singulari benignitate pollicetur se facturum quod
ille initiandus postulat: ipsumq; ad pontificem adducens/ aperit eidem pium illius
desiderium. Pontifex vero illum catechuminum cum ingenti cordis lætitia suscipiens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 2 pars 2

(nõ secus q̃ bonus ille pastor ouẽ centesimam perditam & demum inuentam: humeris
Lucæ. 15. sustulit in ouile) primũ in cordis intimo gratias deo agit de illius cõuersione. deinde ve-
ro in orantis modum ac formam prosternitur palam: laudatq; gratulabundus deũ ipsũ/
rerum omnium principium & totius boni fontem vberrimum: a quo qui vocandi sunt
ad salutem/ gratuita dignatione vocantur. & qui saluandi sunt: sola illius gratia saluan-
tur. Deinde pontifex gradus omnes ecclesiasticos sibi subiectos in ecclesiã conuocat ac
colligit: vt sibi cooperentur in baptismi administratione/ ac pro viri illius salute congra-
Ibidem. tulẽtur/ diuinæq; bonitati gratias agant. haud secus ac pastor ille inuẽta oue quæ prius
perierat/ conuocat amicos & vicinos: qui cõgratulentur ei de inuẽtione ouis ante deper-
ditæ. Et in principio quidẽ psalmũ aliquẽ pontifex simul cum omnibus ecclesiæ ordini-
bus decantat. Deinde deosculatis sanctis altaribus ad catechuminũ virum foris stantẽ
proficiscitur: sciscitaturq; ab eo quidnam petat. Ille autem vt a suo susceptore ante est
edoctus/ suam accusat pristinam impietatem & veri dei ignorantiam: qua hactenus de-
tentus est/ ingemiscit item se tanto tẽpore fuisse priuatũ opere diuinę vitę/ fideiq; signa-
culo & vita spirituali. deniq; orat pontificẽ vt sacro ei9 ministerio atq; adiutorio: sacro-
sanctæ fidei mysterijs initiari possit. Tũ põtifex contestatur/ illũ oportere ex toto corde
citra fictionẽ omnem ad deum accedere: vt qui sit omnino perfectus/ sanctus & imma-
culatus. Eidẽ quoq;/ vitæ Christianæ deinceps agendæ modũ ac rationẽ explicans: per-
contatur ab eo an ita in posterũ viuere velit. Quod postq̃ ille initiandus pollicetur se fa-
cturũ: imponit eius capiti manũ/ & tradens ipsum sacerdotibus: præcipit vt nomẽ initiã-
di & susceptoris conscribant. Postq̃ autem facta est a sacerdotibus hæc descriptio: sacrã
ad deum effundit orationẽ. quã cũ omnis ecclesiasticus ordo secum terminauit: discingit
pontifex initiandum/ & ministrorum manibus eum exui mandat. Deinde statuẽs ipsũ/
occidentem versus/ habentẽ manus extentas & conuersas ad eandẽ cœli plagam: exuf-
flare sathanam ter illum iubet/ & abrenũciationem eius profiteri. Cũq; initiandus ille ter-
tio se abrenũciare sathanæ & operibus eius contestatus fuerit: pontifex illum ad orientẽ
transfert. aspicientemq; cœlum atq; illuc manus intendentẽ: CHRISTO & sacris om-
nibus mysterijs ecclesiasticis illũ cõsentire iubet. Quod vbi factũ est: rursum ter illũ profi-
teri fidem CHRISTI/ q9q; se credere dicat CHRISTO/ admonet. Et cum trina huius-
modi professio facta est: rursus pontifex orans benedicit deum/ & illi qui initiatur manus
imponit. Cumq; illum ministri omnino exuerint: sacerdotes ad pontificem deferunt san-
ctum vnctionis oleũ. Põtifex autem facto ter crucis sanctæ signaculo/ vnctionẽ eius qui
sacris initiatur incipiẽs: inungendũ ipsum toto corpore/ sacerdotibus tradit. Deinde põ-
tifex sacrum ingreditur locum vbi baptisteriũ est: quo ecclesia mater filios adoptionis
CHRISTO gignit. Et ipsius lauacri baptismalis aquas sancta oratione & inuocatione
diuini nominis sanctificans/ atq; ter in illas ad formã crucis sacrum fundens vnguentũ/
& ipsas aquas hoc ritu consecrans: ter itidẽ pronũcians canticũ laudis (vt alle luia/ &
psalmum vicesimũ octauum: qui sacri baptismi mysteria complectitur) quod prophetæ
diuino spiritu inspirati cecinerunt: secundum numerum sacræ effusionis vnguenti/ se-
mel scilicet id canticũ proferens per singulos sacri vnguẽti iactus in aquã: iubet ipsũ ba-
ptisandum ad se adduci. Et cum illius nomen itidem & susceptoris aliquis sacerdotum
ex libro (vbi descriptum est) alta voce proclamauerit: ille initiandus a sacerdotibus in
aquã baptismalem ducitur iuxta pontificis manũ. Ipse vero pontifex in superiore con-
sistens loco/ cum rursus super aquas sub pontificis manu sacerdotes ipsius baptisandi
protulerint nomen: ter illum aquis immergit & rursum educit/ hac trina immersione &
eductione: tres summæ diuinitatis personas simul inuocans & nominans. Deinde assu-
mentes illum iam baptisatum sacerdotes/ susceptori (quo duce ad pontificem ille acces-
serat) ipsum tradunt ac cõmittunt/ et vna cum ipso susceptore induũt illũ iã ablutũ ve-
stẽ cãdidã et cõuenientẽ mũditiæ ipsius baptisati: cuius scilicet cãdore/ designetur ille iã
mũdatus a sordibus vitæ præteritæ & cãdidatus. Et ita indutũ ipsũ initiatũ: rursũ ad põ-
tificẽ ducũt. Põtifex autẽ ipsũ sacro chrismatis oleo in fronte signãs: sacræ cõmunionis
eucharistiæ eũ participẽ facit. ¶ Porro cũ hæc ita pacta sũt per exterius ipsius põtificis
munus/ administrationem scilicet visibilium signorum quæ in sacramento baptismatis
exhibentur. qua quidẽ administratione/ ipse pontifex ad sequentia & secunda progre-
ditur: vtpote ad ordines sub se positos & post se constitutos/ vt ipsos ad cœlestium spiri-
tuum imitationem in deũ subuehat. rursus ipse pontifex ad suum interius reuertitur mu-

nus/intimam ſcilicet dei contemplationem: qua ipſe in deum ſuſtollatur. atqꝫ ad prima
potioraqꝫ contemplanda promouetur: ſpiritualia ſcilicet arcana diuinaqꝫ myſteria/ qui-
bus ſe totum ad ſummam illam vnitatem colligat. Nempe ipſe pontifex vt vir conſum
matus & perfectus/ nullo vnq̃ tempore aut loco: ad aliena vlla negocia q̃ ad ſola ſua of
ficia conuertitur. ſed a diuinis exterioribus ad diuina interiora/ aut ediuerſo: continue
& aſſidue a ſpiritu ſancto diuina quadam motione transfertur.

¶ Spiritualis intelligentia/ contemplatio/ theoria/ ſanctaqꝫ anagoge. Cap. II. pars III.

17 HSta quidē veluti in ſignis: ſanctæ ac diuinæ regenerationis
conſūmatio eſt. Quæ profecto nichil habet in ſe indecēs: ni-
chil vel ex ipſis carnalibus imaginibus fœdū. ſed aſſunt illi
digniſſimæ intelligentiæ ſigna: naturalibus & humanis/ ac
decentiſſimis ſpeculis informata. Quid enim illi/ dignitatis
defuiſſe videatur: etiam ſi myſteriorum diuinior ratio ſileatur: cū & per-
ſuaſione certa/ & diuinis eloquijs: eius qui accedit/ vitæ optimum ſtatum
ſacratius moliatur. totiuſqꝫ ſimul vicioſitatis emundationem: diuiniore/
ac virtutibus dedito vitæ genere ſuccedente/ denunciat. vt naturali aquæ
expurgatione dum corpora diluuntur: vicia quoqꝫ mundata credantur.
Hac ergo ratione (etſi nichil ſacratius haberet myſteriorum ſignificatiua
traditio) nichil puto haberet fœditatis. quippe cum & rectioris vitæ ma-
giſterium præferat: & totius vicioſæ conuerſationis ablutionem integram
(corpore naturaliter aquis omnino purgato) ſignificet. Sed ſit illa plane
rudibus introductio ſalutaris: quæ & ſacratiora quibus deo iungimur
(quantum fas eſt) a multitudine dirimat. & in partes diſtributis ordini-
18 bus: cuiqꝫ pro captu ſuo cōgruū ſubminiſtret ad altiora ſucceſſum. ¶ Nos
autem ſacris aſcenſibus viſibilium rerum aſpicientes initia: vbi ea ſacratio-
re modo didicerimus/ ſciemus quænam exemplaria/ formæ huiuſmodi:
& quæ inuiſibilia/ imagines iſtæ ſignificēt. Sunt enim (vt in libro de intelli- A
gibilibus & ſenſibilibus aperte docuimus) viſibilia ſacramenta/ intelligibi-
lium imagines quædam: quibus ad ea recto itinere ducimur. Porro intelli-
gibilia: viſibilium ſacramentorum initium ſunt atqꝫ ſcientia. Dicimus igit̃
eſſe diuinę beatitudinis bonitatem (cui cum ſemper aſſint per eadem & eo-
dē modo ſuę lucis benefici radij) eos in oīa ſpiritualia lumina affatim expli
19 cantem. ¶ Siue itaqꝫ motu proprio ab intelligibili lumine/ ſpiritualis natu-
ra libertate arbitrij donata diſcedat/ et inſitas ſibi naturaliter vires (quibus
illuminari valeat) amore næquitiæ claudens: lucis excidat gratia/ cum præ-
ſens illa nequaq̃ diſcedat/ ſed cæcutiēti ſuffulgeat: aduerſantiqꝫ/ vi ſūmæ be
nignitatis occurrat. ſiue indulti ſibi modice luminis terminos tranſilire nita B
tur/ atqꝫ ad excelſioris (q̃ imbecillitas oculorum ſuorū ferre poſſit) lucis ra-
dios/ intendere aduerſos conetur obtutus: lux quidem illa nichil præter lu
cis operabitur munus. cæterum ipſa (dum perfectioribus imperfecte inten
dit) non modo quæ nichil ad ſe pertinēt nequaq̃ attinget: verū ea quoqꝫ lu-
cis mediocritate (qua capere potuiſſet) proterue ſuperbiēs/ ac de ſe magnū
ſapiens/ excidet. diuina tamen vt diximus lux: ſpiritualibus ſemper oculis
benigniſſime patet. licetqꝫ haurire præſentē: ac paratiſſimā ſemper ſua mu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 2 pars 3

nera/diuina dignatione volẽtibus tradere.¶Ad huius æternæ lucis effigiẽ 20
atq; imitationẽ:diuinus formatur antistes.atq; doctrinæ suę cœlestis perlu
cidos radios super oẽs affatim fundit:accedentẽ semper ad diuinæ bonita-
tis imaginẽ illuminare paratus.Non autem inuidia vlla tangitur:neq; ad
prioris erroris aut defectionis culpã ira infausta & immoderata mouetur.
sed ad dei exemplar/accedentibus semper doctrinæ cœlestis fulgorem pon
tificaliter explicat:maxima cũ dignitate atq; ordine singulis (pro modo &
captu suo) diuini sermonis iubar impartiens.¶At si quidem sacri ordinis 21
atq; constantiæ/deus principium est:per quã/seipsas diuinæ mẽtes noscũt/
ad propriam naturæ suæ speculationẽ/scientiamq; recurrens:in principio
quidem quisnam ipse sit intuebitur.istudq; primũ ex illa consideratione:ad
agnitionis lumen sacrũ accipiet munus. Porro qui sua omnia oculis omni
perturbatione liberis diligenter inspexerit:profundas quidẽ effugiet igno-
rantiæ tenebras.¶Verum perfectissimæ illius coniũctionis/participatio- 22
nisq; diuinæ rudis adhuc & ignarus existens: ipse non statim ex seipso con
tinẽter hãc cupiet. verũ sensim ac per gradus:ad priora semper & digniora
atq; excellentiora conscendet. Sicq; perfectus:ad supremũ illum tandẽ/di-

De duce siue susceptore.

uinumq; ordinem gradu proficiẽte subuehetur.¶Huius honestissimi atq; 23
augustissimi ordinis imago est/accedentis verecundia/suorumq; omnium

Quid ꝙ põtifex initiãdũ suscipit: manum imponit/& signat.

cauta scientia:quæ hominẽ ducem inquirit/per quẽ recto itinere ad ponti-
ficem eat.Hunc ita accedentem diuina maiestas in sui consortiũ intus ad-
mittit:eiq; lucem suam perinde ac signum aliquod tradit/sanctum efficiẽs/
& sanctorum sortis ordinisq; participem. Hoc autem significat id signum

Quid descriptio: & cur susceptor describitur.

quod accedenti pontifex primo largitur:salutarisq; illa descriptio sacerdo-
tum/per quam ille saluandis inseritur.Neq; ille modo/verũ & susceptor ei9
sacris monumẽtis inscribitur:vtpote viuifici ad veritatem itineris dux. atq;
ille quidem: ꝙ amator veritatis verus fuerit/ducemq; pium secutus sit.

Quid ꝙ discingit atq; exuitur.

hic autem: ꝙ ductu diuinitus instituto/sequentem data manu sine er-
rore prouexerit. Atqui fas non est vt quis eorum quæ sibi sunt omnino
aduersa:vna/simulq; particeps fiat.neq; is qui illius quod vnum est/consor
tium aliquod ceperit/diuiduas habeat vitas: si quidem vnius (quam ce-
pit)participationem:firmam/inconcussamq; custodiat. Cæterum eiusmo-
di eo in statu esse debet:vt nullis affectibus (qui vnũ illud diuidãt atq; dis-
cindant) vllo pacto violabilis sit.quod profecto significat signorum illa sa-
crosancta traditio:quæ accedẽtem veluti priori exuit vita.& ad extremos
vsq; illam affectus expolians:nudũ illum discalceatumq; constituit/ad oc-

Quid ad occidẽtem cõuersio & eã in partẽ manuũ impactio & exufflatio

cidentẽ conuersum/& impulsione manuũ:obscuræ militię consortia renuẽ-
tem/atq; indutũ sibi dissimilitudinis statũ velut exufflantẽ/profitentẽq; ijs
ex integro abrenunciare:quæ deo contraria sunt. Sic exutum penitus affe-
ctibus viciosis/atq; his inuiolabilem factũ:ad oriẽtem sancta traditio trãs-
fert.statũ per id/atq; prospectum diuini luminis purissimũ fore:ijs qui per-
fecte vicia effugerint/innuens. sanctamq; illius professionem(qua vnus ef-
fectus:ad vnum prorsus aspirante voto cõsentit) verissime suscipit.¶Sed 24
enim omnibus liquet(vt puto) qui sacra didicerunt: vt perpetua in vnũ il-


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

lud cõstantissimaq̧ intẽtione(dũ cõtraria omnino mortificantur atq̧ abo=
lẽtur)constantẽ illũ atq̧ immutabilem diuini habitus statum/intellectua=
lia capiũt. Neq̧ eni solũ a viciositate õni discedere necesse est: verũ masculo
quoq̧ vigore ad oẽm ipsius perniciosam subreptionẽ inflexũ/iterritũq̧ du
rare. & nunq̃ sacro veritatis amore satiari: nunq̃ illũ consenescere vlla rati=
one permittere. cęterũ id pro viribus eniti: vt ad perfectiora diuinitatis hau
25 riẽda/perpetua sẽper intentione feramur. ℭ Cernis nempe harũ rerum dili
gentes imagines: in ijs quæ pontificali geruntur officio. Diuinus namq̧ põ
tifex: sacræ vnctionis inchoat munus. sacerdotes autẽ post ipsũ: vnctionis
officiũ peragunt. ita inunctũ ad sacra certamina in figura euocãtes: in qui=
bus sub æditore munerũ CHRI=
STO cõstitutus est. Ipse sane certã
tibus præmia proponit vt deus: le=
ges autẽ certaminis tulit vt sapiẽs/
præmiaq̧ vincentibus decora con=
stituit ipse pulcherrimus. & quod
est profecto diuinius: ipse vt sum=
me bonus & clemens/in suis
bellatoribus vincit. dũ i
illis habitãs: pro ipsorũ
salute ac victoria aduer
sus mortis & corrupti=
onis imperiũ pugnat.
Certamina quidẽ vt di
uina/is qui initiatur ag
gredietur gaudẽs: perseuera=
bitq̧ in sapiẽtis sacratissimis
legibus: earumq̧ iure viuẽs/
sine vlla earũ prẹuaricatione
pugnabit/prẹmiorꝫ cœlestiũ
spe firmissima fœlix. & sub
p̃stantissimo certaminis dño
ac duce constitutus: innitens autẽ sacris vestigijs primoris athletæ(q̃ ille so=
la bonitate calcauit)dei imitatione pugnando: actiões & substãtias sibi ne
26 in deũ transeat aduersantes/deuincit ac superat. ℭ CHRISTO q̧ in ba=
ptismo (vt mystice dixerim) peccato commoritur. Et michi quæso sa=
pienter attende: q̃ sacramenta proprijs inuoluta sunt signis. quia enim
in nobis mors est non substantiæ abolitio(vt quibusdam visum est)sed
cõiunctarũ rerũ separatio: ad id quod nobis obscurũ est atq̧ inuisibile du=
cẽs. animam quidem: quasi priuatione corporis euanidã/disparentemq̧ ef
fectam. corpus autẽ: vt humo abditum/aut iuxta aliam quãdam corpora=
liũ immutationũ humana ex specie exterminatũ: ꝑprie & cõuenientissime
mersio illa qua totus homo aquis operitur/ad imaginẽ mortis ac sepulturę
iformis/accipitur. Eũ igitur qui sacro fõte renascit: sacrosãcta mysteria do=

Quid ad o=
rientẽ con=
uersio.

Quid istiati
sacra inun=
ctio.

C



D

Quid trina
in sanctifi=
cantẽ aquã
imersio et
emersio.

E

F

cẽt trina illa lauacri mersiõe & emersione/diuinã triduanæ sepulturę IHE
SV authoris vitæ mortẽ imitari/ q̃tũ attingere homines ad dei imitationẽ
G possunt. In quo vt sese habet diuini eloquij plena mysterij & occulta tradi-
Quid mundæ & cãdidæ vestis acceptio. tio: nichil mundi princeps inuenit. ¶ Deinceps ita initiatu: candentes indu 27
unt vestes. Dũ enim virili atq; ad dei imaginem formata constantia nullis
perturbationibus cedimus/& ad vnum illud intentissima deuotione flagra
Quid finalis & consũmans chrismatis inunctio. mus: id quod fuerat turpe/componitur. & quod sine specie: formæ gratiam
sumit/ac lucentis vitæ fulgore euadit prorsus illustre. ¶ Enimuero illa perfi 28
ciens vnctio facit ita perfectum: fragrantia suauissimi odoris insignẽ. quip-
pe diuinæ generationis sacrosancta perfectio: diuino spiritui quæ fuerint
perfecta coniungit. Porro aduentum illum secretissimum spiritus (qui intel
ligibiliter odore suaui fragrantes facit/ ac perficit) cum sit prorsus ineffabi-
lis: illis spiritualiter intelligendum dimitto/ qui diuini spiritus sanctam ac
H deificam societatem in anima sua percipere meruerũt. ¶ In fine autem om- 29
nium: pontifex ita perfectum ad sacratissimam eucharistiam vocat/atq; cõ
summantium illi sacramentorum communionem deificam tradit.
A ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Sunt enim vt in libro de intelligibilibus & sensi-
bilibus aperte docuimus. Is liber (vt in scholijs capitis primi dictũ est) non apparet: de-
B us illum pijs mentibus reparet. ¶ Siue indulti sibi modice luminis terminos transilire
Roma.12. nitatẽ. Modice: moderate/ad mensurã/et (vt diuinus ait Paulus) ad sobrietatẽ. ¶ In qui-
C bus sub æditore munerũ CHRISTO. Aedere est in publicũ emittere/publicare/ propo
D nere. Et æditor munerũ: qui publice munera publicat/proponit atq; dat. ¶ Perseuera-
1.corin.1. bitq; in sapientis sacratissimis legibus. Sapientis: CHRISTI. qui (iuxta beatissimũ Pau
E lum ad Corinthios) dei virtus est & sapientia. ¶ Vt quibusdam visum est. vt Saduceis/
Epicureis/& ijs qui a philosophorũ schola reiecti: suæ sectæ/ impietatis nomen relique-
F re. ¶ Ad imaginem mortis/& sepulturæ informis accipitur. mors & sepultura/informis
dicitur: quia corpus illud quod gelida morte solutum sepulturæ mandatur/ forma illa
spoliatur quę dei similitudo/& imago moderabatur ipsũ/ dignũ (q̃diu affuit) ipsum hac
G luce faciens. ¶ In quo vt sese habet diuini eloquij plena mysterij/& occulta traditio. Io
annes capite decimoquarto. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps
H mundi huius: & in me non habet quicquã. ¶ In fine autem omnium. Primitiuæ eccle-
siæ moris fuit: purgatos sancto regenerationis lauacro/ & baptismo peracto illumina
tos/ad consummantẽ communionẽ sacrosancti corporis & sanguinis redemptoris no-
stri vocare/& eos altissimi mysterij omnia quidem alia consummantis participes effice-
re. Quod & adhuc in antiquis mysteriorum voluminibus etiam de infantibus hoc mo-
do legitur. Si episcopus adest/statim confirmari oportet: postea communicari. Episco-
pus si præsens non fuerit: anteq̃ lactetur infans aut aliquid gustauerit/ cõmunicet eum
sacerdos de corpore & sanguine domini/ ante missam etiam si necessitas ingruit. Sic in
ipsis trina implebatur sanctificatio: initians quæ purgatio est/medians quę est illumina-
tio/& finiens quæ perfectio est & consummatio. in ijs eñi tribus ipsa summa beatitudo
(quę trina est) omnẽ & in cœlo & in terra impleuit sanctificationẽ. Vide igitur quo pacto
ois Christianus ex ea ipsa ꝓfessione sua/statim sanctus est: & sanctus dici potest cũ primũ
regeneratus est. etsi nõdũ cõsũmatus atq; perfecte sanctus: priusq̃ ad deificantẽ eucha-
ristiã digne fuerit admissus. Et in his rursus sũt gradus supremi/medij/& infimi: de qui-
bus cap. quito/numero 81. diuin9 pater plenius ãmonet. Custodiat ergo quisq; suã (quã
nouerit) sanctitatẽ: & totã gloriã in ipsius sanctificationis referat authorẽ. ¶ Præterea ꝙ
diuinus pater silentio ferme præterire visus est: quid pontificis (suscepto initiando) deo
oblatæ gratiarum actiones/& sacrorum ecclesiasticorum graduum ad cooperandum/
ad cõgratulandũ saluti viri/& ad gratias diuinæ clementiæ persoluendum/ conuoca-
tio significet. & quid: psalmorũ ab omnibus decantatum melos. quid chrismatis in aquã
baptismi in signũ viuificæ crucis infusio/quid illa peracto baptismo iam initiati inũctio.
id de gratiarũ actione/& congratulatoria cooperatrice conuocatione factũ est: ꝙ in prin

cipio secũdæ partis huius capitis dictũ est/hierarchiæ nostræ pontificem ad CHRISTI
similitudinem(qui deus est)velle omnes saluos fieri. Itaq; vt summũ & inuisibilem in cœ
lo pontificem habemus/mediatorẽ dei & hominũ/hominẽ CHRISTVM IHESVM 1. timo. 2.
qui dedit redemptionẽ semetipsum pro omnibus (vt diuinus ait Paulus) cuius spiritus Roma. 8.
postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: cui super nostra ex impietatum errore cõ
uersione congratulantur angeli, ita visibilis noster pontifex/summam illam & ineffabilẽ
benignitatem imitatus (quam ex sanctissimis euãgelijs: quæ apprime edoctus est/ per-
didicit)suscepto ad ouile CHRISTI initiando/deo gratias agit/ & sacros ecclesiastico-
rum gradus(qui ad beatissimos angelos nostræ conuersionis amatores: suã referũt ana
logiã)conuocat: vt oui CHRISTI repertæ congratulentur/ vt cooperentur/ & gratias
summo illi deo(qui eam e tenebris ad lucem: & ex deuijs mortis ad vitæ semitã euoca-
uit)simul/vnaq; persoluant. De diuino autem psalmorũ decantato melo: nichil hic ideo
credatur locutus/ꝙ in tertia sequentis capitis parte id generaliter reliquerat dicendũ:
cur scilicet nullũ sacrorum duces nostri/ sanctissimi apostoli sacramentũ/ sine psalmorũ
laude compleri instituerunt. Et de aqua baptismatis/in qua diuinũ ad crucis effigiẽ fun
ditur vnguentũ: causam reliquit dicendã sacerrimus pater cap. quarto/numero 71. vbi
de spirituali intelligentia sanctissimi vnguenti disserit. Et de vltima vnctione quæ baptis
mo peracto fit: dicet cap. eodẽ numero 72. aduentũ spiritus sancti significare. Baptisato
enim dño nostro sacramentorũ authore: vox patris intonuit/& in speciem placidę & mi Matth. 3.
tis colũbæ visus est spiritus sanctus descẽdere. Statim post nostrã theogenesiã/diuinãq;
generationẽ(q̃ simul purgat & illuminat)merito sacratissimus pater/de synaxi(q̃ perficit
& cõsummat)proximam exequitur determinationem. Nunc igitur de synaxi.

¶TERTIAE PARTIS SECVNDI CAPITIS COMMENTARIVS AD litterã.

17 RAtionabilem imprimis & decẽtissimã esse diuinæ regenerationis(quę
in baptismate fit per signa superius descripta) perfectionem/ ostendit
sacer Dionysius. ꝙ ipsa nichil in se habet indecorum/nichil item in vi
sibilium imaginũ exhibitione fœdum visu aut turpitudinẽ præferens:
sed assunt in ea sacram intelligentiam continentia signa/ naturæ con-
uenientibus aptis & decentibus repræsentationibus efformata. Quid
enim illi sanctę regenerationis cõsummationi dignitatis deesse videri
possit: etiam si taceatur spiritualis intelligentia mysteriorum per sensibiles imagines si-
gnificatorum? cum huiusmodi consummatio & certa cunctis persuasione & sacrę scriptu
ræ attestatione: potissimũ prætẽdat & inducat optimũ statũ vitæ eius qui accedit ad re-
generationis sacræ susceptionẽ. Repræsentat item & insinuat emundationem totius ini-
quitatis vitæ præteritæ: eo ipso ꝙ diuinius & virtutibus deditũ vitę genus succedit huic
baptismali ablutioni. per quam id præsertim indicatur omnibus/ ꝙ dum corpora di-
luuntur naturali aquæ expurgatione: vicia quoq; pristinæ vitæ mundata credantur
in anima. & per id quod foris fit in corpore: credatur & illud proportionale & analo-
gum/quod intus fit in anima. Quãuis igitur traditio baptismalis lauacri per signa exte-
riora diuinorũ plane mysteriorũ significatiua/nichil sacratius haberet aut signaret q̃ qđ
modo dictũ est: nichil tamen in se haberet fœditatis aut absurditatis, quãdoquidẽ rectio
ris vitæ in posterũ ducendæ præ se fert indicium: & totius viciosæ conuersationis trans-
acti temporis integram abstersionem significat per hoc symbolum atq; signum/ ꝙ cor-
pus naturaliter aquis abluitur. Verum ista sit rudibus & sacrarum rerum imperitis in-
troductio congrua & generalis ad salutem: quæ sacratiora mysteria quibus intime deo
iungimur / a prophana multitudine disseparet & seiungat. & facta in partes eccle-
siasticorum ordinum distributione: vnicuiq; pro suo captu & gradu congruentem sup
18 peditet ad altiora progressum. ¶ Pontifices autem & sacerdotes ac cæteri sacris mi-
nisterijs addicti: cognoscũt per assurrectionẽ ex visibilibus ad inuisibilia/ipsa spiritualia
mysteria : quæ signorum sensibilium initia sunt atq; exordia. Nam primum sunt hu-
iusmodi intellectualia arcana: deinde secũdo loco effinguntur signa materialia/ ad ea
significanda, perinde atq; notio mentis: initiũ est vocis. & quod signatur: principiũ eius
est quo signatur. tũ ꝙ principalius est: & primo consideratũ. tũ ꝙ plerũq; tempore prę-
cedit. vt verbũ mẽtis intimũ: prius est verbo vocali prolato. Itaq; postq̃ hæc ĩitia et spiri
tualia mysteria sacratius didicerimus: sciemus vtiq; quã veritatẽ rerũ/huiusmodi formę
sensibiles indicant: & quæ inuisibilia mysteria/imagines istæ visibiles significant/prom

pti & edocti: vt cuiq; signo suũ adaptemus & accõmodemus exemplar. Nẽpe visibilia
sacramenta sunt inuisibiliũ mysteriorum & sacrorũ imagines quædã exteriores: quibus
quidem imaginibus ad intellectualium agnitionem recto tramite ducimur. Intelligibilia
vero mysteria sunt visibilium signorum sacrorum principiũ (vt iã diximus) atq; scientia:
ꝙ ea ipsa sint quæ sciantur & cognoscãtur/per sacramentorũ traditionẽ. Est igitur sum
mæ diuinitatis bonitas: beneficos suæ lucis radios diuinorũq; munerũ diffusionem atq;
elargitionem/in omnes mentes cũ humanas tum diuinas (quę certe spiritualia sunt lu
mina ac oculi) copiosius explicans. qui quidem radij semper eidem deitati assunt/& eo-
dem modo: nã neq; in eos cadit imminutio atq; permutatio/ aut vicissitudinis obũbra-
tio. ¶ Duplici vero modo: rationalis substantia huius radij luce destituitur. Primũ pro- 19
pria ignauia. ꝙ ipsa/libertate arbitrij donata quam deflectit in deterius/ proprio motu
ab illa intelligibili luce discedit: spirituales oculos naturaliter sibi insitos & mentem ipsã
& reliquas vires quibus illuminari posset/amore maliciæ occludens. Tunc sane spiritu-
alis illa substantia lucis diuinæ excidit gratia: haud aliter q̃ oculos palpebris obuelans
aut a sole se deflectens/destituitur solari iubare. At sicut lux solis/ obductis palpebrarũ
velamine oculis adhuc adest/& exterius ipsas perfũdit palpebras neq; discedit ab illis:
ita neq; lux diuina mentibus etiã occlusis næquitia præsens/ abscedit ab illis: sed cęcu-
tientibus & excæcatis suffulget/& reluctantibus summæ benignitatis gratia obuiam se
præbet atq; occurrentem: nichil aliud petens q̃ vt ei detur aditus/quo infulgere atq; il
lucere illis possit. Secundo spiritualis substãtia destituitur diuinæ lucis illustratione per
temeritatem. quando mensuram & terminum lucis sibi mediocriter concessę transgre-
ditur: atq; ad excelsiora haurienda mysteria aut contuenda spectacula q̃ imbecillitas vi
rium eius ferre possit/aciem mentis intendere conatur. Sane tunc ipsa lux nichil aliud
faciet: q̃ se in illius oculos diffundet. Cęterũ ipsa spiritualis substantia dum perfectis &
arduis rebus imperfecta acie oculorum est intenta: non solum nõ attinget ea quę supra
se sunt & ad se nichil attinent/ verũ etiã ea lucis mediocritate (per quã capere potuisset
conuenientia sibi mysteria) ob superbiã & temeritatem priuabitur. At vero q̃uis hoc du
plici modo excidunt plerumq; rationales substantię/diuinę lucis participatione: ipsa ta
men oculis spiritualibus in eam intentis/semper spectabilis est & conspicua. Eamq; sem
per pręsentẽ omnibus/ haurire cuiq; datũ est. nã pro sua gratuita dignatione paratissi-
ma est elargiri sua munera: ijs qui illa suscipere voluerit. ¶ Cęterũ ipse põtifex ecclesia- 20
sticus omnino componitur ad huius diuinæ lucis imitationem/ suæq; doctrinę euange-
licę lumen ac iubar super omnes vbertim diffundit: accedẽtem ad fidei catholicę pro-
fessionem semper lumine diuini verbi illustrare paratus/ad diuinę bonitatis similitudi-
nem. Non autem pontifex ipse vlla torquetur inuidia/qua a communicatione bonorũ
sibi indultorum in alios auocetur: neq; indignatione aut turbida ira commouetur/ ob
prioris vitę accedentium impietatem aut desertionis dei culpam. Sed benignus & mi-
tis in omnes ad CHRISTI exemplum est: neq; improperans neq; exprobrãs pręteri-
tam infidelitatem atq; nequitiam. Atq; vt verus dei imitator/ accedentibus ad deũ do-
ctrinę sacrę veritatem cũ authoritate & maturitate pontificali explicat: cuiq; pro captu
suo verborum sanctorum ad deum inducentium lumen infundens. ¶ Nũc de eo qui cõ- 21
uertitur post errorem ad deum/ disserit sacratissimus pater: id supponens tanq̃ omnibus
perspicuum/ ꝙ deus est cuiusq; sacri ordinis siue cœlestis siue terrestris & perseueran-
tiæ in bono principium. per quam sane constantiam atq; in bono permanentiam: ip-
sę mentes diuinę atq; angelicę seipsas cognoscunt/ suamq; naturam & proprietates
perspectas habent. Itaq; qui post infidelitatem cupit mysteriorum fidei particeps fieri/
illiusq; sacris initiari & illuminari: ad propriã suę naturę considerationem & notitiam
recurrens / in principio quisnam ipse sit attentius intuebitur. & istud primum as-
sequetur munus ex hac sui ipsius consideratione: scilicet sui cognitionem/ vt ad sa-
crum lumen agnitionis dei perueniat. Nempe qui sua omnia opera/ affectus & in-
tima cordis: iudicio mentis non deprauato per aliquam perturbationem/ diligentius
inspexerit: densas effugiet ignorantię tenebras / ꝙ prima ad salutem via esse cre-
datur: seipsum noscere. ¶ Veruntamen is qui diuinę adhuc participationis rudis est 22
& expers / ante semper in tenebris versatus: non statim ex seipso & proprio ductu
illam cupiet. sed paulatim ac successione quadam ad anteriora semper & altiora ni-
tetur: & demum hac per gradus ascensione perfectus / ad supremum & summum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

23 ordinem ecclesiastici status euadet de gradu in gradũ proficiendo progrediẽs. ❡Huius
autem sacratissimi ordinis catholicæ perfectionis pedetentim obtinendi/ imago sensibi-
lis: est ipsius accedentis ad baptismũ verecundia/ & suorum omniũ tum actorum tum
agendorũ cauta scientia: qua hominẽ fidelem inquirit ducem/ per quem ad pontificem
habeat accessum. Hunc autem sacris initiandũ ita alterius ductu accedentem: ipsa di-
uina maiestas occulte in sui consortiũ assumit, illiq; lucem suam spiritualem tanq̃ signa-
culum aliquod coniunctionis cum eo/ elargitur: reddens illum iam sanctificatum/ & sacri
ordinis fideliũ participem. Hoc autẽ mystice significatur per id signũ: quod ipsi catechu
mino accedẽti põtifex primo tradit/ scilicet ꝙ eũ benigne ad se suscipit/ & manus illi ipo-
19 nit. Idẽ quoq; significatur per descriptionẽ illam sacerdotũ/ qua nomen initiandi anno-
tant: & per quã ille saluãdorum numero ascribitur/ quasi iam in libro vitæ scriptus. Neq;
solũ ille qui initiatur/ sed & susceptor eius sacris litteris inscribitur: tanq̃ salutaris ad ve-
ritatẽ viæ dux ac mõstrator. Atq; ille quidem qui accedit ad baptismũ/ inscribitur: quia
syncerus amator veritatis fuerit/ & rectũ ducem in via salutis sit consectatus. Hic vero
susceptor & dux/ etiam inscribitur: ꝙ sequentem se initiandum benigna directione sine
errore ad deum promouerit/ secundum ductum diuinitus institutum: quo priora debent
sequentibus ad deum iter sternere. ❡Cæterum id fieri nullo modo potest: vt quis eorũ
quæ adinuicem sunt contraria/ simul particeps fiat. Quæ enim participatio iustitiæ cum
iniquitate (vt ait diuiniloquus Paulus) aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem 2.corin.6.
conuentio CHRISTI ad belial: aut quæ pars fidelis cũ infideli/ aut quis cõsensus tẽplo
dei cum idolis? Quare et is qui ipsius summe vnius cõsortium & societatem habet: nõ
potest amplius diuiduas habere vitas neq; plures affectus a deo distrahentes/ si modo
participationem ipsius vnius quam accepit: firmam & illabefactam obseruet. sed in eo
statu mentisq; dispositione is esse debet: vt nullis prauis affectibus/ vnum illud (cuius fa
ctus est particeps) in plura diuellentibus atq; discindẽtibus/ sit violabilis quoquo pacto
aut dissolubilis. Et plane idipsum insinuat illa visibilium signorum in baptismo traditio:
quæ accedentem ad suscipienda regenerationis sanctæ sacramenta discingit & exuit/
tanq̃ priori illum vita spolians. quinimmo ad vltimos illum affectus (cum nullam illi ve
stem relinquit) denudans: nudum illum & discalceatum constituit ad occidentem con-
uersum/ & dæmonicæ cohorti militiæq; tenebrarũ voce pariter & manuũ in eã regionẽ
20 impactione abrenunciantem: atq; habitum dissimilitudinis elongationisq; a deo/ ex pri-
stina conuersatione cõtractum: exufflatione abnegantem/ profitentẽq; se omnino abre-
nunciare ijs quæ deo contraria sunt/ & hactenus ipsum deo dissimilem & in dissimilitu-
dinis statu collocatũ detinuerunt. Deniq; sacrosancta traditio mysterij baptismatis trãs-
fert virum illum qui initiatur sic exutum affectibus viciosis/ & iam talem factum ꝙ his
amplius violari aut labefactari non possit: ad orientem, innuens per id/ ꝙ status perfe-
ctissim9 atq; aspectus luminis spiritualis purissim9: erit illis qui perfecte vicia effugerint.
Est enim pars orientalis: omniũ nobilissima/ & a qua sensibilis lucis exortus prospicitur.
Sacra item traditio per huiusmodi traductionem ad orientem/ integre suscipit & intel-
ligit sanctam illius qui initiatur professionem: qua iam vnus effectus reiecta diuisibili-
21 24 tate vitæ/ ad ipsum vere & summe vnũ toto animo & corde consentit/ strictiusq; illi con-
iungitur. ❡Cæterum omnibus qui sacram mysteriorũ doctrinam perceperũt/ id perspi-
cuum est: ꝙ spirituales intellectualesq; substantiæ assumunt eodem semper tenore sta-
bilem & inuariabilem diuinæ similitudinis conditionem/ per iugem & assiduam inten-
tissimæ mentis in illud vnum singulare ac simplex conuersionem: dum contraria illi vni/
diuidua scilicet vitæ & opera tenebrarum/ omnino abraduntur & depelluntur. perinde
atq; corporis oculus capit habitum luminis/ perpetua intentione aciei in orientem & so-
lare iubar ibi refulgens: cũ opacitas & tenebræ ab eo prorsus effugantur. Neq; enim ad
perfectã professionem fidei satis est ab omni iniquitate discedere: sed etiã opus est quẽq;
ad omnẽ mali surreptionẽ atq; suggestionẽ virili animo indeflexum indimobilẽq; persta-
re/ & nunq̃ syncero sacræ veritatis amore satiari: sed in dies magis ac magis eam cõcu-
piscere/ & ardenti ipsius desiderio affici. Dicit enim ipsa apud ecclesiasticũ. Qui edunt Ecci.24.
22 me adhuc esurient: & qui bibunt me adhuc sitient. Neq; illum veritatis amorem debet
quispiam sinere languescere aut refrigescere: sed assidua animi in deum motione atq;
25 cõuersione/ semper ad perfectiora diuinitatis hauriẽda mysteria secretaq; ferri. ❡Et ho-
rum quidem aptæ & conuenientes imagines visibiles cõspiciuntur in ijs: quæ pontificis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ministerio geruntur in baptismatis administratione. Nempe ipse pontifex(vt ante dictũ
est)inchoat ipsius initiati sacram vnctionem: deinde sacerdotes eam absoluunt & com=
plent. per id signum/ipsum sic inunctum destinãtes atq; mittentes ad sacra certamina:
contra spirituales nequitias & hostes inuisibiles/ in figura & similitudine athletarum &
pugilum corporalium: qui oleo delibuti inibant mutuo certamen/luctam/palestram in
stadio locali. In quibus sacris certaminib9/in huius vitæ stadio militia spirituali peragẽ=
dis: ipse initiatus constitutus est sub CHRISTO datore distributoreq; munerũ. Nempe
Matth.5. ipse CHRISTVS/vt deus: præmia cœlestia certãtibus ꝓponit. gaudete inquit & exul=
tate: ecce merces vestra copiosa est in cœlis. & beati qui ꝑsecutionẽ patiũtur ꝓpter iu=
stitiã: quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Idem vt sapiẽs: leges certaminis constituit. con=
testans animã nostrã odio habendã/mundũ non esse dili gẽdũ/non esse dandũ locũ dia=
Ioan.12. bolo. Idẽ quoq; vt pulcherrimus: decora & speciosa pręmia vincentib9 decernit/coronã
1.ioan.2. scilicet ęternæ vitæ incorruptibilẽ & imarcessibilẽ. Tunc inquit iusti fulgebũt sicut sol in
Ephe.4. regno patris eorũ/& erunt ęquales angelis dei. Deniq; ipse vt summe bonus: in suis mi
Matth.13. litibus(vt martyribus)certat & vincit. cum ipsis imanens & intimus/ viresq; ad pugnan=
Matth.19. dum suggerens: contra dæmonem qui mortis habet imperium/& omnẽ peccati corru=
ptelam pugnat. Quocirca is qui initiatur: hæc sacra certamina in hoc theatro/spectante
tota cœli curia/spectãtibus angelis dei aggredietur impigre & intrepide: perseuerabitq;
Colos.2. in ipsius CHRISTI (in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi)legi=
bus: ab ipso decretis atq; constitutis/quę diuina sunt mandata. & viuens secundũ illarũ
sacrarũ legũ institutũ sine vlla earũ trãsgressione: pugnabit acriter cõtra hostes animæ/
spe certissima pręmiorũ cœlestiũ fretus/& sub CHRISTO deo/ acerrimo certaminis il=
lius duce ac domino fortissimo constitutus: vnde magis animabitur ob tantum ac talem
ducem/ad pugnã. At huiusmodi agonista & pugil sequẽs sacra pręcipui athletæ vtpote
CHRISTI vestigia (quæ ipse sua bonitate impressa terris reliquit/ vt ea imitemur: &
Ioan.16. qui nobis ad pugnam trepidis/hortatoria voce benigniter inclamat. In mũdo pressurã
habebitis: confidite/ego vici mundum)assidue pręliãdo: operationes omnes & res/sibi
ne in dei cõsortium transeat obsistentes/euincit & superat. ⸿Deinceps quid trina eius 26
qui baptisatur in aquam immersio significat: diuinus pater explicat/dicens eum qui sa=
cris abluitur vndis: CHRISTO cõmori in baptismo/sed peccato. Nam vetustas omnis
peccatorũ transactæ vitæ: nullã in eo habet vim aut actionẽ. perinde atq; CHRISTVS
pro nobis mortuus: naturales vitæ operationes tum non exercuit. Id liquido perhibet
Roma.6. sacratissimus Paulus: ad Romanos scribens. Quicunq; baptisati sumus in CHRISTO
IHESV: in morte illius baptisati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismũ
in mortem: vt quomodo CHRISTVS surrexit a mortuis per gloriam patris/ita & nos
in nouitate vitę ambulemus. Et reliqua quę sequuntur in eandem sententiam. Et certe
operępreciũ est videre q̃ conuenienter & congrue ipsa sacra mysteria suis obtecta sunt
& obuelata signis/aptis & accõmodis. Quoniã enim mors in hominibus non est sub=
stantię ipsius animę corruptio: vt quibusdã impijs/ Epicureis scilicet & Saduceis/visum
est: arbitrantibus animã humanã omnino deperdi & interire cum corpore/quod existi=
mare: extremæ impietatis est/sed mors humana est animæ & corporis prius coniuncto=
rum separatio: ducẽs vtrũq; eorum ad id quod nobis abditum est atq; inuisibile. animã
quidem/tanq̃ seiunctiõe a corpore effectam euanidam atq; disparentẽ: ꝙ amplius ocu=
lis nostris non offertur operationum naturaliũ indicio conspicua. corpus autem ducens
ad id quod obscurum est: tanq̃ humo abstrusum atq; reconditum/aut secũdum aliquam
trãsmutationum sensibilium humana iam specie destitutum atq; priuatum/per resolu=
tionẽ scilicet in cinerem & puluerẽ: qua humana figura prius in corpore cõspecta deper=
ditur atq; aboletur. idcirco apte admodũ & conuenienter illa immersio qua totus homo
aquis tegitur: intelligitur fieri ad imaginẽ mortis & sepulturæ informis. eo ꝙ per mor=
tem & sepulturam/corpus humanũ illa exuitur forma: quam cum anima viuificaretur
habebat. atq; ita disparet: vt homo totus aquis adoptus. Itaq; sancta diuinæ regenera=
tionis mysteria nos edocẽt/ꝙ is qui sacro fonte renascitur: per trinam illam lauacri im=
mersionem & emersionem imitatur sacratissimã mortem IHESV CHRISTI authoris
vitæ/triduanæ sepulturæ spacio extentam: quantum homines ad dei imitationem per=
tingere possunt. In quo domino IHESV & dum vixit & dũ mortuus est: princeps mũdi
Ioan.14. huius & sathanas non suum inuenit quicq̃. vt euangelica testatur lectio: altissimorũ my=

steriorum plenissima. quoniã vt ait propheta: peccatum non fecit/ nec inuētus est dolus in ore eius. Esa.53.
27 ¶ Postea quid candētis vestis & mundæ acceptio a baptisato significat ostēdit: dicens per illam nobis innui interiorem animi munditiã & puritatem per baptismũ susceptã. Cum enim firma animi in bono stabilitate (qua dei identitatē indemutabilem pro viribus imitamur) nullis ad malum trahentibus affectibus succũbimus/ & ad vnum illud intentissime aspiramus: quod fuerat in nobis deforme per peccatũ/ adornatur diuina puritate. quod prius sine decore & fœdum aspectu fuit: gratã assumit pulchritudinem/ & nouitatis vitæ splēdore mirifice illustratur.
28 ¶ Postremũ quid illa sacra chrismatis inunctio quã pontifex ipsi initiato impēdit insinuet: nũc aperit. subijciēs q̃ illa perficiens & consummãs omnia anteacta mysteria vnctio sacra/ reddit hominē illũ ita perfectum: insuper insignitum odore suauissimi chrismatis atq̃ delibutũ. eo q̃ diuinę regenerationis sacratissima perfectio/ coniungit ea quæ fuerint pfecta scilicet baptisatorũ corda ipsi sancto spiritui: qui in sacris litteris per vnctionē sæpenumero designatur. Et ita per hanc postremã inunctionem designatur aduentus spiritus sancti in animam initiati: & diffusio donorum eius atq̃ impletio in eos qui ex deo nati sunt. 1. ioan. 2. Cæterum quis & qualis sit aduentus spiritus sancti in animos hominũ/ qui spiritualiter suaui bonorum operum odore mētes humanas imbuit: ac suis perficit charismatib9/ q̃ secretissimus sit & verbis inexplicabilis: sacratissim9 pater illis intelligendũ & explicandũ cōmittit atq̃ reliquit/ qui sacrã & deificãtem sancti spiritus societatē in anima sua cognoscere potuerũt: atq̃ per rei experientiã melius nosse/ quid de eo aduentu sentiendum sit aut dicendum.
29 ¶ Demum perfectis omnibus quæ ante digesta sunt: postremo loco pontifex ita initiatũ hominem & perfectum/ ad percipiendã sacratissimã eucharistiã inuitat. atq̃ sacramēti omnia consummantis perficientisq̃ cōmunionem/ homines in deum traducentē atq̃ deo inserentem: ipsi baptisato atq̃ initiato tradit.

¶ De ijs quæ in synaxi/ sanctaq̃ cōmunione fiunt. Cap. III. pars. I.

30 SEd euge quoniã huius pulchre sane ac tempestiue meminimus: quam profecto negligenter omittere/ seu sacramenta quęuis alia ante eam laudare/ fas michi omnino nō fuerit. I est enim iuxta inclytum preceptorē nostrũ: sacramentorum cōsummatio. operępreciũ igitur est prius illam exponere: & eius veluti corporalia lineamenta describere. tum vero vbi eam ex authoritate scripturæ/ sacerdotalisq̃ institutione didicerimus: ad illius contemplãdam sacratissimã dignitatem diuino spiritu subuehi.
31 ¶ Ac primum quidem illud pie inspiciendum: cuius rei gratia/ quod alijs quoq̃ venerãdis diuinisq̃ mysterijs cōmune vocabulũ est/ huic præ cæteris precipue ac peculiariter applicetur. vt singulariter cōmunio siue societas/ & synaxis siue collectio dicatur. K Nempe enim & vnaquæq̃ sacramentalis institutio id agit: vt nostras vitas in plura diuisas/ in vnicum illũ statum (quo deo iungimur) colligat. diuiduorũq̃ nostrorũ diuina collectiōe: nobis eius quod vere vnum est societatem/ vnitatemq̃ indiuiduã largiatur. Dicimus ergo cætera sacrarũ rerum signa (quorum nobis societas indulgetur) huius diuinis profecto consummãtibusq̃ muneribus perfici. Neq̃ eni ferme fas est sacerdotalis muneris mysterium aliquod peragi: nisi diuinum istud eucharistiæ/ augustissimũq̃ sacramentũ cōpleat. quæ (singula cũ peragun tur) & eius qui perficitur collectionem ad vnum illud vnicũ/ sacratius operetur: & diuinitus indulto sacramentorum cœlestiũ munere ipsius ad deũ consortium peragat atq̃ perficiat. Si igitur vnũquodq̃ sacerdotale mysterium ex se imperfectum: nostram ad vnũ illud cōmunionem/ collectionēq̃ non perficit/ ac per id quod perficiendi vim non habet: ferme etiam nomen amittit. finis autem ac principalis omniũ ratio in eo est/ vt diuinorum my-

Cur deificę eucharistiæ sacramētũ: communio peculiarit appelletur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cur baptiſmus ſacræ regenerationis ſacramentũ: appelletur ſacramẽtũ illumĩatiõis.

ſteriorũ is qui perficitur particeps fiat: merito ſacerdotalis ſacroſancta pru-
dentia ex rerum effectu propriũ illi / verumq; cognomen inuenit. Sic igitur
& ſacrum diuinæ generationis ſacramentũ / quia primi luminis conſortium
tradit / omniũq; diuinarum illuſtrationum principiũ eſt: ex effectu ipſo / ve-
riſſimo illud illuminationis cognomine prędicamus. Etſi enim alijs quoq;
ſacerdotalibus ſacramẽtis cõmune eſt / ijs qui perficiũtur ſacri luminis con-
ſortium dare: iſtud tamen imprimis michi videndi pręſtitit munus / ipſiuſq;
principali maxime lumine: ad alia inſpicienda ſacramẽta lucis gratiã cepi.
Verum his generaliter præmiſſis: diligentius intendamus / inſpiciamuſq;
per ſingula / myſterij ſanctiſſimi ritum / exactiſſimamq; confectionem. &
quid ſpiritualiter ſignet: indagare pergamus.

I ❡SCHOLIA STAPVLENSIS. ❡Sed euge quoniã huius pulchre ſane ac tẽpeſti-
ue meminimus. Huius: cõmunionis. in calce ſcilicet ſuperioris capitis: vbi ita dictũ eſt.
pontifex ita perfectum ad ſacratiſſimã euchariſtiam vocat: atq; conſummãtium illi ſa-
K cramentorum cõmunionem deificam tradit. ❡Cuius rei gratia: quod alijs quoq; vene-
randis / diuiniſq; myſterijs cõmune vocabulum eſt. Commune vocabulũ: ſcilicet cõmu-
nio. nam cõmunio dici videtur: ꝙ couniat / conuocet / congreget / atq; colligat ad vnita-
tem. id autẽ: omni diuino myſterio cõuenit. Communionis igitur appellatio: alijs quoq;
æque communis eſt & conuenit ſacramentis. Sed huic venerandiſſimo myſterio (prout
ſanctus pater adducit) ideo peculiarius attribuitur: ꝙ finis / conſummatio / perfectio / &
complementum aliorum ſacramentorum ſit.

❡PRIMAE PARTIS TERTII CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM

DE diuino ſanctæ euchariſtiæ ſacramento nunc ſuſcipiendam determi- 30
nationem proponit ſacer Dionyſius. Quoniã (inquit) ipſius cõmunio-
nis deificæ / oportune & congruẽter in calce pręcedentis capitis mẽtio
facta eſt: quam indeterminatam indiſcuſſamq; pretermittere / aut alia
eccleſiaſtica ſacramenta ante illam explanare / par atq; rationabile nõ
eſt. quãdoquidem ſecundũ beatiſſimi Pauli ſententiam: ipſa eſt ſacra-
mentorum omniũ complementũ & conſummatio. conueniẽs vtiq; erit
ſacram illam cõmunionem / ſanctiſſimãq; euchariſtiã prius elucidare: & ſigna eius viſibi-
lia quibus conficitur / deſcriptione quadã oculari exprimere. Deinde vero vbi illa ex ſa-
crarũ litterarũ teſtimonio & eccleſiaſtica traditione / cognita & perſpecta fuerit: reliquũ
erit ad ſpiritualẽ eius intelligẽtiam & eximiã ipſius cognoſcẽdã dignitatẽ / diuina aſſur- 31
rectione promoueri. ❡Inquirit deinde diſcutiẽdũq; monet: cur nomen cõmunionis qđ
cęteris etiã digniſſimis eccleſię ſacramẽtis cõmune eſt / huic euchariſtiæ ſacramẽto præ-
ſertim & ſpecialiter aſciſcitur: vt hoc ſacroſanctũ myſteriũ præter cætera & peculiariter
cõmunio ſiue ſocietas appelletur. Siquidem vnaquęq; cuiuſuis etiã ſacramenti admini-
ſtratio id efficit: vt affectus noſtros carnales in plura diſciſſos / in vnicã illã diuinæ ſocie-
tatis conditionẽ (qua deo ſtrictius vniamur) colligat / vt plures lineas ex diuerſis circũfe-
rẽtiæ particulis reuocans in vnicũ & ſimplex centrum. vt etiã per diuinã quandã colle-
ctionẽ appetituũ noſtrorũ multipliciter diuiduorũ: largiatur nobis vnitatẽ & conſortiũ
eius quod vere vnũ eſt / & õnia in ſe vnit. ❡Reſpõdet ſacratiſſimus pater / cætera eccle-
ſiaſtica ſacramenta quorũ nobis participatio conceditur: huius ſacratiſſimæ cõmunionis
& euchariſtiæ myſterijs & muneribus ſacris perfici atq; conſummari. Non enim licitum
eſt (quod pro tempore primitiuæ eccleſiæ / quo hæc ſacratus pater ſcripſit: dictum intel-
ligatur / & ſecundũ illius temporis ritum) aliquod ſacramentum a ſacerdote cuiq̃ admi-
niſtrari: niſi ſanctiſſima cõmunio & euchariſtia illud compleat atq; perficiat / tradaturq;
in fine illius tanq̃ eius conſummatio / ſicut iam de baptiſmo dictum eſt. vt huiuſmodi ſa-
croſancta cõmunio & euchariſtia ſacratius operetur & abſoluat ſingula alia ſacramenta
cum peraguntur: & eius qui illa ſuſcipiendo perficitur / collectionem ad deum (qui eſt
illud vnice vnum) efficiat. vt etiam ipſa communio & euchariſtia peragat atq; perficiat
conſortiũ ad deum ipſius qui perficitur participatione ſacramentorum: & id quidẽ mu-
nere aliorum cœleſtium ſacramentorũ / diuinitus indulto. Cum igitur vnumquodq; ſa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cramentum sacerdotali functione administrandũ præter sanctam eucharistiam/ex se & sine alterius adminiculo imperfectum: nostram ad illud summe vnum communionem & collectionem non perficiat/ & quoniam nos perficiendi suapte natura virtutem non habet: pene etiam nomen communionis amittit. cum etiam finis præcipuus/ & principalis omnium sacramentorum ratio in eo consistat: vt is qui sacramentis perficitur/ diuinorum mysteriorũ particeps fiat/ atq; in dei societatem colligatur: recta ratione sacerdotalis institutio atq; traditio/nomen communionis ipsi eucharistiæ sacramento peculiariter attribuit: vt propriũ illi & verum/& ex ipso rerum effectu commode sumptũ.

¶Declarat id sacratus pater per simile in sacramẽto diuinæ regenerationis: quod quoniam primi luminis quo in dei agnitionem ducimur participationem tradit/& omnium sanctarum illustrationũ quibus humana mens impletur/principiũ est: ex ipso primum illuminãdi effectu/ sacramentũ illuminationis illud vero nomine dicitur. Quãuis enim alijs etiã ecclesiasticis sacramentis commune sit/illis qui ipsa suscipiunt diuini luminis munus elargiri: illud tamen sacrę regenerationis mysteriũ cuiuis homini iprimis agnoscendæ veritatis & fidei percipiẽdæ donum pręstat. & ipsius præsertim lumine: ad alia cognoscenda sacramenta oculoq; mentis videndi deum/ gratiam percipiũt omnes. Verum his generatim ante dictis: diligentius inspiciendus nunc est huius altissimi eucharistiæ sacramenti ritus & sacratissima confectio/ deinde quid illa spiritualiter significant: studiosius indagandum.

¶Mysterium synaxeos siue communionis. Cap. III. pars. II.

32 

Itaq; põtifex quidẽ vbi orationẽ sanctã supra diuinũ altare peregit: ex ipso incensum adolere inchoãs/omnẽ phani ambitũ circuit. Denum ad sanctum altare iterum rediẽs/ psalmorũ incipit melos: cõcinentibus secum sacra carmina omnibus ecclesiastici ordinis gradibus. deinde ministrorũ officio: sanctarum scripturarum lectio suo ordine recitatur. Post hæc: extra delubrum catechumini fiunt/& cum ipsis energumini: & ij L quoq; qui in pœnitentia sunt. manent autem intus soli: qui diuina spectare merentur/atq; percipere. Porro ministrorũ alij quidem pro clausis templi foribus astant: alij proprij aliquid muneris agunt. Qui vero ipsius ordinis præcipui sunt: vna cũ sacerdotibus sanctum panem & benedictionis calicem/sacrosanctis altaribus imponunt: cum ante præcesserit ab omni clero vniuersalis laus/atq; confessio. Ad hæc venerãdus antistes orationem sanctissimam peragens: pacem sanctã omnibus nũciat. & cum se mutuo õnes salutauerit: mystica sanctorum recitatio fit. Vbi vero manus tum antistes tum sacerdotes aqua lauerũt: põtifex ad medium diuini assistit altaris. circũstant autẽ soli cum sacerdotibus electi quiq;/ex ministrorũ numero. At vero pontifex cum diuina munera laude prosecutus fuerit: sacrosancta & augustissima mysteria conficit. & quæ ante laudauerat venerandis operta atq; abdita signis: in conspectum agit. diuinaq; munera reuerenter ostendens: ad sacram illorum communionem & ipse conuertitur/& reliquos vt cõmunicẽt hortatur. Sumpta demũ atq; oĩbus tradita cõmunione diuina: gratias referẽs finẽ mysterijs imponit. Ac multi quidẽ: sola in signa diuina prospiciũt. ipse autẽ semper diuino spiritu ad excelsa signorũ initia/ fœlicibus & intelligibilibus intuenda luminibus: pontificia dignitate ac merito/ mundiciaq; singulari/diuini capacioris q; sensus attollitur.

SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Post hæc extra delubrum catechumini fiunt. Catecheo/instruo significat. Et catechumini instructi: nondum tamen vitali lauacro regene- L Catechumini.

Cap. 3 pars 2

rati/nondum initiati. Energeo/ago. Energumini: qui a fœdis potestatibus/immundisq; spiritibus aguntur. vt vexati/qui & abreptitij etiam dicuntur. sub quibus publice sceleratos comprehẽdimus (quos defectores & apostatas dicimus) vt qui fœdis libidinibus/ & aliarum perturbationũ phantasijs varie agũtur. vt notorij fornicatores/ incestuosi/ vsurarij/venefici/& cętera id genus scelestorum hominũ: qui a CHRISTO & eius militia defecerũt/& se ad potestates tenebrarum & sua castra (proditis sacris: & sua sequẽtes desideria) receperunt. Pœnitentes: qui ex illa vita tam perdita & immunda vel potius vitæ misera corruptione/ad piam fidelium matrẽ recurrunt: se & contra deum vitæ & bonitatis authorem/& cõtra suã salutem perdite & miserabiliter errasse fatentes. Pro quibus quidẽ erratis ad genua misericordiæ dei (qui non vult mortem peccatorum/sed conuersionem & vitã potius) confugiẽtes: pœnitentiã sibi imponi petunt. vt quẽadmodum publici fuerunt peccatores in perditionis exemplum: ita sint publici pœnitẽtes in spem & remissionem peccatorũ. Et hi omnes: a templo (dum sacra peragerentur) extorres fiebant. Et vt de baptismo ea quæ ad ipsum pertinent mysteria sub formula repræsentauim9: ita & de sanctissimæ synaxeos mysterijs hic oportunũ videtur esse faciendũ.

Energumini. Apostatæ. Pœnitẽtes. Ezechie. 18

(ms. note)	¶ Mysteria deificę synaxeos/hoc est sanctissimæ cõmunionis: ex ritu apostolico tempore beatissimi patris	Quæ præsentis ecclesiæ ritus obseruat.
Ecc. Anglicana. obs. —	Pontifex supra sacrosanctum altare orat.	obseruat
alio modo — {	Ab altari incensum adolere incipiens: phanũ circuit.	obseruat particulariter.
	Ad altare rediẽs: psalmos cũ ecclesiasticis ordinibus canit.	
	Sacrarum scripturarum lectio recitatur.	obseruat sed alio modo
observat. {	Post sacram lectionem catechumini/apostatæ/energumini/& pœnitentes: extra templum aguntur.	
observat {	Intus soli manent/qui diuina videre merentur: põtifex/sacerdotes/ministri/& plebs sancta.	
	Ministrorum quidã clausis templi foribus astant/quidã altarib9 inseruiũt/alij vero quisq; qđ suũ est officiũ peragũt.	
Observat.	Omniũ catholica laus/& symboli fidei confessio canitur.	obseruat.
Observat {	Ministrorum præcipui cum sacerdotibus: sanctũ panem et benedictionis calicem sanctis altaribus imponunt.	obseruat partim.
	Pontifex omnibus pacem nunciat.	obseruat.
	Se castissimo pacis osculo salutant omnes.	
	Postea mystica piorum sanctorum recitatio fit.	
	Pontifex & sacerdotes: manus abluunt.	obseruat partim.
? — {	Pontifex ad medium sacrati regreditur altaris.	obseruat.
	Eum sacerdotes & selecti ministrorum aliqui circũstant.	obseruat.
Observat	Pontifex post diuinorum munerũ laudes: sanctissimũ conficit sacramentum.	
	In conspectũ agit: diuinarum operationum munera reuerenter ostendens.	obseruat.
Observat	Communicat.	obseruat.
alio modo.	Reliquos ad sanctissimã & cõsũmantẽ cõmunionẽ adhortat.	obseruat.
Observat.	Gratias agens/finem sanctis mysterijs imponit.	obseruat.

¶ SECVNDAE PARTIS TERTII CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM.

Ritum confectionis sacratissimæ eucharistię/tempore apostolorum obseruari solitum: explicat hic particulatim sacer Dionysius/qui est huiusmodi. Imprimis pontifex peracta supra diuinũ altare sancta oratione/ab ipso altari incensum adolere incipiẽs: omnẽ templi ambitũ/ thuriferum spargendo vaporem circuit. Deinde ad sanctum altare regrediens: psalmos cũ omnibus ecclesiasticis ordinibus canit. postea sacrorum ministrorum officio: lectio sanctarum scripturarum suo loco & ordine recitatur. Inde extra templum aguntur catechumini: fidei quidem documentis instructi/nondum tamen in CHRISTO regenerati/& energumini: qui ab immũdis 32

ſpiritibus vexantur. ſub quibus & excõmunicati ob publica ſcelera: contineri intelligantur. demum & pœnitentes: qui pro peccatis præteritis publicam agunt pœnitentiã/ quã necdum abſoluerunt. Etenim hi non habentur digni aut idonei: vt ſpectandis interſint ſacris. & idcirco tunc cũ celebrãtur diuina myſteria: iubẽtur tẽplo egredi. manent autẽ intra tẽplũ ſoli illi qui diuina ſacra videre ſunt digni atq; pcipere: vtpote ſacerdotes/ miniſtri & plebs ſãcta. At vero miniſtrorũ aliqui clauſas tẽpli fores obſeruãt: ne quiſq̃ ingrediatur pphan9 aut ſacris indign9. alij vero miniſtri aliquid aliud/ qđ ad ſuũ ſpectet officiũ: exequũtur. Qui autẽ ex ordine miniſtrorũ præcipui ſunt/ vt exẽpli gratia ſubdiaconi & diaconi: vna cũ ſanctis ſacerdotibus panẽ ſanctũ & benedictiõis calicẽ altaribus ſacris ĩponũt: cũ ante pręmiſſa fuerit a toto clero dei laus & cõfeſſio. Deinde põtifex ipſe ſanctã ad deum orationem abſoluens: pacem omnibus annunciat. Et cũ omnes ſe placido pacis oſculo ſalutauerint: myſtica ſanctorum qui in CHRISTO pie obdormierunt/ recitatio ac nominatio fit. Poſtq̃ vero & põtifex & ſacerdotes manus ſuas abluerint: ipſe antiſtes ad medium ſancti altaris progreditur. quem circũſtant cũ ſacerdotibus ſoli ex miniſtrorũ numero præcipui ac electi: vt ſubdiaconi & diaconi. Cum autem ſacratus pontifex ipſa diuina munera/ debita laude honorauerit: ſacroſancta & excellentiſſima ipſa myſteria conficit. Et quæ ante laudauerat dona/ ſignis viſibilibus imprimis honorandis adoperta & velata: cõſpicienda omnibus exhibet. Poſtq̃ vero reuerenter illa aſtantibus oſtendit: ad ſacram illorum myſteriorũ ſumptionẽ ipſe conuertitur/ et reliquos vt eiuſdẽ cõmunionis participes ſint/ exhortatur. Deniq; ſumpta a põtifice atq; õnib9 tradita cõmunione ſanctorũ: ipſe põtifex gratias agẽs deo/ finem ſanctis myſterijs imponit. Sane multi ex aſtantibus qui rudiores ſunt & minus myſteriorum conſcij: in ſola diuina ſigna (quibus ſacra occultantur myſteria) proſpiciunt. Ipſe autem pontifex ſemper attollitur ſancto mentẽ eius agitante ſpiritu/ ad ſublimia ſignorũ ſenſibilium myſteria & ſpiritualia exemplaria: oculis mentis intellectualibus ſolum agnoſcẽda. attollitur inquam põtificali dignitate atq; officio/ & mundicia inſigni animi diuinioris: atq; ad arcana cœleſtia percipienda longe cæteris capacioris.

¶ Spiritualis tantæ rei ſenſus. Cap. III. pars. III.

33 
Ge itaq; fili honeſtiſſime poſt imagines rerum: ad ipſam
quoq; primitiuorũ exemplarium veritatem profecto diui-
nam deinceps cõtuendã veniamus. Illud autẽ ante omnia
ijs qui adhuc rudes imbuũtur/ pro cõuenienti illorum vſu
ac ſolatio dixerim: q̃ ne ipſa quoq; varia ſignorũ & ſancta
cõpoſitio/ illis ſtolida ſeu inutilis eſt: neq; ſolis in exteriori-
bus figitur ſignis. Namq; ſacratiſſima ſcripturarũ cantica & lectiones: in-
tegerrimæ illis vitæ magiſterium dictant/ & (quod ordine præit) exactiſſi-
mam malitiæ totius ac pernicioſiſſimæ vicioſitatis emũdationẽ docent. At
vero auguſtior illa vnius eiuſdẽq; & panis & calicis cõmunis/ pacificaq; cõ-
munio: concordię illis vt fratribus vna educatis/ diuinas ſtatuit leges. atq;
cenæ illius ſacratiſſimæ (ex qua/ ſigna iſta ſumpſere principiũ) ſacram me- M
moriam renouat. In qua & author ipſe ſignorum: eum (qui ſecum nõ pie N
neq; cõcorditer ſacra in cena perceperat) a contubernaliũ ſorte iuſtiſſime
32 ſeparat. probabili ſimul ac diuina ratione nos admonens: vt verus ille ad O
ſacra percipienda & congruo captu firmatus acceſſus: id accedentibus tri-
buit/ vt ex cõmunione diuina/ ad dei ſimilitudinẽ atq; conſortiũ trãſeant.
Hæc igitur (vt diximus) ad ipſas adytorum valuas honeſtiſſime picta/ ru- P
dibus adhuc reſpicienda linquẽtes (neq; enim altiora capiunt) iuxta ſacra-
tiſſimæ ſynaxis noſtrę rationem ex cauſalibus ingrediamur ad cauſas/ atq; Q
intelligibilium (illuſtrante IHESV) decoram prorſus intelligentiã intuea-
mur. ex qua: primitiuorũ exemplariũ beatiſſima emicat pulchritudo. Sed

Quid pſalmorũ cãtica: & ſacre lctõnis recitatio ſignat

Quid cõis panis & calicis pacifica cõio.

Cap. 3 pars 3

Quid ab altari iceptū p phani circuitū thuris odoriferū incensū: & pōtificis pgressus et regressus.

o diuinū penitus/sanctūqꝫ mysteriū/obducta tibi significantiū operimēta
signorum dignanter aperiens: nobis palam atqꝫ aperte lucesce/ nostrosqꝫ
spirituales oculos singulari & aperto tuæ lucis fulgore imple. ¶ Oportet 34
igitur nos vt reor nudata primi ac præcipui intelligentia signi: intra sacro-
sancta transire. diuinamqꝫ principalis huius signi speciem intueri: ac pon-
tificem augustius cernere a diuino altari vsqꝫ ad phani nouissima cum odo
ris suauitate pergentē/ac rursus ad altare ipsū consummādi sacrificij causa
remeantem. Sūma namqꝫ illa atqꝫ diuina maiestas/quæ super omnia est/
etsi bonitate diuina procedit: vt sacram sui cōmunionem accedentibus tra-
R dat/non tamen extra substātialem atqꝫ immobilē sui status crepidinem fit.
ceterū omnibus qui diuinā præferunt speciem: singulis pro captu suo/vim
sui fulgoris impartit/in seipsa verissime subsistens atqꝫ suam identitatem
nūq̄ penitus deserens. Pari profecto ratione diuinum synaxeos veneran-
dumqꝫ mysteriū/singulari licet ac simplici collectoqꝫ principio præditum
sit: benignissime tamen in sacra signorum varietate multiplex fit/pertin-
gitqꝫ ad omnē vsqꝫ sacerdotalis descriptionis imaginem. Sed enim vnitatis
ratione: ex his rursus ad propriā se colligit monadem. eosqꝫ secum vnum
efficit: qui ad illud purgatiore intelligentia subuehūtur. Iuxta eundē igitur
diuinū modum venerādus pręsul/etsi functionis suæ singularem sciētiam
S ad subiectos quoqꝫ diuinæ bonitatis imitatione deriuat/sanctorum ęnig-
matum varietatibus vtens: rursus tamen vt absolutus atqꝫ ab inferioribus
liber/ad suū principium sine vlla sui imminutione reuertitur. peractoqꝫ in
vnū illud singulare ingressu suo spirituali: cernit puro lumine/ mysteriorū
signorūqꝫ sacrorū liquidas atqꝫ vnicas rationes. clementisqꝫ illius ad infe-
riora & secūda processus: finem facit/diuiniorem ad prima & principalio-
ra reditum. ¶ Porro psalmorū sancta modulatio (quæ omnibus ferme sa- 35
cerdotalibus mysterijs iungitur: & substātiæ ratione cohæret) summo om-
T nium principaliqꝫ mysterio deesse non debuit. Omnis quidē scripturæ san
ctæ textus: aut rerum substantiā ac distinctionem a deo conditā prędicat.
aut legale sacerdotiū/viuendiqꝫ denunciat modū. aut sortes dei populo di-
stributas/ac possessiones narrat. aut iudicum sanctorū/aut sapientium re-
gum/aut piorū sacerdotū sensum ac prudentiā celebrat. aut veterum homi
num inter varios & multiplices tristium casus mirabilē constantiā/immo-
bilemqꝫ philosophiā eloquitur. siue agendæ vitæ sapientia monita. siue di-
uinorum amorū dulcia carmina/ & diuinas effigies pręfert. siue futurorū
plenas doctrina salutari/ prædictiones enunciat. siue diuina dn̄i IHESV
in humano corpore opera loquitur. siue discipulorū eius mores/atqꝫ insti-
tuta diuinitus tradita & ad dei similitudinem imitādo ducentia/ sanctissi-
V masqꝫ doctrinas. siue arcanam illā ac mysticā omnino visionē dilecti disci-
puli: diuināqꝫ domini IHESV & altissimam theologiam eis qui dij fieri
merētur exponit/eosqꝫ per mysteria sacra & diuina sustollit/atqꝫ cōfirmat.
X Porro diuinorū carminū sacrosancta scriptura cum id precipuæ intendat:
vt omnia dei eloquia operationesqꝫ concelebret/sacratissimeqꝫ vitā institu-
entium virorum verba simul atqꝫ opera laudet: diuina vniuersaliter canit

Quid psalmorū modulatio.

atq; exponit / ad omnia ſacerdotalia ſacramenta ſuſcipienda atq; tradēda.
eis habitum aptiſſimū inſerens: qui illam pie / digniſq; affectibus promūt.
36 ¶Cum igitur huiuſmodi hymnorum modulatio (quæ ſacra omnia conti-
net) animales habitus noſtros cōgrua diſpoſitione præparauerit ad ea quę
paulo poſt ſunt celebranda myſteria: diuinorumq; carminum cōcentu atq;
cōſenſu / vnicam illam ad diuina & ad ſemetipſos atq; ad alterutrū conſen-
ſionem & concordiam (quaſi vna concordi & conſona ſacrarū rerum cho-
rea) inſtituerit: ea quæ in pſalmorum modulatione ſpirituali cōciſiora ſunt
atq; adumbrata magis / pluribus manifeſtioribuſq; figuris ac recitationi-
bus / ſacratiſſima diuinarum ſcripturarum lectione dilatantur. In ijs ſi quis
pie intendat: vniformem atq; vnicam cōſpirationem admirabitur / quam
ſcilicet vnus ac diuinus ſpiritus mouerit. vnde conſequenter & ex ordine
poſt antiquioris traditionis lectionem: teſtamentum nouum recitatur. il-
lud vt reor diuino pontificaliq; ſignificante ordine: vt vetus illud quidem
inſtrumētum diuina IHESV opera futura præcinuerit / nouum vero fa-
cta prædicauerit. atq; illud quidem veritatem imaginibus texerit: præ-
ſentem vero iſtud oſtenderit. illius enim prædictionum veritatem: hu-
ius effectus aperuit & credi fecit. eſtq; diuinæ locutionis: operatio diuina
37 complementum. ¶Harum rerum ij qui ſacramentorum cœleſtium om-
nino rudes ſunt / ne ipſas quidem imagines cernunt: ſalutari diuinæ ge-
nerationis inſtitutione ſe imbui peruicaci contentione renuentes. & contra
ſcripturæ ſacræ monita in perniciem ſuam ita pronunciant: vias tuas ſci-
38 re nolo. ¶Porro catechuminos & energuminos & eos qui in pœnitentia
ſunt: ſacroſancta ſacerdotalis inſtitutio pſalmodiam quidem piam & di-
uinam ſanctarum ſcripturarum lectionem audire permittit. ad ea vero
quæ deinceps in hoſtiæ ſalutaris oblatione geruntur contuenda: non hos
plane / ſed perfectos & tantæ rei dignorum admittit obtutus. Eſt enim
diuinus ſacer ordo / ſanctæ iuſtitiæ plenus: et vnicuiq; pro meritis digna
ſalubriter diuidit / congruam ſingulis diuinarum rerum participationem
(iuxta illorum modum & rationem) ſuo tempore ſacratius largiens. Ex-
tremus igitur / catechuminis ordo tribuitur. ſunt enim nullius perficientis
myſterij participes aut eruditi: carentq; diuinæ formationis pia ſubſtan-
tia. patrumq; adhuc ſolis fouentur eloquijs: formiſq; viuificis ad diuinam
illam vitæ ac lucis authorem & beatā (quæ ex diuina regeneratione pro-
uenit) effinguntur vitam. Quemadmodū igitur carnales infantes prius ꝙ
perficiantur atq; formentur (ſi cura ſua deſtituantur: & abſq; obſtetricum
manibus excidāt) vt abortiui & emortui caſum illū ingenitū & vita luceq;
39 carentē in terra habituri ſunt. ¶Neq; profecto quiſpiā recte ſentiens di-
xerit (ad id quod videtur intendēs) in lucē illos e tenebris vētris emergere.
Obijciet enim perita corporū ſeruatrix medicina: lucē in ijs ſolū operari /
quæ lucis capacia ſint. Ita & ſanctarū rerum ſapiētiſſima diſciplina: rudes
primo atq; informes animos in cunabulis fidei & tenero alimēto ſermonū
dei (quibus & illuminandi & viuificandi vis adeſt) curat / fouet / ac nutrit.
Vbi vero illorū ſubſtantiā ad id ꝑfectionis adduxerit / vt ad diuinā regene-

Y

Ad quid ſacrarū ſcripturarū recitata lectio. Quare pri⁹ veteris teſtamenti / deīde noui recitabatur

aa

Quare catechumini / energumini / & pœnitentes ad pſalmodiā & lectionū recitationē admittebātur: & poſtea extra delubrum fiebant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

rationē idonei sint: tum demum suo ordine salubriter illis consortium ad
ea quæ sunt lucis ac perfectionis indulget. ¶ Nunc vero veluti ab imper- 40
fectis perfecta secernit: vna & sacramētorum ordinatissimæ dispositionis/
& catechuminorum educationis ac vitæ/ iuxta sacerdotalis functionis di-
uinum ordinem/ curam ac prouidentiam gerens. Porro energuminorum
(qui scilicet vexantur a spiritibus immūdis) multitudo/ insyncera quidē &
ipsa est: secūdo tamen atq; altiore gradu catechuminis eminet. Neq; enim
quod sacratissimorū mysteriorum participationem aliquam habuit: iudi-
cio meo/ æquandum illi est quod horum omnino rude est/ nulliq; diuina-
rum rerum vnq̄ penitus cōmunicauit. Præterea illis quoq; energumini su-
periores sunt: qui cōtrarijs aut voluptatibus/ fœdisq; libidinibꝰ aut pertur-
bationibus obnoxij sunt. Quippe & illi sacratissimis rebus & aspiciendis
& sumendis arcentur. & merito id quidem. Si enim id verum est ꝙ qui se
deo omnino deuouit vir: qui dignissime diuinis participandis admittitur/
qui quātum fas homini est/ ad summam peruectus est diuinæ imitationis
effigiem: idq; consecutus est perfectissimis illis ac perficiētibus modis/ qui-
bus in deum trāsit mortalis infirmitas: is neq; ea quæ carnis sunt geret/ nisi
inquantū vrgebit necessitas naturæ/ idq; veluti ex latere ac per trāsitum fa
ciet. templūq; simul & sequax (in summa illa pro modo suo in deum tran-
sitione) diuini spiritus erit/ simile in simili collocans. profecto qui eiusmodi
est: nunq̄ aduersis imaginibus/ terroribusq; vexabitur. sed ridebit potius:
accedētesq; profligabit ac persequetur. agetq; magis q̄ patietur: pro ea con-
stantia habitus (quam induit) nulla perturbatione violabili/ nulliq; cedēti.
alijsq;: huiusmodi vexationum præstabit se optimum medicum. Ad hæc/
reor quidem immo scio & compertum habeo: vt meracissima illa sacrorū
sanctaq; discretio eos nouit scelesta & impura actione vexari: quiq; a di-
uina vita defecere/ perditisq; dæmonibus & sententia & moribus similes
fiunt. dum ea quidem quæ & vere sunt & immortaliter possidentur/ &
sempiterne iucunda sunt: per extremam/ sibiq; perniciosam stoliditatem
auersantes: terrenam potius ac materialem/ innumerisq; perturbationibus
subditam immutationem/ perditasq; & corrumpentes voluptates/ atq; in
ijs quæ aliena sunt: fluxam & instabilem/ neq; existentem sed apparen-
tem delectationem ambiunt & operantur. Primi isti igitur/ & quidem
rectius q̄ illi: ministri officio/ & voce separantur. Neq; enim fas eis est
alterius cuiuslibet sacræ rei esse participes/ q̄ eloquiorum dei: quorum
magisterio possint ad meliorem conuerti frugem. Nam si diuinorum
veneranda illa altissimaq; celebratio/ eos quoq; qui in pœnitentia sunt
(quamq̄ sui fuerint aliquando participes) respuit: eum qui per omnia con-
summatæ virtutis sanctitatisq; non fuerit/ nequaquam admittens: & ita
ferme castissime pronunciare videtur. ego ijs etiam qui ad supremum di-
uinæ imitationis culmen/ imperfectionis suæ gratia non assurgunt: neq;
visibilis neq; communicabilis sum. Arcet enim purissima illa & syncera
per omnia vox: eos quoq; qui diuina digne sumentibus munera con-
iungi/ connectiq; non possunt. Longe profecto magis prophana & im-

Cur catechuminis/ energumini præponantur.

Q; energumini superiores sint apostatis/ atq; deficientibus.

Diuinitatis sub sacramēti velamine loquētis: verba ad adhuc maculatos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pura illorum turba erit: qui passibiliter iactandos se fœdis voluptatibus
præstant/ & ab aspectu omni & cõmunione sacramentorum prorsus alie-
41 na. ℂVbi vero diuino excessere phano & excellentiore meritis suis sacri- cc
ficio amoti sunt: sacramentorum omnino rudes & necdum initiati. ac præ-
terea: qui a sacratiore vita defecerũt. tertioq; demum loco ij qui ob ignauiã
suam aduersantium spirituum terroribus visisq; agitantur. quippequi per
constantem ac firmissimum ad diuina consensum/ nequaq̃ ad statum illum
plane efficacem peruenerint: quo a diuino habitu conuelli/ moueriq; non
possint. deinceps illi etiam qui licet a contraria vita discesserint: nondum ta-
men imaginum ipsius habitu altius impresso caruere/ & necdum amore di
uino atq; purissimo purgati sunt. Post hos autem & illi: qui vsq;quaq; ad
vnius effigiem non peruenerũt/ atq; (vt legis vtar verbis) immaculati om- dd
42 nino incõtaminatiq; non sunt. ℂTum vero castissimi sacratissimorum si-
gnorum ministri & studiosissimi spectatores/ sacrosancta mysteria digna
cum veneratione cõtuentes: beneficũ illud principium/ ac totius indulto- ee
rem bonitatis catholica laudatione concelebrant. ex quo salutaria nobis Ad qd sym
signa monstrata sunt: quibus vt ij qui initiantur in deum transeant/ sacra- boli nostræ
tius fit. Hunc autem hymnum alij laudationem/ alij religionis symbolum pijssimæ fi-
vocant. alij diuinius (vt michi quidem videtur) pontificalem gratiarum dei decan-
actionem: vt quæ omnia diuinitus in nos emanantia sacra dona conti- tatio.
neat. Videtur namq; michi omnium quæ laudantur a nobis diuino-
rum operum/ circa nostram salutem ratio & causa versari: dum substantiã
quidem nostram atq; vitam ad boni sistit effigiem. & primitiuis illis ve-
nustatibus diuinam in nobis speciem format: diuiniorisq; habitus & celsio-
ris intelligentiæ participes efficit. insuper prouidens vt nos (qui per negli-
gentiam nostram atq; desidiam: diuinis deserti atq; destituti muneribus
sumus) paratis atq; ad id institutis bonis in antiquum statum dignitatẽq;
reuocet: perfectaq; nostrorum assumptione/ exactissimã propriorum mu-
nerum participationem tradat/ & tandem nobis dei diuinorũq; cõmunio
43 largiatur. ℂIn hunc autem modum vbi suprema illa dei & excellentissi-
ma benignitas laudata fuerit: opertus quidem proponitur diuinus panis/
& benedictionis calix. Porro sacratissima cõsalutatio iccirco celebratur: san Quid cõsa-
ctorumq; descripta nomina mystice & modo supramũdano prædicãtur. lutatio mu-
q̄ fas non sit eos ad vnum colligi atq; vnius illius pacifica coniunctione tua in oscu
frui/ eiusq; participes fieri: qui aduersum seipsos dissident atq; diuisi sunt. lo sancto si-
Nam si vnius contemplatione ac scientia illuminati/ vnicæ illi ac diuinæ gnificat.
nos ad se cogenti luci iungi vnumq; effici cum illa studeremus: nunq̃ pro-
fecto in varias diuiduasq; concupiscentias deijci pateremur. Ex ijs nempe
carnales ac passiuæ: aduersus eiusdem naturæ consortes/ gignuntur ini-
micitiæ. Hanc itaq; (vt reor) vnicam & vniformem atq; indiuiduam vitã:
sacra illa pacis conciliatio sancit/ simile in simili collocans & diuina singu-
44 lariaq; spectacula a diuiduis dirimens. ℂEnimuero sanctorũ post pacem Ad qd pio-
illam nominũ prędicatio: eos pręconio attollit/ qui pie sancteq; vixerunt. rũ sanctorũ
& ad finẽ vsq; virtutis vitã constãter nusq̃ ab ea deflectendo tenuerũt: nos noĩa prędi-
cantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quidem ad imitandum beatiſſimum illorum habitum atq; ad diuina ap=
petenda præmia prouocās ac ducens. Illos autem veluti viuentes prædi=
ff cans:qui (vt theologia ait)non mortificati ſed in diuinam penitus vitam
ex morte tranſlati ſunt. Inſpice autem vt ſacris quoq; memorijs aſcripti
ſunt. Nempe enim diuina memoria non humano more/in phantaſia eius
partis vbi ſedes eſt memorię/īſinuamur:ſed ſacratiore quodā modo iuxta
eam quam in deo intelligimus(vt ita dixerim)precioſam/& nunq̄ migran=
tem ſcientiam:eorum qui in dei imaginem exceſſere atq; in deo conſum=
gg mati ſunt.Nouit enim(vt ait ſcriptura)qui ſunt eius. & precioſa in cōſpe=
ctu domini:mors ſanctorum eius.Quæ profecto ſanctorū mors:pro con=
ſummata in ſanctitate dicitur vita.Sed & illud quoq; ſacratius intuere/ ꝙ
impoſitis ſancto altari venerabilibus ſignis per quę CHRISTVS ſigna=
hh tur ac ſumitur:adeſt protinus atq; incunctanter ſanctorum deſcriptio/cō=
Quid manuum ablutio. iunctionem eorum indiuiduam/vnionemq; cum illo altiſſimam & ſacratiſ=
ſimam indicans. ⸿His autem eo quo diximus iure peractis:aſtās coram 45
ſignis ſanctiſſimis pōtifex:manus lauat cum ſacerdotum honeſtiſſimo or=
ii dine. ꝙ quidem iuxta ſaluatoris eloquium:is qui lotus eſt/ nulla alia niſi
tantū ſummitatum extremitatū ve ſuarū lotione indigeat.per quam pro=
fecto ſupremam munditiam:illud conſequitur/vt caſtiſſimo in habitu di=
uinæ ſpeciei conſtitutus:ad ſequentia quoq; ad diuinæ bonitatis imaginē
prodeat.vinculis omnibus mortalium affectionum liber atq; expeditus:vt
qui in vnius omnino tranſierit ſpeciem. Et dum ad vnum rurſus ſingulari
illo/pauciſq; cognito modo conuertitur:immaculatā eam conuerſionem fa
ciet atq; illibatam.quippe qui diuinam plenitudinem/integritatemq; cu=
kk ſtodiat.& dudum lauacrum illud in veteri præfigurabat lege(vt in libro
Liber de legali ſacerdotio. de legali ſacerdotio diximus) & modo in pontifice ac ſacerdotibus hæc
ablutio mannū ſignat. Eos enim qui ad ſacramēta cœleſtia cōficienda ꝓce
dūt/ea oportet eſſe mūditia:vt ipſas quoq; animę extremas imagines pur=
gatas habeant/ſicq; ad reuerenda myſteria(quāta fas eſt)ſimilitudine pu=
ritatis accedere. Ita *enim liquidiore diuinæ apparitionis luce cingētur:exi=*
mijs illis altiſſimiſq; fulgoribus in ſpecula ad ſui ſimilitudinē lucentia vbe=
rius atq; lympidius propriū immittentibus iubar. ⸿Eniuero pōtificis illa 46
Cur ea ablutio: corā ſacratiſſimis ſignis agitur. ſacerdotūq; exactiſſima/& ad ſumma vſq; ſiue extrema ablutio/coram ſi=
gnis ſacratiſſimis agitur:vt oſtēdatur ſub CHRISTO nos arbitro degę=
re/cunctas noſtras ſecretiſſimas cogitationes inſpectante. ⸿Vbi vero ſu= 47
prema illa expiatio ipſius patulis & cuncta ſpectantibus oculis/& iuſtiſſi=
mis incorruptiſq; inclinationibus probata pręceſſit:tunc iam diuinis pon=
tifex iungitur. exactaq; diuinorum operum laude: veneranda myſteria
conficit atq; in conſpectum agit. ⸿Quænam vero eſſe diuina in nos ope= 48
ra exiſtimemus:deinceps exponendū pro viribus. Neq; enim laudare om=
nia ſufficio equidem:nedum aperte ſcire/alioſq; docere. Quę tamen a ſan=
ctiſſimis viris iuxta ſacrarum ſcripturarū fidem laudantur atq; celebrātur:
ea nos pro captu noſtro dicemus/ cum primum diuinam inſpirationem
in auxilium noſtrum inuocauerimus. ⸿Humanam naturam initio ſto= 49

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

lide a diuinis beneficijs prolapsam: obnoxia passionibus varijs vita susce-
pit/& mortis corruptibilis finis. Quippe perniciosa illa a vera bonitate de-
fectio/& sacræ in paradyso legis præuaricatio: eam (quæ spōte sua blande mm
mulcētibus atqꝫ infestis aduersarij fraudibus cedēs: vitale excusserat iugū)
ijs quæ sunt diuinis bonis cōtraria tradidit. Hinc iam miserabiliter æter-
nitatem mortalitate mutauit. & quæ initiū corruptibilis generationis ac-
ceperat: ad consentaneum principio finem iustissime properauit. Sed & ab
sublimiore vita/propria voluntate delapsa/& ad contraria extrema deue-
cta/immutationē tenuit varijs perturbationibus subditam. Oberrās itaqꝫ
& a recto itinere ad eum (qui veraciter deus est) tendente/ auersa/& perdi-
tis atqꝫ maleficis subiecta turmis: minime aduertit se pro dijs & amicis/in-
festis hostibus fuisse obsecutā. His vero illa inclemēter pro suæ immanita-
tis libidine abutentibus: in id deuenerat/vt substantiā suam miserabiliter
50 periclitaret amittere atqꝫ omnino perire. ¶ At vero diuinæ illius bonitatis
infinita clementia: benignissime omnino prouidentiam nostri ne sic quidē
omisit per se ipsam operari/nostrorum omniū sine peccato veraciter parti-
ceps facta: nostræqꝫ humilitati inserta/absqꝫ cōfusione vlla & maculatione
veræ & integerrimæ diuinitatis suæ. cuius nobis consortiū (vtpote iam cō-
geneis) largita est: suorūqꝫ bonorū participes declarauit/aduersariæ pote- nn
statis (vt habet occulta traditio) imperio quod aduersum nos erat/profli-
gato. non viribus veluti prævalens: sed iuxta nobis traditū mystice eloquiū/ oo
in iudicio & iustitia. Nostra vero: in contrariū penitus clemētissime trans-
tulit. quippe qui animi nostri cæcitatem diuino impleuit atqꝫ opulentissi-
mo lumine: deformitatēqꝫ diuinis exornauit speciosissimisqꝫ muneribus.
Porro animæ nostræ habitaculum: in salute perfecta/iam labentis nostræ
substantiæ fœdissimis passionibus/perniciosisqꝫ inquinamentis liberauit.
quo pacto mundo superiores euadamus insinuans/cœlestemqꝫ nobis con-
51 uersationē sternens: per quam illi pro viribus similes efficiamur. ¶ Enimue-
ro diuina ista imitatio quomodo nobis aliter obueniat: nisi memoria tam
excellentium beneficiorum dei iugiter innouetur sacerdotalibus prædica-
tionibus atqꝫ mysterijs? Hoc enim facimus (vt sacra eloquia admonent) in pp
52 eius commemorationem. ¶ Hinc iam venerandus antistes diuinis altari-
bus astans: sancta & diuina laudat IHESV opera. quæ ineffabilis pro-
uidentiæ ratione in salutem generis nostri: voluntate sanctissimi patris in qq
spiritu sancto (vt eloquia diuina tradunt) consummauit. Peracta vero
laude/ venerandaqꝫ ipsorum & intelligibili speculatione spiritualibus in-
specta luminibus: tum vero etiam ad sacra mysteria in signis celebranda
53 progreditur/idqꝫ ex traditione diuina. ¶ Quocirca reuerenter simul & ex rr
pontificali officio post sacras diuinorum operum laudes: ꝙ hostiam sa-
lutarem (quæ supra ipsum est) litet/se excusat/ ad ipsum primo decenter
exclamans/ tu dixisti: hoc facite in meam cōmemorationem. Deinde tan-
to ministerio ad imitationem dei instituto dignus fieri postulat: & simi-
lis ipsi CHRISTO pro viribus euadere. vt & sacramenta sancte confi-
ciat: & caste distribuat. & qui ad cōmunionem accessuri sunt: digne parti-

Lapsus miserandus & tristis primorū parentum.

Benignissima dei visitatio nostrū tristem casū plusꝗ paterne miserantis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cipent.ſicqꝫ venerādiſſima myſteria conſummat/& laudata oculis ſubiicit:
in ſignis ſancte propoſitis. ¶ Sane opertum panem & indiuiduū aperit in 54
fruſta cōcidens/& ſingularem calicē omnibus impartiēs:vnitatē ſignanter
multiplicat atqꝫ diſtribuit/inqꝫ ijs cōſummat cœleſte myſteriū.Vnū enim
illud & ſimplex atqꝫ ſecretum IHESV diuini verbi/noſtræ humanitatis
aſſumptione:ad cōpoſitū atqꝫ viſibile ſine imutatione ſui per ſummā cle-
mentiā benignitatēqꝫ proceſſit.ſocietatēqꝫ noſtram qua ſibi iungeremur:
beneficentiſſime excogitauit/noſtra humilia diuinis ſuis excellētijs iungēs.
ss ſi quidē & nos illi tanq̄ membra corpori cōgruamus:& per vitæ ſyncærę/
ac diuinæ ſimilitudinē cōpaginemur.ne corrūpentib⁹ mortificati vicijs/ad
diuina & ſaniſſima mēbra incongrui efficiamur:vt qui hærere/eadēqꝫ vita
viuere nequaq̄ valeremus.Oportet enim nos(ſi ad illius aſpiramus ſocieta-
tem)diuinā ipſius in carne vitam intueri aſſidue:ſanctāqꝫ ipſius impeccan-
tiam imitando/pro viribus ad ſacratiorem habitū/exactiſſimāqꝫ recurrere
intelligentiā.Ita enim cōuenienter nobis ſocietatem:ad ſimile conſortiū lar
gietur.Ita ijs quę myſtice fiunt pontifex ſignat:dū operta munera in aper-
tum ducit/ipſorūqꝫ vnitatem in plurima diuidit.& perfecta ſacramentorū
tt ſic diſtributorū/ad ea in quibus fiūt/inſitione:ſocios eorū illos qui ea perce
perint efficit.Deſcribit enim in ijs ferme ſenſibiliter in conſpectum dans:
CHRISTVM IHESVM noſtrā ſpiritualem (vt in imaginibus) vitā:
ex diuinitatis occulto(perfecta & incōfuſa noſtræ mortalitatis aſſumptio-
ne)clemētiſſime proprietatē ex nobis accepiſſe.atqꝫ ad diuiſibile noſtrum
ſine immutatione ſui:ex vnitate naturali proceſſiſſe.perqꝫ hanc beneficam
clementiā:ad participationē ſui/ſuorūqꝫ bonorū inuitare genus humanū.
ſi tamen ipſius ſacratiſſimæ inſeramur vitæ:ipſam quantū fas eſt imitādo.
ſicqꝫ veraciter:conſortes dei/diuinorūqꝫ participes efficiemur. ¶ Sūptis ve- 55
ro/traditiſqꝫ myſterijs ſacris:in gratiarū actiones cum omni eccleſię ſancta
multitudine deſinit.Enimuero participatio cōmunionem præcedit:myſti
vv camqꝫ diſtributionē myſteriorū ſancta perceptio.Eſt enim hic diuinarum
rerum decentiſſimus ordo:vt prius cōmunicet/atqꝫ ipleatur ſanctus prę ſul
iis(quæ per illum diſtribuēda ſunt cæteris)diuinis donis:& ſic alijs tradat.
Quocirca & ij qui diuinis magiſterijs(priuſq̄ digna illis conuerſatione ca-
paces effecti ſint)abutūtur audacter:ipuri atqꝫ a ſacra lege extranei ōnino
cenſentur.Vt enī in ſolis radijs/tenuiores lympidioreſqꝫ ſubſtantiæ primæ/
influenti luce replentur:ſicqꝫ exuberantē lucem in ſubſequentes/ſolis vice
tranſſundunt.ita non ſine periculo diuinis in rebus quibuſqꝫ/aliis ſe ducem
præſtare pręſumit:qui non per omnia euaſerit ſimillimus deo/& ab in-
ſpiratione iudicioqꝫ diuino fuerit gubernator declaratus.In his omnis ſa-
cerdotalis functio pontificaliter congregata/ poſt diuina percepta my-
ſteria:cum gratiarum actione deſiſtit.vbi ſcilicet diuinorum beneficiorum
gratias:pro modulo ſuo recognouit atqꝫ laudauit.Qui enim diuinorum
exortes ſunt atqꝫ omnino rudes:nequaquam ad agendas gratias conuer
tuntur/ quamuis ex natura ſua digniſſima ſint gratiarum actione dona
diuina.Cæterum(vt dixi)cū neqꝫ tunc diuinis muneribus aciem intendere

Quid indi-
uidui panis
& ſingula-
ris calicis in
plura diui-
ſio.

Cur ponti-
fex pri⁹ cō-
municat q̄
alijs cōmu
nionis cōn-
ſortiū tra-
dat:& cur
in gratiarū
actiōes de-
ſinit.

voluerint(ꝙ ad deteriora magis inclinarint)ingrati ad infinitas diuinorũ
beneficiorũ gratias perstiterunt. Gustate inquit & videte. Profecto qui sa= xx
crosancta diuinarum rerum disciplina initiantur: permagnificas ipsarum
recognoscent gratias. & excellentissimã illarũ celsitudinem ac magnitudi=
nem participatiõe speculãtes: cœlestia diuinitatis beneficia grate laudabũt.
¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Atq; cœnę illius: ex qua signa ista sumpsere prin= M
cipium. De illa benedictissima consummatrice cœna loquitur pius pater: quã Matthęus
cap. vicesimo sexto describit dicens. Cœnãtibus autem eis/accepit IHESVS panem/&
benedixit ac fregit: deditq; discipulis suis & ait. accipite & comedite: hoc est corpus me=
um. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis dicens/bibite ex hoc omnes. hic est
enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ.
¶Eum qui secum non pie neq; cõcorditer sacra in cœna perceperat. De Iuda proditore N
perditionis filio loquitur pater: de quo Ioannes cap. decimo tertio. Qui cum recubuisset
supra pectus IHESV dixit ei. dñe quis est? Respõdit IHESVS. ille cui ego intinctum
panem porrexero. Et cũ intinxisset panẽ: dedit Iudæ Simonis Scariothis. & post buc=
cellam: introiuit in eum sathanas. & dixit ei IHESVS: quod facis/fac citius. cum autem
accepisset ille buccellã: exiuit cõtinuo. ¶Vt verus ille ad sacra percipienda. Vt: quo pa= O
cto/qualiter. ¶Hęc igitur vt diximus ad ipsas adytorũ valuas. Hæc: hæc signa. Adytũ/ P
locus est tẽpli secretior: ad quẽ soli sacerdoti patebat accessus. Et hic sacri patris sermo:
honesta velatur metaphora. ¶Ex causalibus ingrediamur ad causas. Ex causalibus: ex Q
effectis/ipsisq; causatis. ¶Non tamen extra substantialem/atq; immobilẽ sui status cre= R
pidinem fit. Crepidinem: sedem/& suæ collocationis summitatẽ. Et est proprie crepido:
prærupti saxi vertex atq; altitudo. ¶Sanctorũ ænigmatum varietatibus vtens. Aenig= S
matum: figurarum/& obscurarũ velationum. ¶Omnis quidem scripturę sanctæ textus. T
Scripturã sacrã partitur pater. Nam aut creaturã a deo conditã manifestat: vt genesis.
aut legale sacerdotium & viuendi ritum: vt exodus & leuiticus. aut dei sortes/& posses=
siones populo distributas: vt numeri/deuteronomiũ/Iosue. aut prudẽtiã sanctorum iu=
dicum: vt liber iudicum. aut sapientum regum/& piorum sacerdotum: vt libri regum &
paralipomenon. aut veterum in aduersitatibus infractam magnanimãq; constantiam/
& immobilem philosophiã: vt Iob. aut vitæ sapiẽtissima monita: vt prouerbia/& eccle=
siastes. aut diuinorum amorũ dulcia canticorũ dramata: vt cantica canticorum. aut ple=
nas salutari doctrina/futurorũ prædictiones: vt psalmi/libri prophetarũ/Esdræ/Esaiæ/
Hieremiæ/Baruch/Ezechielis/Danielis/Oseę/Iohelis/Amos/Abdiæ/Ionæ/Micheæ/
Naum/Abachuc/Sophoniæ/Aggei/Zachariæ & Malachiæ. siue diuina IHESV in hu
mano corpore opera: vt quatuor sacrosanctorũ euãgeliorum volumina. aut apostolorũ
discipulorumq; eius mores/atq; instituta diuina: vt actus apostolorum & epistolæ. aut
arcanam a IHESV traditã reuelationem: vt apocalypsis Ioãnis euãgelistæ. ¶Siue ar= V
canam illam ac mysticam omnino visionẽ dilecti discipuli. Aperte testatur beatus pater
sanctã apocalypsim esse Ioãnis euãgelistæ. nec res in primitiua ecclesia erat cõtrouersa.
¶Porro diuinorũ carminum sacrosancta scriptura. Prima/pręcipuaq; psalmorũ intẽtio X
est: vt omnia dei eloquia diuinasq; operationes decãtet/ac cõcelebret. Secũda est/vitã
verba & opera pie & sancte in deo viuentium & sese ad eius effigiem pro viribus effor=
mantium laudare. & sic quoq; eos ex ea bonorũ operum laude: ad illum deiformem sta=
tum fortius prouocare. quod sine teletis & mysterijs fieri impossibile est. Idcirco diuinæ
odæ/& diuina psalmorum carmina in se ea continent: quæ ad vnũquodq; sacramentorũ
& sacerdotale munus sint accõmodãda. Merito igitur sanctissima apostolorũ institutio/
qui(vt diuinus habet sermo)annũciauerunt opera dei/& facta eius intellexerunt: insti= Psal. 63.
tuit psalmorũ hymnos in vnoquoq; sacramẽtalium ministeriorũ cõcini/illi quidẽ cõue=
nientes atq; accõmodatos. ¶Qui illã pie/dignisq; affectib⁹ promũt. Qui illã psalmorũ Y
scripturã pie/& dignis affectibus pãgunt & decãtant. ¶Et cõtra sacræ scripturæ monita aa
in perniciẽ suã: ita pronũciãt. Iob. cap. vicesimo primo. Ducunt in bonis dies suos: & in
pũcto ad inferna descẽdunt. qui dixerũt deo/recede a nobis: & sciẽtiã viarũ tuarũ scire bb
nolumus. ¶Primi isti igitur & quidẽ rectius q̃ illi: ministri officio & voce separãtur. Isti
scilicet viciosi(qui apostatæ & deficientes appellantur)paulo supra tacti/officio & voce
ministri rectius valentioreq; iure primi separantur: q̃ illi energumini. Nam impura

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

actione perturbatę viuentes a vita diuina defecere/ ad aduersas acies profugi: perdi-
tisq; dæmonibus sententia & moribus magis sunt similes q̃ energumini/ qui a dæmo-
nibus ipsis vexati manifeste corripiuntur. Nam & flagitiosi illi similes esse videntur ijs:
qui sponte sua fidefragi (patriæ & ciuium legibus violatis) in castra sese recipiunt ho-
stilia/ in domesticos & patrios ciues arma vertētes. Energumini vero ijs potius: qui so-
cordes & pauidi sese dediderunt hostibus: pendentes postea sępius suis victoribus hor-
cc rendas & miserabiles pœnas. ¶ Vbi vero diuino excessere phano. Ordo eorum qui a sa-
cro arcentur phano: dum venerandissima peraguntur mysteria. Remotissimi omniū ar-
centur catechumini/ vt qui nondū initiati sunt: quasi nondum geniti/ lucem vitamq; ha
bentes. deinde scelerati apostatæ/ qui a CHRISTO principe cœlestium & terrestrium/
mentiti defecerunt: tanq̃ proditores in hostilibus castris inimica arma ferētes sub nigra
potestate tenebrarū. Mox energumini: tanq̃ debiles & pauidi sese suis hostibus deden-
tes/ suæ ignauiæ miserabiles pœnas dātes. Et quarto in loco statuūtur pœnitētes: tanq̃
ij qui defecerunt quidē/ sed errorem suū miserabiles agnoscentes/ suorum ciuiū miseri-
cordię & patriarum legum clementiæ se submittentes/ omnem penā vltro & acceptātes
& ferentes: dum modo priori (quā ab eis malus abstulit error) donentur libertate. Intra
dd vero phanū/ vltimū locum plebs sancta obtinet: deinde ministri/ mox sacerdotes. quar-
tum vero supremūq; locum: ipse summus supremusq; pontifex. ¶ Vt legis vtar verbis:
immaculati omnino incōtaminatiq; non sunt. His verbis sæpius lex diuina vtitur. Pe-
trus epistola prima cap. primo. Sciētes q̃ non corruptibilibus auro vel argento redēpti
estis/ de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni
ee immaculati CHRISTI & incontaminati. ¶ Ac totius indultorem bonitatis catholica
laudatiōe celebrāt. Catholica/ vniuersaliq; laudatiōe: hoc est symbolo fidei/ q̃ ōnia diui
na cōtineat. & de oībus nobis diuinitus indultis: totius bonitatis authorem hymno illo
celebramus & pariter gratias agimus. Continet enim cunctarū rerū a summo deo pro-
cessum. diuini verbi nostrum lapsum miserātis ad nos pijssimā inclinationem. inenarra-
bilem de spiritu sancto cōceptionem. virgineam ad naturæ miraculum natiuitatem. su-
sceptam pro nobis agni immaculati & innocentis sua sponte passionem. sepulturā. re-
surrectionem. ad cœlorū summa reditum. ad patris dexteram collocationē. in dei filios
diuinæq; regenerationis: spiritus sancti donum. sacrosanctā (qua de hic agitur) cōmu-
nionem. diuinam clementiā peccatorum nostrorum benignissime indultricem. nostram
resurrectionem. & futuri sæculi immortalem/ indeficientemq; vitam. In cuius laudis
deuota confessione: pia mens contabescit deo liquefacta/ iubilans potius mente: q̃ (in-
ff tercipientibus singultibus) possit interdū ore laudare. ¶ Qui (vt theologia ait) non mor-
tificati: sed in diuinam potius vitam ex morte translati sunt. Ioannes cap. quinto. Qui
verbum meū audit/ & credit ei qui me misit: habet vitam æternam. & in iudicium non
gg venit: sed trāsiet a morte in vitam. ¶ Nouit enim (vt ait scriptura) qui sunt eius. Paulus
epistola ad Timotheum secūda/ cap. secūdo. Cognouit dominus qui sunt eius. & disce-
dat ab iniquitate: omnis qui inuocat nomen domini. Et psalmus centesimus decimus
quintus. Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu do
hh mini mors sanctorū eius. ¶ Adest protinus atq; incunctanter sanctorū descriptio. Illa
sanctorum descriptio/ ea est sanctorum prædicatio: quæ post diuina imposita signa &
pacis osculū celebratur. & cur tam e vicino atq; incunctanter: id signum est sanctorum
indiuiduam cum CHRISTO coniunctionē/ vnionemq; supramūdanam & fœlicissimā
ii nusq̃ abesse. ¶ Q; quidē iuxta saluatoris eloquiū. Ioānes cap. decimo tertio. Qui lotus
kk est/ non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. ¶ Et dudum lauacrū illud in
veteri præfigurabat lege: vt in libro de legali sacerdotio diximus. De lauacro illo/ exo-
dus cap. tricesimo. Locutusq; est dominus ad Mosem dicēs. Facies & labiū ęneum cum
basi sua ad lauandū/ ponesq; illud inter tabernaculū testimonij & altare. & missa aqua/
lauabūt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pedes: quādo ingressuri sunt tabernaculū
testimonij/ & quādo accessuri sūt ad altare. Et liber de legali sacerdotio desiderat: deus
ll det vt appareat. ¶ Humanā naturā initio stolide a diuinis beneficijs ꝓlapsam. Id totū
mm tertiū cap. geneseos describit. ¶ Eā quę spōte sua. Eā: eā naturā humanā. ¶ Aduersarię
nn potestatis (vt habet occulta traditio) iperio quod aduersū nos erat ꝓfligato. Paulus epi-
stola ad Hebręos cap. scḋo. Quia ergo pueri cōmunicauerūt carni & sāguini: & ipse simi
liter ꝑticipauit eisdē/ vt ꝑ mortē destrueret eū qui mortis habebat iperiū/ id est diabolū.

Ordo eiectorū a tēplo: & corū qui ī eo ad diuina spectacula manent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶Sed iuxta nobis traditum myſtice eloquium. in iudicio & iuſtitia. Ioannes cap. duo- oo
decimo/cum vox ſummi patris(audiente turba)ſupra IHESVM intonuiſſet. non pro-
pter me(inquit)hæc vox venit: ſed propter vos. nunc iudiciũ eſt mundi: nunc princeps
huius mundi eijcietur foras. Et ꝙ nõ in fortitudine veniſſet nos de iugo antiquæ ſerui-
tutis liberaturus: Zacharias cap. nono. Exulta filia Sion: exulta filia Hieruſalem. ecce
rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam & ſuper
pullum filiũ aſinæ. tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu. Et Aba-
chuc ait ipſum abſcondiſſe fortitudinem ſuam. Deus(ait)ab auſtro veniet/& ſanctus de Abachuc. 3
monte Pharam. operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra. Splendor eius
vt lux erit: cornua in manibus eius. ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ãte faciem eius ibit
mors. egredietur diabolus ante pedes eius. ¶Hoc enim facimꝰ (vt ſacra eloquia admo pp
nẽt)in eius commemorationem. Paulus prima ad Corinthios epiſtola/cap. vndecimo.
Ego enim accepi a domino: quod & tradidi vobis. quoniam dominus IHESVS in qua
nocte tradebatur: accepit panẽ & gratias agens fregit/ & dixit. accipite & manducate:
hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam cõmemorationem.
Similiter & calicẽ poſtꝙ cœnauit dicens: hic calix nouũ teſtamentum eſt in meo ſangui
ne. hoc facite quotienſcunq; bibetis: in meam cõmemorationem. ¶Voluntate ſanctiſſi- qq
mi patris in ſpiritu ſancto(vt eloquia diuina tradunt) conſummauit. Voluntate quidem
patris: vt qui per os ſui dilecti euangeliſtæ Ioannis cap. ſexto dicit. Quia deſcẽdi de cœ
lo non vt faciam voluntatẽ meam: ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt enim vo-
luntas eius(qui miſit me)patris: vt omne quod dedit michi non perdã ex eo: ſed reſuſci
tem illud in nouiſſimo die. & cap. octauo. Et a meipſo facio nichil: ſed ſicut docuit me pa
ter/hæc loquor. & qui me miſit/ mecũ eſt: & non reliquit me ſolũ. quia ego quæ placita
ſunt ei: facio ſemper. Et in ſpiritu ſancto conſummauit: quãdo ſpiritũ veritatis qui a pa
tre procedit miſit in diſcipulos/& in eos qui in filiorũ adoptionẽ ſuſcepti ſunt. vt ex Io-
anne cap. decimo quinto/& actuũ apoſtolorum cap. ſecundo aperte cognoſcitur. ¶Idq; rr
ex traditione diuina. Id ex beata illa cœna quã cap. viceſimo ſexto deſcribit Matthęus:
& ex Pauli prima ad Corinthios epiſtola/cap. vndecimo paulo ante adducta/ ſatis intel
ligitur. Hoc facite(inquit)in meam cõmemorationẽ. ¶Si quidem & nos illi tanꝗ mem ss
bra corpori congruamus. Nos eſſe CHRISTI membra: Paulus clamat epiſtola ad Co-
rinthios prima. cap. ſexto. Neſcitis quia corpora veſtra/membra ſunt CHRISTI: & ad
Ephesios cap. quinto. Nemo vnꝗ carnẽ ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam/ ſicut
CHRISTVS eccleſiã. quia mẽbra ſumus corporis eius: de carne eius/& ſanguine eius.
¶Ad ea in quibus fiunt inſitione. Inſitio proprie eſt: cum ſciſſo trunco ſurculus fœcun- tt
dæ arboris inſeritur in ſterili. Hic vero pro vnitione ad diuina accipitur: pro qua domi-
nus noſter humanæ ſanctificationis initiũ & perfector/apud Ioannẽ orat patrem. Pater Ioan. 17.
ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti michi: vt ſint vnum ſicut & nos. Et iterum.
Non pro eis autem rogo tantũ/ſed & pro ijs qui credituri ſunt per verbum eorũ in me:
vt omnes vnum ſint. ſicut tu pater in me & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint. En
igitur de illa deiformi inſitione ac vnitione ienarrabili/ipſa ſuper omnia exaltata pro no
bis orat vnitas et veritas. cui ſemper ſit laus omnis: pariter et gratiarũ actio. ¶Eſt eni vv
hic diuinarum rerum decentiſſimus ordo. Non immerito hic ordo fuerit congruentiſſi-
mus: vt ipſe pontifex qui alios ſanctificat/prius ipſe ſit ſanctificatus. et qui perficit: pri-
us ſit et perfectus. Sic enim et CHRISTVS (quem noſtræ humanæ functionis quoad
poteſt imitatur pontifex)de ſeipſo ait Ioannis cap. decimo ſeptimo. Et pro eis ego ſan-
ctifico meipſum: vt ſint et ipſi ſanctificati in veritate. Quo fit vt qui illuminatus per vi-
talem lauacri ablutionem non fuerit: alios iure illuminare non poſſe cognoſcatur/ atq;
ad illuminationis ſacramentũ perducere. et qui nondũ perfectus: alios perficere. ¶Gu- xx
ſtate inquit et videte. Pſalmꝰ triceſimus tertius. Guſtate et videte/quoniã ſuauis eſt do
minus: beatus vir qui ſperat in eo. Vbi animaduertere dignũ eſt/ ignorantiam nos ſum-
mopere ingratos facere: cognitionem autem et rectam diſciplinam/gratos. Iccirco co-
gnoſcere ſtudendum eſt diuinorum beneficiorum præſtantiam : vt noſipſi grati ſimus
ei/qui omni gratiarum actione ſemper eſt digniſſimus. vtq; digni(quãtum in nobis eſt)
diuinarum rerum aut ſuſceptione aut amminiſtratione efficiamur. Neq; profecto vnꝗ
iſta auguſtiſſima ſacramenta(in quibus ſumma noſtra perfectio/ conſummatioq;/ et in
deum tranſitio ſita eſt)tam negligenter/ irreuerẽter/ et ingrate tractarent pleriq; ſacer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 3 pars 3

dotes: si cæci & indigni ad tantã rerum maiestatem tractandã nõ fuissent admissi. Iccirco non temere ordinandus est diuinarum rerũ præsul/qui omni sanctitate & præcellenti mysticarum rerũ intelligentia non cognoscatur insigniter præditus: &(vt ait sacratus pater/& primus noster Galliarũ antistes)qui diuino indicio non fuerit gubernator declaratus. qui si talis fuerit: nequaq̃ summo & summi omniũ regis seruitio immũdos/cęcos/præsumentes/ingratos/impudentes/ & prorsus indignos vnq̃ promouebit ministros. Qz si quem deus hac luce dignatus fuerit(dignatur enim eos: qui id in omni humilitate/ vt paruuli ab ipso petunt)& per intimã cognitionem/dulcedinem munerũ dei gustauerit: caueat summopere cadere/& indignũ quicq̃ & ingratum tanto dei beneficio admittere/sententia diuini Pauli de difficultate resurgendi salubriter ammonitus. Impossibile

Hebrę. 6.

est(inquit)eos qui semel illuminati sunt/gustauerunt etiã donum cœleste/& participes facti sunt spiritus sancti/gustauerunt nichilominus bonum dei verbum/virtutesq; venturi sæculi & prolapsi sunt: rursum renouari ad pœnitentiam. Sed nunc ad sancti vnguẽti mysteria transeatur.

⸿TERTIAE PARTIS TERTII CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Dmonet imprimis sacer Dionysius/post sensibiles sacrosanctæ eucha- 33
ristiæ explicatas imagines/ conscendendum esse ad contemplandam veritatẽ occultorũ & spiritualium sanctæ cõmunionis mysteriorũ: quæ huiusmodi imaginum primitiua sunt exemplaria/præcipue per illas repræsentata. Rudibus autẽ & spiritualis intelligentiæ minus capacibus/pro eorũ institutione ac doctrina id persuadendũ tradit: q; ipsa signorũ materialiũ diuersitas ac multiplicitas quæ in sanctissimæ eucharistiæ cõfectione cernitur/nequaq̃ illis absurda aut inutilis videri debet: neq; solam habet visibilium signorũ exteriorum/sine alicuius doctrinæ eis conuenientis significatione/ostẽsionem. Nempe psalmorũ cantica & sacrarũ scripturarũ lectiones/illis rudibus vitæ rectius agendæ documenta præbent: & ab omni inquinamento peccati expurgationem faciendam edocent. quod quidem secundũ: ordine prius est q̃ primũ. Debet enim ante fieri vitæ viciosæ emundatio: q̃ magisterium suscipiatur vitæ secundũ virtutẽ agendæ. Sicut prius eradicandæ sunt spinæ inutiles: q̃ inserendum agro bonum semen. & ante propellendæ sunt tenebræ: q̃ lumen oculis inferendũ. Ante quoq; languor e corpore tollẽdus: q̃ inducatur optata sanitas. Insuper sacratior illa vniusq; ac eiusdem panis & calicis cõmunicatio: decernit illis rudibus legem cõcordiæ/pacis ac fraternæ dilectionis/integerrime seruandam adinuicem: tanq̃ fratribus vna & eadẽ mensa enutritis. Eadem quoq; cõmunio renouat illis memoriã cœnæ illius sacratissimę & vltimę: quã fecit dominus noster cum discipulis suis ante passionẽ. Ex qua quidem cœna/ista signa visibilia quibus sacratissima traditur eucharistia: suum habuerunt exordium/q; tunc fuerit primum instituta hęc sacrosancta communio. In qua etiam cœna ipse dominus noster/ sãctorum sacramenti eucharistię signorum institutor: Iudam traditorem (qui cibum etiam cum eo inibi sumpserat: non tamen syncęro nec pio animo/sed proditionis peragẽdę proposito)a cæterorum discipulorũ cœtu ęquissime separauit/ discreuit & dispescuit. Vnde rationabili iure ac diuina institutione nos per id dominus noster admonuit: q; syncęrus ad sacra eucharistię munera percipienda accessus/ & debita præparatione factus/id accedentibus tribuit donũ: q; ex communione illa sacra/ad dei societatem et consortium colligantur. Hęc itaq; tanq̃ depicta ad exteriores valuas adytorũ quibus sacra occulta continentur/rudibus ipsis inspicienda relinqui debent: q; sublimiora mysteria capere nõ possint. quẽadmodum in foribus ipsis pictura effigiari solent imagines sacrarum reliquiarũ: quę intus abstrusę latent. vt saltem externã illam efformationẽ palam cernant: qui ad sacratiora spectacula intus abdita non admittuntur. Et iuxta ipsius sacratissimę communionis institutionem ac traditionem: ab effectibus ipsis ad causas progrediendum est. et ab exterioribus signis(quę causalia sunt: q; propter aliud ordinantur) introgrediendum est ad causas ipsas: spiritualia scilicet sensa/quorum gratia: sunt hęc signa sensibilia. Sacramẽtalium quoq; ministeriorũ/domino IHESV illuminante mentes nostras/ pulchra & spiritualis intuenda est intelligentia: ex qua sacratissimorum mysteriorum veritas et venustissima pulchritudo apparet/ innotescit et promitur. ⸿Deinde paucis cum ingenti pietate & religione orat sacratissimus pater hoc diuinissimũ mysteriũ: vt aperire ei dignetur illa significatiuorũ signorũ velamina quibus obducitur/ & animis humanis pa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

34 Iam atq; aperte ſe inſinuare. ſpiritualeſq; mentis oculos claro ſuę cognitionis iubare ꝓ-
fundere: quo pro dignitate poſſint hæc tanta myſteria alijs reſerare. ¶Poſtea quid thu
rificatio ab altari incepta & per totū templi circuitū facta rurſumq; ad altare reducta ſi-
gnificet: particulatim oſtēdit/dicens poſt explicatā primi ſigni/cōmunionis ſcilicet eiuſ-
dem calicis et ſanguinis intelligentiam iam aſſignatam: intra ipſius ſanctuarij adyta
iam introeundum eſſe/ & intuendam præcipui huius & primo loco obiecti ſigni ſignifi-
cationem: quid ſcilicet inſinuet pōtifex ab ipſo altari vſq; ad extrema templi cum vapo
re thuris progrediens/ & rurſum ad idē altare cauſa perficiendi ſacrificij pedē reuocās.
Sane idipſum ſignat: ꝙ diuina maieſtas omnibus immenſe ſupereminens/ q̄uis gratui-
ta ſua bonitate ad infima etiam terræ procedat/ vt ſui participationē omnibus cuiq; pro
ſuo captu elargiatur: nunquā tamen extra immobilem ſuæ ſubſtantiæ intimitatem atq;
celſitudinem digreditur. Vniuerſis enim qui diuinam in ſe gerunt imaginē/ ſingulis pro
modo & ratione ſua/ſuæ lucis cōmunicationē impartit: in ſeipſa tamen ſemper manet il
la ſumma maieſtas indimobiliter ſubſiſtēs/ neq; ſuam identitatem deſerens vnq̄: ſicut et
ipſe pontifex nunq̄ in eo progreſſu/templi ſeptis egreditur. ¶Eodē fere modo venerā-
dū ſanctiſſimę euchariſtię myſteriū licet ſingulare habeat/ſimplex & vnicū principium/
dominū ſcilicet IHESVM qui tali myſterio vnice & ineffabiliter cōtinetur: benigna ta-
men condeſcenſione/in ſignorū viſibilium multiformi diuerſitate eſt multiplicatū/& ꝑ-
tingit ad omnem ſacerdotalis functionis imaginem: in illius adminiſtratione adhibitam.
Verum ratione vnitatis atq; vnionis in ſuum principiū/ ex his multiplicibus ſignis rur-
ſum ad propriam ſe colligit ſimplicitatē/ ſingularitatē atq; vnicā rationē: & eos omnes
ſecum colligendo vnum efficit/ qui ad illud ſacratiſſimum cōmunionis myſteriū purio-
re mente ſuſtolluntur. Secundum eundē ferme modum pontifex quamuis ſacerdotalis
ſuæ functionis notionem & ſcientiam ad ſubiectos cuiuſuis ordinis & gradus deriuet:
in viſibili adminiſtratione ſui officij/ ſanctorum velaminū & ſignorū atq; inuolucrorum
varietatibus vtens: iterum tamen vt ſenſibilium rerū admixtione abſolutus atq; ab infe
rioribus ſignis liber/ad ſuum vnicū & ſpirituale principiū/ ſine vlla ſui diminutiōe pro-
pter egreſſum ad exteriora/reditū parat. Et poſtq̄ in vnū illud ſingulare ſpiritualiter in-
greſſus eſt per reuerſionē ad interiora: ſpeculatur lympido radio ac fulgore puro ſacras
& ſimplices diuinorū myſteriorū rationes. facitq; ſuū ad ſecreta & intellectualia arcana
(quæ ſane prima ſunt & principaliora) reditū: eſſe finē ſacratiorem illius clementis pro-
greſſionis ad inferiora & ſecunda/ vtpote viſibilia & corporalia ſigna. Vbi enim clemen-
ter ad illa proceſſit: continuo ſe ad ſpiritualia & ſuperiora reuocat contemplanda myſte
35 ria/quæ finis ſunt præcipuus ipſorū ſignorū. ¶Deinceps quid ſignat pſalmorū modu-
latio/quæ ſanctiſſimæ cōmunionis adminiſtrationi adhibetur: ſacratius adaperit. Cū (in-
quit) ſacrorū decantatio pſalmorū omnibus ſacramentis eccleſiaſticis adminiſtrandis cō
iungatur/ rationeq; ſubſtantiæ & integritatis/ eſſentiæq; ipſis cohæreat: non debet illa
iure/ digniſſimo omnium ſacramentorū & quod omnia alia perficit/ deeſſe. Sane omnis
ſcripturæ ſanctæ contextus/ aut rerū omniū productionem & diſtinctionē a deo factam Diuiſio li-
enunciat: vt liber geneſeos. aut ſacerdotium leuiticū/præcepta dei/ritus ac cærimoni- brorū biblię
as legis Moſaicæ explicat: vt exodus/leuiticus/liber numeri & deuteronomiū. aut ſortes
poſſeſſioneſq; terræ promiſſionis dei populo diſtributas enarrat: vt liber Ioſuæ. aut ſan-
ctorū iudicū/regum ac ſacerdotum prudentiā & virtutem cōmemorat: vt liber iudicū/
liber regū & paralipomenon. aut antiquorū patrū in aduerſis caſibus grauiſſimiſq; cala
mitatibus conſtantiam & doctrinam ſalutarem refert: vt liber Iob & libri Machabeorū/
Thobiæ/Iudith/& Heſter. ſiue diuini amoris canit epithalamiū & dulces modos ſub vi
ſibilibus ſignis: vt liber canticorū. ſiue vitæ ſecundū virtutem agendæ ſanctiſſima tradit
monita: vt liber prouerbiorū/eccleſiaſtes/eccleſiaſticus & liber ſapientię. ſiue prænūcia-
tiones futurorū a deo reuelatas continet: vt liber pſalmorum & omniū oracula prophe
tarum. Siue domini noſtri & verba et opera in aſſumpta humanæ carnis ſubſtantia per-
acta/explicat: vt ſacroſancta euangelia. ſiue diſcipulorū domini mores & opera ſimul et
ſanctiſſimam doctrinam/quę homines ad dei imitationē adducat recenſet: vt acta apo
ſtolorū et epiſtolę beati Pauli vna cū aliorū quatuor apoſtolorū epiſtolis. ſiue diuinam
apocalypſim beati Ioannis euangeliſtę dilecti CHRISTO diſcipuli reſerat: et altiſſimā
domini noſtri cœleſtemq; doctrinam/ijs qui dei participationem aſſequuntur traditam/
illoſq; per ſacra myſteria inibi tradita: ad arduam rerum contēplationem ſuſtollit et ele-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nat. Cæterum cum diuinorũ psalmorũ prima/præcipuaq; sit intentio: vt omnia dei ver-
ba & opera digne celebret & prædicet/deinde vero vt sanctorũ virorũ & recte viuentiũ
etiam verba & opera collaudet/quo ad dei imitationẽ prouocentur alacrius: in vniuer-
sum ipsa sacra psalmodia canit & explicat diuina mysteria/ad omnia ecclesiastica sacra-
menta suscipienda & tradenda congruenter attinentia. & constantem ad bonum animi
habitũ atq; statum illis inducit: qui pio animo & affectu syncero illã psalmodiã depro-
mũt/reddens eos ad diuina alacriores & dispositiores. ℂRationẽ deinde assignat/qua- 36
re prius psalmorũ fit modulatio: q̃ recitatio lectionis scripturarũ. Cum (inquit) ipsa psal-
morum decantatio (quæ omnia sacra continet mysteria: & omniũ sacramentorũ comple-
ctitur rationem) irrationales affectus nostros debita præparatione disposuerit ad ea vi-
denda & percipienda mysteria/quæ paulo post celebranda sunt/ eademq; psalmodia sa-
crorũ canticorũ harmonia & modulatoria consonãtia: induxerit animis nostris vnani-
mitatẽ/consensum & concordiam ad hæc tria/ad deũ qui supra nos/ad nosmetipsos/ &
ad proximos qui iuxta nos sunt/quasi per sacram quandã choream & consonum in tri-
pudij spiritualis actione chorũ: tunc ea quæ in ipsa psalmorũ decantatione constrictiora
sunt & contractius dicta/atq; magis idcirco abstrusa: per eam quæ subnectitur diuinarũ
scripturarũ lectionẽ latius diffusiusq; explicantur & manifestantur. Qz si quis diligẽtius
attendat psalmorum & aliarũ scripturarum quæ ad illorum manifestiorem intelligentiã
recitantur/contextum: maxime earũ quæ noui sunt testamenti/admirabitur vniformem
sententiam & omnimodã veritatis concordiam in vtrisq; cõtineri: quã vnus atq; idem
spiritus sanctus effecit/spiritus veritatis/concordiæ & pacis. quo reuelante: & psalmi &
illę scripturæ psalmorũ explicatoriæ/conscriptæ sunt. Vnde conuenienti ordine post ve-
teris testamenti lectionem: nouum recitatur in ecclesiasticis officijs. vt per hoc significa-
ret pontificalis sanctio/quæ hunc lectionis ordinẽ obseruandum instituit: ꝙ vetus testa-
mentum diuina domini nostri IHESV CHRISTI opera ad carnis dispensationem atti-
nentia prænunciauit/nouũ vero eadem opera iam facta affirmauit. ꝙ itidem vetus te-
stamentũ ipsam veritatẽ figuris & varijs typis obtexit: nouũ vero ostendit eandẽ verita-
Ioan. 1. tem iam præsentem & exhibitam. gratia enim et veritas: per IHESVM CHRISTVM
facta est. Siquidem effectus operum in nouo testamento exhibitus: aperuit & credi fecit
veritatem prænunciationũ veteris instrumẽti. operatioq; diuina a domino nostro in no-
uo testamẽto peracta: est complementũ & verificatio diuinæ locutionis descriptæ in ve-
teri pagina. quandoquidem ipsa opera in nouo testamento a domino nostro facta: clare
ostendunt prędictionem illorũ in veteri testamento scriptam/ esse veram. ℂPostea qui 37
ab omnimodo sacrorũ contuitu arcentur/& qui ad ea in principio admittuntur/ & dein-
de templo iubentur egredi: diuinus pater edisserit. Sane illi qui sacramentorum cœlestiũ
omnino sunt expertes/nec primis fidei rudimentis imbuti: non admittuntur ad ipsarũ
etiã imaginũ spectacula/neq; diuinę scripturę auditionem. eo ꝙ pertinaci obstinatione
recusant institui regulis et documentis fidei catholicę: ad diuinã regenerationem susci-
piendam. & incredulitate ac impietate animi concitati/in suam perditionẽ id dicũt deo:
Iob. 21. quod scriptura sancta monet nunq̃ esse a quoq̃ dicendũ. Recede a nobis: scĩẽtiam viarũ
tuarũ scire nolumus. ℂCęterũ ecclesiastica et sacerdotalis institutio permittit catechu- 38
minos/ energuminos et pœnitentes audire psalmorũ modulationẽ: et lectionis sancta-
rum scripturarũ recitationem. ad ea vero contuenda quę deinde fiunt in sacramenti eu-
charistiæ confectione/non supradictos tres admittit: sed perfectos tantum et dignos tã-
tę rei contuitu. Est enim sacerdotalis ordo ad diuine iustitiæ imitationẽ ęquitatis seruan-
tissimus: et cuiq; pro conditione et statu suo congrua officia prudenter distribuit. largiẽs
quidem diuinã participationem cunctis recte ad eam percipiendã dispositis: cuiq; tamẽ
iuxta suum modũ atq; captum. Inter hos autẽ tres iam nominatos: catechumini postre-
mo et vltimo reponuntur ordine/ac post cęteros collocãtur. quia adhuc nullius diuini
sacramenti facti sunt participes: aut plene mysterijs ipsis imbuti. Necdum enim ad ple-
num formati sunt: vt vita spirituali vegetati subsistant. et propter ruditatem suam/prę-
ceptorum ac ducum suorũ solis verbis instructorijs enutriuntur: et prima ab eis fidei ru-
dimenta ediscunt. disponũturq; formatione quadã spirituali et effigiatione præuia: ad
diuinã illam et beatã vitã spiritualem/salutis et lucis internę effectricem (quæ ex diuina
regeneratione/salutarisq; lauacri ablutione enascitur) demũ consequendã. Sicut igitur
infantes secundum carnẽ priusq̃ complete perficiantur et integre formẽtur in vtero ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

terno ſi deſtituantur ipſius naturæ cura ac opera/& ſine obſtetricũ miniſterio ante debi
tum tempus maternis excidunt latebris: tunc vt abortiui & mortui generationem natu
ralem non aſſequuntur/ſed vita naturali & hac luce carentem habent inter mortuos cõ
39 ditionem. ¶Neq; quiſpiã ad id quod oculis corã perſpicit attendẽs vere dixerit/ſi mo-
do recte ſentiat: infantes illos informes & abortiuos ſecundũ carnem e tenebris materni
ventris in lucem emergere. Nempe id dicenti obijciet & vere quidẽ medicina/quæ cor-
pora humana curat & ſeruat: lucẽ hanc corporalem ſolum in illis quicq̃ operari/ quę hu
iuſmodi lucis ſunt capacia & ſuſceptiua. Atqui tales infantes emortui: non ſunt lucis hu
ius mundanæ capaces. quomodo igitur in eos actionẽ habebit lux? aut quomodo vere
dicentur in lucẽ emergere? Ita manuductione quadã familiari a generatione carnali ad
ſpiritualem/quam hic molitur ſacratiſſimus pater: eccleſiaſtica & ſacerdotalis diſciplina
prudentiſſime hominum ſaluti & rerum ſacrarum dignitati conſulens/ rudes diuinorũ
myſteriorũ & informes adhuc animos catechuminorũ educat/alit ac nutrit in primis fi
dei cunabulis & tenero lacte eloquiorum dei/ad fidei documenta ſpectantium: quæ & il
luminare mentes cæcas/& viuificare mortuas queant. Cũ vero illorum rudiũ & infor-
mium animorum ſtatũ ac conditionem ad eã prouexerit perfectionẽ/ vt ad diuinã ſuſci-
piendã regenerationem ſint diſpoſiti & apti: tunc ſacerdotalis illa diſciplina tradit ipſis
ſalutari indultu conſortiũ ac participationẽ ad ea quæ ſunt viuificę lucis ac vitalis perfe
40 ctionis. ¶Nunc vero cũ adhuc rudes ſunt et necdũ formati catechuminorũ animi: eos
vt imperfectos adhuc a perfectis & completam aſſecutis formationem ſeponit ac ſegre-
gat. In quo & rectiſſimæ ordinationis diuinorum ſacramentorũ illa ſapientiſſima diſcipli
na curã ac prouidentiã gerit: proſpiciens ne quid ante legitimum tempus tradatur. ſimi
liter educationis ac vitæ ſpiritualis catechuminorũ ſecundũ ſacerdotalis officij ordinẽ a
deo conſtitutũ habet ſolicitudinem & curã: prouidens ne ipſis adhuc minus idoneis di
uina ſacramenta cõmunicentur. Cæterũ energuminorũ qui ab immundis agitãtur ſpiri
tibus turba/itidem impura eſt ac immunda: ſecundo tamen loco ſupra catechuminos/
& altiore gradu q̃ illi iure collocatur. Nempe quod eccleſiaſticorum ſacramentorũ par-
ticipationem iã habuit: non eſt recto iudicio æquãdum ſed lõge præferendum illi/quod
nunq̃ diuinarũ rerum cõmunicationem aut conſortium obtinuit. Atqui energumini fa-
cti ſunt participes ſacrorũ myſteriorũ: catechumini vero nunq̃. Inſuper energumini illis
ſuperiores ſunt qui voluptatibus dei legi contrarijs/fœdis libidinibus aut horrẽdis per-
turbationibus/ex electione & ſpontaneo animi motu contaminati ſunt: atq; in his perſi-
ſtunt. quos apoſtatas & deficientes recte dicere liceat: ꝙ CHRISTVM(quem ore fatẽ
tur ſe noſſe/& cuius ſacris initiati ſunt)factis abnegant atq; a ſe abdicant. Et hi identidẽ
a ſacris hoſtiæ ſalutaris myſterijs aſpiciendis & ſumendis/optimo iure(ſicut catechumi-
ni & energumini)arcẽtur procul. Cum enim id verum ſit ꝙ qui deo ſe perfecte addixe
rit/& diuinorũ ſacrorum participationi ſuſcipiendę digne admittitur/qui ad diuinę imi-
tationis(quantũ homini conceditur) propinquã admodũ ſimilitudinẽ peruectus eſt: &
tantã ad deũ propinquitatem aſſecutus diuinorũ ſacramentorũ participatione/& perfe
ctorum quidem et homines perficientiũ/ quibus humana imbecillitas vt cõuenientib⁹
adminiculis tranſit in dei cõſortium: is ſane voluptates carnis non proſequetur/ niſi in-
quantum exiget naturę neceſſitas: vt in cibo potuq; ad vitã ſuſtentandã ſumendo/ idq;
perfunctorie ſolũ et velut in trãſcurſu faciet. eritq; idem/ſancti ſpiritus templum illiuſq;
imitator: ſecundum illam(quã aſſecutus eſt)in deum tranſitionem/et ſimile in ſimili col-
locare ſtudebit: ſcilicet mundum ſpiritum in mundo corpore et anima/purum hoſpitem
in puro tabernaculo/ſanctum in ſancto/incontaminatũ dominũ in habitaculo inconta-
minato. Itaq; qui eiuſmodi eſt/nunq̃ horrendis immundorũ ſpirituum laruis aut terricu
lamentis torquebitur: ſed irridebit ea potius/et irruentes nequitias ſpirituales ipſis ſu-
perior atq; valentior aget in fugã/ac terrefaciet. incutietq; illis potius metum et terro-
rem/q̃ ab ipſis ea patiatur: ſecundum eã conſtantiã diuini habitus ac ſtatus quã ſibi aſ-
ſumpſit/nulla perturbatione violabilem/ nulliq; vexationi cedentem. immo et alijs qui
tãta non ſunt prędití conſtãtia: pręſtabit ſe cõtra huiuſmodi dęmonicas vexationes opti
mum medicum et propugnatorem. Inſuper et id exploratum haberi debet ꝙ puriſſima
illa diſcretio ſacrorum/ſanctos ac pios admittẽs ad ipſorum ſpectacula/rudes autem &
impuros arcens ab illorum conſpectu: probe cognouit eos omnes dęmonica agitatio-
ne vexari/quicunq; a diuinę vitę imitatione et ſemitis diſceſſere/ et nequiſſimis dęmo-

nibus animo pariter & moribus similes sunt. dum recusantes ea bona cœlestia quæ ve=
re sunt/perpetuo possidentur/ac sempiterna iucunditate animos beatos oblectant: me=
ra quadã insania ac stoliditate ipsis plane exitiali & dãnosa/appetũt potius hanc rerum
terrenarum mutabilitatẽ/materialemq; & multis obnoxiã casibus bonorum huius mun
di inconstantiam. concupiscunt insuper & prosequũtur illecebrosas & ducentes ad per=
niciẽ/carnis voluptates. deniq; & in ijs quæ hominis propria non sunt/sed ab eius ra=
tione saluteq; aliena/delectationem auidius amplectuntur & affectant: non permanen=
tem neq; fixam sed fluxam & instabilem/neq; vere existẽtem delectationem sed appa=
rentem solum/atq; inanem fucũ præferentem. Quocirca viciosi isti & desertores dei/po=
tiore iure a sacris/ministri proclamatione disseparantur: q̃ illi energumini a sathana ve=
xati. cum sit execrabilior propriæ mentis malicia ex electione vicijs addicta: q̃ corpora=
lis illa a dæmonibus vexatio. Neq; fas est illis apostatis & qui a CHRISTO sponte defe
cerunt: alterius cuiusdã sacræ rei participationẽ habere/ q̃ eloquiorum dei in psalmorũ
decantatione & sacræ scripturæ recitatione pronunciatorum: quorum institutione & di=
sciplina/possint ad melioris vitæ frugem & formã conuerti. Nempe si sacratissima diui=
norum mysteriorum celebratio eos reijcit & abire templo iubet qui pœnitentes sunt: q̃
uis aliquando huiusmodi sacrorum fuerint participes/cum scilicet necdum ea perpetras
sent scelera quorum nunc agunt pœnitentiam. neq; eum in præsentia tantorum cũ ce=
lebrantur sacramentorum admittit altissima sacerdotalis officij functio/qui non fuerit
omnino consummatæ perfectionis & munditiæ. quasi ita intelligatur ipsa summa diui=
nitas sub sacramenti signis occultata: ipsos vicijs adhuc cõtaminatos alloqui. Nolite in
meorum mysteriorũ prodire conspectum: aut ipsorum participationem expetere. quo=
niam neq; videri neq; communicari ijs possum: qui ad summã diuinæ imitationis perfe
ctionem euadere non conãtur/ob imperfectionis suæ imbecillitatem. Enimuero huius=
modi diuina vox puritatis syncęræ assertrix/eos prohibet a diuinorũ sacrorum aspectu
& participatione: qui digne sumentibus diuina munera ob morum dissimilitudinem &
disparitatem coniungi non possunt. potiore igitur iure & ratione magis immunda & p=
phana (q̃ pœnitentium) erit illorum multitudo: qui carnaliter horrendis libidinibus & fla
gitijs se sponte subijciunt/aut grauibus cuiuslibet generis vicijs manus dant victas. Et
merito istorũ sacrilegorũ deumq; deserentium turba/ab intuitu sacramentorum simul &
participatione habetur prorsus aliena: cum longe dissimilior sit ipsorum apostatarum q̃
pœnitentium qui resipiscunt/ad deum habitus. ¶ Deinde paucis recolligit eos qui tem 41
plo excedere iubentur: cum sacrificium illud salutare meritis & statu suo excellentius ce
lebratur/iam ante diffusius expressos. Quorum primi (ab extremis & infimis minusq; p=
fectis seriem incipiendo) sunt catechumini/sacramẽtorum omnino rudes. secundo loco:
qui a syncæritate vitę Christianę defecere fœdis voluptatibus implicati. Tertio: qui pro=
pter inertiam suam immundorum spirituum agitationibus ac insilitionibus vexantur.
quiq; necdum per stabilem ac firmum animi ad diuina nexum ad illam peruenerunt
perfectionem: vt a diuina similitudine indimobiles sint & inseparabiles. Quarto ve=
ro loco pœnitentes. qui licet iam a contraria deo & sacris eius vita (quam ante duxe=
rant) discesserint per resipiscentiã: nondum tamen omnino illius pristinæ & prauæ vitæ
habitum atq; altius animo infixam imaginem exuerunt/neq; adhuc diuino amore ab af
fectibus & speciebus illius atq; reliquijs: penitus expurgati sunt. Quinto vero loco & il=
li templo egrediuntur cũ sacra offeruntur mysteria: qui ob imperfectionem suã nõdum
ad eius quod vere vnum est similitudinem & societatem peruenerunt/quiq; nõ adhuc
omnino sãcti & immaculati sunt: sed viam qua ad id ducãtur carpere primum incipiũt.
¶ Itaq; his templo egressis: intus manẽt ipse pontifex/sacerdotes/ipsorum sacrorũ mi= 42
nistri/& plebs sancta: diuinorũ mysteriorũ studiosi & digni spectatores. qui illa cum de=
bita reuerentia & veneratione contuentes: deum ipsum bonorum omnium principium
et authorem/catholicæ fidei symbolo ac professione/cõfessioneq; eorum quæ credenda
sũt imprimis laudãt. a quo sacratissima signa quibus sancta ecclesiasticę hierarchię my=
steria velãtur: nobis primum ostẽsa sũt. quibus id hominibus indulgetur/vt ij qui sacris
initiãtur & sacramẽta percipiũt: in deum trãseãt. Hũc vero hymnum qui a tota celebra=
tur ecclesia: alij laudationem vocãt. alij religionis symbolum: q collectim complectatur
omnia quę ad religionis nostræ fidem attinẽt. alij vero diuiniore vocabulo (vt sacratissi=
mo patri videtur) eũdem hymnum/põtificalem gratiarum actionem vocãt: q omnia sa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cra dona & diuinæ bonitatis munera in nos deriuata/particulatim contineat. Nēpe om
nium diuinorum operum quæ a nobis laudātur/ratio & causa circa nostram salutē ver=
satur: vt productionis mundi/incarnationis verbi/passionis/resurrectionis & ascensionis
dominicæ. dum per illa deus ipse substantiam & vitam nostram spiritualem effigiat &
componit ad boni similitudinem. cum etiam primaria illa suę diuinitatis pulchritudine;
diuinam in nobis speciem effigiemq; efformat. sacratiorisq; status & sublimioris sacro=
rum mysteriorum intelligentiæ: nos participes efficit. prouide nobis prospiciens/ vt qui
per inertiam atq; secordiam nostrā diuinis muneribus spoliati & priuati sumus: per san=
ctissima sacramentorū mysteria tanq̄ parata atq; ad obtinenda dei munera instituta bo=
na/in pristinum statum & dignitatem vnde per peccatum excidimus reuocemur. vt eti
am ipse dei filius perfecta nostræ substantiæ per dispensationē carnis assumptione: per=
fectissimam diuinorum munerū participationem nobis tradat. & tandem hoc medio &
43 via/dei & diuinorum bonorū cōmunio nobis indulgeatur. ¶ Porro cum summa dei be=
nignitas hoc modo ex operum suorum dignatione & gratuita elargitione laudata fue=
rit: proponitur in altari adopertus panis sanctus & calix benedictionis. Tunc autē placi
da in osculo sancto omniū cōsalutatio fit: itidē et sanctorum/ qui in domino pie defuncti
sunt/nomina celebrantur. ad significandū nobis: q non liceat eos ad id quod vere vnū
est colligi/atq; pacifica illius connexione constringi/ aut participationem ipsius obtine=
re: qui aduersus proximos & fratres suos dissident/atq; animis ob intestina odia diuisi
sunt/aut qui intra se rationem habent reluctantem affectibus: & affectus effrenes ratio=
ni aduersantes atq; contrapugnantes. Nempe si ipsius summæ vnius contemplatione
atq; cognitione illustrati/ studeremus coniungi illi vnificæ ac diuinæ luci nos ad se con=
iungēti/atq; vnum cum illa superna luce effici conaremur: nunq̄ reuera pateremur nos
ipsos deijci in varias concupiscentias/animū nostrum a deo in plura diuellentes ac di=
strahentes. Nempe ex huiusmodi diuiduis cupiditatibus/ carnales & perturbationibus
obnoxiæ gignuntur in nobis inimicitiæ aduersus homines eiusdem nobiscū naturę par
ticipes: nunc ob carnis voluptates/nūc ob auiditatem opū/nunc vero ob honorum am
bitionem. Sancta igitur illa pacis conciliatio quæ per castum signatur osculum: firmat &
statuit hāc vniformē et indiuiduā vitā/qua in deū colligimur & in omnes homines syn=
cęro amore afficimur. collocatq; simile in simili: vnū scilicet in vno/pacificū in pacifico/
& indiuiduū in indiuiduo. dirimit item & distinguit diuina spectacula sacrosanctaq; my=
steria vnione animorum in deū singularia & vnita: ab ijs qui diuidui sunt & odiorum si=
multatibus abinuicem dissidētes. Hæc siquidem cōmunionis & concordiæ sacramenta:
44 dissensionem prorsus repudiant. ¶ At vero sanctorum qui in domino obdormierūt/post
datam omnibus pacem nominatim facta recitatio: eos digno extollit præconio qui piā
et sanctam duxerunt in hac peregrinatione vitam/& ad exitum vsq; in via virtutis nusq̄
ab ea exorbitando perstiterunt immoti. Qua sane cōmendatione/nosipsi ad imitandam
illorum conuersationē et probitatem alacrius incitamur: atq; ad cœlestia appetēda prę=
mia prouocamur ardētius. Nempe hæc sanctorum virorum celebratio illos tanq̄ adhuc
præsentem degentes vitam prædicat: qui(vt sacra ait scriptura)non mortificati sunt aut Ioan.5.
morte penitus intercepti/sed potius a morte in vitā diuinā fœlicius translati. Vnde & il
lud studiosius inspiciendum est: q sacris etiā memorijs illi pie in CHRISTO vita defū=
cti/ascripti sūt. Quippe nosipsi in diuina etiā memoria(de qua dicit psalmus: q in me= Psal.111.
moria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit)recōdimur atq; reponimur. nō
quidē humano more in memoria sensuali: imaginatiuæq; partis ea particula vbi memo=
riæ est sensoriū atq; receptaculū. sed diuiniore quodā modo iuxta eam quam in deo in=
telligimus esse scientiā atq; cognitionem/sacrā omnino & nulla vicissitudine aut obliui=
one intercidentē: quam habet de ijs qui in conformitate diuinæ imaginis hac vita exces
sere/ atq; in deo præsentis vitę cursū cōsūmarunt. Nouit enim dominus approbatoria 2.timo.2.
sentētia/qui sunt eius: & ad eū pertinēt. et preciosa est atq; imprimis honorabilis in con= Psal.115.
spectu domini: mors sanctorū eius. Quæ quidem mors sanctorū nichil aliud esse dicitur:
q̄ cōsummata & absoluta in sanctitate ipsorū vita/et ad finem vsq; sancte perducta. Est
et illud sacratius intuendum: q postq̄ imposita sunt sacris altaribus venerāda illa signa/
per quæ CHRISTVS dominus noster significatur et sumitur/panis inquam sactus et
calix benedictionis: tunc protinus et continuo fit ipsorū sanctorum nominatio atq; reci
tatio. ad indicandū coniunctionē indiuiduam ipsorum sanctorum cū CHRISTO: et il=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ſorum vnionem ſacratiſſimã cũ eodem/nunq̃ poſtea diuellendã. vt per ea quæ ſimul fe-
re viſibiliter fiunt: intelligatur ſpiritualis eorum quæ ſignãtur atq; immediata cõnexio.
¶Deinceps quid manuũ ablutio a pontifice & ſacerdotibus facta myſticum indicat: di- 45
uinus pater oſtendit. Cũ hæc (inquit) quæ præmiſſa ſunt/rite peracta fuerint: ipſe põti-
fex ſacratus coram ſignis auguſtiſſimi euchariſtiæ ſacramenti/ſcilicet pane ſancto & cali
ce benedictionis aſſiſtens: manus ſuas abluit cũ digniſſimo ſacerdotum ordine. quia ſe-
Ioan.13. cundum ſaluatoris noſtri verbum: qui lotus eſt/non indiget niſi vt manus aut pedes la-
uet. id eſt ſecundũ myſticum ſenſum/qui grauioribus vicijs liber & expeditus eſt: eget
duntaxat leuiũ venialiũq; operum aut affectuũ ſuorũ abſterſione/ſine quibus hæc vita
mortalis agi nequaq̃ poteſt. vt neq; pes progredi: quin puluere terreno aſpergatur. Per
quã quidẽ ſummam munditiã ipſe pontifex illud aſſequitur: vt in puriſſima diſpoſitione
diuinæ ſimilitudinis conſtitutus/& ad diuinam in caſtitate propemodum accedens ſpe
ciem: procedat ad ſequentia & poſt ſe poſita eccleſiaſticorũ ordinum genera/ſacerdo-
tes inquã/miniſtros/& plebem ſãctam/per ſacratiſſimorũ myſteriorũ celebrationẽ atq;
in alios communicationẽ. in quo diuinã e propinquo bonitatẽ imitatur: ad omnia ſub
ſe poſita ſuorum munerũ elargitione prodeuntẽ. Ipſe itidem ſacratiſſimus põtifex iam
in ipſius ſumme vnius traductus effigiem: per huiuſmodi manuum ablutionẽ ſignatur
omniũ affectionũ terrenarũ labe purgatus & laqueis expeditus. vt cum ad vnum illud
modo quidẽ ſingulari & incognito intentiſſime conuerti ſtuduerit: eam animi ſui ad deũ
intentionẽ atq; conuerſionẽ faciet immaculatã atq; illabefactã/q̃ diuinam puritatẽ atq;
munditiã copioſe integreq; cuſtodire ſemper annitatur. Sane huiuſmodi põtificis ac ſa
cerdotum a ſordibus animi immunitatẽ atq; puritatem/præfigurabat in veteri lege laua
Exo.30. crum illud dei iuſſu conſtitutum: quo Aaron & ſacerdotes oblaturi hoſtias/lauabãt ma-
nus & pedes. & in noua lege ablutio manuũ in pontifice & ſacerdotibus: eandẽ habet ſi
gnificantiã. Enimuero eos qui ad celebranda diuina ſacramenta procedunt/oportet tã-
ta eſſe mũditia & caſtitate præditos: vt extremos etiã & minimos animi affectus/a phã
taſijs & imaginibus viciorũ habeant purgatos. vt neq; in imaginatione interna neq; in-
tima appetitus ſede reſideat impurus aliquis cogitatus: aut affectio ĩmunda. & ſic ipſos
omnino interius purgatos oportet cum ea diuinæ puritatis ſimilitudine/quantã fas ho
mini eſt attingere: ad veneranda myſteria offerẽda progredi. Ita enim diſpoſiti/imple-
bũtur copioſiore diuinæ (quę animis ipſorum inſinuabitur) apparitionis luce. et eximij
illi a ſumma diuinitate prodeuntes fulgores/abundantius & clarius propriũ immittent
iubar in ſpecula illa humanarum mentiũ: ad ſui ſimilitudinẽ lympide ac terſe lucentia.
¶Huiuſmodi autem manuũ ablutio quę a pontifice & ſacerdotibus fieri dicta eſt: corã 46
ſanctiſſimis ſacramenti euchariſtię ſignis videlicet pane ſancto & calice benedictionis
agitur. vt per hoc nobis detur indiciũ: q̃ ſub CHRISTO iudice & omniũ actionum no
ſtrarum arbitro/præſentẽ tranſigimus vitã. qui non modo opera & verba: ſed & occul-
2.para.6. tas noſtras cogitationes inſpectat & agnoſcit. ipſe enim (vt ait ſcriptura) nouit corda fi-
Pſal.7. liorum hominũ/ſcrutaturq; & corda & renes noſtros. ¶Poſtq̃ vero exactiſſima illa emũ 47
datio animi anteceſſit per manuũ lotionem expreſſa ac ipſius CHRISTI ſemper paten
Prouer.15. tibus & cuncta cernentibus oculis (nã teſte ſcriptura: in omni loco oculi domini contem
Hebrę.4. plantur bonos & malos/et ſecundum Paulũ: omnia nuda & aperta ſunt oculis eius) ap-
probata/necnõ ęquiſſimis et puriſſimis illius ad nos inclinationibus accepta (dicũtur au
tẽ hic ĩclinationes: diuinę in nos clemẽtię reſpectus/et ꝓ miſericordia eius benignę ꝓ-
ſpectiones: ſiue ad parcẽdũ cõuerſis peccatoribus/ſiue ad pficiendũ et cõſummãdũ iu-
ſtos) tũc põtifex diuinis ſacramẽtis celebrãdis animũ intẽdit. et perfecta diuinorũ ope- 48
rũ laude: ſacratiſſima myſteria conficit/atq; ea aſtantibus palã oſtẽdit. ¶At vero quo-
niã modo dictũ eſt/a põtifice diuinorũ operũ laudẽ celebrari cũ ſacramẽta cõfecturus
eſt: quænã ſint illa diuina in nos hoĩes opera/deinceps explicandũ eſt (inquit) quantũ
ferũt vires. Neq; enim õnia laudare ſufficit mortalis infirmitas/immo neq; ſcire alioſue
docere: q̃ & plurima ſint/et maxima/humaneq; mentis captũ ſuperantia. Quę tamẽ a
ſacratiſſimis patribus ſecundũ ſanctę ſcripturę teſtimoniũ et authoritatem prędicãtur:
ea quantum conceditur expromenda ſunt/vbi diuina bonitas quę animos noſtros il- 49
luſtret/inuocata fuerit. ¶Sane cum humana natura in principio ſuę conditionis a diui-
nis beneficijs inſipienter prolapſa eſt: illam varijs ſubiecta paſſionibus et erumnis vita
ſuſcepit/atq; mortis neceſſitati obnoxia. Nempe exitialis illa veri boni deſertio diſceſ-

sioq; a deo/& cõstitutę a creatore legis ne de ligno sciētiæ boni & mali comederēt primi Gene.3.
parentes in paradiso voluptatis transgressio:ipsā naturā humanā subiecit ijs malis/quæ
diuinis bonis erant contraria. vtpote maledicti oni/exilio/ seruituti/cupiditatibus/ pro=
nitati ad malum/ corruptioni:cum prius percepisset a deo benedictionem/incolatū pa=
radisi/libertatem/rectitudinem/promptitudinem ad bonum atq; immortalitatē. Quod
eo factum est/ quoniā ipsa humana propago sponte sua succumbens male suadenti &
blande promittenti diuinitatis consortium/antiqui hostis calliditati:salutare obedientiæ
(quod deus imposuerat)iugum excussit. Hanc ob rem eadem humana natura pro im=
mortalitate quam acceperat:decidit in mortalitatem.& quæ a non esse ad esse in prima
sui conditione deducta fuerat:ad exitum illi principio conformem iusto dei iudicio decu
buit/atq; ab esse rursum ad non esse est redacta. Siquidem quæcunq; a nō esse ad esse ꝓ=
ducta sunt:ipsa naturæ lege iterum ab esse ad non esse nata sunt deuolui/& hic finis:il=
li principio est consentaneus. Eadem quoq; natura humana a diuiniore vita(qua cœle=
stiū contemplatione fruebatur)sponte sua delapsa/& ad extrema illi pristinæ vitæ om=
nino contraria deuoluta:scilicet affectum terrenorum/desideria sæcularia/& huius mū=
di concupiscentias:permutationē & mutabilitatē incurrit varijs affectionibus & pertur
bationibus subiectam. Itaq; ipsa miserabiliter oberrans/ atq; a recta via in deum verum
ducente deflexa/dæmonicisq; subdita nequissimis turbis:nequaq̄ animaduertit se capi=
talibus obtemperasse inimicis/& infestissimis suæ salutis hostibus/cum putaret se dijs li=
tasse & beneficis amicis. Cum autem immanissimi ipsi dæmones humana natura pro
suæ crudelitatis libidine exitialiter abuterentur/& in grauissimos errores infandaq; sce=
lera eam præcipitarent: in id miseriæ & perditionis deuenerat humana progenies/ vt
versaretur in periculo atq; discrimine suam amittendi substantiam quantum ad eius be
50 ne esse/atq; in omni sua prole & sobole æternum incurrendi interitum damnationemq;
perpetuam. ¶ Verum summa diuinæ bonitatis clementia non prætermisit gratuita sua
dignatione:per seipsam operari nostram salutem/nostriq; liberationem. Sed nostrę sub=
stantiæ proprietatumq; naturalium/omniumq; humanorum affectuum(excepto pecca=
to)facta est particeps/& humili nostræ infirmitati ineffabiliter coniuncta:absq; aliqua
confusione siue commixtione/& etiam sine labefactatione suæ summæ deitatis. quæ &
vera & integerrima in hypostasi verbi fuit vere itidem & integre/naturæ nostræ vnita.
Et hoc pacto ipsa filij dei benignitas suæ nobis diuinitatis consortiū elargita est:vt eius
dem iam naturæ scilicet humanæ consortibus/eiusdemq; cum illo humani generis par=
ticipationem habentibus.& nos homines suorū diuinorum bonorū declarauit esse par=
ticipes:confracto principis huius mundi(quod nobis aduersum erat)atq; euerso impe= Hebrę.2.
rio.nam(vt habet sacra scriptura) fortis armatus per superuenientem fortiorem atrio Lucę.11.
suo deturbatus est & eiectus foras. Non autem viribus aduersus tyrannū præualuit ipsa
dei clementia: q̄uis & id potuisset. ne daretur illi materia querimonię/ ꝙ violente esset
eo detrusus regno : quod spontanea subditorum permissione primum occupauerat.
sed in æquitate & iustitia illum deuicit / secundum sacrarum litterarum sententiam: Ioan.12.
cum ab eodem/eiusdemq; generis homine superatus est sathanas/quem prius supera=
uerat. & prius hominis victor: posterius ab homine etiam victus est. Insuper immen=
sa filij dei clementia/ nostra imperfecta: omnino in bona illis contraria traduxit. Nam
animi nostri cæcitatem: copioso impleuit cœlestis gratiæ lumine/eius deformitatem ac
fœditatem:insigni virtutum adornauit pulchritudine. Deniq; animę nostrę habitaculū
a sordibus peccatorum & inquinamentis scelerū expurgauit: perfectā substantię nostrę
ad lapsum pronę salutem & sospitatē elargita. Declarauit itē quo pacto calcatis mundi
51 delicijs superna petamus:& cœlestis vitæ conuersationē nobis patefecit/ per quam illi
similes efficiamur/& veri eius imitatores. ¶ At vero ista dei imitatio haudquaquā no=
bis obtingere potest aut competere: nisi tantorū ipsius dei beneficiorū memoria in no=
bis inouetur per cōmemorationē frequētē eorū sacerdotali ministerio factā/& diuinorū
52 mysteriorū celebrationē. Nēpe huiusmodi sacratissimorū munerū consecrationē facit ec
clesia(vt sacra nos admonet scriptura) in ipsius CHRISTI cōmemorationem. ¶ Hanc 1.corin.11.
ob causam sacratus antistes sacrosanctis assistens altaribus: diuina domini IHESV di=
gno præconio extollit opera:quæ per magnā suā misericordiā in salutē humani generis
perfecit/volūtate atq; beneplacito dei patris. qui filiū suū misit in mundum: vt saluetur Ioan.3.
mūdus per ipsum.& cooperatione spiritus sancti:qui vnxit eum & ad euangelisandum Esa.61.

Cap. 3 pars 3

pauperibus misit/vt prophetica testantur eloquia. Postq̄ vero peracta est diuinorū operum laus/& intellectualis illorum speculatio spiritualibus ipsius pontificis oculis est perspecta per intentā contēplationē: tunc ad sanctissima sacramenti eucharistiæ mysteria in sacris signis pane sancto & calice benedictionis cōficienda procedit. & id quidem ex in-
Math.26. stitutione diuina: cū dominus noster tradiderit hoc pacto celebrandū tale mysteriū. ¶Il- 53
lud autē vt reuerenter & secundū sacerdotalis officij rationē congruenter fiat: post consummatas diuinorū operū laudes ipse pontifex humiliter se corā deo excusat/ ꝙ hostiā illam omniū maxime salutarem offerre tentet: quæ dignitate & excellentia longe supra pontificis ipsius/immo omnis creaturæ sortem & conditionem eminet. contestans se nō ex suorū operū fiducia aut meritorum qualitate: sed ex solo ipsius CHRISTI iussu & imperio id aggredi munus celebrandi/ ꝙ CHRISTVS ipse dixerit sacerdotibus de hu-
Luce.22. iusmodi sacrificio. hoc facite in meā cōmemorationem. Deinde petit idem pōtifex gratuito dei indultu fieri dignus tanto ministerio: ad imitationem CHRISTI instituto. qui primus hoc confecit in nouissima cœna mysterium: & discipulis cōmunicauit. Orat etiā pontifex ipsi CHRISTO sicut in ministerio/ita & in moribus atq; bonorū operū fructu similis euadere. vt & ipse sacramēta sancta recte cōficiat/alijs etiā sancte distribuat: atq; ad cōmunionē accessuri eā digne percipiant. Et hoc pacto sacratissimus pōtifex veneranda perficit mysteria. eadē eximijs prædicata laudibus/oīm oculis ꝓponit atq; in cūctorū astantiū agit conspectū/in signis illis diuinis pane & vino: sancte & reuerenter ante
omniū aspectū propositis. ¶Postea dilucidat diuinus Dionysius: quid insinuet vnici 54
panis & singularis calicis in plura diuisio. dicens ꝙ ipse pontifex panem prius velatum adaperit ac detegit/& indiuiduum in plures diuidit particulas/singularem itidem calicē omnibus distribuit: in vtroq; vnitatem significanter multiplicans/& in hoc perficiens id cœleste mysteriū. Quoniam summa ipsius domini nostri IHESV CHRISTI diuinitas/vnica/simplex atq; secretissima: per nostræ humanitatis assumptionē processit ad cōpositū atq; visibile/ scilicet humanæ carnis vnionē: compositę sane atq; visibilis. & id quidem sine aliqua sui immutatione: atq; per solā suā benignitatē. Non enim mutationem subijt summa verbi deitas: per nostræ carnis assumptionē. Et hac via nostram secū societate adinuenit atq; cōciliauit: qua sibi intime iungeremur. infirma & humilia nostræ naturæ: diuinis suis perfectionibus atq; proprietatibus coniungens. si modo nosipsi tanq̄ mēbra mystica/apte ipsius corpori congruamus: & si CHRISTO per vitæ purioris ac sacratioris opera mystice coniungamur. Vt enim mortua mēbra aut putrida non bene cohęrēt naturaliter corpori sano: neq; cōcinnā constituūt secundū leges naturę cōpagem. ita si corruptelā inducētibus vicijs sumus mortificati: ad diuina & omnino sana CHRISTI membra erimus incongrui/neq; illi adhærere neq; eadē cū eo vita spirituali viuere valebimus. Operępreciū est enim nos si CHRISTI societatē obtinere volumus: intētā mētis acie sacratissimā eius vitā (quā hic in carne duxit) inspicere. immunitatēq; ipsius à peccato quantū hoī cōceditur imitādo: ad ipsius habitū & similitudinē studiosius eniti. atq; ad perfectissimā eorū quæ dixit & fecit intelligentiā atq; scientiā recurrendo: eadem operādo cōsectari. Nempe nobis hoc modo dispositis cōueniēter sui societatē ob morū similitudinē largietur: & ad simile nosipsos prouehet cōsortiū. Sane hęc ipsa per ea quę mystice & significanter ab eo fiūt/pōtifex insinuat: dū adoperta prius sacramētalia munera aperte omnibus ostēdit/& ipsorū signorū sacramētaliū vnitatē in plura distribuit. & post ꝑfectā sacramētorū sic distributorū insitionē atq; vnionē ad eos circa quos fiunt/& qui illa suscipiunt: ipsos homines qui sacramenta perceperunt efficit socios atq; participes illorū diuinorū munerū. Enimuero ipse pōtifex sub oculis oīm ista peragens/sensibiliter in illis tanquā imaginibus/figurisq; visibilibus exprimit ac indicat: ꝙ IHESVS CHRISTVS totius humani generis vita spiritualis/ex occulto atq; arcano suæ diuinitatis/quo secrete & simpliciter (vt ita dixerim) atq; indiuidue delituit ante assūptā carnis dispēsationē: accepit ex nobis proprietatē humanę cōditionis ꝑ ineffabilē illā verbi cū carne vnionē. atq; ad diuisibile nostrū existendi genus ex vnitate naturali suæ deitatis: sine aliqua sui variatione processit. atq; per hanc beneficentissimā suā benignitatem: ad sui participationem suorumq; bonorum totum inuitauit genus humanū. si modo sacratissimę ipsius vitę per dignā imitationē & morū cōformitatē/inseramur intime & strictius
vniamur. sic eni & diuinæ cōsortes naturę/& diuinorū participes munerū deniq; euade- 55
m9. ¶Postremū sacratissim9 pater hoc loco causā assignat/cur pōtifex ipse prius sacra su

nit myſteria q̄ aliȷ́s tradat/cur item in fine oı̄m gratias deo de beneficiȷ́s ſuſceptis agit.
Cū ſumpſerit(inquit)ipſe pōtifex ſacroſancta myſteria/aliȷ́ſq; eadē tradiderit: cum tota
fideliū congregatione/poſtremo loco deo gratias agit. At vero participatio ſumptioq;
ſacramenti euchariſtiæ a pōtifice: præcedit eius cōmunicationē in ſanctā multitudinē/
& ſacra myſteriorū ab antiſtite perceptio: antecedit illius diſtributionē in alios. Siquidē
iſte eccleſiaſticę functionis eſt congruentiſſimus ordo: vt prius ipſe pręſul ſumat hęc ſā
ctiſſima ſacramenta/& prius impleatur diuinis illis donis quę per ipſum aliȷ́s ſunt diſ-
partienda/& ſic deinde aliȷ́s tradat Quare illi ipſi qui diuini magiſteriȷ́ officiū ſibi inſolē
ter arrogant: anteq̄ illius per dignā vitę conuerſationem capaces ſint & idonei/aliȷ́ſq; ſa
cra tradere pręſumunt/cum ipſi neq; ſancti ſint neq; ſacri: immundi profecto ſunt/ atq;
a ſacra CHRISTI lege omnino abhorrentes atq; alieni. Sicut enim in huius ſenſibilis
ſolis illuminatione/liquidiores & puriores ſubſtantię corporales vt ſpherę cœleſtes/pri-
mū emanante in ipſas a ſole luce replentur: & deinde copioſum lucis radiū in ſequētes
& inferiores tranſfundūt ſubſtātias/vt aerē/vt aquā/in hac deriuatione lucis quaſi vicē
ſolis agentes: ipſiuſq; fungentes officio. Ita cū graui diſcrimine proprię ſalutis/ in qui-
buſcunq; diuinis rebus adminiſtrandis ille ſe aliȷ́s pręceptorem & ducem exhibere prę-
ſumit: qui non euaſerit omnino quātū humana fert infirmitas deo ſimillimus/ quiq; in-
terna reuelatione indicioq; exteriore diuinitus dato: non fuerit gubernator aliorum de-
ſignatus. Nemo enim (inquit apoſtolus)ſumit ſibi honorē: ſed qui vocatur a deo tanq̄ Hebrę.5.
Aaron. Demum tota eccleſiaſtica functio in ſuo ordine cum pontifice congregata/ poſt
diuinorū myſteriorū perceptionē in gratiarū actionē deſinit: poſtq̄ videlicet ipſa diuina
beneficia recenſuit/atq; recognoſcēdo ſingula(vt par eſt)collaudauit. Enimuero qui di-
uinorum bonorum in homines collatorum omnino expertes ſunt/ neſciȷ́ & ignari: ne-
quaquā incitantur ad agendas deo pro ſuſceptis beneficiȷ́s gratias/ quāuis illa ſint gra
tiarū actione ob amplitudinē & excellentiā ſuā digniſſima. Quomodo enim gratias ex-
oluent pro acceptis muneribus: quę ipſi ob ignauiā & negligentiam ſuā non cognoſcūt
neq; ſciunt? Verū quoniā eo tēpore quo dei cognitionem & illius in homines beneficen
tiam diſcere potuiſſent & debuiſſent: noluerunt cognoſcendis dei muneribus animū in-
tendere/q; ad peiora delapſi ſint & inutiliora ſectati: permanſerunt omnino ingrati diui
norum beneficiorū/neq; debitas illis gratias perſoluere curarūt. cum tamen admoneat
propheta nos guſtare debere diuinæ bonitatis dulcedinem/& videre beneficiorū ipſius Pſal.33.
in nos copiam atq; multitudinem: vt exinde prouocemur ad gratias pro viribus noſtris
tanto & tam benigno benefactori agendas. Quare ex oppoſito ducēdo argumentū/ qui
ſanctiſſimā diuinorū beneficiorum diſciplinam ſunt aſſecuti/ illorumq; imbuti ſcientia:
q̄maximas agent pro illis gratias/ recognoſcentq; eadem: eſſe immenſa gratiarū actio-
ne digniſſima. Inſuper & eximiā huiuſmodi bonorū altitudinē & ſingularem dignitatē
participatione illorum(vt ſacramētorum perceptione)attendētes: cœleſtia in homines
beneficia a deo collata magnis proſequentur laudibus/& digna gratitudine extollent.

¶De iȷ́s q̄ in vnguento fiunt: & q̄ in ipſo conſūmātur. Cap. IIII. pars I.

56 HAec habuimus quæ de ſanctiſſima ſynaxi diceremus: adeo
pulchra ſpiritualiaq; ſpectacula. quę noſtrā ad vnū (vt ſępe
iā diximus) ſocietatē atq; collectionē pōtificaliter permoue
rēt. Sed enī alia eſt huius finitima venerāda cōfectio vnguē-
ti: cōſecrationē eā vocāt præceptores noſtri. Huius itaq; par yy
tes cū iuxta ſacras imagines ſuo perſpexerimus ordine: ſic
demū ad vnum ipſius per partes ſacris intelligentiȷ́s ſubuehemur.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Conſecrationē eam vocant præceptores yy
noſtri. Paulus/Hierotheus & apoſtoli.

56 ¶PRIMAE PARTIS QVARTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM.

QVę modo determinata ſunt paucis repetit/& quę mox determināda ſūt ꝓpo
nit ſacer Dionyſius: dicēs ea quę nūc adducta ſunt/illa eſſe quæ de ſanctiſſima
cōmunione dicēda videbātur/pulchra quidē & ſpirituali mētis obtutu ſpectā
da myſteria. quę humanā ad deū ſocietatē efficere/& multitudinē ad vnū ip-
ſum colligere queant: pontificali miniſterio/functione ac officio. Verū alia eſt huic ſacræ

Cap. 4 pars 2 3

cōmunioni admodū propinqua pontificalis functio/ scilicet cōfectio vnguēti: quæ a plerisq; sāctis patrib9 cōsecratio nūcupatur. Itaq; cū huiusce cōfectionis diuiduas imagines & multiplices formas certo ordine datū fuerit perspicere: ex illis ad vnū ipsum per sacrā & spiritualem intelligentiā prestabitur assurrectio atq; subuectio.

Mysterium confectionis vnguenti. Cap. IIII. pars II.

zz  Vxta eundem synaxis modum/eorum qui necdum initiati sunt absoluuntur ordines. vbi scilicet præcessit pontificis circū omnem phani ambitū redolēs thure profectio/ psalmorumq; modulatio/ & lectio scripturarū diuinarū. Sumptū deinde vnguentū pontifex sacris imponit altaribus/ duodecim sacris alis circūtectū: resonantibus omnibus voce sanctissima melos sacrum/ quod diuinitus afflati prophetæ didicerunt. Cōpletaq; oratione super eo solenni in sanctissimis eorū quæ sacrantur cōsūmationibus: eo vtitur ad omnem ferme sacerdotalis officij functionem. 57.

SCHOLIA STAPVLENSIS.

zz Mysteria confectionis vnguenti ex apostolico ritu.		presens ecclesia obseruat.
Pontifex incensum ab altari adolere incipiens: per phani ambitū cum odorifero thure progreditur.		obseruat partim.
Ad altare regrediēs: psalmos cum ecclesiasticis ordinibus canit.		
Diuinorum librorum lectio recitatur.		
Postea foras agūt catechumini/ apostatę/ energumini & pęnitētes		
Vnguentum duodecim alis seraphim intectum: pontifex sanctis altaribus reuerenter imponit.		
Canunt omnes sacrum melos: quod diuina inspiratione deo accepti prophetæ didicerunt.		
Pontifex solēni sup vnguentū oratione fusa: mysteriū absoluit.		obseruat.
Eo ad omnē ferme vtitur sacerdotalē sanctificationem.		obseruat.

SECVNDAE PARTIS QVARTI CA. COMMENTARIVS AD LITTERAM.

 Odū confectionis vnguēti & ritū/ apostolorū tēpore vsitatū describit sacer Dionysius. In quo iuxta modū in sacræ cōmuniōis mysterio obseruatum/ eorum qui necdū baptismi sacris initiati sunt atq; catechuminorū (sub quibus apostatæ/ energumini & pœnitentes cōpræhenduntur) ordines/ excluduntur tēplo & foras aguntur: postq̄ facta est ipsius pontificis cum thuris suffumigio per totū templi circuitū profectio/ psalmorū modulatio & lectionis sacræ scripturæ recitatio. Postea sumptū vnguentū sacratus pontifex sanctis imponit altaribus: non quidē nudū & apertum/ sed duodecim sacris alis seraphim obuelatū. resonatq; totus ecclesiasticus ordo sāctum illud canticū ad diuinam laudationem incitatoriū allelu ia: quod diuina inspiratione edocti prophetæ didicerunt. Demū pontifex solēnem super vnguento cōplet orationem: ipsumq; conficit & consecrat/ ad sanctissimas eorum omniū quæ sacrantur consummationes accōmodandū. eoq; sic consecrato vtitur fere ad omnem sacerdotalis administrationis functionem: sacramentiq; ecclesiastici perfectionem. 57.

Spiritualis sensus/ contemplatio. Cap. IIII. pars III.

Quid designat id q sanctū vnguētū portaꝛ cōtectū.

 T autem in huiusmodi quoq; consummante mysterio: sacratiora quæramus intelligentiæ. per ea quæ in sacro vnguento fiunt/ illud reor exprimitur: q in sanctis viris obtectam esse oporteat sacram animi virtutem atq; fragrantiam. Siquidem illis diuina semper voce suggeritur: ne ad inanem gloriam (quando per virtutis studia: ad speciosas illas atq; odoratas secreti dei similitudines tendunt) ostentationi inseruiāt. 58

Sunt enim intemeratæ secretæ dei sensumq; excedentes odoratæ pulchritu
dines: solisq; spiritualibus spiritualiter insinuantur. habereq; cupiunt simi-
les in animabus atq; inuiolabiles virtutis imagines. Quippe diuinæ virtu-
tis incorruptum ac præclare expressum sigillū: ita demū sibi format ac fin
git imitatione præstanti/ si a spirituali illa fragrantiq; pulchritudine nusq̄
deflectat obtutus. Deniq; sicut in sensibilibus imaginibus si ad primitiuā
speciem pictor constanter intendat: ita vt ad nichil aliud visibile pertraha-
tur/ aut in aliquo diuidatur secundum se/ ipsum illum (quisquis est qui pin-
gitur) si dicere liceat: duplicabit. veritatemq; in similitudine: & archetypum
in imagine reddet. ac præter substantiæ differentiam: vtrumq; in vtroq; re-
feret. ita & industrijs quibusq; spiritualibusq; pictoribus intētus ille ad fra- A
grantem & occultam pulchritudinem/ & nusquā declinans obtutus: id lar-
gietur/ vt sine errore diuinam in se imaginem exprimant. Congrue igitur pi-
ctores diuini/ mentem suam eminentissime ad odorū spiritualemq; decorē B
formantes: nullam earum quæ in eis sunt diuinarum virtutum operantur
(secundū euangeliū) vt videantur ab hominibus. sed sacratius veluti in ima- C
gine sancti vnguenti/ speculantur sacratissima quæq; ecclesiæ circumtecta.
Quocirca ipsi quoq; virtutis sacratiora & diuiniora intra animū/ dei imita
tione & inscriptione sublimem sancte obtegentes: ad solam primitiuā in-
telligentiā aspiciunt. Neq; enim dissimilia solū non vidēt: sed ne ipsi quidē
ad illorum trahuntur aspectum. Ex quo profecto fit vt cōgrue sibi nequaq̄
quæ frustra videntur/ sed quæ veraciter sunt pręclara & iusta: fortius amēt.
neq; eā gloriā estimēt: quā vulgo irrationabiliter beatā putant. sed bonum
aut malū in seipsis ad dei æmulationem iudicantes: signa diuina sunt supre
mæ illius augustiorisq; fragrantiæ. quę in seipsa odorem veraciter habens:
ad id quod plurimū dissimiliter se habere videtur nunq̄ conuertitur/ veris
59 suis imaginibus nichil imprimens simulatum/ nichil fictum. ¶ Age vero iā
quando pulchri omnino mysterij (quod totum pulchrum est) exteriorē in-
speximus decorē/ sacratiorē ipsius pulchritudinem intueamur: ipsum in sei-
pso sublatis velaminibus inspicientes beatissimum aperte iubar emittere/
nosq; ea replere fragrantia quæ spiritualibus operta non est. Neq; enim vi-
sibilis illa vnguenti confectio: illis est inaccessa vel inuisibilis/ qui circa anti-
stitem sunt. sed contra ad illos quoq; pertingens figensq; intelligētiam emi-
nentem: plurimis ab eis reuerenter obtegitur/ sacerdotaliq; officio a turba
dirimitur. Quippe sacratissimorum signorum radius/ diuinis viris vt pro-
pinquis intelligibilis lucis pure ac continenter infulgens/ spiritualiaq; ipso-
rum amminicula (amoto tegmine) odore imbuens: ad id quod inferius
est non iam similiter prodit. Cæterum ab ipsis vtpote occultis inspecto-
ribus intelligibilis lucis: secretius (ne a dissimilibus quibusq; violetur) sub
pennatis opertionibus operitur. per quæ profecto sacra signa subiecti ho
60 nestissimi ordines/ ad sacram proportionem suam promouentur. ¶ Est
igitur vt dixi (quod nunc laudatur a nobis) sacrosanctum mysterium
eius ordinis atq; virtutis: vt sacerdotalia cuncta perficiat. Atq; ideo sancti
præceptores nostri istud quasi æquali ordine atq; officio sacro synaxeos

Quid alæ vnguētum integentes insinuent.

De excellētia sancti chrismatis et affinitate ad sanctissimā euchari stiam.

cõiunxere myſterio/eiſdem imaginibus vt plurimum & diſtinctionibus
myſticis/& eloquijs ſubnixum ſacris. ¶ Et pontificem quidẽ aſpicies pari 61
modo ex ſacratiore loco præclarũ odorem ad ſequentia ſacra proferẽtem:
redituq; ad eundem locum ſuo edocentẽ diuinarum rerũ participationem
in omnibus quidẽ ſacris pro meritis fieri. verum ipſam neq; moueri vlla ra
tione/ nec minui:intra diuinæ crepidinis ſuæ proprietatem ſine vlla mu=
tatione perſtantem. Pari rurſus ratione ſcripturarum cantica & lectiones:
rudibus adhuc ad vitalem adoptionem obſtetricum funguntur officio. cõ=
uerſionemq; efficiunt ſacram eorum qui agitantur a dæmonibus/contrari=
oſq; pauores tollunt & male mulcentia voluptatum: ab ijs qui pro imbe=
A cillitate ſua arripiũtur/ſupremum diuini habitus ſui atq; virtutis illis pro
modo capacitatis ſuæ inſinuantes. Qua ſcilicet virtutis excellẽtia: terrebũt
ipſi magis poteſtates aduerſas/aliorumq; curæ prefecti erunt. atq; ex imi=
B tatione dei(cum in nullo proprijs bonis efferantur)aduerſus contrarios pa
uores non tantummodo habent vim efficacem: verum etiam largiuntur. 62
C ¶ Porro ijs qui a deterioribus conuerſi ad mentis rediere munditiam: ſa=
crum inſerunt habitum/ne rurſus manus vicijs & næquitiæ dent. Quibus
autem aliquid deeſt ad conſummatam exactiſſimamq; caſtimoniam: eos
expiant. ſanctos vero ad diuinas imagines ſubuehunt: & earum contui=
tum atq; conſortium. Paſcunt itidem exactiſſime ſanctos beatiſſimis ſpi=
D ritualibuſq; ſpectaculis:implentes vnicum ipſorum vno/ atq; vnum facien
tes. Quid illud? Nonne & eos ordines qui non omnino mundi ſunt(quos
iam memorauimus) ſine admixtione dimittit eodem quo ſynaxis mo=
E do:id quod nunc in manibus eſt ſacrum/cõſummanſq; myſterium? quod
ſolis ac ſanctis imaginibus cernitur/ atq; a ſolis conſummatæ ſãctitatis vi
ris continenter ſacratiſſimis intelligentijs inſpicitur atq; conficitur. Hæc
F itaq; a nobis iam ſæpius dicta: ſuperfluum eſt(vt reor)eiſdem iterare ſer
monibus. ¶ Ad ea igitur magis quæ ſequuntur tranſeamus:intueamurq; 63
pontificem| alis duodecim circumtectum habentem ſacrum vnguentum/
caſtiſſimamq; in eo perfectionem conſummantem. Dicimus igitur vnguẽ=
ti cõpoſitionẽ:collectionẽ eſſe quandã ſpirantium ſuauiter materiarum/ha
bentẽ in ſe affatim odoratas qualitates. cuius qui participes ſunt: pro quã=
titate eius (quæ in illis fit) fragrantis participationis/ odoris ſuauitate re=
plentur. ¶ Scimus autẽ auguſtiſſimũ IHESVM/ ſuperſubſtãtialiter odo 64
rũ eſſe:intellectuale noſtrũ ſpiritualibus diſtributionibus diuina voluptate
replentẽ. Si enĩ carnaliũ odoramentorũ perceptio:ſuauiter fouet ac nutrit
magna cũ voluptate nariũ noſtrarũ iudiciũ/modo illabefactũ aſſit/atq; ad
odores in commenſione reſpondens. rationabiliter dixerit quiſpiam/ſpiri=
tuales etiam virtutes noſtras nulla ratione ad deteriora vergẽtes: natura=
li vigore iudicij noſtri ſecundum diuinæ operationis modos/ congruamq;
ad eum animi conuerſionem/ ad perceptionem diuini odoris euadere/
& ſacra voluptate ac pabulo diuiniore compleri. Ipſa itaq; vnguẽti cõpo=
ſitio myſtica(vt ea interim formemus: quæ formam nequaquã admittunt)
ipſum nobis pingit IHESVM/ principalem ſcilicet diuinorum odorum

Quid pontificis cum thure ad phanũ progreſſ9 et ad ſacrum altare regreſſus.

Quę materia cõpoſitionis vnguenti.

Quid ſuauiſſima illa ſenſibilium odorũ compoſitio ſignet.

opulentiam/ſacris proportionibus in auguſtiſſima quæq; ſpiritualiũ diui=
nos vapores immittentẽ. in quibus ſpiritus ſuauiter affecti/ ſacriſq; perce=
ptionibus pleni: ſpirituali vtuntur alimonia/ odoratis diſtributionibus ad
65 ipſorũ intellectuale diuina participatione ſubeuntibus. ¶ Liquet autem vt G
reor/ ꝙ ſuperioribus ſubſtantijs vtpote diuinioribus: principalis fragrantię
gratia propinquior eſt ferme. magiſq; ſeipſã inſinuat ac diffundit: in ipſarũ
liquidiſſimã lucẽ & ſpiritualis virtutis valentiã affatim inundans ac mul=
tipliciter ſubiens. Porro ad inferiora ſpiritualiũ neq; ita capacia/ ſupremã
illam ſpeculationem ac participationem immaculate occulens: vaporibus
pro modo participantiũ congruis in cõmenſuratione diuina diſtribuitur.

Quid ſãcta ſeraphim vnguẽtum integẽtia ſignent.

Sanctorum itaq; ſeraphim ordo/ cœleſtibus ſanctiſſimiſq; ſubſtãtijs adeo
eminens: in alis duodecim circa IHESVM firmiter ſtare deſcribitur/ bea=
tiſſimiſq; illius ſpeculatiõibus pro viribus defigere obtutus: ac diſtributio=
ne ſpirituali in caſtiſſimis ſuſceptionibus ſacratius imbui/ laudatiſſimamq; H
66 theologiã (vt carnaliter dixerim) linguis nunq̃ tacentibus exclamare. ¶ Sa
cra enim cœleſtiũ ſpirituũ ſcientia: & infatigabilis eſt/ & nunq̃ deficientem
diuinũ habet amorem/ omniq; malicia & obliuione ſuperior eſt. Vnde cla=
mor ille nunq̃ quieſcẽs: deſignat (vt reor equidẽ) ſempiternã illorũ & nuſq̃
migrantẽ ſcientiã/ & intelligentiã deo conſtantiſſime gratias agentem. San

Quid clamor et vox illa ſeraphĩ deſignet.

ctorũ ergo ſeraphim incorporeas proprietates deſcriptas in ſãctis litteris/ I
imaginibus ſpiritualia declarãtes: in diſtinctionibus cœleſtiũ ordinum pu
67 to diligẽter inſpeximus/ tuiſq; ſpiritualibus ſubiecimus oculis. ¶ Quia ta
men nunc quoq; qui pontificem reuerenter circunſtant/ ipſam illam nobis
altiſſimã figurant diſtinctionẽ: breuiter modo itidẽ purgatiſſima acie illo=
rum intueamur auguſtiſſimã lucem. Ipſorũ itaq; facies varia/ pedũq; mul=
titudo: ſignat (vt arbitror) perſpicaciſſimam diuinis hauriendis fulgoribus
proprietatem/ intelligentiamq; diuinorũ bonorũ: ſemper mobilem & mul=
ta peragrantem. Porro tergeminam alarũ poſitionem (vt ſanctæ tradunt K
litteræ) non ſacratiorem numerũ ſignare arbitror/ quod quibuſdã placuit.
ſed id potius: ꝙ eius (qui deo proximus eſt) excellẽtioris ordinis/ ſupremęq;
ſubſtantiæ abſoluta penitus ſupermundana/ prima & media atq; extrema
ſint: ſpirituales ipſius ſubuehẽtia diuinaſq; virtutes. Quocirca ſacratiſſima
ſcripturæ ſanctæ ſapientia pennarum deſcribens fictionem/ circa facies ip=
ſorum & media & pedes/ pẽnas impoſuit: ꝙ ſint in totum pennata ſignifi=
cans/ & modis omnibus ad id quod vere eſt potenti virtute ferantur. Q2 ſi
facies ac pedes velant/ ſoliſq; medijs alis euolant: intellige ſacratius hũc or=
dinem tantum excellentem ſupremarum altiſſimarũq; ſubſtantiarũ/ celſio
ra ac profundiora intelligentijs ſuis reuereri. medijſq; alis modice ad dei
ſpeculationẽ ferri/ diuinis lancibus propriã ſubijciẽdo vitã: a quibus ad ſui
notionem apte promouetur. Q2 autem propheta ait/ clamabãt alter ad al L
terũ: illud reor inſinuat/ ꝙ diuinarũ intelligentiarũ ſuarũ ſibi inuicẽ partici
68 pationem ſine inuidia tradunt. ¶ Et hoc item nequaquã ſilebimus/ ꝙ he=
bræorum lingua plene ſignificante cognomine ex eo ſanctiſſimas ſera=
phim ſubſtantias vocat: ꝙ per diuinam/ ſemperq; mobilem vitam igne=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Quid ſeraphim vis ignea ad vnguētū prætendat.

ſcant/ & ferueant. Si igitur (vt aiunt qui hebræam linguā callent) altiſſimi
ſeraphim/incendentes & calefacientes a theologia appellati ſunt: proprio
plane & ſubſtantialē habitum ſuum ſignante nomine/ſacri vnguenti (iuxta
quod ſignificatiua ipſius deſcribit imago) ſurſum agentes habent virtutes:
quæ ad ipſius expolitionē/ efficaciorūqꝫ vaporum diſtributionem euocent.
Quæ enim ſenſum ſuperat odora ſubſtantia/ab ignitis puriſſimiſqꝫ ſpiriti-
bus moueri in notitiā amat: ſacratiſſimaſqꝫ inſpirationes ſuas ijs qui ſic il-
lam excellentiore modo euocāt/ in opulentiſſimis diſtributionibus donat.
¶Non ignorauit igitur altiſſimus ſupercœleſtiū ſubſtātiarum ordo: IHE 69
SVM deum ſummū vt ſanctificaretur deſcendiſſe. ſed eū plane intelligit
per diuinam ineffabilemqꝫ clementiam ſancte ad noſtra ſeipſum deieciſſe.
M Atqꝫ a patre/ ſeqꝫ ipſo/ac ſancto ſpiritu ſe humano more ſanctificatum cer
nens: ſuum recognouit initiū (in ijs quę diuina virtute ipſe operatur) ſubſtā
tiæ immutabilitate ſubnixū. Quocirca ſignorum ſacrorum veneranda tra-
ditio/ſeraphim ſancto (dū ſacratur) circūponit vnguento: CHRISTVM
indemutabilē ſciens atqꝫ deſcribens/ in vera & integra aſſumptione fragili-
tatis humanæ. ¶Et quod præterea diuinius eſt/ad ōnis ſacræ rei conſecra- 70
N tionem vtitur vnguento diuino: aperte indicans ſanctificantē eū qui ſancti-
ficatur/ iuxta ſcripturę teſtimoniū. vt qui ſemper ſibijpſi ſimilis atqꝫ idē ſit:

Cur ī aquā baptiſterij vnguentū ī crucis modū fundit.

in ōni diuinæ benignitatis operatione. Icc irco & ſacræ regenerationis per-
ficiēs donū & gratia: vnguēti ſacratiſſima cōſūmatione perficitur. ¶Vnde 71
(vt reor) purgāti quoqꝫ baptiſterio vnguentū iactibus in crucē formatis in-
fundēs pōtifex: palā ſpeculatiuis oculis īdicat ad ipſā vſqꝫ mortē per crucē/
IHESVM pro diuina generatiōe noſtra/ſacro ipſo (& qui teneri a morte
O nō poſſet) deſcēſu/inferna penetrātē. eoſqꝫ qui in morte ipſius (iuxta arcanū
eloquiū) baptiſati eſſent: ex antiqua abſorptione corrūpentis mortis beni-
gniſſime auellentē/atqꝫ renouantē ad diuinā perpetuāqꝫ ſubſtantiā. ¶Sed 72

Quid ſignificet baptiſmo peracto chriſmatis inunctio.

& ipſi qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio cōſecratur: aduentum ſan
cti ſpiritus/conſummans inunctio largitur vnguēti. ſubſignificante (ꝙ tum
arbitror) ſacra deſcriptione ſignorū: ab ipſo qui propter nos in aſſūpta car
ne diuino ſpiritu ſanctificatus eſt/immutabili ſubſtātialis deitatis habitu:
P ſanctiſſimū ſpiritum dari ¶Et hoc item ſacratius aduerte/ꝙ diuini quoqꝫ 73
altaris conſecrationem: ſanctiſſimorum myſteriorum lex/ ſacratiſſimi vn-
Q guenti caſtiſſimis infuſionibus perficit. Eſt autem ſupercœleſtis & ſuper-
ſubſtantialis hæc diuina operatio: totius noſtræ diuinitus indultæ ſanctifi-
cationis initium atqꝫ ſubſtantia & perficiens virtus. Nam ſi ſacratiſſimum
altare noſtrum IHESVS eſt/diuina ſcilicet ſpirituū ſanctorū cōſecratio:
R in quo (iuxta ſcripturæ fidē) ſanctificati & myſtice holocauſti inſtar incen-
ſi/acceſſum habemus. purgatis luminibus ipſum profecto ſanctiſſimum
ſpeculamur altare (in quo quæ fiunt: conſummantur & ſanctificantur) ab
S ipſo ſacratiſſimo vnguento perfectum. Sanctificat enim pro nobis ſemet-
ipſum totius ſanctitatis apex IHESVS/ōniqꝫ nos ſanctificatione replet:
ijs quæ in eo mira diſpenſatione geruntur ad nos/ veluti iā diuina genera-
tione dignatos/ſumma benignitate manantibus. ¶Vnde vt opinor iuxta 74

sacratiorem sensum traditione diuina sancti nostræ sacerdotalis functionis
duces: honestissimū istud vnguenti consecrandi munus/teleten ab effectu T
rei quę in eo perficitur nomināt. Nec defuere qui hanc dixerint teleten: de
vtroq; sensu diuinā ipsius confectionē prædicantes. Est enim ipsius telete
etiam ꝙ nostri gratia sanctificatur in carne: & ꝙ diuina operando cuncta
75 perficit ac perfecta sanctificat. ¶ Porro sacrum diuinitus inspiratorū pro-
phetarum melos aiunt qui hebraice norunt: laudē dei significare/siue lau- V
date dominū. Cum igitur sacra omnis diuina apparitio & operatio/in va
ria sacerdotaliū compositione signorū descripta sit: nequaq̃ indecens fuerit
meminisse laudationis quā prophetæ afflati spiritu sancto perdocti sunt.
Docet enim honeste simul & sancte: digna esse sacris laudibus opera be-
neficiaq; diuina.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Ita & industrijs quibusq;/spiritualibusq; pictorib9. A
Industrijs: epithetum est ab industrius/hoc est ingeniosis atq; solertibus. Et huius loci
hæc intelligentia est. Quemadmodum sensualis pictor suo exemplari perq̃ attentus: id
assequitur vt imaginem exprimat archetypo q̃simillimā, ita & obtutus ille animi atten-
tissimus/diligentissimaq; ad superhumane fragrantem & occultā pulchritudinem contē-
platio/nunq̃ & nusq̃ declinās: id industrijs/solertibus/spiritualibusq; pictoribus largie-
tur/vt diuinam in se propemodum exprimant imaginem/ineffabileq; pulchritudinem.
¶ Mentem suam eminētissime ad odorum/spiritualemq; decorem formātes. Odorum/ B
odoriferum: epithetum ab odorus. ¶ Secūdum euāgelium: vt videantur ab hominibus. C
Matthæus de scribis & phariseis cap. vicesimo tertio. Secundum opera vero eorū no-
lite facere. dicunt enim: & non faciunt. alligant autem onera grauia & importabilia/
& imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. omnia vero
opera sua faciunt: vt videantur ab hominibus. Et eiusdem euangelistæ cap. sexto sancta
& salutaris doctrina ad idem nos instruere contendit. Attendite (inquit) ne iustitiam
vestram faciatis coram hominibus/vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habe-
bitis apud patrem vestrū qui in cœlis est. Cum ergo tu facis eleemosynam/noli tuba ca-
nere ante te: sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis/vt honorificētur ab homi-
nibus. amen dico vobis: receperunt mercedem suā. Te autem faciente eleemosynā: ne-
sciat sinistra tua quid faciat dextera tua. vt sit eleemosyna tua in abscōdito: & pater tu9
qui videt in abscondito reddet tibi. Et cum oratis: nō eritis sicut hypocritæ/qui amant
in synagogis & in angulis platearum stantes orare/vt videantur ab hominibus. amen
dico vobis: receperunt mercedem suā. Tu autem cum oras/intra in cubiculum tuum: &
clauso ostio ora patrem tuū in abscondito. & pater tuus qui videt in abscōdito: reddet
tibi. ¶ Implētes vnicū ipsorum vno/atq; vnum faciētes. Vnicum ipsorū appellat: quod D
iam est vniforme/& ad diuinam vnitatem collectū per veræ assurrectionis intelligentiā.
Et quāq̃ signa multa variaq; sunt: vt tamen illis iam ad summe vnius effigiem vnifor-
mibus præsentantur/ilico ad suæ veritatis redigunt vnitatem. haud secus ac multas va
riasq; in nubibus colorum apparitiones: in vnam lucis reuocarent vnitatem. ¶ Id quod E
nunc in manibus est sacrum. Sacrum: sacramentū/sanctum vnguentum. ¶ Hæc itaq; a F
nobis iam sæpius dicta. Vt tertij capitis parte tertia/numero. 38. ¶ Liquet autē (vt reor) G
ꝙ superioribus substantijs. Ferme apud philosophos proloquiū est: vnūquodq; agen-
tium suapte natura vicinioribus atq; dispositioribus sese valentius efficaciusq; propa-
gare. vt lux viciniora & dispositiora vberius illuminat: & calidum calefacit/& odorum
suo spiraculo completius imbuit. Et hanc naturæ legem: in omnibus seruari inuiola-
tam conspicere licet. Sed quid? nonne quæ secundū naturā fiunt: diuinā imitātur natu-
rā/vt eorū entitas diuinā entitatē/& bonitas bonitatē/atq; potētia potentiā? quare &
operādi modus diuinā in rebus imitatur opationē: seu per lumen/seu per suaueolentiā/
siue per aliud quicq̃ nobis insinuetur. Fit igitur hanc naturæ sequendo consequentiam
veluti certā quandā diuinæ sapientiæ sese cunctis in rebus explicātis exprimētisq; scri-
pturam: vt sanctissima seraphim/cherubim atq; thronorū agmina CHRISTI IHESV Psal. 44.
(qui sancto vnguento designatur: & qui vnctus est præ participibus suis) vberius & co-

piosius suauissimis odoribus imbuãtur. mox dominãtiones/ virtutes/ potestates. dehinc
principatus/ archangeli/ angeli. Deinde hi hominũ fortunatissimi: quibus diuina boni-
tas clementer indulsit spiritualiũ odorum discretionis nares. & hanc ob causam non in-
scite finguntur ab apostolis sanctissima seraphim sacrum vnguentũ suis alis integentia/
& semper diuino eius odore secretius oppleta. Sed hæc/ & analogiæ similes eos præser-
tim non latent: qui sanctum patris aduertũt sermonem. vt quas frequẽtiuscule vsurpat:
vt et infra numero 85. nunc ex diuina humanã illustrans philosophiam: nunc vero ex
humana veluti ex quodam dubio fulgore ad insigne lumen perducens/ & ex rei in loco
sublustri pertenui vestigio: ad ipsam in aperto lumine cognoscendam veritatem. & vt
canis venaticus (si magna paruis nobis comparare fas est) ex odoris impressione quæsi-
tam sine vllo errore perducit ad feram. Cuius viri philosophiam si Aristoteles/ si Plato
olfecisset: sane plusq̃ humanam venerati se gloriati fuissent reperisse magistrum/ qualem
nunq̃ assequi valuerant. Quod ideo dictum sit/ vt vos hac tempestate veræ philosophiæ
amatores: non existimetis destitutos/ tam insignem præceptorem sortiti. qui beatissimũ
Paulum & diuinissimos apostolos/ & quod omnium maximum est/ ipsum spiritum san-
ctum meruit habere illuminatorẽ: & qui antehac a latinis haudquaq̃ satis intelligi vale-
bat. Sed diuinæ bonitati visum est (cui gratiæ sint) nostra tempora hac luce non carere.
H ¶ Laudatissimãq; theologiã (vt carnaliter dixerim) linguis nunq̃ tacẽtibus exclamare.
Quia carnaliũ & humanorũ more linguas beatissimis seraphim applicuit: quibus nũq̃
tacentibus (vt vidit Esaias) clamãt. sanctus/ sanctus/ sanctus/ dominus deus sabaoth/ cũ
tamen linguas vllas non habeant: ideo sacratus pater dixit/ vt carnaliter dixerim. hoc
I est/ vt humano more loquar. ¶ Sanctorum ergo seraphim incorporeas proprietates
descriptas in sanctis litteris. Illud dictum est in libro cœlestis hierarchiæ cap. septimo.
K ¶ Porro tergeminã alarũ positionẽ. De sex alis seraphim sæpius ex Esaia cap. sexto su-
perius satis adductũ est. ¶ Qz autẽ ꝓpheta ait: clamabãt alter ad alterũ. De Esaia cap.
L sexto loquitur: vt persæpe quoq; iam dictum est. ¶ Atq; a patre/ seq; ipso/ ac sancto spi
M ritu se humano more sanctificatum cernens: suũ recognouit initium (in ijs quæ diuina
virtute ipse operatur) substantiæ immutabilitate subnixum. De hac sanctificatione lo-
quitur psalmus quadragesimus quartus. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: propterea
vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticiæ præ cõsortibus tuis. Vbi vnctio illa a beatissima intelli
gitur facta trinitate/ quippe quæ deus est. Et quãuis sanctificatus esset vt homo: suũ ta-
men cum operaretur vt deus/ in seipso recognouit principium/ substantiæ immobilitate
subnixum. quod quidẽ cum ad nostra infirma descenderit: suam in sanctis seraphim sta
bilem non demutauit sedem. Et illud quidem/ oleum: hoc vero/ seraphim designant.
N ¶ Aperte indicans sanctificantem eũ qui sanctificatur: iuxta scripturæ testimoniũ. Pau
lus epistola ad hebræos cap. scđo. Qui enĩ sanctificat & qui sanctificãtur: ex vno omnes.
O ¶ Eosq; qui in morte ipsius (iuxta arcanũ eloquiũ) baptisati essent. Paulus ad Romanos
cap. sexto. An ignoratis fratres: quia quicunq; baptisati sumus in CHRISTO IHESV/
in morte eius baptisati sumus? cõsepulti enim sumus cum illo per baptismũ in mortem:
vt quomodo CHRISTVS surrexit a mortuis per gloriam patris/ ita & nos in nouitate
P vitæ ambulemus. ¶ Et hoc itẽ sacratius aduerte. In cõsecratione sancti altaris in primi-
tiuæ ecclesiæ ritu fiebat diuini vnguẽti infusio: quod & præsentis ecclesiæ status obser-
Q uat. ¶ Est autẽ supercœlestis/ & supersubstãtialis hæc diuina operatio. Hæc diuina ope-
R ratio: cõsecratio altaris. ¶ In quo (iuxta scripturæ fidem) sanctificati. Paulus epistola ad
Ephesios cap. secũdo. Et veniens euãgelizauit pacem vobis qui longe fuistis/ & pacem
ijs qui prope: quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ. Ergo
iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorũ & domestici dei/ superædificati
super fundamentũ apostolorũ & prophetarum: ipso sũmo angulari lapide CHRISTO
S IHESV. in quo omnis ædificatio constructa: crescit in templũ sanctũ in domino. ¶ San-
ctificat enim pro nobis semetipsum totius sãctitatis apex. Ioãnes cap. decimo septimo.
T Et pro eis sanctifico meipsũ: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. ¶ Honestissimũ istud
vnguẽti consecrãdi munus: teleten ab effectu rei quæ in eo perficitur nominãt. Telete:
perfectio & sanctificatio interpretatur. perfectio autẽ & sanctificatio: quia perficit & san
ctificat/ aut quia eaipsa quicq̃ perficitur & sanctificatur. Et omne sacramentũ quatenus
expiat & illuminat: telete quidem/ sed inferior dici potest. quatenus vero perficit & cõ
summat: telete superior prorsusq; diuina. Et sancti vnguenti cõsecratio: de vtroq; sensu

telete celebratur/& ab eo quod perficit & ab eo quod perficitur. CHRISTVS enim no-
stra supramūdana teleta/nostrū omnibus superdiuinis odoribus oppletū vnguentū: ipse
est qui sāctificat & sanctificatur/qui perficit & qui pficitur. ¶ Prophetarū melos aiūt: qui V.
hebraice norunt. Illud melos: allelu ia est/quod laus dei & laudate dominū significat. Et
laudatio illa prophetarū cui sanctū melos allelu ia præfigitur: psalmus est Aggei & Za-
chariæ prophetarū qui est centesimus quadragesimus octauus/honeste & sancte opera
beneficiaq; diuina cōmemorans/atq; docens sacris laudibus esse dignissima.

¶ TERTIAE PARTIS QVARTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM.



58 Piritualem sensum/per signa imaginesq; sensibiles confectionis sacri
vnguenti significatum: explanat hoc loco sacer Dionysius, dicens q
vt sacratior queratur intelligentia in huiusmodi mysterio consecratio-
nis vnguenti/omnia fere ecclesiastica sacramenta (vt dictum est) con-
summante: per id q sacrum vnguentū defertur obtectum/ exprimitur
mystice sanctorū virorum virtutes bonorūq; operum odorem: oporte-
re esse opertum hominibusq; incognitū. Nempe diuino admonentur
oraculo/ne ad humanæ laudis aucupationem vanāq; ostentationem sua faciant opera: Matth. 6.
quando per bonarū actionū studia virtutūq; officia/ ad diuinæ virtutis omni suauitate
redolentis similitudinem nitūtur. Enimuero dei pulchritudines ipsi intimæ atq; imma-
nentes: illabefactæ sunt & occultæ/omni sensu superiores & spirituali odore refertissimę/
solisq; spiritualibus substantijs spiritualiter manifestantur & ostendūtur. atq; in anima-
bus hominū petūt habere similes virtutis imagines: nulla peccati labe violabiles/quæ
ad diuinæ pulchritudinis similitudinē sint efformatæ. quēadmodū primitiuus odor in
flore subsistens: suæ redolentiæ speciem infundit naribus animaliū/easq; consimili fra-
grantia imbuit. Ipsa autem rationalis substantia in seipsa per dignam imitationem ita
efformat effigiatq; diuinæ virtutis sigillum/nulla obductum corruptela sed integrum &
egregie expressum: si ab illa diuina pulchritudine (quæ spiritualis est & omni virtutum
suauitate fragrans) suæ mentis aciem nunq deflectit/eius contēplationi semper intenta.
Quinimmo sicut in sensibilium imaginū depictione si ad primitiuum exemplar oculis
obiectum ipse pictor indesinenter attendat/ vt neq; ad aliud visibile interim spectādum
conuertat obtutum neq; in alio quouis opere distrahatur: tunc eum qui pingitur ille di-
ligens pictor (vt ita dixerim) duplicabit & ingeminabit quantū ad repræsentationis ra-
tionem/veritatemq; in sua imagine reddet/& primitiuā formam in sua similitudine. Et
dempta substantiæ veritatis ad imaginē differentia (alia enim semper erit ipsius verita-
tis scilicet viui hominis qui pingitur/substantia: & alia ipsius imaginis/quæ instar exē-
plaris efformatur) & veritatē in imagine referet/& imaginem in veritate. Ita & diligēs
animi speculatio/ad fragrantissimā & occultissimā diuinæ virtutis pulchritudinē intēta/
neq; vsq ab ea deflectēs mētis aciem: id prestabit solertibus & spiritualibꝰ pictoribus/vt
sine errore aliquo viuam & integrā in se exprimāt diuinę pulchritudinis imaginē. Recte
igitur diuini illi pictores animū suum perfectissime ad diuini decoris (qui cœlesti virtutū
odore redolentissimus est/& omnino spiritualis) similitudinē efformātes/nullas virtutū
actiones faciunt/sicut & admonentur in euangelio: vt humanā inde laudē captent aut Matth. 6.
gloriam aucupentur. sed omnia faciūt opera sua & sacratissima ecclesiæ officia/obtecta:
atq; hominū oculis abscōdita. quemadmodū in ipsius sancti vnguenti opertione tanq
in imagine: significatum esse cognoscūt. Quapropter ijdem diuini pictores recta virtu-
tum opera cōtegentes intra suū animū/dei imitatione simul & effigiatione diuinæ pul-
chritudinis insignem: ad solam primitiuam formā diuināq; speciem oculos mentis con-
uertūt. Neq; enim obliqua & praua (quæ deo dissimilia sunt) solū nō aspiciunt: sed neq;
ad leuissimū illorum vel in transcursu trahuntur obtutum/q nusq a suo exemplari pri-
mario oculos detorqueant. Vnde fit vt eorum quæ vana sunt & friuola (vt propriæ lau-
dis aut humanæ gloriæ) nequaq rapiātur amore: sed ea dūtaxat quæ recta & iusta sunt/
constanter ament iuxta congruū sibi statum. Neq; eam estimant esse gloriā/quā impe-
ritum vulgus & errore deceptum magnificat & iudicat esse magnopere expetendam:
vento scilicet humanæ laudis extolli & ab hominibus mirifice celebrari. Sed in seipsis
secundū veritatem quid bonum & malum sit recte iudicantes ad ipsius dei imitationē:
ipsi quantum ad animū signa quædam sunt & signacula ipsius diuinæ & supremæ fra-
grantiæ/quæ omniū odorum spiritualium archetypus est & veritas. Et huiusmodi pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mitiua exemplarisq; fragrantia odorem in se habens mysticũ & spiritualem/non quidẽ
secundũ imaginem sed veritatem: ad illud quod per peccati turpitudinem & horrorem
dissimiliter se habet ad ipsam/nunq̃ conuertitur: neq; veris suis imaginibus (quæ mẽti-
bus humanis & angelicis expressæ sunt) quicq̃ simulatũ vnq̃ aut fictũ imprimit/quãdo-
quidem eo ipso imagines illę a suæ veritatis natura desciscerent. ¶ Deinde quid alæ te- 59
gentes ipsum vnguentum signent: sacratissimus pater edocet. Quoniã (inquit) exterior
mysterij confectionis vnguenti pulchritudo/ conspecta est in decentia & congruentia
signorum materialiũ: quæ in ipsius cõsecratione fiunt. nunc sacratior ipsius decor in spi
rituali latens intelligentia: contuendus est. & sublatis visibilium formarũ velaminibus
inspiciendũ/quomodo ipsum cõficiendi vnguenti mysterium in seipso clarissimũ iubar
emittit: & animos nostros eo replet odore intellectuali/ qui spiritualibus viris ignotus
non est neq; imperceptus. Quippe visibilis illa vnguenti materialis confectio/ nequaq̃
illis est imperceptibilis aut abscondita qui sunt circa pontificem: vt sacerdotibus sanctis
& sacratioribus ministris. sed etiam ad eorum conspectũ peruenit: & spiritualem ipsorũ
animis ingerit sacrarũ rerum intelligentiã. Verũ huiusmodi sensibilis confectio/ab ipsis
circũstantibus congruenti numero pontificem cum veneratione & reuerentia contegi-
tur: ne passim ab ipsa turba & multitudine populi conspiciatur/a qua iure debet dirimi.
Cõsimili pene ratione spiritualis sanctorũ signorum radius & fulgor/ viris spiritualibus
lympide ac affluẽter infulgens (vt qui luci spirituali sint admodũ propinqui: & ad ipsam
percipiendam rite dispositi) & spiritualem illorum olfactũ ad diuina percipienda admi-
nicularium/ intellectualeq; sensorũ ac receptaculũ/ amoto signorũ velamine/ spirituali
odore perfundẽs: non eodẽ modo neq; sic pure & lympide ad inferioris gradus & ordi-
nis homines progreditur/ q̃ nõ sint illius consimili ratione capaces. Sed huiusmodi ra-
dius intellectualis sub velamine alarum tanq̃ signo & operimento sensibili contegitur
ab ipsis spiritualibus viris/ad lucis illius internæ speculationẽ admissis atq; idoneis: ne a
prophana multitudine & ijs qui dissimiles sunt ac inepti tantis mysterijs/ ille spiritualis
intelligentię radius violetur. Per hæc vero sacra signa visibilia/subiecti ipsius pontificis
authoritati ordines ecclesiastici vt sacerdotes/ministri & plebs sancta: promouentur ad
spiritualis sensus speculationem/quisq; iuxta sui gradus congruentiã ac rationẽ. ¶ Ha- 60
bet autem (quod & superius dictum est) hoc sacrosanctum cõfectionis vnguenti myste-
rium hanc efficaciam atq; virtutẽ: vt cuncta sacerdotalia mysteria cõpleat atq; perficiat.
Iccirco sanctissimi patres & viri apostolici/ istud fere pari ordine atq; officio cõiungendũ
putarũt ipsi sanctissimo eucharistiæ sacramẽto: propter affinitatem cognationẽq; ipsius
sancti chrismatis ad sacram eucharistiã/potissimũ in his tribus. q̃ ijsdem fere signis visi-
bilibus (quibus eucharistia) sanctum chrisma repræsentatur/ q̃ cõsimilibus partitionibus
atq; distributionibus distinguitur/ q̃ deniq; eisdem sacris eloquijs prædicatur atq; cele-
bratur. ¶ Siquidem in huius mysterij completione pontifex consimili modo sicut in sa- 61
crosanctæ eucharistiæ celebratione/progreditur a sacro altari cum incenso per totũ tẽpli
ambitũ: & rursum ad suũ regreditur locum. vt hoc suo processu edoceat diuinã bonitatẽ
per suorũ munerum participationem in omnia hæc inferiorũ rerum genera emanare.
Ipsam tamen neq; suo moueri summæ celsitudinis solio/neq; per sui effusionẽ imminui:
sed in suę maiestatis summitate/sublimiq; sede eãdem semper manere/& sine mutatione
stabilem. Consimili itidem ratione psalmorũ cantica & scripturarũ sacrę lectiones in hoc
cõfectionis vnguẽti (sicut & eucharistiæ) mysterio: catechuminos obstetricũ more ad vi
talis regenerationis susceptionem efformant. Eos etiam qui ab aduersis aguntur pote-
statibus/ad saniorem mẽtis habitum cõuertunt: atq; ab energuminis pauores a dęmo-
nibus inductos tollunt. Ab apostatis vero deiq; desertoribus/ad malum illicientia volu-
ptatum carnalium tollunt oblectamenta: quibus hi ex infirmitate sua ad flagitia pertra-
huntur. Et vtrisq; diuinioris atq; excellentioris vitæ habitum ac statum: hæc sacra car-
mina necnon lectiones insinuãt atq; demonstrãt. quo firmati qui prius energumini erãt
& apostatæ/& insigni virtutis excellentia iam roborati: deinceps potius perterrefacient
tenebrosas & inimicas potestates/& aliorum ad salutẽ dirigendorũ curę prępositi erũt:
postq̃ ipsi per melioris vitæ frugem omnino ad bonum fuerint cõuersi. Atq; ex studiosa
dei imitatione cum in bonis cœlitus collatis non extollantur/ sed deum recognoscant
primum illorum authorem: ad perfectiorem mentis habitum perducti/non solum cõtra
dæmonicos pauores atq; terrores habebũt virtutis efficaciã: verũ etiã illã alijs elargiẽ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tur.& ad hæc assequenda bona:per auditionem psalmodiæ lectionisq; sacræ interim di-
62 sponuntur. ¶ Cæterum eadem cantica & lectiones scripturarũ pœnitẽtibus qui ex vitæ
immunditia redierunt ad rectitudinem ac puritatem/firmã animi ad bonũ dispositionẽ
inducunt:ne rursum ad præteritã relabãtur nequitiã.Imperfectos vero & quibus adhuc
aliquid deest ad completam munditiam:eadem psalmodia & scripturarum recitationes
expurgant & emundant.Sanctos vero & omnino mundos:adducũt ad sacrarum ima-
ginum signorũq; materialium huius mysterij aspectum ac contuitum.Eos identidem
replent spirituali sacrorum signorum intelligentia/sensuq; mystico:mentem ipsorum
vniformem colligentes ad ipsum summe vnum/& per vnitionem collectionẽq; ipsius ad
deum:illam facientes omnino vnam.Insuper hoc sacrum confectionis vnguenti my-
sterium deinde excludit cæterorũ consortio/atq; templo egredi decernit eos ordines qui
non omnino mundi sunt:vt catechuminos/apostatas/energuminos & pœnitẽtes/sicut
& sacrosanctũ eucharistiæ mysteriũ.atq; a solis sanctis ac mũdis:& sacras imagines cõ-
spici/& spiritualem sensum percipi constituit.Verum hæc omnia superius in precedenti
63 capite adducta:non sunt hic amplius repetenda. ¶ Sed ad ea quæ consequenter in hoc
geruntur presenti mysterio:nunc transeundũ.& contuendus imprimis est sacratus pon-
tifex/sacrum portans vnguentũ duodecim alis sanctorum seraphim circũuelatum:& sa- Quid vn-
cram ipsius confectionẽ atq; cõsecrationem perficiens. Est autem vnguenti materialis guentum.
compositio:collectio quedã materiarum suauiter spirãtium/habens in se abunde quali-
tates odoriferas.cuius quidem vnguenti qui sunt participes:secundũ quãtitatem parti-
cipationis illius quã habent/suaui odore imbuũtur ac replentur.Si enim copiose/ipsius
64 vnguenti participationẽ habent:affluenter itidẽ suaui implentur odore.si vero exiguũ
quiddam habent vnguenti sensibilis:& modico replẽtur odore. ¶ Nunc vero quid hu-
iusmodi sensibilium odorũ in vnguẽto suauis cõmixtio signet:sacratissimus pater decla-
rat/per diuinã philosophiam ab humanis ad diuina nos manuducens.Excellentissimus
inquit & superdiuinus dñs noster IHESVS CHRISTVS:supersubstantialiter odorus
est/spiritualiq; odore principaliter refertissimus.de quo ob virtutum ipsius excellentissi-
mam fragrantiã:dicit scriptura. curremus in odorem vnguentorũ tuorum/& ꝙ oleum Canti.1.
effusum nomen eius:ꝙ etiã sit flos campi & lilium conualliũ. Insuper ꝙ vnctus est oleo Canti.2
letitiæ præ consortibus suis:ꝙ deniq; myrrha/gutta & casia/a vestimentis eius defluãt. Psal.44.
Et ipse vt suauissimo plenus odore/intellectualem nostrum olfactum:per suorum spi-
raminum distributionem spiritualem cœlesti voluptate replet.Cum enim id perspectum
habeatur/ꝙ sensibilium odorum perceptio ingenti suauitate fouet ac reficit narium no-
strarum virtutem ac vim discretiuam:dummodo ea lesa non sit neq; impedita/atq; ad
ipsos odores debita cõmensuratione temperamẽtoq; respõdens.vt neq; remissi nimiũ
sint ac languidi/neq; nimium acres aut vehemẽtes:ne sensum ipsum corrumpãt.ratio-
nabile sane & id fuerit:spiritualem animorum nostrorum olfactum/vimq; internã intel-
lectualium odorum perceptiuam/nullo pacto ad tetra prauaq; deuergentem:ad diuini
odoris perceptionem pertingere per naturalem iudicij nostri intellectualis vigorem/se-
cundum diuini odoris in nos diffusionem:& conuenientem ad ipsum percipiẽdum ani-
mi nostri conuersionem. Cunq; ad hauriendum hunc diuinum odorem/virtus nostra
spiritualis perducta fuerit:simul & suauissima voluptate afficietur & diuino replebitur
alimento/omniaq; spiritualiter habebit:quæ corporaliter in sensibilis odoris suauissima
perceptione contingere solent.Itaq; vt per ea quæ formã habent materialem/illa insi-
nuentur quẹ nullã admittunt figuram sensibilem:ipsa vnguenti materialis compositio/
diuinorũ mysteriorum significatiua/describit nobis atq; repræsentat IHESVM CHRI-
STVM dominũ nostrum(qui principalis est diuinorum odorum opulentia/primitiuaq;
illorum apotheca/exuberantissimũ diffusionis illorum in cætera principium atq; prima-
rium illud spirituale vnguentũ)debita proportione in excellentissimas cœlestes substan-
tias diuinos illorum odorum vapores ac spiracula immittere.In quibus sane vaporibus
ipsi cœlestes spiritus/mirifica voluptate affecti/& perceptionibus sacrarum huiusmodi
euaporationũ pleni:spirituali reficiũtur alimonia per hoc ipsum/ꝙ distributiones emis-
sionesq; talium odorum spiritualiũ:diuina participatione subeunt intellectualem ipsorũ
65 olfactum. ¶ At vero cõpertum id haberi debet/ꝙ diuinæ principalisq; fragrantiæ par-
ticipatio:diuinius copiosiusq; fit atq; prius/ipsis supremis cœlestium spirituũ substãtijs:
ꝙ deo immediatæ sint ac proximæ.& exuberãtius huiusmodi gratia diuinæ redolentiæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4 pars 3

seipsam insinuat ac infundit illis summis & primis virtutibus angelicis: in purissimam
ipsarum lympiditatẽ ac valentissimũ spiritualis virtutis vigorem copiose emanans/ac
multifariam exundans. Cæterum eadem principalis fragrãtiæ (quæ in deo/& a deo est)
gratia/ excellentissimã illam & summã participationem prouide occultans inferioribus
substantijs angelicis/ ꝙ illius primæ deriuationis non sint capaces: ipsis certa quadam
proportione pro capacitate & gradu suo/diuina prouidentia distribuitur secũdo loco &
ordine. Itaq; sanctorũ seraphim ordo/cœlestibus omnibus distinctionibus & ordinibus
longe sublimior: alis duodecim obuelatus circa IHESVM CHRISTVM dominum &
deum nostrũ stabili firmitate consistere/ab Esaia propheta describitur: atq; in speculati-
onem summæ diuinitatis eius fulgorisq; eximij sacros intẽdere cõtuitus/distributioneq;
diuinorũ odorum sacris illorum perceptionibus imbui/diuinãq; laudationem trinæ san-
ctitatis nuncupationem in vnum dominiũ atq; deitatem reducentẽ: assidue ac sine cessa-
tione dicitur resonare. ¶ Enimuero ipsorum cœlestium spirituũ scientia: & sacratissima 66
est & indefatigabilis/diuinũq; habet coniunctum amorem nunq̃ fatiscentẽ/languescen-
tem aut senescentem: vt ipsa nulli vnq̃ malitiæ aut obliuioni sit obnoxia. Vnde clamor
ille sanctorũ seraphim nunq̃ quiescens significat sempiternã ipsorum scientiam: nusq̃ a
deo suos obtutus deflectentem/itidem & clarissimã illorum intelligentiã atq; notionem:
deo iugiter de acceptis beneficijs & eius gloriæ immensitate gratias agentem. Verum
ipsorum sanctissimorum seraphim proprietates incorporales in sacris litteris expressas/
ac sub imaginũ sensibiliũ velamine (quæ spiritualiter declaratæ sunt) obtectas: liber san-
ctissimi patris de cœlesti hierarchia latius aperuit/& spiritualibus sancti Timothei ac le-
gentium oculis sacratius obiecit. ¶ Cæterum queadmodũ duodecim alæ sanctorum se- 67
raphim integentes sacrum vnguentũ: dictæ sunt nobis significare/supremum sanctissi-
morum seraphim ordinem proxime ipsi CHRISTO deo in cœlis astare: ita qui in sacri
vnguenti consecratione pontificem ipsum circũstant sacerdotes & electi ministri/eundẽ
significant supremum sanctorum ordinem ipsi deo proxime assistentem, idcirco puriore
mentis obtutu conspicanda nobis est ipsorum altissimorũ seraphim eximia lux atq; cla-
ritas. Porro varia ipsorum seraphim facies & multitudo pedum/significat lympidissimã
ipsorum virtutem ad hauriendos diuinos fulgores perspicacissimã: diuinorũq; bonorũ
notionem/iugi motu vigentem & assidua cõtemplatione multa percurrentem/ ꝙ nunq̃
torpeat ocio sed velociter omnia permeet, quemadmodũ in libro de cœlesti hierarchia
Nũero. 53. capite decimotertio etiã dictum est. Senaria vero alarũ positio ab Esaia propheta circa
seraphim descripta: non significat sacratum numerũ vt nõnulli posuerunt/scilicet sena-
rium, qui eam ob causam a plerisq; sacratus habetur: ꝙ perfectorum numerorum sit pri-
mus, sed potius id insinuat/ ꝙ supremus ipse sanctissimorum seraphim & deo ꝓximus
ordo partes habet (vt ita dixerim) atq; vires primas/medias/ & postremas, nõ quidem
imperfectas: sed integras & absolutas, non itidem mũdanas aut terrenas: sed supermũ-
danas & supercœlestes, quæ spirituales eiusdem ordinis virtutes atq; diuinas: ad deum
iugiter subuehũt. Hanc ob rem sanctissima scriptura/alarum sanctorũ seraphim figura-
tionem/situm & collocationem exprimens: circa facies eorum binas posuit/circa mediã
quoq; ipsorum substantiã binas/ & demum circa pedes ipsorum constituit geminas, ea
positione alarum tergemina significans: ꝙ ipsa sanctissima seraphim omnino pennata
sint & alis prædita/& ꝙ ad deum ipsum qui solus vere est: indesinenter & totis viribus
ferantur. Qz autem facies & pedes velare describuntur/& solis medijs alis euolare su-
premi ipsi cœlestes spiritus: id designat ꝙ sublimiora q̃ intelligere queãt itidem & pro-
fundiora diuinitatis mysteria (quorum hæc per pedes/illa vero per caput intelligũtur)
reuerẽtur/atq; cum veneratione relinquunt indiscussa necnon ab illis inquirẽdis cũ mo-
destia abstinent. & media horum arcana/ occultaq; deitatis mysteria cum sobrietate &
mediocritate speculantes: quasi medijs alis modeste ad dei contẽplationem ferũtur. Et
ita sanctissima seraphim: diuinis legibus atq; prouidentissimis rationibus suam subijciũt
vitam/ea solum inquirendo: quæ eis nota fieri permittit & vult immensa diuinæ sapiẽ-
tiæ abyssus/a qua ad dei notionẽ & scientiã congruo ordine & modo adducũtur. Demũ
ꝙ Esaias propheta dicit sancta seraphim clamasse alterũ ad alterum: id significat ꝙ ipsi
supremi ordinis cœlestes spiritus suarũ notionũ intelligentiã & participationẽ adinuicẽ 68
cũ benigna cõmunicabilitate tradunt. ¶ Neq; illud prætermittendũ censetur/ꝙ lingua
hebraica ipsos primi ordinis cœlestes spiritus vocat seraphim: nomine quidem pleno,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mysterij & significatiuo/eam ob causam ꝙ diuino semper amore/irrequieto & perpetuo
feruore vigenti incalescant atq; igniãtur. Cum itaq;(vt aiũt hebręi)supremi illi spiritus
a sacra scriptura seraphim appellati sint/quasi incendẽtes & calefaciẽtes: nomine quidẽ
ipsis congruo & peculiarem suã proprietatem atq; cõditionem indicante/virtutẽ plane
habẽt diuinorum vaporũ ipsius vnguenti diffusiuam/sursumq; actiuam: secundũ ꝙ sen-
sibilis ipsius vnguẽti imago/spiritualis sensus significatiua/materialiter exprimit. Quæ
quidem virtus ignea euocet ipsum vnguentũ ad sui euaporationem: & sacratissimorum
halituum atq; odorũ distributionẽ, quẽadmodum thus cum igni imponitur: resoluitur
in odoratas euaporationes. Siquidem ipsa diuinitatis substantia primo & principaliter
odorifera/superhumano tamen modo: ab ipsis sanctissimis seraphim spiritibus ignitis &
inflãmatis educi in noticiam atq; euocari in apertũ affectat/suauissimasq; spirationes
atq; vaporum suorũ emissiones illis impartit: qui sic illam diuiniore modo ęxuscitãt suis
incendijs/atq; ad opulẽtas interim odoris sui deriuationes emanationesq; prouocãt.
69 ¶ Neq; altissimũ cœlestium substãtiarum ordinem latuit: IHESVM verum deum vt se-
cundum carnis dispensationem sanctificaretur/de cœlo in hunc mundum descendisse.
Sed perspectum habet & cognitum: ꝙ is per eximiã suã benignitatem seipsum ad no-
stræ naturę infirma demiserit. ꝙq; se a deo patre/a seipso/& a spiritu sancto sanctificatũ
secũdum humanã naturam cognoscens: suã etiam in se semper recognouerit diuinita-
tis substantiã/in ijs operib9 quæ diuina virtute perfecit(vt signis & miraculis)indemu-
tabili identitate subsistentẽ. Idcirco mystica sanctorũ signorum sensibilium traditio/ipsi
vnguento cum consecratur/sancta seraphim circũponit: circũpositaq; describit. vt per
hanc fictionem innuat atq; describat/CHRISTVM secũdum diuinitatem permansisse
indemutabilem/atq; a summis spiritibus(vt ante)eminentissime circũuallatum: cũ vere
& integre humanam fragilitatem assumpsit/ob quam a suæ deitatis identitate nequaꝗ̃
70 decidit. ¶ Quinimmo quod his altius & sublimius est: ipsa veneranda signorum sacro-
rum traditio ad cuiusq; rei sacræ cõsecrationẽ vtitur ipso vnguẽto cõsecrato. clare signi-
ficãs ipsum CHRISTVM secũdum hominẽ sanctificatũ/& omnes itidem sanctificantẽ: Hebræ.2.
vt diuinum habet Pauli eloquium. Est enim ipse CHRISTVS etiam post assumptã no
stræ carnis substantiã sibi ipsi semper idem atq; similis: in omni diuinæ bonitatis opera-
tione & sanctificatiua virtute. quã vt deus: nõ minus nunc ꝗ̃ prius/hominibus impẽdit.
Insuper vt homo prius sanctificatus: omnes etiã sanctificat/quẽadmodũ vnguẽtũ ante
consecratum: reliqua cõsecrat. Idcirco baptismalis lauacri donum & gratia/qua deo re-
71 nascimur: sacratissima vnguenti(vt ante dictum est)completione perficitur. ¶ Eandem Nũero.15.
fere ob causam/ipsi baptisterio sacrum vnguentum pontifex ternis iactibus in crucẽ for-
matis(vt secundũ huius libri disseruit caput)infundit. per hoc/spiritualem sensum spe-
culantibus oculis indicãs: ꝙ ipse IHESVS mortem crucis perpessus pro redemptione
nostra ac reparatione ad inferna descenderit/vbi secundum scripturę testimoniũ teneri Actu.2.
a morte non potuit. ꝙq; eos qui in morte ipsius baptisati sunt: ex antiqua mortis vora-
gine ac fauce benigniter eripuerit/atq; ad spiritualem vitam perpetuãq; renouauerit.
72 ¶ Insuper & ei qui sacro ablutus est baptismo/ipsa chrismatis inunctio: sancti spiritus
aduẽtum elargitur. significatq; per hoc ipsa sanctorum signorũ traditio: ꝙ spiritus san-
ctus datur baptisatis ab ipso CHRISTO per sacrum chrisma signato. qui propter nos
in humanitate assumpta/spiritu sancto ab ipso cõceptionis articulo sãctificatus est: ipsa
73 diuinitatis proprietate secundũ substantiã manente indemutabili. ¶ Est & illud diligẽ-
tius aduertendum/ꝙ ecclesiasticorũ mysteriorum ordinatio: altaris cõsecrationem infu-
sione vnguenti perficit. Est autem hæc sacra altaris cõsecratio/quin potius quæ per eã
signatur ipsius CHRISTI secundũ humanitatem sanctificatio/supersubstãtialis plane
operatio/supercœlestis & diuina: prĩcipium/causa & virtus perfectiua totius sanctifica-
tionis naturæ humanæ diuinitus cõcessæ. Nempe quoniã CHRISTVS est sacratissimũ
altare nostrũ/& diuina sanctarum mẽtium cõsecratio: per quẽ scilicet pię mentes cũ hu-
manæ tũ angelicæ cõsecrãtur. in quo sane altari mystico secũdũ scripturę eloquiũ nosipsi Ephe.2.
sanctificati & more holocausti in oblationẽ incẽsi: habemus accessum ad patrẽ/quẽad-
modum in altari sensibili offertur sacrificium quo reconciliamur deo. interiore profecto
& claro mentis oculo CHRISTVS ipse proponitur nobis inspiciendus: vt sanctissimũ
altare(in quo quæcũq; offeruntur: perfectionem accipiunt & sanctificationẽ)ab ipso sa-
cro vnguento perfectum/id est spiritu sancto effusius ipsi dato sanctificatũ. Siquidem


Cap. 5 pars 1

Ioan.17 ipse IHESVS author & initium totius sanctificationis: seipsum pro nobis(vt ipse testa-tur) sanctificat/& nosipsos omni sanctificatione replet. dum ea quæ in ipso dispẽsatoria carnis assumptione geruntur: ad nos tanq̃ diuina adoptione iam factos dei filios/per summam benignitatem emanant. Consequimur enim illorũ participationem munerũ: quæ ipsi vt humani generis reparatori primo collata sunt. ¶Eam ob rem(vt coniectare 74
licet) primarij ecclesiasticæ functionis institutores sacratissimũ istud vnguẽti consecrãdi mysterium nomine græco vocarũt teleten: quasi perficiens & sanctificãs munus/ab ipso scilicet rei effectu quæ per vnguentũ sanctificatur & perficitur. Fuerunt & alij qui hanc vnguẽti consecrationẽ dixerunt teleten: ꝙ cõsecretur vnguentũ & perficiatur. Et ita in vtroq; sensu/& actiuo & passiuo: huiusmodi cõfectio per hãc teletes appellationẽ digne prædicatur atq; commendatur. Cæterum vtraq; hæc ratio nominis/etiam CHRISTO conuenit: ipsius vnguenti veritati & archetypo. Est enim ipse: nostra telete sacratissima. tum ꝙ nostri gratia: sanctificetur in carne a deo. tum etiam ꝙ ipse diuina operando/ cuncta perficiat atq; sanctificet. ¶Deniq; qui hebraicæ linguæ periti sunt/ dicunt sa- 75
cram illam melodiam a prophetis diuino spiritu afflatis expressam allelu ia: significare laudem domini/siue laudate dominũ. Cum igitur omnis diuinæ bonitatis ad homines apparitio/itidẽ & operatio/siue in mundi productione & gubernatione/siue in humani generis directione & reparatione/per variã ecclesiasticorũ mysteriorum descriptionem & signorum figurationem expressa sit: par & rationabile videtur/in illorum exhibitione illam diuinã laudationem in medium afferre: quam ipsi prophetæ diuinitus sũt edocti. Docet enim huiusmodi laudatio & decenter & cõgrue: omnia diuina opera atq; in nos collata beneficia/egregijs esse laudibus digna.

¶De sacerdotibus/cõsecrationibus/& cõsũmationibus. Cap.V.pars.I.



A HOc ordine sanctissimum consecratur vnguentum. Tempus 76
vero iam ammonet: post diuina istiusmodi munia/ipsos exponere sacros ordines/ac distributiones/virtutesq; ipsorum & actiones atq; consummationes/subiectamq; illis trinitatem excellentium ordinum. vt ostendatur sacerdotij nostri perfunctio: inordinata omnia & incõposita atq; confusa ab se arcere semper atq; cohibere. ornatum vero atq; ordinem & grauitatem: in proportionibus sanctorum ordinum suorum exhibere. ¶Et 77
B quidem hierarchiã omnem/cur in trinitatis distribuerimus numerum: in libro de cœlesti hierarchia congrue satis reor exposuimus. dicentes(vt habet sacra nostra traditio) omnem sacro-




C rum ordinum functionem in sanctissimas teletas diuidi: & in eos qui diuina probe callent aliosq; sacratius imbuũt/inq; eos qui ab ijs sanctissime promouentur. ¶Itaq; suprema quidem supercœlestium substantiarum 78
hierarchia: teletã habet pro viribus propriam/dei scilicet diuinarumq; rerum liquidissimam intelligentiam/capaxq; diuinitatis est integræ: & deũ

(q̃tum fas eſt)cōtēdit imitari.Porro illumināntes atq; ad ſacrā hanc efficiē-
tiā duces:eas(quæ circa deū ſūt)primas eſſentias.Hæ nāq; in inferiores ſa
cros ordines/benigne indultas ſibi ſemper deificas notiones a per ſe perfe-
cta altiſſimoſq; ſpiritus ſapientia replente deitate/pro ipſorū modo tranſfū
79 dūt.¶Qui vero primis ſubſtātijs ſubiecti ſunt ordines(vt qui per illas ſā-
cte promoueantur ad deificā diuinitatis notionē)perficiēdæ diſtinctiones
& ſunt/& appellātur.Poſt illā vero cœleſtē ſupramūdanāq; hierarchiam:
ad noſtra quoq; ſumma illa diuinitas/ſua ſacratiſſima munera benigne
deriuans(cum paruuli iuxta eloquium eſſemus)legale indulſit ſacerdo- D
tium.obſcuris verarum rerum imaginibus/& figuris a primitiuis ſuis
remotiſſimis/ſigniſq; haud facile penetrabilibus/ac typis opertam ha-
bentibus neq; diſcerni facilem intelligentiam:congruam & viribus no-
ſtris conuenientem lucem/vt imbecillioribus oculis innocue infulgens.
Huic autem legali ſacerdotio teleta fuit:ad cultum ſpiritualem obiequi-
80 umq; prouectio.¶Duces vero ad eam ij ſunt:qui ſanctum illud taber- E
naculum a Moſe ſacratius didicerunt:primo ſcilicet legalium ſacerdo-
tum præceptore ac duce.Ad quod ſacrum tabernaculum cum imbu-
endis rudibus legale ſacerdotium pingeret:ad oſtenſi ſibi in Sina mon- F
te exemplaris imaginem/omnia quæ ſecundum legem conſummaren-
tur euocabat.Inſtructi vero ij dici poſſunt:qui ſuo ordine a legalibus
ſignis ad perfectiorem inſtructionem promouentur.Porro perfectiorem G
eruditionem/hierarchiam noſtram theologia vocat:impletionem hanc
illius/ſacrumq; appellans finem.Eſt autem tam cœleſtis illa perfun-
ctio/q̃ legalis:quarum noſtra hæc(ꝙ ſit media)vtriuſq; extremitates
appræhendit ſocietate mirabili.ac ſuperiori illi quidem:ſpiritualibus in-
telligentijs/fulgoribuſq; communicat.inferiori vero:ꝙ ſignis carnalibus
81 variatur/perq; ipſa ſacratius promouetur in deum.¶Porro ternarium
numerum pontificalis diſtributionis æque habet:dum in auguſtiſſimas
myſteriorum ſacrorum ſanctificationes diuiditur/& in auguſtiores ſan-
ctarum rerum miniſtros/atq; in eos qui ab his ad ſacramenta ſuo or-
dine & pro captu ſuo quiq; ſubuehuntur.At vero quæq; ex tribus hie-
rarchiæ noſtræ diuiſionibus:ad legalis & illius ſacratioris(q̃ noſtra eſt)
functionis imaginem/prima & media & extrema ſtatuitur.tum ſacratio-
ris proportionis:tū venuſtiſſimæ ac ſuo ordine cōgruæ & cūcta nectētis ſo
82 cietatis virtute ſubnixa.¶Itaq; ſāctiſſima quidē myſteriorū operatio:pri
ma quidem ei innititur diuinæ virtuti/ꝙ rudes hactenus purgat.media:ꝙ
purgatos ratione ſacratioris eruditionis illuminat.vltima/quæ & priores
concludit & complet:ꝙ ita eruditos ſuarū inſtructionum ſcientia perficit.
83 ¶Porro miniſtrorum ſacra diſtinctio:in prima ſui potentia per myſteria
rudes eatenus purgat.in media:purgatos illuminat.in vltima(quæ & ſu-
prema ſacratius operantium virtutū eſt)eos qui diuini luminis cōmunio-
ne dignati ſunt:in perceptorū radiorū peritis conſummationibus perficit.
84 ¶At vero initiādorū:vis prima eſt quæ purgatur.media:poſt purgationē
quæ illuminatur/& ad ſacramentorū quorūdam intelligentiā admittitur.

Cap. 5 pars 1

extrema vero sacratior cæteris: quæ sacrarum (quas intellexerat) rerum consummantem assequitur diuino fulgore scientiam. Sanctæ itaqꝫ operationis mysteriorum/ triplex celebrata est virtus: ostensumqꝫ de sacris litteris/ sanctam regenerationem/ purgationem esse/ illuminantemqꝫ scientiam. porro synaxim & vnguenti confectionem: consummantem diuinorum operum scientiam & disciplinam. per quam prouectus ille sublimis qui deo nos iungit & vnum cum illo facit/ beatissimaqꝫ communio: sancte perficitur. Nunc iam sacerdotalis perfunctio/ suo est loco exponenda: in purgantem atqꝫ illuminantem/ consummantemqꝫ ordinem distributa. ¶ Ista quidem diuinitatis sacrosancta lex est: vt per prima/ sequentia ad augustissimam illius subuehantur lucem. An vero non videmus vt ipsæ quoqꝫ sensibilium substantiæ elementorum: cum primum in propinquiora naturæ suæ ierint/ tum demum per illa/ in alia actionem traducant suam? Merito itaqꝫ totius inuisibilis ac visibilis speciei initium ac sedes: in eos primo deificos radios ire permittit/ qui deo similiores euasere. ac per illos vtpote lympidiores spiritus/ idoneosqꝫ ad participationem traditionemqꝫ lucis: ad inferiores pro captu ipsorum/ fulgorem deriuat luminis proprij. Istorum igitur est qui primitiuo radio deū speculātur: sequētibus sine inuidia pro modo ipsorū/ que ab ipsis sublimiter inspecta sunt/ diuina insinuare spectacula. Atqꝫ docere sacramenta nostratia/ eorum est: qui cum perficiente scientia functionis suæ diuiniora quæqꝫ præclare didicerunt/ consummatamqꝫ docendi alios virtutem acceperunt. Tradere item pro meritis sacramenta/ illorum est: qui scite atqꝫ integre sacerdotalis perfectionis participes sunt. Pontificum itaqꝫ ordo sacratior/ primus est diuina speculantium ordinum: idemqꝫ & summus & vltimus/ quippe in quo desinit & impletur sacerdotij nostri distinctio omnis. Sicut enim hierarchiam omnē in IHESVM terminari conspicimus: 86
ita vnamquamqꝫ functionem in diuinum pontificem proprium. ¶ Porro pontificalis ordinis virtus: in sacris omnibus distinctionibus capitur/ & per omnes sacros ordines operatur propriȩ hierarchiæ mysteria. præcipue vero illi præter ordines cæteros: in sui ministeriū diuina lex officia sacratiora



distribuit. Istæ quidē sunt perficientes diuinæ virtutis imagines: quibus & sacratissima signa omnia/ & sanctæ omnes distinctiones consummantur. Etsi enim a sacerdotibus quædam perficiuntur venerabilia signa: nunq̄ tamen diuinā regenerationē sine sacratissimo consummabit vnguento. Neq; sacrosanctæ cōmunionis sacramenta perficiet: nisi signis tāti mysterij altaribus venerādis/impositis. Ne ipse quidem sacerdos erit: nisi pontificalibus
87 officijs ad hoc fuerit promotus. ℂ Quocirca diuina lex: pontificaliū ordinationum sanctimoniam/ & diuini confectionem vnguenti/ sacramq; altaris consecrationem: reuerendissimorum pontificū officijs atq; virtutibus æterna sorte distribuit. Est igitur pontificalis ordo/ qui consummanti virtute suffultus: perficientia quæq; hierarchiæ præcipuo & proprio peragit munere/ sacramentorumq; disciplinas exponendo tradit: edocetq; pro ra- Quæ sunt propria pō tifici.
88 tione constantes & sacros ipsorum ordines atq; virtutes. ℂ Sacerdotum vero illuminans ordo: ad contuenda sacra mysteria eos qui initiantur adducit. sub sanctorum tamen pontificum ordine: cum quibus propria officia peragit. in ijs quæ ipse operatur/ diuina mysteria per sacratissima signa subindicans: & eos qui accedunt speculatiuos efficiens/ mysteriorūq; participes. Cæterum ad pontifices eos mittit: qui inspectorum sacramentorū
89 scientiam atq; intelligentiam cupiunt. ℂ At vero ministrorum ordo est: qui purgandi & dissimilia discernendi vim habens/ priusq̄ accedatur ad sacra sacerdotū mysteria accedētes purgat/ syncæros omniū aduersariorū āmixtione/ ac puros efficiēs: atq; ad sacra cōtuenda & sumēda pro viribus idoneos. Vnde in sancta regeneratione ministri accedētem antiqua exuūt H
veste/ atq; discalceant: & ad occidentem vt abrenūciet sistunt/ rursumq; ad orientem transferunt. Sunt enim purgantis ordinis atq; virtutis/ eos qui accedunt vt prioris vitæ integre amictum ponant hortantes: præteritiq; erroris tenebras aperientes/ atq; docentes vt ipsi abrenunciantes obscuris/ ad illuminantia transeant. Est igitur purgandi officio præditus ministrorum ordo sacer: ad liquidiora sacerdotum munera eos qui purgati fuerint ducens. & necdū initiatos emūdans/ eosq; fouens purgātibus scripturæ sanctæ fulgoribus atq; doctrinis: prophanosq; pręterea a sacerdotibus dirimens. Quocirca & sacris hunc ianuis præfecit pontificalis institutio: significans ad sancta accedentium introitum præcipua & summa niti oportere mundicia. officiūq; huiusmodi introducēdi ad sacras eorū speculationes ac participationes: purgātibus virtutibus tradens/ perq; has/ illos ōni
90 macula liberos introducens. ℂ Ostensum est igitur antistitū ordinē: perficientē esse & perfectionis authorem. sacerdotū vero: illuminantē/ atq; ad lucem promouentem. porro ministrorū: purgantem atq; discernentē. Videlicet pontificalis ordo: non perficere solū/ verū & illuminare & purgare nouit. sacerdotum vero virtus: in se cum illuminante habet purgantē quoq; scientiam. Verum quæ inferiores sunt/ ad præstantiora transire nequeunt: propterea ꝙ fas illis nō est/ ad istiusmodi prosilire superbiā. Porro sacratiores virtutes vna cum suis: inferiores quoq; sua ipsa perfectione scientias sacras nequaquam ignorant. Q uia tamen diuinarum actionum ima-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

gines sunt sacerdotales distinctiones / ornatissimi atq; inconfusi diuinarum
operationum ordinis insitos sibi fulgores indicantes: in primas ac medi-
as & vltimas sanctas actiones atq; ordines / pontificali discretione distri-
butæ sunt. insinuantes (vt dixi) in seipsis: diuinas actiones ordinatas es-
se atq; impermixtas. Quia enim summa illa diuinitas eos (quibus se insi-
nuat) spiritus purgat primo: consequenter illuminat / & illuminatos ad
diuinam effigiem perficit / merito sacerdotalis diuinas imagines præse
ferens ęmulatio: discretos seipsam in ordines / virtutesq; distribuit. aper-
te indicans: diuinas actiones in castissimis purissimisq; ordinibus con-
stanter atq; inconfuse persistere. Verum enim posteaq̃ de sacerdotalibus
ordinibus ac distributionibus / virtutibusq; illorum & actionibus quan-
tum penetrare potuimus diximus: sacratissimas quoq; illorum consum-
mationes pro viribus speculemur.

A ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Hoc ordine sanctissimum consecratur
B vnguentum. Hoc ordine: qui paulo ante dictus est. ¶Et quidem hierarchiam omnem /
cur in trinitatis distribuerimus numerum. Id capite sexto cœlestis hierarchiæ disseruit sa-
C cratissimus pater. ¶In sanctissimas teletas diuidi: & in eos qui diuina probe callent.
Teletæ: perfectiones / & sanctificationes iam interpretatæ sunt. & q; sanctificatio / tam
sanctificantis q̃ sanctificati est: & id superius in domino nostro sæculorum rege / concur-
rere monstratum est. Veruntamen telete vt sanctificantis est: in supramundanis magis
ipsum quod super omnia collocatum est / eminentissimum bonum respicit. quod qui-
dẽ omniũ purgatorũ purgatio est / illuminatorũ illuminatio & perfectorum perfectio: su-
perdiuina & superbeata trinitas. Et ij ordines qui diuina probe callent / aliosq; sacra-
tius erudiunt: hi sunt sub ipsa trina supereminentissimaq; telete purgantes / illuminã-
tes / & perficientes. & ij qui ab his sanctissime promouentur: sunt qui a superioribus lõ-
ge eminentibus spiritibus purgantur / illuminantur & perficiuntur. Itaq; primus cœle-
stium sacre principantium ordo: per eos qui diuina probe callent tangitur / & infimus
ordo: per eos qui ab ijs sanctissime promouentur. Medius vero cœlestium ordo: per
vtrumq; coniuncte tangitur. nam & medij diuina probe callent ad subiectorum pro-
motiones: & a suis superioribus sanctissime promouentur. Et quis non videt si in sym-
bolis / & ænigmatibus CHRISTVS deus / nostra sola & verissima teleta est (vt nu-
per de salutari hostia & diuino vnguento dictum est) deum ipsum / ipsamq; superemi-
nentissimam diuinitatem sine velamine / sine ænigmate: modo quidem nobis inacces-
so / supramundanorum omnium solam verissimamq; esse teletam? et teletam vt sancti-
ficantis est / ipsum deum: vt vero sanctificatorũ / summæ diuinitati subiectos respicere or-
dines? quousq; ad nostra humilia per multiplicia velamina & ęnigmata (vt dignum est)
descendat. & qui sub omni sacro velamine videt deũ: is est qui diuinarũ teletarũ myste-
ria profundius callet ac penetrat. Sed diuinus pater semetipsum super his satis inter-
pretatur: in ijs quæ subsequũtur. Ideo fortasse de his a nobis amplius q̃ par sit: dictum
D esse videbit̃. ¶Cũ paruuli (iuxta eloquiũ) essemus: legale indulsit sacerdotiũ. Paulus epi-
stola ad Hebręos cap. quinto: loquẽs ad eos qui legalia Mosis acceperãt / vocat paruu-
los. Etenim inquit cũ deberetis magistri esse propter tẽpus: rursus indigetis vt vos do-
ceamini quæ sunt elementa exordij sermonũ dei: & facti estis quibus lacte opus sit / nõ
solido cibo. omnis enim qui lactis est particeps: expers est sermõis iustitiæ / paruulus eni
E est. perfectorũ autem: est solidus cibus. ¶Duces vero ad eam ij sunt: qui sanctum illud
tabernaculũ a Mose sacratius didicerunt / primo scilicet legaliũ sacerdotũ præceptore ac
duce. Per eos qui ad eam cultus & obsequii spiritualis prouectionẽ / hoc est diuinam
anagogen duces sunt: intelligit eos septuaginta qui post Mosem legis tenuerunt intel-
ligentiam / & de animo in animum secretiore sermone transfundebant. Vnde tradit
hebraica authoritas / Mosem ex diuino mandato septuaginta delectos secretam legis
docuisse intelligentiam: neq; eam litteris mandasse (de quibus exodi capite vicesimo-
quarto dicitur Mosi: ascende ad dominum tu & Aaron / Nadab & Abiud / & septuagin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ta senes ex Israel:& adorabitis procul) legem autem figuris & ænigmatibus adoper=
tam scripsisse palamq; dedisse. Et illi: per successiones septuaginta sacerdotes/legis pe
ritos/ & doctores continuo relinquebant/ quibus vitalem legis intelligentiam trans=
funderent: receptionisq; scientiam appellabant. Quæ primum tempore Esdræ Ag=
gei & Zachariæ / septuaginta voluminibus/ litteris demandata est. Quod nostros pri=
moris ecclesiæ duces neutiq̃ latebat. Et Xystus quartus pontifex maximus: conce=
perat illas opes ad latinorum ecclesiam & thesaurum congregare.& iam tria illi ver=
sa erant volumina: quando rebus concessit humanis. Sed sperandum est deum cle=
mentissimum: tum principum tum pontificum excitaturum torpentia corda/ & intel=
ligentiæ gratiam mitibus ingenijs imparriturum: vt tandem varicosa & clauda erigan=
tur/ & ad eius cognitionem & honorem reparanda reparentur. ℂ Ad ostensi sibi in F
Sina monte exemplaris imaginem. Exodus capite vicesimo quinto. Inspice & fac
secundum exemplar: quod tibi in monte monstratum est. Et de Sina monte / epi=
stola ad Galatas capite quarto sic legitur. Hæc enim sunt duo testamenta. vnum
quidem in monte Sina in seruitutem generans: quæ est Agar (Sina enim mons est
in arabia: qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem) & seruit cum filijs suis. Il= G
la autem quæ sursum Hierusalem: libera est / quæ est mater nostra. ℂ Porro perfe=
ctiorem eruditionem/ hierarchiam nostram theologia vocat: impletionem hanc illi=
us/ sacrumq; appellans finem. Matthæus de euangelica lege(quæ nostra ecclesiasti=
ca hierarchia & functio est) loquens: ꝙ sit Mosaicæ adimpletio & finis/ aperte testa=
tur capite quinto. Nolite putare (inquit) quoniam veni soluere legem/ aut prophe=
tas. non enim veni soluere: sed adimplere. Et in hac legis impletione/ finis noster
est: de quo diuinus Paulus ait. Nunc liberati a peccato: serui autem facti deo/ ha= Roma.6.
bemus fructum nostrum in sanctificationem: finem vero vitam æternam. ℂ Vnde in H
sancta regeneratione: ministri accedentem antiqua exuunt veste. Quia paulo ante di=
xerat diaconos hoc est ministros purgare accedentes priusq̃ ad diuinorum cõtuitum
& sacrosanctam communionem admitterentur: declarat igitur hic in quo purgant &
quod eorum officium est.

ℂPRIMAE PARTIS QVINTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

76 
Vid deinde sit determinandũ: primum proponit sacer Dionysius/ di=
cens post sacri vnguenti consecrationem eo (qui iam dictus est)modo
factam/& post sacra illa officia: reliquũ esse/ vt ipsi exponantur sacri or
dines/illorum partitiones/ virtutes ac operationes/& illis subiectus sã
ctorum ordinum ternarius. vt ex eo constet ecclesiasticam hierarchiã
omnia inordinata/confusa & incomposita a se reijcere:& venustatem/
ornatum atq; ordinem in sacris suis functionibus concinne seruare.
quo pulcherrimo rerũ cœlestiũ ordini apte respondeat: atq; deo persimilis euadat. de
77 quo ait Paulus: ꝙ quæcunq; a deo sunt/ ordinata sunt. ℂDe cœlesti hierarchia factam Roma.13.
determinationem deinde paucis perstringit: dicens in libro de cœlesti hierarchia cau= Cap.6.
sam assignatã esse/ cur omnis hierarchia siue ãgelica siue humana: in ternariũ numerũ
distribuitur.& ex disciplina ibidẽ tradita iã perspectũ esse/ ꝙ omnis sacrorũ ordinũ fun=
ctio/siue ea cœlestis sit siue mundana: in sanctissimas diuiditur teletas atq; perfectiones.
vtpote in eos qui recte diuina norũt & illis alios sacratius imbuũt: qui promouẽtes apte
dici queũt.& in eos qui ab ijs diuinorũ cõscijs ad deũ sacratissime ꝓmouẽtur: qui & ꝓ=
moti recte dicuntur. Quæ quidem mẽbra si vna connectantur: assignabuntur tertij/ qui
& alios ad diuina promouent & ab alijs ad diuina promouentur. Quorum omniũ exem
pla/& in supramundana & humana hierarchia: in figura litteræ adiecta perspicue cer=
78 nuntur. ℂSane suprema cœlestium spirituum distinctio functionem habet & perfectio=
nem sibi propriam: scilicet clarissimam diuinarum rerum scientiam/ totiusq; diuinitatis
(quãtũ extra se capi potest) est capax/atq; ad dei imitationẽ pro viribus annititur. Ha=
bet autẽ eadem suprema hierarchia/ primos ipsos & summos cœlestes spiritus qui pro=
ximi deo assistunt: illuminantes sequentia/ atq; aliorũ ad diuinam similitudinem duces.
Ipsi namq; in inferiores sacros angelorum ordines pro illorum captu diuinas trans=
fundunt notiones: indultas sibi a sũma deitate per se perfecta/& replẽte supremos illos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 5 pars 1

ſpiritus exuberanti ſapientiæ copia. Quocirca iJdem ſummi cœleſtes ſpiritus: & perfi=
cientes & promouentes congrue dicuntur. ¶ Qui vero illis ſubſunt cœleſtium ſpi= 79
rituum ordines: perficiendæ promouendæꝗ diſtinctiones & ſunt & vocãtur/ ꝙ per ſu=
premas ſubſtãtias angelicas ſubuehuntur & promouentur ad ſacratiſſimam deitatis no=
tionẽ. Verũ hęc oĩa ex p̄cedẽte (qui de cœleſti hierarchia ãple diſſeruit) libro/ dilucida ha
bent. ¶ Deinde de legali hierarchia (quę in veteri fuit teſtamẽto) pertractãs ſacratus pa
ter/ dicit ꝙ poſt illã hierarchiam cœleſtem/ ad noſtra quoꝗ inferiora & longe ſub illa po
Gala.4. ſita/ ſua munera diffundens ipſa ſumma deitas: cum iuxta beati Pauli ſententiam par=
uuli adhuc eramus & imperfecti/ ſub elementis mundi & antiquę legis rudimentis ſer=
uientes: legale nobis tradidit ſacerdotium atꝗ functionem legalem. Infuditꝗ oculis no
ſtris tunc adhuc infirmis & imbecillibus/ lucem pertenuem diuinę cognitionis: ſtatui
illi congruam & viribus noſtris pro eo tempore conuenientem. infudit inquam per ob=
ſcuras verarum rerum imagines atꝗ figuras: a primitiuis ſuis & exemplaribus remotiſ=
ſimas/ per ſigna carnalia haud facile intelligibilia/ per typos occultam habentes in=
telligentiam/ & quæ facile diſcerni non potuerit. Huius autem legalis ſacerdotij munus
atꝗ perfectio fuit: ipſius populi Iſraelitici ad cultum ſpiritualem & obſequium dei 80
promotio. ¶ Quomodo autẽ hæc legalis hierarchia ſuum habuit ternarium/ nunc ex=
plicat beatus pater/ proponens ꝙ duces atꝗ præceptores populi ad eam/ fuerunt illi
ſeniores & primores ex Iſrael: qui ſancti illius tabernaculi a Moſe rationem ſpiritu=
alem didicerunt/ primo atꝗ præcipuo legalium ſacerdotum duce ac magiſtro: & de=
inde illam alijs ſub ſe poſitis benigniter communicarunt. Ipſe vero Moſes cum ad
rudes imbuendos legale figuris ſenſibilibus deſcriberet ſacerdotium/ ipſi ſacro taber=
naculo adaptatum: omnia quæ ſecundum legem illam perficerentur referebat ad
imaginem exemplaris/ ſpirituali viſione ſibi in monte Sina oſtenſi. Siquidem iuſſus
Exo.25. erat a domino inſpicere id ſpirituale ſpectaculum: & facere exterius tabernaculum
ſecundum exemplar ſibi in monte oſtenſum. Inſtructi vero & promoti in legali ſa=
cerdotio (qui tertio ſunt loco & poſtremi) ij iure dici poſſunt: qui a ſignis viſibilibus
legalis ſacerdotij ad ſacratiorem illorum intelligentiam prouehuntur. ¶ Poſtea de ec=
cleſiaſtica & legis euangelicæ hierarchia (quam recte noſtram vocat) ſermonem fa=
ciens diuinus pater: inquit ꝙ ſacra ſcriptura noſtrã hierarchiã eccleſiaſticã vocat p̄fe=
ctiorẽ inſtitutionẽ atꝗ inſtructionẽ/ q̃ ſit ipſa legalis functio. appellatꝗ hanc noſtram/
impletionem & finem illius legalis hierarchię. ꝙ ipſa legalis ante data ſit: vt per eam
Roma.10 perueniatur tandem ad euangelicam perfectionem. Et vt Paulus ait: finis legis eſt
Matt.5. CHRISTVS ad iuſtitiam omni credenti: qui non venit legem ſoluere ſed implere.
Porro cœleſtis hierarchia & legalis tanquam extremæ/ fere ex oppoſito ſe habent.
inter quas eccleſiaſtica functio tanquam media conſtituitur: vtriuſꝗ extremi aliquid
participans. Communicat enim noſtra functio cum ſuperiore/ cœleſtiꝗ hierarchia:
ꝙ ſpirituales habet diuinarum rerum intelligentias & intellectuales fulgores/ ſicut &
angelica. Cum inferiore vero & legali hierarchia conuenit noſtra ſacerdotalis fun=
ctio: ꝙ ſignorum viſibilium atꝗ materialium habet varietatem/ ſicut & Moſaica. & 81
per illorum adminicula: in deum ſacratiore modo promouetur. ¶ Deinceps quonam
pacto diuidatur eccleſiaſtica hierarchia/ dilucidat: perhibens ꝙ & ipſa non minus ter=
narium habet quo diſtribuatur numerum/ q̃ cœleſtis & legalis functio. Diuiditur enim
in eos qui ſancta myſteria peragunt & celebrant vt pontifices/ in ſacratiores ſancta=
rum rerum miniſtros/ & in eos qui a miniſtris ad ſacramenta percipienda (quiſꝗ ſuo
ordine) ſubuehuntur: vt plebem ſanctam & initiatos. Vnaquæꝗ autem ex his tri=
bus eccleſiaſticæ hierarchiæ partitionibus atꝗ partibus: ad imaginem legalis & cœ=
leſtis hierarchiæ (quæ longe q̃ noſtra/ ſacratior eſt) rurſum in triplicem diuiditur fun=
ctionem: primam/ mediam & poſtremam. habens & ſacram ad ambas extremas
functiones proportionem & congruentiſſimam ad illas ſocietatem: mira venuſtate &
concinno nexu compactam. ¶ Ipſa autem myſteriorum celebratio atꝗ perfectio (quæ 82
prima eſt eccleſiaſticæ hierarchiæ diſtinctio: & ad pontifices attinẽs) ſortitur tres vir=
tutes atꝗ operationes. Prima/ ab imperfectioribus & tempore prioribus ſumpto
ordine/ atꝗ ad perfectiora temporeꝗ poſteriora deducto: eſt quæ rudes purgat. Me=
dia purgatos ſacratiore eruditione illuminat. Vltima vero (quæ & dignitate eſt ſupre=
ma) cæteras duas præſupponẽs atꝗ complens: ſicut ternarius vnitatẽ cõplectitur atꝗ

binarium / & intellectus vitam concludit atq; ſenſum: illuminatos diuinarum rerum
ſcientia perficit. Cæterum hæc tertia virtus atq; functio / in figura litterę adiecta / mo=
nade ſignatur & prima collocatur: quia in huiuſmodi formula atq; deſcriptione / attendi
tur ordo dignitatis atq; perfectiõis iſtarum trium inter ſe: vt habeatur aptus earum re=
ſponſus ad tres eiuſdem cœleſtis hierarchiæ ordines / & ſupremo prmoq; eiuſdem diſtin
ctionis ordini reſpondeat ſuprema & ſumma operationum eiuſdem eccleſiaſticæ diſtin=
ctionis. vt in hoc pontificali munere atq; circulo: perficere adaptatur ſanctis ſeraphim /
illuminare: ipſis cherubim / & purgare: ſanctis thronis Et ita de duabus reliquis eccleſi=
aſticis diſtinctionibus / earumq; functionibus eſt ſentiendum. Ex quo facile deprȩhende
tur nullam eſſe controuerſiam atq; contrarietatem inter litterã ſanctiſſimi patris et illam
figuralem deſcriptionem / ad ipſius litteræ elucidationem adiectam. quoniam alia & alia
ratio ordinis hic & illic attenditur. In littera quidẽ / quæ tempore prȩcedere debet fun=
ctio: prima dicitur / & ita deinceps. In figura vero / quę dignitate cęteras ãtecedit: ſigna=
tur prima / & ita conſequenter. quo apta exprimatur proportio & habitudo illarum eccle
ſiaſticarum functionum ad tres eiuſdem hierarchiæ cœleſtis ordines / ſupremę ad ſupre=
83 mum / & ita deĩceps. ¶ Miniſtrorum vero ſacra diſtinctio quę eccleſiaſticę hierarchię eſt
media: primo loco eos qui ad id vſq; tẽpus rudes fuerũt / per eccleſiaſtica ſacramẽta pur
gat. Secundo vero & media virtute ſua: purgatos illuminat. Tertio vero loco & extrema
virtute ſua (quæ inter tres ſacras virtutes ſuas ſuprema eſt & perfectiſſima) eos qui parti
cipatione diuini luminis illuſtrati ſũt: diuinarum notionum inſtructionibus perficit. Ve=
rum huiuſmodi virtutes miniſtrantium ſumuntur in ipſius litteræ cõtextu & figurali de=
ſcriptione illi ad latus adiecta: habita iſtius mediæ diſtĩctionis ratione ad poſtremam atq;
infimam / quam nimirum purgat primũ / deinde illuminat et deniq; perficit. Nam ſi col=
latio fiat huiuſmodi diſtĩctionis eccleſiaſticæ mediaſtimæ ad ſupremam: ipſa primũ a ſu
prema purgatur / purgata illuminatur / & illuminata perficitur. Perinde atq; media cœle
ſtium ſpirituũ diſtinctio (cui hęc eccleſiaſtica in meditullio cõſtituta: in analogia reſpon=
det) purgat / illuminat & perficit poſtremam: eadem quoq; purgatur / illuminatur & perfi
84 citur a ſuprema. Sed hæc ſtatim peruia ſunt. ¶ Porro initiandorũ (qui poſtremã cõſtitu=
unt eccleſiaſticæ hierarchiæ diſtinctionem) virtus prima eſt quę a ruditate purgatur. ſe=
cũda vero: quę poſt purgationem illuminatur / & ad aliquorum ſacramẽtorũ ſibi cõgru=
entium ſcientiã adducitur. Suprema vero vis (quæ cęteris duabus ſacratior eſt & eminẽ
tior) quæ ſacrarum rerum perficiente diſciplina ſcientiaq; perficitur. Cum igitur ſanctæ
myſteriorum celebratiõis quæ a pontificali fit ordine / triplex in prȩcedẽtibus huius libri
capitibꝰ explicata ſit virtus / ſcilicet in baptiſmo purgatiua & illuminatiua / in ſãcta vero
euchariſtia & vnguenti conſecratione: perfectiua. cumq; oſtenſum ſit ſacrarũ litterarũ au
thoritate / ſacram regenerationem quæ per baptiſmum obtinetur: eſſe purgatoriã pari=
ter & illuminatricem. ipſam vero ſanctam euchariſtiæ communionem atq; ſacri vnguẽ=
ti cõfectionem: eſſe perfectiuam diuinorum in nobis operum ſciẽtiam / per quã altiſſima
illa in deum prouectio quę homines deo cõiungit & vnũ cum eo facit / & beatiſſima ho=
minum cum deo ſocietas conſortium atq; cõnexio / ſacratiſſime perficitur. nunc ſupereſt
ipſa ſacerdotalis functio atq; operatio / quæ ad mediam ſpectat eccleſiaſticę hierarchię
diſtinctionem: ſuo loco declaranda / in purgantem ordinem illuminantem & perficien=
85 tem ſuperius diſtributa. ¶ Poſtea ipſum pontificalem ordinem ad cæteros eccleſiaſticæ
ſortis ordines illi ſubiectos cõparat diuinus pater. Iſta (inquit) ſummę diuinitatis ordina=
tiſſima eſt ſanctio / & in viſibilibus rebus & inuiſibilibus inuiolabili lege conſtituta: ꝙ per
prima atq; ſuprema / quæ poſteriora ſunt & inferiora: ad eminentiſſimam ipſius lucem
promoueantur. Ita enim videmus ipſa ſenſibilia elemẽta cũ vim ſuã in propinquiora ſi=
bi corpora immiſerint: deinde illorũ adminiculo in alia diſtãtiora ſuę actionis participa=
tionem tranſfundunt. vt ignis cum proximum calefecerit aerem: per illum in alia quoq;
corpora ab ipſo remotiora / ſui caloris vigorem traducit. Recte igitur deus ipſe qui totiꝰ
venuſtatis atq; decoris rerum corporalium & ſpiritualium principium eſt & firmamen=
tum / continens eã in oĩbus atq; cõſeruãs: in eos primũ cœleſtes ſpiritꝰ diuinos fulgores
deriuat / q illi ꝓximi ſũt atq; q̃ſimillimi. Deĩde per illos (quia lympidiores ſũt / purioreſq;
et liquidiores ſpiritꝰ: ad diuinę lucis ꝑceptionẽ a deo / & traditionẽ in ſequẽtia magis ido
nei) ad inferiores quoq; ſuꝑnos ſpiritꝰ pro ipſorum capacitate / diuini radij claritatẽ deri
uat atq; ꝓpagat. Itaq; ipſorũ ſuꝑmorũ & altiſſimorũ ſpirituũ (qui prima diuini radij in ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 5 pars 1

deriuatione/& non per traducem radium sed primitiuũ:deum cõtemplãtur)officiũ est:
sequentibus angelicis spiritibus sine æmulatione aut liuore inuidiæ/pro captu illorum
diuina tradere atq; cõmunicare secreta/arcana & mysteria: quæ primum ab ipsis emi-
nenter sunt percepta.Consimiliter(vt ex sublimi illa & supramũdana hierarchia:ad hãc
humanam analogia duce descendamus)docere ecclesiastica sacramenta:illorum est mu
nus atq; officium/qui diuina mysteria omnia exacte & integre didicerũt/perfectam suæ
functionis scientiam assecuti.insuper & qui consummatam atq; sacratiorem alios docẽ
di ea mysteria virtutem acceperunt/quod vtiq; solis pontificibus congruere dinoscitur.
Tradere vero pro cuiusq; dignitate & meritis sacramenta:illorum est officiũ/ qui sacer-
dotalis ministerij & functionis exacte & recte participes sũt effecti/ipsorum scilicet san-
ctorum sacerdotum.Ex quibus aperte liquet:ꝙ ordo pontificum/omnium ecclesiasticæ
hierarchiæ ordinum diuina mysteria contemplantium primus est/ itidem & summus
atq; vltimus:quãtum ad supremum ordinum finem atq; calcem.in ipso enim termina-
tur & completur omnis ecclesiasticæ hierarchiæ distinctio.Sicut enim hierarchia omnis
& angelica & humana in IHESVM terminari conspicitur tanq̃ apicem ipsius & fasti-
gium:ita & vnaquæq; sacerdotalis functio desinere dinoscitur & finiri in ipsum pontifi- 86
cem/in culmine atq; summitate ecclesiasticæ sortis constitutum. ¶Cæterum quemad-
modum diuina IHESV virtus in omnibus conspicitur angelicorũ spirituum distinctio-
nibus etiam media & postrema: ita & pontificalis ordinis virtus/in omnibus ecclesia-
sticæ hierarchiæ ordinibus spectatur & continetur.atq; virtus illa pontificalis:per om-
nes ordines inferiores vt administrãtium & initiatorum/operatur sui ordinis & gradus
officia.Circa initiatos enim pontifex sua exercet munia:sibi ad illos congruẽtia. itidem
& circa administrantes agit pontifex: quæ ad ipsos sibi competunt. Potissimum tamen
diuina lex ipsi pontifici præter cæteros ordines inferiores/ officia perfectiora & altiora
distribuit: quæ sui ministerij executione peragat. Longe enim sacratiora & augustiora
sunt ipsius pontificis officia/& suo congruentia ordini:q̃ ipsorum administrantium atq;
initiatorum propria munera. perinde atq; supremæ cœlestium spirituum distinctionis
multo sublimiora sunt opera:q̃ mediæ & postremæ. Quæ enim a põtificali ordine per-
aguntur munera siue mysteria:sunt diuinæ virtutis imagines/omnia quæ in ecclesiasti-
ca sunt functione perficientes.quibus & omnia sacramentalium mysteriorum signa/ &
omnes sanctæ ecclesiasticæ hierarchiæ distinctiones:complentur & absoluũtur. Quãuis
enim a sacerdotibus nonnulla sanctorum sacramentorum fiant & peragantur signa/vt
baptismalis ablutionis aut confectionis eucharistiæ:nunq̃ tamen ipse sacerdos sacram
regenerationem baptismi sine sancto perficiet vnguento/quod non nisi a pontifice po-
test consecrari.Neq; itidem sacerdos sanctæ eucharistiæ celebrabit mysteria:nisi sacra-
tissima illius signa/panis inquam & calix benedictionis/ipsis altaribus fuerint imposita.
Altare autem:non nisi a pontifice potest consecrari.Quinimmo nec quispiam sacerdos
erit:nisi officio & ministerio pontificis ad sacerdotalem ordinem fuerit promotus.Con-
stat igitur inferiores ordines suum exercere munus non posse:nisi pontificali admini-
culo. ¶Deinceps quæ ipsi pontifici sunt propria/ quæ sacerdotibus/ & quæ ministris: 87
certa serie digerit.dicens ꝙ diuina sanctio/ipsorum pontificum officio & virtuti:pecu-
liariter hæc tria designauit.scilicet traditionem atq; collationem sanctorum ordinum/
confectionem sacri vnguenti/& diuini altaris consecrationem. Ordo ergo pontificalis
perficiente præditus virtute:quæ ecclesiasticam perficiunt & consummant hierarchiã/
peculiari & proprio exercet munere. & rationes spirituales visibilium signorum qui-
bus sacramenta traduntur/explicando assignat:edocetq; ipsorum sacramẽtorum ordi-
nes certa ratione constãtes/ vim similiter & efficaciam/ sublimiter eminenter & perfe-
cte. ¶Ordo vero sacerdotum cui illuminatiua competit virtus : illos qui sacris fidei 88
mysterijs initiantur per diuinam regenerationem/ adducit ad sacra (cum celebrantur)
spectanda : nõ tamen præcipue nec primo loco/sed solum sub sacrorum pontificum
ordine.cũ quibus quidem pontificibus ipse sacerdotum ordo sibi propria peragit offi-
cia:insinuãs per sacratissima signa(quę in sacramẽtorum cernũtur traditione)spiritualẽ
& mysticũ sensum introrsus latentem in ijs mysterijs/quæ ipse sacerdotalis ordo ex suo
officio operatur.Eos item qui accedunt ad sacrorũ contuitum atq; perceptionem: effi-
cit sua illuminatione speculatiuos spiritualis intelligentiæ secundum mensuram sibi
præscriptam/& mysteriorum sanctorum eosdem reddit participes. Verum idem ordo sa

cerdotum illos ad pontificem mittit: qui exactã perficientemq; ſcientiam ſacramentorũ
ipſis exhibitorum/intelligentiamq; omnimodã & conſummatã efflagitant. quoniã huiuſ
modi abſolutam & completam ſacrorũ diſciplinam tradere: ſolius põtificis eſt munus.
89 ¶Miniſtrorũ autẽ ordo/purgandi & prophana a ſanctis/mundaq; ab immundis diſcer-
nendi vim habens: priuſq̃ accedatur ad ſacra ſacerdotum officia ac opera/ipſos accedẽ
tes vt ſacris primũ initientur purgat: eoſdem puros & omni viciorũ colluuione ab ad-
uerſarijs inducta liberos efficiens/qui diſſimiliũ ammixtionẽ illorum animis intulerunt:
aptoſq; & idoneos ad ſacra myſteria tum videnda tum ſumẽda reddens. Vnde in ſuſce
ptione baptiſmi/ipſi miniſtri accedentem ad baptiſma exuũt priore veſte/atq; eidẽ cal-
ceos pedibus eximunt/ad occidentem vt abrenũciet ſathanæ eundẽ conſtituunt & de-
mũ ad orientem transferunt: quemadmodũ in ſecunda parte ſecundi capitis huius libri Nũero.15.
dictum eſt. Sunt enim miniſtri/ordinis & virtutis purgatoriæ: exhortantes eos qui acce
dunt baptiſmum ſuſcepturi/vt antiquę vitę conſuetudinem tanq̃ habitum quendam &
amictum a ſe deponant. errorum inſuper vitę pręteritę tenebras initiandis aperiunt: do
centq; eos vt abrenunciantes operibus tenebrarũ/ad clara cœleſtis militię agmina ca-
ſtraq; tranſeant/& induantur arma lucis. Itaq; ſacer ordo miniſtrorum/purgandi officiũ
ſortitus eſt: ducens eos qui ſuo miniſterio purgati ſunt/ad ſacratiora ſacerdotum mune
ra/ſicut ſacerdotes dicti ſunt illuminatos ducere ad põtificem. Idem quoq; ordo necdũ
ſacris fidei initiatos emũdat ab errore & veri ignorãtia/fouetq; eos ſanctę doctrinę rudi
mẽtis atq; diſciplinis: tanq̃ nutrix infantes tenero lacte & obſtetricãte manu. Præterea
prophanos ac immundos ne ſacerdotes accedere pręſumant: idem ordo miniſtrorũ ar
cet ac prohibet. Idcirco eccleſiaſtica ſanctio atq; conſtitutio hunc miniſtrantium ordinẽ
pręfecit ianuis templi obſeruandis: eo ipſo ſignificans eos qui admittuntur ad ſacra in-
ſpicienda & percipienda/oportere ſumma munditia adornatos eſſe. Ipſa quoq; pontifi-
calis inſtitutio tradidit purgatorijs miniſtrorum virtutibus officiũ introducendi aptos
atq; idoneos/ad ſacrum myſteriorũ contuitum atq; ſumptionem. & per huiuſmodi pur
gantes virtutes: illos accedentes omni macula peccati vacantes ad ſacra introducens.
90 ¶Poſtremũ aſſignatos tres ordines/pontificũ ſacerdotum & miniſtrorũ inter ſe ſecun-
dum propria cuiuſq; officia confert: repetitq; breuibus quæ modo adducta ſunt. dicens
iam dilucide oſtenſum eſſe/ꝙ pontificũ ordo vt ſupremus: eſt perficiẽs & eccleſiaſticæ
perfectionis author. Sacerdotũ vero ordo vt medius: eſt illuminans atq; ad lucẽ verę co
gnitionis promouens. Miniſtrorũ autem ordo vt poſtremus & imus: purgat atq; diſcer
nit mundum ab immundo. Cęterum ſicut in cœleſti hierarchia/ſuperiores ordines etiã
inferiorum habent proprietates ac munera: inferiores vero/ſuperiorum carent excellẽ-
tijs. ita pontificum ordo non ſolum nouit perficere: ſed & illuminare & purgare/& ex-
cellentiore quidem modo q̃ ſacerdotes ac miniſtri. licet a perficiendi virtute tanquã om
nium ſuprema & eminentiſſima: pręcipuam ſumat denominationem. Sacerdotum ve-
ro ordo in ſe cum illuminante virtute (quę in eo pręcipua eſt & pręſtantior) purgandi
quoq; vim habet/ſicut & miniſtri: q̃uis ſuperiore & potiore ratione. Perficiẽdi vero vim
nequaq̃ obtinere dicitur. quia & ſi quoquo pacto perficiat/quemadmodum ex paulo an
te dictis de ſecunda eccleſiaſticę hierarchię diſtinctione facile conijcitur: huiuſmodi ta-
men perfectiua virtus in ordine ſacerdotali inſignis non eſt neq; ſpectabilis/ſed exigua
admodũ & mediocris. idcirco illa ſupprimitur: & duntaxat ordini pontificali in eminen-
tia aſcribitur. Verum virtutes illæ quę minores ſunt & inferiores/vt purgans miniſtro-
rum vis: ad pręſtantiora ſuperioraq; munera vt illuminãdi perficiendiue virtutem aſpi-
rare nequeũt & tranſire. eo ꝙ ipſis inferioribus minime licet ad tantã inſoleſcere ſuper-
biam: qua ſupra ſe ſortemq; ſuam collocata munera ambiant aut arripiant. Sacratiores
vero ordines/vna cum ſuis & ſibi proprijs virtutibus: inferiorum quoq; ordinum virtu-
tes ac functiones habent. quemadmodũ pontificalis virtus cum perficiente: illuminan-
tem ac purgantem. & ſacerdotalis ordo cum illuminãte: purgantẽ quoq; vim habere di
noſcitur. Et hæc omnia ex cœleſtis hierarchiæ analogia (ad cuius imaginem: hæc eccle-
ſiaſtica a diuino patre decentiſſime pingitur) perſpicua ſunt. Aut ſiquis ex rebus natura-
libus ac ſenſibilibus manuductionem efflagitat: intelligat pontificalem ordinem vt vim
intellectiuam/ſacerdotum vt ſenſitiuam/miniſtrorũ vero vt vegetatiuam. Et ex horũ
triũ/intellectus ſenſus & vitæ adinuicem habitudine ad ea quibus aſſunt: haud difficilem
aſſequetur eorũ quæ hic diſſeruntur intelligentiam. Quoniam tamen eccleſiaſticæ diſtin

ctiones ac functiones/actionũ ipsius dei in subiectos cœlestes spiritus sunt imagines: insinuantq; impressam sibi venustatem ac congruentiam pulcherrimi ac dispositissimi ordinis/in diuinis operationibus elucentis: idcirco huiusmodi distinctiones ecclesiasticæ/põtificali virtute atq; ordinatione in primas medias & vltimas actiones sunt diremptæ atq; diuisæ. vt insinuent in seipsis tanq̃ imagine quadã & figura/ipsas diuinas operationes in sequentia ac sub se posita cœlestia agmina: ordinatas esse atq; inconfusas. Siquidem quia summa ipsa deitas eos cœlestes spiritus/quibus se benigna dignatione cõmunicat participandam: primo quidem loco purgat/deinde purgatos illuminat/postremũ illuminatos ad diuinam speciem & similitudinem perficit/deiformes illos reddens: recto iure ecclesiastica institutio diuinas in se gerẽs multifariam expressas imagines/ distribuit seipsam in ordines discretos pontificũ/sacerdotũ/ministrorum/ & in virtutes discretas perficientem/illuminantem & purgantem. quo aperte indicet diuinas actiones in purissimis ac ornatissimis cœlestiũ spirituum ordinibus constanti tenore & sine confusione aliqua persistere. Cæterum postq̃ de ecclesiasticæ hierarchiæ sacris ordinibus atq; partitionibus/de illorum etiam virtutibus proprijs & operationibus pro humanæ mentis facultate discussum est: restat sanctissimas illorum ordinum consecrationes quomodo consummentur/nunc vtcunq; explicare.

¶Mysterium sacrorum ordinum. Cap.V.pars II. 91



Ræsul igitur vbi sacrãdus offertur/vtroq; genu posito ante altare: supra caput habet a deo tradita euangelia/ manũq; pontificis. atq; hoc modo a consecrante pontifice: castissimis imprecationibus consummatur. Sacerdos vero coram sancto altari ponens vtrumq; genu: in capite habet pontificis dexteram. & in hunc modum a sacrante præsule sanctissimis inuocationibus consecratur. At vero minister altero tantum corã sanctis altaribus posito genu: sacrantis se pontificis dexterã in capite præfert/ atq; ab eo perficitur precationibus ad eam rem accommodatis. cuilibet autem ipsorum a benedicẽte pontifice: crucis imprimitur signum. & per singulos sacra prædicatio nominis consũmansq; cõsalutatio fit. cunctis sacri ordinis viris ipsoq; sacratore pontifice: eum salutãtibus/ qui ad aliquẽ sacrorum (quos diximus) ordinum/ea fuerit consecratione promotus.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶De consecrandis præsule/ sacerdote & ministro: secundum apostolorum ritum.

P R A E S V L			Præsens ecclesia:
Presul sacrandus vtrumq; genu flectit ante altare.			suũ seruat ritũ.
Supra caput dexteram sacrantis pontificis habet.			
Et super caput sancta dei superposita euangelia.			
Sanctis imprecationibus consecratur.			
Vitale crucis illi imprimitur signum.			
Nomen eius & sacramenti dignitas predicatur.			
A sacri ordinis viris & pontifice in osculo salutatur.			
S A C E R D O S			
Sacerdos sacrandus vtrumq; genu ante altare submittit.			
Dexteram pontificis in vertice habet.			
Non habet euangelia superposita.			
Sanctis imprecationibus consecratur.			
Viuifice crucis signum imprimitur.			
Fit nominis predicatio.			
Salutatur.			

M I N I S T E R		
Diaconus tantum vnum genu ponit.		
Dexteram pontificis in capite perfert.		
Sanctis perficitur imprecationibus.		
Crucis signum ei imprimitur.		
Nomen prędicatur.		
Salutatur.		

Insuper pontifex/ sacerdos & minister peractis suis consecrationibus: ad diuinam communionem percipiendam vocantur. vt infra dicetur numero 110.

¶SECVNDAE PARTIS QVINTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM.

91 MOdum primitiuæ ecclesię quo ex apostolorum institutiōe & ritu conse-
crabātur pōtifices/ sacerdotes & ministri: hic depromit sacer Dionysi9.
primum quæ cuiq; ordini sunt propria/ deinde vero quæ his tribus in
cuiusq; consecratione sunt communia: digerens. Primū itaq; de conse-
crando pręsule dicit/ ꝙ vbi offertur ad suscipiendam consecrationem:
vtrunq; genu ponit in terrā ante altare/ habetq; supra caput diuinitus
tradita sacrosancta euangelia/ & manum consecrantis pontificis. atq;
hoc pacto ab ipso consecratore pręsule sanctissimis orationibus consecratꝰ. Sacerdos ve-
ro consecrādus coram altari flectens vtrunq; genu: habet in capite solū pontificis conse-
crantis dexteram/ atq; talem in modum a sacrante pręsule sacratissimis inuocationibus
perficitur & sacratur. Demū minister altero solum coram altari flexo genu/ consecrantis
itidem pontificis dextrā in capite gerit: atq; ab ipso consecratur/ non prætermissis sanctis
precibus ad id officium & munus designatis. At vero cuilibet horum trium scilicet pon-
tifici/ sacerdoti & ministro/ cum sacratur: a sacrante pontifice viuificæ crucis imprimitur
signū. & per singulos ipsorū trium qui consecrantur: fit sancta prędicatio nominis ipsius
consecrati/ & consalutatio totā sacrationē complens atq; finiens. nam & cuncti/ cuiusuis
sacri ordinis viri & ipse pontifex cōsecrans/ eum in osculo sancto salutat: qui ad aliquem
trium sacrorum ordinū modo nominatorū fuerit pontificali consecratione promotus.

¶Spiritualis intelligentia Cap. V. pars III.

92 SVnt quidem ista præsulibus & sacerdotibus ac ministris in Quę cōmu
ipsorum cōsecratione cōmunia: accessus ad altare diuinum/ nia & quæ
positio genuū/ manusq; pontificalis iпositio/ crucis impres- ꝓpria ī my
sio/ prędicatio/ consummāsq; salutatio. pręcipua vero et pro- sterijs sacro
pria episcopis/ euangeliorū supra caput impositio: qua infe- rū ordinū.
riores ordines caret. sacerdotibus/ vtriusq; pedis inclinatio:
cum id non habeat diaconorū consecratio. illi enim (vt dictum est) alterum
93 tantum genu ponūt. ¶Itaq; accessus ille quidem ad sanctū altare & posi- Quid acces
tio genuum: illud omnibus pręscribit qui ad sacrorū ordinū promouentur s9 ad sāctū
officia/ vt authori mysteriorū deo suam integre subiiciant vitam/ & spiritu- altare & po
alem integritatē suam castissimumq; & sacratum accessum: per quem illi si- sitio genuū
miles fiant/ & diuinis castissimisq; et sacrosanctis altaribus (vnde consecra-
tio in eos spiritus qui diuinam speciem præferūt: sanctissime prouenit) pro quid pōtifi
94 viribus digni. ¶Porro pontificalis iпositio manus: insinuat vna et protecti calis supra
onem dei (qua vt sancti filij paterno fouentur affectu) ipsis habitum virtu- caput ma-
temq; sacratiorem largientem/ aduersariasq; virtutes ab eis procul abigen- n9 iпositio.
tem. Docet itidem sacras omnes consūmātesq; actiones: quasi sub deo eos
qui sacris ordinibus mancipantur/ efficere perfectos: ipsū operationū su-
95 arum habentes in omnibus ducem atq; rectorem. ¶Cęterum signi vitalis Quid cru-
impressio: omnium simul carnaliū desideriorum vacationē/ vitamq; ad dei cis viuificæ impressio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

imitationem effictam ſignat(nuſq̄ obtutus auertendo)intuentem in homi
nis IHESV ſacratiſſimā vitam ad crucē vſqꝫ ac mortem progreſſi/ diuina
ſemper impeccantia comite:atqꝫ ita viuentes(vt ſui ſimiles)imagine ſuę im=

Quid noīs cōſecrati p̄=dicatio.

peccantiæ in crucem formata ſignātis. ⁋At vero ſanctā & conſecrationū/ 96
et eorum qui ſacrantur prędicationē pontifex reſonat:id inſinuante myſte
rio ꝙ ſacrator ille diuinus/diuinæ eſt electionis expoſitor.non ipſe ſua gra=
I tia promouendos ad ſacros ordines ducens/verum afflatu dei:quo in om=
K nibus ſacris officijs agitur. Ita Moſes legaliū cerimoniarū promotor:neqꝫ
fratrem Aaron ad ſacerdotale munus inungit(& quidē cum deo et charū/
et ſacerdotio non ignoraret eſſe digniſſimū)donec ad id diuinitus agitatus/
ſub deo principe ſacerdotalem conſecrationē pontificaliter conſūmauit.Ip=
ſe quoqꝫ noſter auguſtiſſimus & primus pontifex(et hoc enim propter nos
L fieri voluit benigniſſimus IHESVS)non ſeipſum glorificauit(vt ſcriptura
ait)ſed qui locutus eſt ad eum/tu es ſacerdos in æternum ſecundū ordinem
Melchiſedech.Quocirca & ipſe diſcipulos ad ſacerdotalem functionē pro=
mouens/& quidē cum eſſet myſteriorū princeps(quippe cum deus)ad pa=
M trem tamen ſanctiſſimū/diuinumqꝫ ſpiritum: huiuſmodi conſummationis
officium refert/diſcipulos(vt legimus)admonēs ne ab Hieruſalem diſcede=
rent/ſed expectarent promiſſionē patris quam audiſtis ex me:quia vos ba=
N ptiſabimini in ſpiritu ſācto. Cū ipſe quoqꝫ ſupremus diſcipulus cum ęqua
li ſibi ſacerdotali decade ad ſacrum duodenarium diſcipulorū numerum
perficiendū eſſet progreſſus:deo reuerēter electionis permiſit munus/ oſtē=
de inquiēs quem elegeris.eumqꝫ quem diuina declarauerat ſors:in duode=
narium ſuffecit ſacratiſſimū numerum.Porro de ſorte illa diuina/quę Mat=
thiæ diuinitus obtigit/alij quidem alia ſenſere:meo iudicio non recte.aperi=
am autem & ipſe:quid ſentiam.Videtur michi ſcriptura ſortē appellaſſe/di
uini quiddam & præcipui muneris:per quod illi choro ſacratiſſimo inſinu=
aretur/qui eſſet diuina electione declaratus.Oportet enim pontificē ſanctū
O non motu proprio ſacerdotales ordinationes conficere:ſed ſub deo agente/
has pōtificaliter cœleſtiqꝫ celebrare mundicia. ⁋Illa vero ſalutatio quæ in 97

Quid cōſe=cratorū in oſculo cōſa lutatio.

fine conſecrationis offertur: ſacrum aliquid innuit. Cuncti enim qui aſtant
ex ſacris ordinibus/ ipſeqꝫ qui conſecrauit præſul:ita cōſummatū ſalutant.
Poſtq̄ enim ſacerdotalibus intelligentiis atqꝫ virtutibus/ diuinaqꝫ vocatio=
ne et ſanctimonia ad ſacerdotalis officii conſummationē peruenerit ſacra=
tior animus: amabilis eſt æqualibus & ſacroſanctis ordinibus. atqꝫ ad ex=
cellentē peruectus pulchritudinē: amat & ipſe ſibi ſimiles ſpiritus/et ab ip=
ſis viciſſim æque diligitur.Eius rei gratia/cōſalutatio illa ſacerdotalis adin=
uicem celebratur: per quam ſignatur æqualium ſpirituum ſancta ſocietas/
mutuaqꝫ & iucunda leticia:vtpote diuinā pulchritudinem per ſacerdotales
formas integerrime ſeruans. Iſta igitur (vt dixi)cōmunia ſunt totius ſacer=

quid ſuper caput pōti=ficis euāgeliorū impo=ſitio.

dotalis cōſūmationis.⁋Habet vero pontifex:peculiarē euangeliorū ſupra 98
caput impoſitionem. Quia enim conſūmatrix totius ſacerdotij virtus atqꝫ
ſcientia/ſanctis pręſulibus a diuina & perfectionis authore bonitate clemē=
ter indulta eſt:congrue tradita diuinitus eloquia/ſacrandorum præſulum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

capitibus imponuntur. quibus cõtinetur ac ſcite exponitur theologia om-
nis/ omniſqꝫ diuina actio & dei apparitio: ſacra item elocutio & operatio.
atqꝫ (vt breuiter dixerim) diuina omnia & ſacra opera atqꝫ verba: quæ a be-
nefica deitate noſtræ functioni indulta ſunt. quaſi ꝑfecto ſanctiſſimus præ-
ſul: ſacratioris virtutis omnis ſit futurus particeps. omniumqꝫ ſacrarum eru
ditionum atqꝫ actionum verã traditamqꝫ diuinitus ſcietiã/ nõ ſolum perce-
pturus: verum aliјs quoqꝫ pontificali ratione traditurus. exactiſſimiſqꝫ no-
tionibus atqꝫ promotionibus altiſſimis/ ſacerdotaliter cõſummaturus om-
99 nia: quæ ad totius noſtri pontificiј perfectionem tendunt. ¶ Enimuero ſa- Cur ſacerdotes duo flectunt genua: miniſtri vero vnum ſolum
cerdotibus amborum poſitio genuum peculiaris eſt/ præter miniſtrorum
ordinem/ qui vnum tãtum curuant genu: atqꝫ hoc/ a pontificali conſecratio-
ne non diſcrepans. Itaqꝫ curuatio genuum/ ſubiectum accedentis ſignat ac-
ceſſum: per quem ſubiicitur deo quod ſacratius eſt adductũ. Quoniam ve-
ro (vt ſępius diximus) tres ſacre erigentiũ ordines per tres itidem ſanctiſſi- P
mas actiones atqꝫ virtutes tribus initiandorũ ordinibus præſunt/ ſalubrẽqꝫ
illorum ſub iuga diuina acceſſum moliuntur: merito miniſtrorum ordo (vt
ſolum purgans) vnum efficit eorum qui purgantur acceſſum/ eos diuino al-
tari ſubiiciens. quippe in quo purgandi ſpiritus: altiſſimo litentur more. Sa-
cerdotes autem vtrũqꝫ genu curuant: a quibus qui ſacre offeruntur non ſo-
lum purgãtur/ verum etiam liquidiſſimis eorũ miniſteriјs (purgata per ex-
cellentem intelligẽtiam vita) in contemplationis habitũ atqꝫ virtutem ſacer-
dotaliter conſummantur. At vero pontifex vtroqꝫ poſito genu/ ſupra caput
habet euangelia: qui eos quos miniſtrorum purgauit virtus/ ſacerdotaliſqꝫ
functio illuminauit: ad eorum quæ cõſpexere ſacrorum pro modo cuiuſqꝫ
ſcientiam/ pontificio munere prouehit. perficitqꝫ per illam accedẽtes: vt pro
captu ſuo integre dicentur deo.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Verum afflatu dei: quo in omnibus ſacris officiјs I
agitur. Agitur: mouetur ac ducitur. ¶Ita Moſes legalium cerimoniarũ promotor. Exo- K
di cap. viceſimo nono ait deus ad Moſem. Cũqꝫ laueris patrem cum filiјs ſuis aqua: in-
dues Aaron veſtimentis ſuis/ id eſt linea & tunica et ſuperhumerali et rationali/ quod
cõſtringes baltheo. & pones thyaram in capite eius/ & oleum vnctionis fũdes ſuper ca-
put eius: atqꝫ hoc ritu conſecrabitur. ¶Non ſeipſum glorificauit/ vt ſcriptura ait: ſed qui L
locutus eſt ad eum. Ioannes cap. octauo. Si ego glorifico meipſum: gloria mea nichil
eſt. eſt pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis/ quia deus noſter eſt. & nõ cogno-
uiſtis eum: ego autem cognoui eum. Et pſalmus centeſimus nonus. Tecum principium
in die virtutis tuę: in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. Iurauit do-
minus & non pœnitebit eũ: tu es ſacerdos in æternum ſecũdũ ordinem Melchiſedech.
¶Ad patrem tamen ſanctiſſimum/ diuinũqꝫ ſpiritum: huiuſmodi cõſummationis officiũ M
refert. Actus apoſtolorum cap. primo. per dies quadraginta apparens/ & loquens de re-
gno dei: & conueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis ne diſcederent/ ſed expectarẽt pro-
miſſionem patris quam audiſtis per os meum. quia Ioannes quidẽ baptiſauit aqua: vos
autem baptiſabimini ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies. ¶Cum ipſe quoqꝫ ſupre- N
mus diſcipulus cũ æquali ſibi ſacerdotali decade. Supremus diſcipulus: Petrus. Decas/
denarius numerus: qui erant Ioãnes/ Iacobus/ Andreas/ Philippus/ Thomas/ Bartholo-
meus/ Matthęus/ Iacobus Alphei/ Simon Zelotes/ et Iudas Thadeus. Actus apoſtolorũ
cap. primo. Et ſtatuerunt duos: Ioſeph qui vocabatur Barnabas/ qui cognominatus eſt
iuſtus/ & Matthiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda noſti omnium: oſtende
quem elegeris ex his duobus/ vnum accipere locum miniſteriј huius & apoſtolatus/ de
quo pręuaricatus eſt Iudas: vt abiret in locum ſuum. Et dederũt ſortes eis: & cecidit ſors

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

super Matthiam/& annumeratus est cū vndecim apostolis. Et vt quæ diuinæ sortes sint/ apertius intelligamus: Numeri cap. decimoseptimo legimus tribus Israel virgas suas in sortes dedisse. vt qui electus a deo esset sacerdos: declararetur. sors autem super Aaron cecidit: cuius sola virga turgētibus gemmis effloruit. Et sortem petit diuinam Gedeon: Iudicum cap. sexto. Si saluum facis (inquit) per manum meam populū Israel sicut locutus es/ponam hoc vellus lanę in area: si ros in solo vellere fuerit/& in ōni terra siccitas: sciam q per manū meam sicut locutus es liberabis Israel. Factūq; est ita. & de nocte consurgens: expresso vellere cōcham rore impleuit. Dixit rursus ad dominum. Ne irascatur furor tuus cōtra me: si adhuc semel tentauero/signū petens. oro vt solū vellꝰ siccū sit: & omnis terra rore madens. Fecitq; dominus nocte illa vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere/& ros in omni terra. Et cap. decimo octauo tertij Regū sortes per Heliā prophetam datę sunt: vt cognosceretur ne ipse an sacerdotes Baal veri dei essent prophetę veriq; dei sacerdotes. Dentur nobis (inquit) duo boues. et illi eligant sibi bouem vnum: et in frusta cędentes ponant super ligna/ignem autem non supponant. & ego faciā bouē alterum/& imponā super ligna: ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorū vestrorū/& ego inuocabo nomen dei mei: & deus qui exaudierit per ignem/ipse sit deus. Respondens omnis populus ait: optima propositio/ quam locutus est Helias. Clamauerunt sacerdotes Baal/ de mane vsq; post meridiem/ cultris & lanceolis (donec perfunderentur sanguine) se incidentes: dicentes/ Baal exaudi nos. Nec audiebatur vox: nec aliquis respondebat/nec attendebat orātes. Accedens autem Helias propheta ait. domine deus Abraham & Isaac et Israel/ostende hodie quia tu es deus Israel & ego seruus tuus: et iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me domine/exaudi me: vt discat populus iste quia tu es dominus deus/ & tu conuertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis domini & vorauit holocaustum/& ligna et lapides: pulverem quoq;/& aquā (quæ erat in aquæ ductu) lābens. Quod cum vidisset omnis populus/cecidit in faciē suam & ait: dominus ipse est deus/ dominus ipse est deus. Ex his itaq; cognoscere promptū est/ diuinā sortem nō esse nisi quoddam petitum & diuinitus ostensum signum: diuinam voluntatem declarans/& humanæ fragilitatis deo reuerēter arbitrium cōmittentis ambiguitatem tollens. quod & paulo vlterius/sacratus pater con-
O firmat. ¶ Sed sub deo agente has pontificaliter/cœlestiq; celebrare mundicia. Agente:
P agitante/suggerente/mouente. ¶ Tres sacre erigentiū ordines: per tres itidem sanctissimas actiones atq; virtutes. Erigentium: promouentium/eleuantiū & perficientium. tres enim erigentes promouētesq; ordines sunt: minister/ sacerdos/ pontifex. Per tres actiones & virtutes: purgationem/illuminationem/perfectionem. Tribus initiandorū ordinibus: purgandis/illuminandis/perficiendis. Purgandi quidem sunt: eijciendi. illuminandi: plebs sancta. perficiēdi: monachi. Et id amplius paulo post cognoscetur. Et qui obseruat quæ pius pater exequitur: ad formā viuit angelicam. qui vero negligit: imitationem interturbat & cōfundit. ordo enim et distinctio: diuinum est. inordinatio vero & cōfusio: peruersum. Quo pacto igitur deo placiturū existimari potest: quod peruersum est? Et qui

Remūdus eremita.

hoc sane intelligit: intelliget profecto cur Remundus pius eremita/differentiā/vnum diuinorum principiorum ponat/& inter diuinas annumeret dignitates. Et vtinā cognoscerent homines: q̄ confusio noxia est. et quanta in cōfusione positus est mundus: quæ regionis est opacæ atq; tenebrarum. vt ordinem & distinctionem lucidæ regionis/in suam reuocarent dignitatem: & omnia extra confusionis chaos in sua pulchritudine reuelatis aspicerent oculis.

¶ TERTIAE PARTIS QVINTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM. 92



SPiritualem sensum eorum quę visibiliter in supradictorū ordinum consecratione fiunt/hic assignat sacer Dionysius: primum quæ communia et quę propria sunt in mysterijs sacrorū ordinū/enumerans. Communia quidē pontificibus/sacerdotibus & ministris in ipsorum consecratione: sunt hæc sex sequentia. accessus ad altare sanctum/positio genuum: vnius vel amborum/ manus pontificis consecrantis super caput consecrādi impositio/vitalis crucis impressio/prędicatio nominis consecrati/& omnia complens in osculo sancto cōsecrati salutatio. Peculiare vero & proprium episcopis consecrandis/est euangeliorum supra caput ipsorum impositio: qua inferiores ordines/sacerdotū scilicet & ministrorum cum sacrātur/carent. Sacerdotibus vero

collatione ad ministros facta/ propria est amborum genuũ inclinatio: cum eam non ha-
beat diaconorum ministrorumq; consecratio. Ministri enim cum sacrãtur(vt iã dictũ est)
93 alterum tantum genu flectunt. ¶ Deinde quid accessus sacrandorum ad altare & positio
genuum signet: apertius declarat. Accessus(inquit)ille ad altare & inclinatio genuum id
omnibus insinuat/ qui ad sacrorum ordinum prouehuntur mysteria: ꝙ deo sacrorũ om-
nium authori suam integre vitã subijcere debeãt/ & infractã atq; illabefactam virtutem
suam. est enim genuum inclinatio: sensibile subiectionis/ venerationis & obediẽtiæ indi-
cium. Significat itidem huiusmodi accessus ad altare/ sacratũ illum & purum mentis ip-
sorũ sacrãdorũ ad deum accessum: per quem ipsi deo similes virtutũ imitatione fiant/ et
quantum ipsis cõceditur digni habeantur sacratissimis altaribus: ex quibus consecratio
in eos spiritus humanos qui diuinam in se gerunt expressam similitudinẽ/ cum omni san
94 ctimonia emanat. ¶ Impositio autem manus pontificis sacrantis supra caput consecran
dorum: significat protectionem dei/ ipsos vt filios paterno affectu blande fouentis. quæ
firmum illis statũ mentis & robur ad opera bona peragenda largitur: & aduersas dęmo-
num potestates ab eis procul arcet. Siquidẽ manibus quoduis molimur opus: & quę no
bis aduersãtur propellimus. Eadem quoq; manus impositio edocet/ ꝙ omnes sacrę acti-
ones & consecrationes quasi sub deo eos efficiunt perfectos: qui sacris ordinibus desti-
95 nantur/ tanq̃ habeant deum/ omnium operationum suarum ducem ac directorem. ¶ At
vero viuificæ crucis impressio a sacrante pontifice facta: omnium desideriorum carnaliũ
mortificationem atq; repressionem insinuat/ & vitam sacrandorum: ad dei imitationem
propemodum efformatam. Quæ sane vita tanq̃ imago atq; figura/ sine oculorũ mentis
ad alia deflexione/ intuetur assidue in IHESV CHRISTI vt hominis vitam: tanq̃ pri-
mitiuam speciem & archetypam/ obiectam obtutibus animi. Qui quidẽ dominus noster
ad crucem vsq; & mortem pro nostra salute progressus est: habens secum comitem sem-
per omnimodã peccati immunitatẽ. Atq; homines ad sui imitationem viuentes in terre
norũ contẽptione/ tanq̃ sibi fere similes signat imagine suæ impeccantiæ/ in modum cru-
cis formata/ atq; illorum animis impressa. cum eos reddit q̃tum humana fert infirmitas/
96 a peccato abstinentes atq; alienos: quo ei in impeccantia assimilentur. ¶ Deinde ponti-
fex nomen eius qui consecratur & ordinis quem suscipit prædicat: ad significandũ ꝙ hu
iusmodi consecrans est declarator & denunciator diuinæ electionis ad consecratũ factę.
Non enim ipse pontifex suo delectu aut arbitrio ducit quos vult ad sacrorum ordinum
promotionem: sed sacra dei inspiratione/ qua in omnibus operibus suis et functionibus
dirigitur. Enimuero simili ratione Moses cerimoniarũ veteris legis promulgator & ex-
positor: Aaron fratrem suum non prius vnxit in sacerdotẽ legalem/ q̃uis illũ sciret et deo
dilectũ esse & sacerdotali munere dignissimũ/ donec ad hoc faciendũ diuina authoritate
pręceptioneq; inductus: sacerdotalem consecrationem sub deo pręcipuo illius authore/
circa Aaron decenter & honeste perfecit. Ipse quoq; IHESVS CHRISTVS excellen-
tissimus & supremus pontifex noster secundum carnis dispensationem (nam vt reliqua Hebræ. 5.
omnia: ita & pontifex noster propter nos homines/ & propter nostram salutem fieri di-
gnatus est. vt haberemus eum qui pro nobis oblationem offerret: & assiduus apud deũ 1. ioan. 2.
patrem postulator esset/ aduocatus & mediator) non seipsum glorificauit: vt ipsemet te- Ioan. 8.
statur. sed glorificauit illum pater cœlestis: qui ad eum hæc locutus est. tu es sacerdos in Psal. 109.
æternum: secundum ordinem Melchisedech. Eandem ob causam ipse dominus noster
discipulos suos ad pontificalem promouens dignitatem/ q̃uis vt deus omnium esset sa-
crorum mysteriorum princeps & author primarius: tamẽ ad deum patrem & spiritum
sanctũ huiusmodi consecrationis munus refert atq; reuocat/ cũ discipulos(vt acta perhi
bent apostolica)admonuit: ne discederent ab Hierosolymis/ sed expectarent promissio- Actu. 1.
nem patris quam ex ipso audiuerant: quia spiritu sancto propediem baptisandi forent.
Deniq; cum beatus Petrus apostolorum supremus/ cum sacro discipulorum sibi in apo
stolatus gradu & ratione æqualium denario/ ad perficiẽdum apostolorum sacrũ duode-
narium procederet: ipsi deo cum omni reuerentia & veneratione electionis faciendæ
concessit tribuitq; authoritatem atq; arbitriũ: dicens inter orãdum. Tu domine qui cor-
da nosti omnium: ostende quẽ elegeris ex his duobus vnum. Et beatũ Matthiam(quem
diuina designauerat sors ad apostolatum promouendũ) in duodenarium substituit atq;
surrogauit apostolorum numerum. Cęterũ de sorte illa electoria quæ sancto Matthiæ di-
uinitus(vt sacra tradit scriptura) obuenit: diuersi diuersa sensere/ minus tamẽ recte. Ipsi-


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

us vero ſacratiſſimi Dionyſij ſententia hac de re eſt/ ꝙ ſcriptura ſancta eo in loco ſortē
vocauit: diuinum aliquod & cœlitus datum ſignum (vt lucentem radium e cœlo in illū
ſuper quē cecidit ſors porrectum/ aut quiduis aliud) per quod illi ſacratiſſimo apoſtolo-
rum choro daretur ſignificatio: vter ex duobus propoſitis/ diuina electione declaratus
eſſet ad officium apoſtolatus obeundum. Siquidem oportet conſecrantem pontificem
non proprio animi ſui motu aut arbitrio eccleſiaſticas ſacrorū ordinū cōſecrationes fa-
cere: ſed ſub deo oīm ſacrorū principe ipſū pręcipue dirigente atq; inſpirante/ eas pon
tificali officio & ſingulari munditia celebrare. ¶ Præterea illa conſecratorum ſalutatio 97
in oſculo ſancto/ quæ in fine conſecrationis fit: myſticum aliquid & ſpirituale ſignificat.
Nempe cuncti ex ſacris ordinibus præſentes & ipſe pontifex conſecrans: ita conſecra-
tum ſalutant. Poſtq̄ enim ipſius conſecrandi animus/ diſciplina inſtitutioneq; pariter &
virtute ſacerdotali/ diuina inſuper electione/ & ſingulari vitæ munditia ad alicuius ſa-
crorum ordinum conſecutionem peruenerit: iam factus eſt dignus qui ametur a conſi-
milibus ſacroſanctis ordinibus/ ob eundem animi habitum & æqualem eccleſiaſticæ
functionis gradum. ipſe quoq; ad eximiam mentis pulchritudinem/ decore virtutum &
ordinis ſacri ornatu relucentis euectus: caſto amore proſequetur humanos ſpiritus/ ſi-
bi venuſtate virtutis & ordinis ſacroſancti gradu perſimiles/ & mutuo ab ipſis ac ęquo
diligetur amore. cum nichil æque ſanctum amorem concliet: ac morum ſimilitudo bo-
norum pariter & eiuſdē generis vitæ conſortium. Hanc ob cauſam ea conſalutatio con
ſecrati ab iis qui ſacros ordines ſunt ſortiti celebratur: per quam ſignificatur æqualiū
humanorum animorum caſta ſocietas/ & mutua ipſorum adinuicem de bonis ſuſceptis
congratulatio atq; læta iucunditas. vt quæ diuinam pulchritudinem primitiue in deo
conſiſtentem/ & per omnia quæ condita ſunt decentiſſime deriuatam: per has eccleſia-
ſticarum actionum viſibiles formas honeſtiſſime ſeruet/ exprimat & declaret. habet au-
tem ipſa diuina pulchritudo: placidam omnium inter ſe ſociali iure (ſeruato cuiuſq; pro-
prio gradu) coaleſcētiam. Itaq; hæc ſupradicta omnia: communia ſunt cuiuſuis triū ſa-
crorum ordinum conſecrationi. ¶ Porro ipſe pontifex conſecrandus propriam habet 98
& ſibi ſoli accommodatam ſanctorum euangeliorū ſupra caput impoſitionem. Quoniā
enī totius eccleſiaſticæ hierarchiæ perfectiua virtus & diſciplina/ ipſis præſulibus a deo
totius perfectionis authore clementer eſt indulta: recte tradita diuinitus & veteris &
noui teſtamenti eloquia (quæ hoc in loco/ euangeliorum nomine ſignificantur: latius ſū-
pto eo nomine/ aut a potiſſima parte totius facta denominatione: vt ipſe contextus lit-
teræ ſatis indicat) ſacrandorum antiſtitum capitibus ſuperponuntur. Quibus quidem di
uinis eloquijs/ omnis ſacer de deo ſermo ac diſciplina continetur: omnis etiam diuina
operatio ac apparitio ad homines facta/ quinimo omnis dei locutio & actio diffuſe ex-
ponitur. omnia inſuper diuina opera & verba quæ a ſumma deitate eccleſiaſticæ fun-
ctioni tradita ſunt: diuinis illis eloquijs integre compræhenduntur. tanq̄ ipſe qui con-
ſecratur præſul: particeps fieri debeat omnis ſacræ virtutis in diuinis litteris expreſſæ/
& ad dei imitationem propius adducentis. tanq̄ etiam omnium ſacrarum inſtitutionū
atq; actionum inibi contentarum ſcientiam/ non modo ediſcere ac percipere debeat: ve
rum etiam illam alijs pontificali officio tradere/ perfectiſſimaq; ſacrarum rerum diſci-
plina atq; ſublimi ad ſacros ordines promotione cuncta conſummare: quæ ad totius ec
cleſiaſticæ hierarchiæ perfectionem attinent. ¶ Demum ipſis ſacerdotibus cum conſe- 99
crātur propria eſt amborum genuum in terram poſitio. In quo a miniſtrorum differunt
ordine: qui ſacrandi/ vnum tantum flectunt genu. a pontificali vero cōſecratione: in am
borum genuum inclinatione nequaq̄ diſcrepant ſacerdotes. Curuatio autem genuū (vt
Nũero. 93. paulo ante dictū eſt) ipſius accedentis ſignificat habitū & ſtatū deo ſubiectū. per quem/
idipſum quod adductum eſt vt conſecretur/ ſiue pontifex ſit/ ſiue ſacerdos/ ſiue miniſter:
Nũero. 87. et ſequentibus. deo reuerenter ſubijcitur & integre. Quoniam autem (vt frequentius ante dictū eſt) tres
ſacræ erigentiū atq; ad deum adducentiū ordines/ ſcilicet miniſtri purgantes/ ſacerdo-
tes illuminantes/ & pōtifices perficientes: per tres ſanctiſſimas actiones/ purgationem/
illuminationē & perfectionē/ per tres itidē ſacras virtutes/ purgatiuam illuminatiuā &
perfectiuam: tribus initiandorū atq; ad deum adducendorum ordinibus præſunt ſcilicet
Nũero. 100 & 101. purgandis/ illuminādis & perficiendis: eiectis quidem purgandis/ plebi ſanctæ illuminā
dæ/ & monachis perficiēdis/ vt paulo poſt dicetur. & tres illi ſacri ordines ſalutarem ip-
ſorum initiandorum ſub diuinorum mandatorum obedientia conātur parare acceſſum:

optimo iure ministrorū ordo vt solum ex officio purgans/vnicum facit eorum qui purgātur accessum ad deū: vtpote per purgationis munus eos diuino altari adeūdo aptos idoneosq; ac dispositos efficiēs, in quo sane sacratissimo altari/ipsi spiritus humani oino purgādi sacrificētur deo: nō more pecorū & hostiarū antiquæ legis/sed lōge altiore & sacratiore/mystica scilicet & spirituali oblatione. Sacerdotes autem cū cōsecrātur: vtrūq; flectūt genu. q̄ ij qui ab ipsis sacre offerūtur & adducūtur ad deū/nō solū ipsorum ministerio purgantur: verū etiā sacratiore sanctorum mysteriorū intelligētia & notione liquidius illuminātur/atq; illustrantur. Demū pōtifex sacrādus vtroq; genu posito in terrā/supra caput habet euangelia: q̄ eos qui ministrorū virtute purgati sunt & sacerdotū officio illuminati/prouehit ad exactā eorū mysteriorū quæ conspexere/perfectamq; sciētiam: quantū quisq; capax est & idoneus. & per huiusmodi spiritualem sacrorū intelligētiā/pontificali munere ipsos perficit accedentes: vt ꝓ suo gradu integre mācipent deo.

¶ De initiandis ordinibus. Cap. VI. pars I.

100 DIximus de sacris ordinibus ac distributiōibus/virtutibusq; illarum & actionibus/atq; cōsummationibus: exponemus deinceps subiectam illis initiādorum ordinum trinitatem. Eiecti. Q
Dicimus igitur eos qui purgantur ordines/turbas esse a sacris actionibus & consummationibus segregatas: quarum superius fecimus mentionem. Atq; alius quidem ex his/a ministris hactenus obstetricātibus verbis: ad vitalem abrenūciationē formatur atq; effingitur. Alter vero adhuc ad eā (qua excessit) vitæ sanctimoniam reuocatur: sanctorū eloquiorū blanda & resouente doctrina. Alius autē hactenus a contrarijs pauoribus ignaue terretur: atq; a potentificis roboratur eloquijs. Atq; alius quidē: iā a peruersis operibus ad sacras transfertur actiones. Alius vero licet euaserit ad meliorem frugem: nondū tamen id est cōsecutus vt in sacratioribus intelligētijs caste & incōuertibiliter immobiliterq; persistat. Sunt enim isti ordines: qui a ministrorū tenera institutione mūdanteq; virtute purgantur. Eos ministri ad id sanctis suis virtutibus prouehūt: vt perfecte purgati/ad illuminantē liquidissimarū diuinarū actionū speculationē/cōsortiūq; trāsferātur. Medius autē cōtēplatiuus ordo est/& sacrorū quorūdā pro captu suo in omni mūditia particeps: qui ad illuminādū sacerdotibus est distributus. Liquet enim (vt reor) omni hunc funesta labe purgatū castissimāq; cōsecutū atq; immobilem sui spiritus sedē: ad cōtēplatiuū habitū virtutēq; sacerdotali ministerio transuehi/& cōmunicare ijs (quæ sibi fas est) sanctissimis signis: in ipsorū speculationibus atq; cōmunione sacra omni cū voluptate acquiescētem/& ad diuinū ipsorū scientiæ amorē/subnixū eorum subuehentibus virtutibus



R
Plebs sācta

Cap. 6 pars 1

bus/pro modo suo euolantem. Hūc equidē sanctæ plebis ordinē dixerim:
vtpote per omnē purgationē profectū/ sanctissimorūq; mysteriorū cōtui-
Monachi. tu sacro(vt fas est)cōsortioq; dignatū. ¶ Porro initiandorū oīm excellētior 10
ac sublimior ordo/monachorū est sancta distictio: expiatione ōni/tota vir-
tute/atq; exactissima suarū operationū castitate mundata. oīs itē (quantā
sibi licet inspicere)sacræ operatiōis spiritualiter speculatrix & particeps fa-
cta: pontificūq; consūmantibus virtutibus tradita. Quorū diuinis fulgori-
bus et pōtificalibus traditionibus/cōspecta pro ordine suo sanctorū myste-
riorū sacrificia ediscens: a sacra eorū scientia/ad exactissimā perfectionē di-
uina ratione subuehitur. Vnde sancti pręceptores nostri: diuinis eos appel-
lationibus sunt prosecuti. partim therapeutas: id est cultores/a syncęro dei
famulatu atq; cultu. partim monachos/ ab indiuidua & singulari vita ap-
pellātes. vt quæ illos sanctis diuisibiliū cōplicatiōibus: in diuinā & deo gra-
tā monadē perfectionēq; promoueat. Idcirco & perficiētē eis indulsit gra-
tiā diuina sanctio: eosq; consecrante quadā inuocatione dignata est/nō pō-
tificali quidē (illa enim solis in sacerdotalibus ordinibus fit) sed sacerdotali
plane: & quæ ab honestissimis sacerdotibus secundo in loco a pontificali
functione/peragitur.

Q ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Dicimus igitur eos qui purgātur ordines: turbas
esse a sacris actionibus & consūmationibus segregatas. Et hæ turbę sunt: catechumini/
apostatę/energumini/pœnitētes. Et in sequētibus: alius/alter/alius/alius: itelligitur/ ali-
R us catechuminus/alter apostata/alius energuminus/alius pœnitēs. ¶ Medius autē con-
tēplatiuus ordo est: & sacrorū quorundā pro captu suo in omni mūditia particeps. Me-
dius ordo plebs sancta: ideo contēplatiua dicitur/q; ad cōtuitū diuinorū signorū admit-
titur/ad illuminandū sacerdotibus cōmissa: vt fiat aliquarū intelligētiarū pro captu suo
& dignitate particeps. Quod adhuc per sacerdotes ecclesiarū in catholicis informatio-
nibus fit: quod & modestius fieri vidi/ea nō excedētes quæ in antiquis patrum institutis
prudenti cōsilio ordinata sunt plebi dicēda. non enī oīa plebi licēt. Neq; Moses/neq; se-
ptuaginta arcanæ legis intelligētiæ periti: illā secretā legis intelligentiā in vulgus pfun-
debāt. Et plebs quæ altiora se cognoscere petit/suipsius & mediocritatis sui status igno-
Nūeri. 16. nara: ignaua est/ superba & præsumens/ Chore & eius familię q̄simillima. Et ego sæpe-
numero hos libros in publicū emittere reformidaui: & legēs quæ supra me sunt horrui
frequentius. ignoscat michi summa benignitas: & purget clementius quicquid hac in re
audacius præsumpsi. Viderint & contionantes: ne modum excedant ad populū/ & ne
sua ad superiorē ecclesiasticū statū etiam transgrediantur officia. Recognoscat pōtifex
suum officium: cognoscant sacerdotes suum/cognoscant & ministri suum.

¶ PRIMAE PARTIS SEXTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM. 100

TRes initiādorū ordines/ipsis sacris ordinibus subiectos: post determi-
natā horū partitionē atq; diuisionē/post explicatas eorundē virtutes/
actiones & consecrationes: nunc exponēdos esse proponit sacer Dio-
Eiecti. Nūero 38/ & sequentibus. nysius. Illorū primus est ordo purgandorū: quæ turba est a sacrorū cō-
tuitu & participatione segregata/cuius superius facta est mētio. Ex ip-
sorum autē purgandorū numero/catechuminus a sanctis ministris in-
formatur atq; disponitur ad diuinā regenerationē demū suscipiendā:
sacrorū eloquiorū adminiculo blande eū educante. Apostata vero ad eā quā deseruit
abstractus atq; illectus voluptatibus/munditiā vitę reuocatur: sanctarū litterarū dulci &
spiritualiter demulcente disciplina. Energuminus autē adhuc dæmonicis terroribus ob
ignauiā suā/qua illos permisit inualescere: cōcutitur. & contra illos: sacris scripturæ ver-
bis efficacissimis corroboratur/ vt amplius ipsis non agatur. Demū pœnitēs a peruer-
sis āte actę vitę operibus: ad bonas trāsfertur resipiscēdo actiones. Postremū impfectus
& necdū ad plenū purgatus licet ad vitę & actionū rectitudinē euaserit: nondū tamē ad
id perfectiōis peruenit/vt in bonis actionibus & recta sacrarū rerū intelligētia constā-

ter & indimobiliter persistat. Et hic postremus: hoc loco/ itidem & in tertia parte quarti capitis numero 61. sub pœnitente cōpræhenditur: neq; quintū expresse constituit eijciēdorū ordinē. Sane omnes isti qui iam adducti sunt ordines: a tenera & facili ministrorū educatione purgatiuaq; virtute mūdātur. & ipsos sancti ministri suo ministerio atq; officio ad id studiose promouent: vt exacte purgati/ ad sacram sanctorum mysteriorū inspectionem qua illuminentur/ & perceptionē admittantur. ¶Medius vero initiandorū ordo qui plebis est sanctæ/ diuinorum mysteriorū inspectiuus est: & sacrorum nonnullorū pro suo gradu ac modo particeps. qui vt illuminetur salutaris doctrinæ radio: ipsis sacerdotibus est designatus. Enimuero is medius ordo omni noxia peccati labe iam purgatus/ stabilemq; ac indimobilem suæ mentis firmitatem in puritate consecutus: ad inspiciendi sacra habitum & virtutem officio sacerdotali subuehitur/ & cōmunicat ijs (quę sibi permittuntur) sanctis sacrorū mysteriorū signis. Insuper in huiusmodi signorum inspectionibus & sacra participatione summa cum voluptate quiescit: & ad flagrans desiderium scientiæ spiritualis eorundem totus aspirat/ virtutibus ipsorum ad altiora mentem euehētibus prorsus innixum. Is autem vocatur sanctæ plebis ordo: per omnē progressus purgationem/ & sacro mysteriorum cōtuitu atq; sumptione iam dignus habitus. Plebs sācta

101 ¶Demū initiandorū omnium altissimus & supremus ordo/ est sancta monachorū contio: perfecta purgatione/ expiatoria virtute/ omniq; actionum suarum puritate prorsus emundata. ōnis itē quantū sibi īspicere permissum est: sanctæ mysteriorū operationis inspectrix atq; particeps facta/ & hanc ob rem perfectius illuminata: perficientibusq; pōtificum virtutibus vt consummetur tradita. Ipsorum autem præsulum diuinis institutionibus ac traditionibus instructa monachorum sacra distinctio/ & conspecta pro sui gradus qualitate sacramentorum spiritualia mysteria ediscens: per sacram huiusmodi mysteriorum scientiam & mysticam intelligentiam/ ad eximiam perfectionem diuina quadam ratione & via perducitur. Vnde sancti apostoli & primi ecclesiasticæ hierarchiæ ordinatores: huius tertij ordinis viros/ dignis admodum & honoratis nominibus appellarunt. vocantes ipsos nūc therapeutas: id est famulos & cultores/ a puro dei famulatu ac cultu cui se addicunt. nunc monachos/ ab indiuidua & vnica vita: quæ eos per sanctas diuisibiliū affectuū in vnū cōplicationes ac collectiones/ in diuinam vnitatem singularemq; perfectionem promouet. Idcirco diuina constitutio secundū ecclesiasticæ hierarchiæ leges/ gratiā illis qua perficerentur indulsit: & consecrantem ipsis inuocationē quę ipsos consummaret atq; perficeret/ assignauit. nō quidē pontificalē: quia hæc consecratio quæ a pontifice fit/ in solis ordinibus sacris fieri debeat. sed sacerdotalem/ & quæ a sanctissimis sacerdotibus secundo loco post pontificalem consecrationem exercetur: vt sequens ostendit determinatio. Monachi.

102 ¶Mysterium monasticæ consummationis. Cap. VI. pars II.



STat quidē sacerdos ante sacrū altare: monasticā imprecationē psallens. ille autē post sacerdotē astat non vtrūq; ponēs genu/ non alterū/ non habēs imposita sacra eloquia capiti: verū solum sacerdoti astans/ mysticā super illum inuocationē prosequenti. Ea vero finita/ sacerdos ad eū accedēs interrogat primū: an renunciet diuisibilibus omnibus nō solum S vitis/ verū imaginibus quoq; ac phantasijs. Deinde exponit illi perfectissimam vitam. illud aperte contestans/ oportere illum medio longe antecellere. Vbi vero ille ista omnia intente promiserit: consignans eū crucis signo sacerdos tondet/ trinas diuinæ beatitudinis personas inclamans. exutumq; veste omni: aliā induit. & cum sanctis alijs (qui astant) viris/ ipsum salutās: diuinorum mysteriorum participem efficit.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶An renunciet diuisibilibus omnibus non solū vitis: verum imaginibus quoq; ac phantasijs. Diuisibiles vitæ sunt sæculares & mundanæ: quæ ad implicationes mundi/ negocia sæcularia diuisibilia & multiplicia tendunt/ & a verorum & vnorū contemplatione amouent atq; distrahunt. Et reuera eæ sunt illæ spinæ quæ diuinum semen in cordibus nostris seminatū suffocāt: vt summa bonitas nos S

per Matthęum cap. decimotertio ammonet; & per Lucam cap. octauo. vt cauti has vitas diuisibiles fugientes: ad saluatricẽ nos colligamus vnitatem.

Mysteria monasticæ consũmationis ex apostolico ritu.		Præsens ecclesia
Sacerdos consũmans ante sacrũ altare monasticã inuo-		suũ seruat ritũ.
cationem psallit.		
Consũmandus post psallentẽ sacerdotẽ erectus astat.		
Interrogat sacerdos an abrenunciet diuisibilibus omnibus & vitis & phantasijs.		
Ei quoq; perfectissimæ illius vitæ statum exponit.		
Promittit consummandus.		
Consignat eum sacerdos: vitali signo crucis.		
Crines detondet.		
Trinas inclamat beatitudinis diuinæ personas.		
Exuit eum veste omni/ & aliam induit.		
Castissimo salutat eum osculo cũ sanctis qui astant viris.		
Salutatum ad deificam communionem vocat.		

¶SECVNDAE PARTIS SEXTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM. 102



Monasticæ consummationis mysterium ex apostolico ritu: hoc loco describit sacer Dionysius. In quo primum sacerdos cõsummationem illam facturus: sancto astat altari/ psalmorum cantica huic rei accommodata psallens. Qui vero monasticam consummationem suscepturus est/ post sacerdotem astat altari: neq; vtrumq; neq; alterum genu in terram flectens/ neq; sacra habẽs eloquia capiti imposita: sed duntaxat sacerdoti astans/ psalmorum super ipsum cantica psallenti. Finita autem huiusmodi inuocatione diuina: sacerdos ipsum consummandũ accẽdens interrogat primum/ an abrenunciare velit omnibus vitis sæcularibus & mundanis/ animos humanos a deo diuidentibus atq; in diuersa rapientibus/ nec illis solum: verũ etiã omnibus illarum vitarum affectibus & cogitatibus. Deinde illi declarat perfectissimam vitam deinceps ducendam/ manifeste testificans & asserẽs: oportere ipsum in vitę perfectione/ medio initiandorum ordine qui plebis est sanctę/ longe antecellere. Postq̃ vero ipse monastica professione consummandus/ omnia ista se facturum obnixe promiserit: sacerdos eum signo crucis consignans/ tondet crines capitis eius/ simul tres summæ diuinitatis personas inuocans. Deinde exutũ priori veste aliam ipsum induit/ & cũ sanctis qui præsentes sunt alijs viris ipsum osculo sancto salutans: ad sanctæ eucharistiæ communionem vocat.

¶Spiritualis sensus. Cap. VI. pars III. 103

Q2 solũ erectus monastice consũmãdus assistat sacerdoti.



Quod neutrum genu ponat/ neq; habeat euãgelia imposita capiti/ assistatq; sacerdoti imprecationem psallenti: monasticum significat ordinem non alios ex officio adducere/ sed in seipso subsistere. in vnico/ sacroq; statu sacerdotales sequentem ordines: ab ipsis/ vt asseclam ad diuinam sacrarum rerum pro ordine suo scientiam obtemperanter 104
adduci. ¶Porro diuisibilium non modo vitarum/ verũ imaginationũ quoq;
T abrenũciatio: supremam illam monachorum philosophiam indicat/ dũ
V in scientia operatur vnientium mandatorum. est enim (vt dixi) non medij ordinis: sed omnibus celsioris. Idcirco plurima quæ impune a medio geruntur ordine: monachis omnino interdicuntur. quippe qui vnũ ipsum ambire debent/ & ad sacram monadem cogi: atq; ad sacerdotalem (quantum fas est) formari vitam/ & vt in plurimis illi congruen- 105
tẽ. Nullus quippe ex ordinibus reliquis: illi propinquat magis. ¶At vero crucis sanctæ signaculum (vt iam dictum est) mortificationem om-

Quid signaculi sanctæ crucis impressio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

106 niuiũ ſimul carnalium cupiditatum ſignat. ¶ Porro tonſura crinium: vi-
tam mundiſſimam indicat/ & nulla figura fucatam. & quæ nullis fictis
coloribus inductis animi deformitatem exornet: ſed ipſa in ſeipſa non
humanis venuſtatibus ſed ſingularibus & vnicis/ ad dei exactiſſimam ſi-
107 militudinem properet. ¶ Prioris autem veſtis poſitio/ alteriuſq; aſſum-
ptio: migrationem illam a media vita(ſacra licet) ad perfectiorem ſigni-
ficat. Sicut in diuina regeneratione: promotionem indicabat a purgata
vita ad contemplantem illuminantemq; habitum/ illa veſtis candentis im-
108 mutatio. ¶ Qꝫ ſi modo quoq; tam ſacerdos q̃ circũſtantes reliqui viri
ſancti/ ſic dicatum conſalutant: ſacram intellige dei præferẽtium ſpeciem
109 ſocietatem/ qua ſibi inuicem cum lætitia & charitate gratulantur. ¶ In fi
ne vero omnium/ ſacerdos ad diuinam ita inſtructũ communionem vo-
cat: aperte ſatis inſinuans/ eum qui ſic conſummatus eſt(ſi ad monachicũ
& ſingulare inſtitutum veraciter venit) non modo contemplatorem fore ſa
crarum ſecundũ ſeipſum rerum / ſiue medij ordinis in morem ad com-
munionem ſanctiſſimorum ſignorum acceſſurum: verum eorum quæ per-
cepit ſacramentorum auguſtiore ſcientia fretum (alio q̃ ſanctus populus
110 modo) ad communionis diuinæ participationem admittendum. ¶ Quo-
circa ſacris quoq; ordinibus/ quãdo proprijs officijs & expiationibus cõ
ſummantur: in fine ſanctiſſimarum conſecrationum ſuarum ſanctæ eucha
riſtiæ communio traditur a ſacrante pontifice. non ſolum quoniam diui-
norum participatio myſteriorum/ cuiuſq; ſacroſanctæ participationis eſt
ſumma: verum quia ipſius quoq; cõmunicabilis & ſacratiſſimi muneris/
ſacri omnes ordines (pro ſua quiq; ratione) participes ſunt. vt per id: ſub-
111 uehantur & perſiciantur in deum. ¶ Concluſimus igitur: ſancta quidem
myſteria/ purgationem eſſe & illuminationem atq; perfectionem. mini-
ſtros vero: purgantem ordinem. ſacerdotes autem: illuminantem. conſum-
mantem autem ſiue conſecrantem: diuinos eſſe pontifices. Porro purgan-
dorum ordo is eſt: qui ſacræ ſpeculationis & cõmunionis eſt exors/ quip-
pe qui purgatur adhuc. At ſpeculatiuus ordo: pius eſt populus. conſũma-
tus vero: ſingularium monachorum eſt proprius. Ita noſtra ſacra perſun-
ctio dum ordinibus diuinitus traditis aptius congruit: hierarchijs cœleſti-
bus ſimilis eſt/ ipſius(quantũ viris fas eſt) ad dei imitationem effictos diui
noſq; characteres ſeruans. ¶ Verum obijcies forte: cœleſtibus hierarchijs
purgandos deeſſe ordines. Neq; enim fas eſt dicere/ neq; dici veraciter
poteſt: vllam eſſe cœleſtem diſtinctionem obnoxiam ſceleri. Equidem
integras omnino eſſe/ et caſtitate eximia excellentiſſime præditas: conſtan
ter aſſeuerauerim/ niſi pijſſima intelligentia penitus excidam. Nam &
ſi qua ex his dedit maliciæ manus: cœleſti atq; inconfuſa decidit diui-
norum ſpirituum congruentia/ inq; obſcuram turbarum a deo deficien-
tium eſt prolapſa ruinam. ¶ Verũ enimuero dicere poſſumus: in cœleſti
hierarchia purgationem eſſe ſpiritibus inferioribus: cum a deo edocentur
quæ interim ignorabant. fulgore illos diuini radij ad perfectiorẽ ducente
diuinarum notionũ ſcientiam: atq; earum rerũ ignorantia(quarũ nõdum

Quid crinium tõſura.
Quid prioris veſtis poſitio: & alterius acceptio.
Quid ſacerdotis & aſſiſtẽtium ſic cõſummati cõſalutatio.

Cur conſũmatũ ad ſãctã cõmunionẽ vocat ſacerdos.

Cur ſacrorũ ordinũ cõſummationibus pactis cõſecrati ad diuinã vocãtur cõmunionem

Epilogus multorũ pcedentium

X

De caſu dæmonum.

ſcientiam habuerant) veluti expiante/ per primas diuinioreſq; ſubſtantias. vt ſic ad ſuperiores diuinarum ſpeculationum liquidioreſq; fulgores ſubuehantur. Ita ſunt & qui illuminantur ordines/ & qui conſummantur. Purgantes item & illuminantes ac perficientes in hierarchia cœleſti: quando ſupremæ illæ diuinioreſq; ſubſtantiæ/ inferiores ſacras cœleſteſq; diſtinctiones ignorantia omni emundant in ordinibus ac proportionibus cœleſtium functionum/ ipſaſq; ſacratiorum doctrinarum fulgore implent/ atq; perficiunt caſtiſſima diuinarum intelligentiarum
Z diſciplina. Et nos enim iam diximus/ & eloquia ſacra diuine dictarunt: non eaſdem eſſe cœleſtes diſtinctiones omnes/ neq; tantundem valere in omnibus ſacris perceptionibus illuſtrationum diuinarum. Cæterum ex deo quidem continenter primas illuſtrari: per illas vero ex deo rurſus inferiores quoq; pro captu ſuo edoceri/ ac percipere clariſſima diuini radij lumina.

T ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Dum in ſcientia operatur: vnientium mandatorum. Vnientium: deo nos coniungentium/ qui vere ipſum vnum eſt/ & om-
V nium rite coniũctorum vnio. ¶Eſt enim (vt dixi) non medij ordinis: ſed omnibus celſioris. Medij ordinis: ſcilicet ordinis ſanctæ plebis. ſed omnibus celſioris. Omnibus:
X omnibus ordinibus initiandis. ¶Iſta noſtra ſacra perfunctio dum ordinibus diuinitus traditis aptius congruit. Diuinitus traditis dicit: quia quæ apoſtoli ordinauerunt/ ſpiritu ſancto (quem promiſſum patris acceperunt) ſuggerente & monſtrante omnia/ apertius etiam ac lucidius q̃ angelo monſtrante Moſes: didiciſſe credendum eſt. De quibus ipſemet dominus teſtatur Ioannis capite decimo ſexto. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quæcunq; audiet loquetur/ & quę ventura ſunt annunciabit vobis. Et ſiuiſſe illa per negligentiam minus obſeruari/ pietatis fuit extinctio & inducta rebus ſacris confuſio: vbi ordo deo gratiſſimus locum habebat/ ad diuinorum ſanctiſſimis apoſtolorum intelligentijs monſtratorum imitationem. Secundum enim diuiniſſimum exemplar a ſpiritu ſancto illis oſtenſum/ melius formabant omnia: q̃ ipſe Moſes ſecundum typum legis/ legalia. Sed O ſumma bonitas reuela oculos tuorum miniſtrorum/ tuorum pontificũ:
Z & adiuua vt reparentur reparanda/ & formentur reformanda. ¶Et nos enim iam diximus/ & eloquia ſacra diuine dictarunt: nõ eaſdem eſſe cœleſtes diſtinctiones omnes. Id ex doctrina beatiſſimi Pauli cap. ſexto cœleſtis hierarchiæ dictum eſt: & in ſcholijs cap. quinti ex ſacrarum litterarum teſtimonijs oſtenſum.

¶TERTIAE PARTIS SEXTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Enſum ſpiritualem eorum quæ viſibiliter in monaſtica conſummatione geruntur/ explanat ſacratiſſimus pater: primum id proponẽs. Qz 103
monaſtice conſummandus ſolum erectus aſſiſtat pſallenti ſacerdoti/ neutrum flectens genu neq; ſacra habens eloquia capiti impoſita: id ſignificat ꝙ monaſticus ordo non alios ad deũ ex officio proprio adducit/ ſed in ſeipſo ſubſiſtit/ ad alios ſubuehendos nequaq̃ progrediens. Deſignat item/ ꝙ idẽ monaſticus ordo in vnicę & ſingularis vitæ ſtatu ſacros ſequẽs ordines/ pontificũ ſcilicet ſacerdotum & miniſtrorũ: ab ipſis ordinibus ſacris vt comes & pediſſequ9/ ad ſacrã diuinarũ rerũ notitiã ſecũdũ ſuũ gradũ obe- 104
dięter adducitur. ¶Diuiduarũ autẽ non ſolũ vitarũ ſed & imaginationũ internarũ abrenunciatio: ſupremam illam monaſticæ vitæ diſciplinam ac profeſſionem nobis indicat/ diuina mandata homines ad deum vnientia atq; colligentia/ opere complentem atq; exequentem. Quippe monaſticus ordo non medij eſt initiandorũ ordinis ſcilicet plebis ſanctę: ſed omnibus reliquis huiuſmodi ordinibus/ excelſioris eſt & ſublimioris gradus. Hãc ob rẽ cõplura quæ a medio recte gerũtur & populi pij ordine: monachis oĩno vetãtur ac ꝓhibẽtur/ vt cõnubialis thorus & ꝓprię rei poſſeſſio. quoniã monachi ex vitę ſuę

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D


instituto: ipsum summe vnum amplecti & expetere debent. & contempta vitarum di-
uisibilitate: ad ipsam singularem colligi vnitatẽ. quinimmo ad eorũ qui sacris ordinibus
addicti sũt efformari vitam: quæ ipsi monachico statui in permultis cõgruit. Nullus enĩ
ex reliquis initiandorũ ordinibus/ magis appropinquat ipsi vitæ sacerdotali & sacros or
105 dines adeptorum: q̃ monachus. ¶ Crucis vero sanctæ signum/ consummando impressũ:
insinuat nobis (vt in tertia præcedentis capitis dictũ est parte) mortificationẽ atq; repres Nũero. 95.
106 sionem omniũ affectuũ & cupiditatum sæculariũ. ¶ Tonsura autem crinium: vitã mo-
nachi designat purissimam/ & nulla fictione simulationeue adumbratam. vt quæ animi
turpitudinẽ fœditatẽq; morũ: nulla ꝓbitatis specie/ vmbra aut colore ficte contegat. quę
etiam non in hominũ oculis & ore/ quinpotius in seipsa & secundum veritatem: fera-
tur nude & veraciter ad dei similitudinem/ imitatione virtutum induendam. non hu-
mana quidem venustate & apparente decore: sed singulari & vnica diuinæ ęmulationis
107 congruentia. ¶ Deinde prioris vestis depositio & alterius assumptio: emigrationem a
media vita scilicet plebis sanctæ (licet sacra sit & pia) ad perfectiorem vitam indicat. Si-
cut & in baptismi susceptione/ illa candidæ vestis circũpositio: indicare dicta est prouę- Nũero. 16.
108 ctionem illam a purgata vita per baptismum/ ad contemplantem sacra & illuminantem
chrismatis & eucharistiæ participatione vitam. ¶ Qz autem tam sacerdos consummati-
onem peragens q̃ astantes cæteri viri sancti/ sic dedicatum deo in osculo sancto consalu-
tant: significat (vt & ante dictum est) sanctam eorum societatẽ qui dei præ se ferũt ima-
ginem/ nostræ ad bonum promotioni cõgaudentis. Ita & huius sacræ societatis viri: si-
109 bi inuicem cum lætitia & casto amore de suscepto bono gratulãtur. & hęc gratulatio: per
osculũ signatur. ¶ Postremo omnium/ ipse sacerdos ita consummatum ad sanctam inui
tat eucharistiam. quo insinuet eum qui sic deo mancipatus est/ si ad seruandũ monasticę
vitę institutum vere & ex animo venit: non solum contemplatorẽ inspectoremq; futurũ
sacrorum mysteriorum ex sui ordinis gradu/ neq; ipsum ad cõmunionẽ sancti panis & ca
licis benedicti accessurũ more medij initiandorum ordinis/ scilicet plebis sanctæ. verum
ipsum monachum imbutũ ac instructum excellentiore sciẽtia notioneq; illorum quę sũ-
psit sacramẽtorum: longe subliniore q̃ sanctus populus modo/ admittendũ esse ad san-
110 ctæ eucharistię cõmunionem. ¶ Eãdem ferme ob causam ipsis sacros ordines suscipiẽti-
bus/ pontificibus/ sacerdotibus & ministris/ cum ad finem perductę sunt ipsorum conse-
crationes: sanctę eucharistię participatio traditur a consecrante eos pontifice. Nõ solũ
quidem ob hãc rationem/ quoniã sacrosanctę eucharistię perceptio: finis est & cõplemẽ Nũero. 31.
tum cuiusq; sacramentorũ participationis/ vt superius dictũ est. sed etiã quia omnes/ sa-
cros ordines sortiti: participes sunt pro suo quisq; gradu ipsius diuini muneris/ sine sui
diminutione omnibus communicabilis/ sacratissimę scilicet eucharistię. vt per id super-
cœleste munus/ promoueantur & perficiantur in deum: quod omnium maxime præ-
111 stat ipsa sancta communio. ¶ Deinde epilogum eorum quę superius dicta sunt cõstrin-
git diuinus pater: dicens ex supradictis ostensum & manifestum esse/ ꝙ tria sunt eccle-
siasticę hierarchię munera atq; officia: scilicet purgatio/ illuminatio & perfectio. ꝙ item
ministri: purgantem constituunt ordinem. sacerdotes: illuminantem. pontifices vero:
perficientem & consecrantem. Rursum ꝙ purgandorum ordo is est: qui inspectionis
sacrorum & perceptionis expers est & immunis/ nam adhuc a priore labe purgatur.
Speculatiuus autem & sacrorum inspectiuus ordo: sanctus est populus. Consumma-
tus autem & perfectus ordo: monachorum est peculiaris. Et hoc pacto ecclesiastica hie
rarchia cum ordinibus diuina sanctione traditis subnixa/ dispositissima venustate con-
grue subsistit: hierarchię cœlesti persimilis est/ ipsius characteres formas & signa ad
dei imitationem efformata integerrime seruans: quantum humana possunt ad cœ-
lestium similitudinem euadere. Est enim cœlestis hierarchia: vt præcipua & primiti-
ua forma. ecclesiastica vero: vt eius imago/ typus & figura. ¶ Obiectionem ponit:
occasione eorum quæ modo dicta sunt obortam. Dicet enim fortasse aliquis: in cœ-
lesti hierarchia nullos esse purgandos ordines. Non enim vere quispiam dixerit/
vllos esse cœlestes spiritus peccato obnoxios: quo indigeant purgari. Omnes enim
supernæ angelicæq; substantiæ/ integræ sunt: virtute & eximia puritate præditæ. quod
quisquis asseruerit: nequaquã veritate excidet/ aut recta intelligentia. Ea namq; im-
mortalium spirituum turba quæ næquitię succubuit/ cessitq; malitię: a diuinorum spi-
rituum recto decidit ordine/ & in tristem (a qua nunquã erigetur) prolapsa est ruinam.

Ecclesiastica vero hierarchia purgandos habet ordines/etiam quadruplices: vt superio
Nũero. 100 ra monstrarunt. Non est igitur ecclesiastica hierarchia effigiata ad similitudinẽ cœlestiũ
distinctionũ. ❡Respondet diuinus pater. ꝙ in cœlesti hierarchia inferiores spiritus an-
gelici purgationem habent/ non quidẽ a peccato ante contracto: sed ab ignorãtia/ cum
a deo ea docentur quæ ante ignorabant. quando scilicet diuini radij fulgor illos ad per-
fectiorem ducit diuinarum rerum cognitionem q̃ prius habuerant: & priorum superio-
rũq; angelorũ ministerio ipsos expiat atq; purgat earũ rerũ ignorãtia/ quarũ ãte necdũ
scientiam habuerant. vt hoc pacto: inferiores angelici spiritus/ ad clariores diuinarũ no
tionum speculationes promoueantur. Sunt & in cœlesti hierarchia ordines qui illumi-
Nũero. 17. nãtur/ & qui perficiuntur: vt ex præcedenti libro iam perspicuum euasit. Sunt itidem
in eadem/ordines purgantes/ illuminantes ac perficientes: quando ipsæ supremæ cœ-
lestes substantiæ/ inferiores functiones angelicas omni ignorantia purgant secundum
debitam cœlestium actionum proportionem/easdemq; diuinarum scientiarum fulgori-
bus illuminant/atq; sacratissima altissimarum intelligentiarum disciplina perficiunt.
Enimuero & superius id dictum est/& diuinorum eloquiorum testimonio comprobatũ:
ꝙ non eiusdem gradus & perfectionis sunt omnes cœlestium virtutum distinctiones/
neq; æqualiter valent omnes aut paris sunt virtutis/ ad percipiendos diuinarum illu-
strationum fulgores. sed primas cœlestes substantias proxime ac immediate a deo illu-
strari: inferiores vero etiam ex deo/sed ipsarum primarum officio (quamq; pro suo ca-
ptu) edoceri: atq; percipere clarissimos diuini radij iactus. Verum de his hactenus.

❡De ijs quæ in quiescentibus fiunt. CAP. VII. pars. I.

His vero ita diffinitis/necessarium reor & ea exequi quę a no- 112
A bis in ijs qui obdormierũt: caste gerũtur. Nã ne istud quidẽ:
sacris prophanisq; cõmune est. verũ vt vtrorũq; vitæ est spe
cies varia: ita vbi in mortem ierint. Ij quidem qui sacram te-
B nuere vitam: in veras dei repromissiones intuẽtes (vt qui ve-
ritatem ipsarum: in sua inspexerint resurrectione) firma &
certissima cum spe/ diuinaq; leticia ad mortis tendunt finem: quasi ad san-
ctorum certaminum vacationẽ. non ignorãtes in exactissima et immortali
vita & salute/fore sua omnia: per futuram integram resurrectionem suam.
C Sanctæ profecto animæ cũ in hac vita possint ad deteriora cõuerti: in rege-
neratione id habituræ sunt/ vt ex dei similitudine ad inconuertibile transe-
ant. At vero casta sanctarum animarum corpora (cum quibus vna & vitæ
mortalis iter egerunt: & simul descripta sunt/simulq; certarũt) pro sacris su
doribus suis in animarum immutabili secundũ diuinam vitam firmitate ac
D sede/resurrectionem quoq; vna recipiẽt propriam. Inserta enim animabus
sanctis (quibus hac in vita iuncta fuerant: vt CHRISTI effecta membra)
diuinam atq; immortalem/beatamq; recipient requiem. In ijs ergo est san-
ctorum quieta obdormitio in leticia & spe immobili: cum ad sanctorũ cer-
taminũ peruenerint finẽ. Porro ex prophanis partim quidẽ animas in id
euanescere vt non subsistãt arbitrantur: irrationabiliter omnino. partim cor
poralem cõiunctionem a suis animabus abrũpi penitus/vt eis diuina in vi-
ta & beatissima requie minus congruentẽ: non intelligentes/neq; satis magi
sterio diuino edocti/vt iam cœpta sit nostra in CHRISTO sacratissima
vita. Alij vero animabus aliorũ corporũ coniugia tribuũt: iniurijs (vt reor)
quantum in se est afficientes corpora/quæ cũ sanctis animabus laborarunt:
sacrisq; retributionibus parum honeste priuantes/ quæ ad finem sanctissi-
mi cursus peruenerunt. Alij rursus nescio quo pacto ad carnales cogitati-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



ones declinantes: dixere pręsenti vitę similē/eam (quæ sanctis promissa est) sanctissimam & beatissimam requiem. cibosq; vitę variabilis pprios: ijs q ęqua- E
les angelis sunt euasuri/nefarie applicuerunt. Sed absit vt vnq̃ sanctus aliquis vir: in istiusmodi errores incidat. Norũt pfecto se totos percepturos exactissimam ad CHRISTI speciem/requiem: cum ad pręsentis finem vitæ peruenerint. viamq; ad immortalitatem suam e vicino iam clarius intuentes: diuinitatis laudãt munera/ diuinaq; leticia gestiũt. non iã ad deteriora conuersionem metuentes: sed parata bona se firmiter perpetuoq; habituros probe noscẽtes. Qui vero inquinamentis / impurisq; maculis pleni sunt (si quidem aliquid sacræ instructionis hauserunt: eaq; perniciose ab aio abiecta/ad corruptrices libidines sũt deuoluti) cum ad vitæ huius peruenerint metas: non iam eis æque despicabilis apparebit scripturæ sacræ diuina sanctio. perniciosasq; viciorũ suorum voluptates aliis aspicient oculis: beatamq; vitam (qua imprudẽter excidere) laudantes/inuiti miserabiliter excedũt seculo/nulla subnixi spe propter deterrimã vitã. Cũ vero nichil ex his contingat in sanctorum virorũ dormitione/ is quidem qui ad finem suorum certaminũ properat: sancta leticia impletur. magnaq; cum iucũditate/ fœlicissimæ regenerationis iter scãdit. Defuncti vero propinqui sancta propinquitate/morumq; similitudine: ipsum qui talis est prædicant/ꝙ ad optatũ victoriæ peruenerit finem. authoriq; victoriæ/laudes cum gratiarum actione persoluunt: seipsos quoq; orãtes ad similem requiem admitti. Sumentes autem ipsum ad pontificem ducunt/quasi coronis donãdum sacris. hunc ille libenter suscipit/eaq; peragit: quæ diuino instituto super sancte quiescentibus fiunt.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Nam ne istud quidem: sacris prophanisq; cõmu- A
ne est. sacri: initiati/qui extra cõmunionis participationem non sunt. prophani: non initi- B
ati/& qui extra cõmunionem sũt/qui & reiecti. ¶Vt qui veritatem ipsarum in sua inspe-
xerint resurrectione. Sua: refertur ad dei. et sensus est. intuentes veritatem ipsarum re- C
promissionum dei: in sua ipsius dei (qui CHRISTVS deus homo est) resurrectione. ¶In D
regeneratione id habituræ sunt. In regeneratione: ex mortuis / in resurrectione. ¶Inser-
ta enim animabus sanctis: quibus hac in vita iuncta fuerant. Inserta: iuncta/atq; reunita. E
¶Iis qui ęquales ãgelis sunt euasuri: nefarie applicuerunt. Marcus capite duodecimo. Nonne ideo erratis nescientes scripturas atq; virtutem dei? Cum enim a mortuis resurrexerint/ neq; nubent neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in cęlis. Et qui animas cũ corporibus extingui posuere: manifeste cognoscuntur Saducei. qui sine corporibus resurgere: Simon magus/Menander/Martion. qui cum corporibus extraneis: quidam qui parum descierunt a Menandro & Martione. Qui ad cibos/potus & huius præsentis vitæ

Cap.
7
pars
1

fallacia blandimenta resurrectionem prædicarunt: vt Papias Hieropolitanus. quorum
omniū potuerat beatissimus pater: suo tempore absurdas & irrationabiles audiuisse sen-
tentias/& meræ insaniæ plena deliramenta.

¶PRIMAE PARTIS SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM.



DEterminanda deinceps proponit primū sacer Dionysius: dicēs ꝙ post
explicatam monasticæ consummationis & triplicis initiandorum ordi-
nis rationē/ operæpreciumerit ea pertractare quæ ecclesiastico ritu re-
cte peraguntur circa eos qui ex hac vita migrarunt. Nam expleto vitę
cursu obdormire fœliciter & sancte quiescere: non est commune sacris
ac qui pie vixerunt/ & prophanis qui a fidei syncæritate & mandatis
dei aberrarunt. sed queādmodum diuersum est vitę amborum genus:
ita & differēs post obitum status animarū atq; conditio. & pro operum suorum hic per-
actorum diuersitate: alia & alia post mortē qualitas ac dispositio animarū. Sane ij qui
sanctam duxerunt vitam: animo attendentes veras dei repromissiones/ sacris & pijs fa-
ctas (quarum veritatem & exhibitionē in ipsius CHRISTI resurrectione perspexerūt:
vt in propria etiam resurrectione eas cōplendas firmius sperarent/ idq; futurum procul-
dubio in membris crederent: quod iam præcessit in capite) cum firma & certissima æter-
norum bonorum spe ingentiq; animæ leticia/ad vitæ tendunt exitum: quasi ad assiduo-
rum certaminum quæ hoc in mundo gesserunt completionem & terminum. certum ha-
bentes ꝙ in immortali cœlestis vitæ gloria erunt rursum eis omnia reddita per integrā
resurrectionem suam: quæ ad humanæ constitutionis attinent complementum/ & nunc
per mortem ipsis adimūtur. Siquidem sanctæ iustorum animæ cum in hac vita propter
liberi arbitrij vertibilitatē possint ad peiora deflecti & non deflectantur: in extrema om-
nium resurrectione id pro pręmio assequentur/ vt ex deiformitate deiq; similitudine ad
inconuertibilem a bono statum sint transituræ. Ipsa vero munda piarum animarū corpo-
ra/ quæ cum ipsis animabus simul hanc mortalis vitæ peregrinationē peregerunt/ simul
ad subeundum in hoc mundo certamen designata & deputata sunt/ simulq; prælia do-
mini certarūt: pro sanctis suis laboribus in hoc certamine peractis immutabilitatē & fir-
mitatem cum animabus suis diuināq; vitam adepta/ resurrectionem etiā vna consequen-
tur. Rursum enim vnita suis animabus quibus hac in vita ante iuncta fuerant/ et secun-
1.corin.6. dum beati Pauli sententiā effecta per sanctimoniā CHRISTI mēbra: æternam & placi-
dissimam consequentur requiem/ nulla interpolandā morte. In ijs igitur corporibus san-
cti & iusti placide & quiete obdormiunt in domino/ in spirituali leticia & spe certissima:
cum ad laborum huius vitæ peruenerint finem. ¶Cęterū ex prophanis & de sacrę fidei
mysterijs perperā sentientibus: nonnulli putant animas cum corporibus soluuntur/ om-
nino euanescere/ vt nullo modo deinde subsistant. sed irrationabiliter id arbitrantur: po-
nentes animas humanas non minus q̃ brutorū mortales esse/& substantię interitū susti-
nere. Alij vero ponūt in resurrectione extrema/ corpora a suis animabus diuelli penitus
et perpetuo separari: tanq̃ minus congruentia animabus in vita illa cœlesti atq; immor-
tali/ propter terrenā suam & crassam substantiam. Et hi resurrectionem quidem fieri po-
nunt animarum: sed sine corpore. primi vero penitus tollunt & negant futuram resurre-
ctionem. Verum hi secundo loco adducti nō satis intelligunt/ aut ex euāgelico sunt testi-
monio edocti: quomodo nostra in altero sæculo futura vita/ in CHRISTO ex mortuis
rediuiuo iam sit inchoata. Atqui CHRISTVS anima sacratissima suo corpori coniūcta/
resurrexit a mortuis: & non ipsa anima destituta cōmercio corporis. Nos igitur omnes
ita resurgemus: animas habituri rursum suis corporibus vnitas. Rursum alij animas alie-
nis corporibus/& non ijs quæ in hac vita habuerant: in resurrectione cōiūgendas astru-
unt. Sed hi iniurijs (quantū in se est) afficiunt casta corpora: quæ cum sanctis animabus
in huius vitæ agone desudarunt. & congrua mercedis retributione ea priuant corpora:
quæ ad finem stadij huius vitæ in perseuerantia virtutis peruenerunt. Quomodo enim
illa iustam recipient mercedem: si non suis animabus quę simul vna decertarūt/ sed alijs
et fortasse reprobis iungentur? Certe non est id diuinæ ęquitati & iustitiæ consonū. De-
mum alij carnalibus cogitationibus futuram vitam metientes: dixerunt sanctissimam et
Lucæ.20. perpetuam requiem quæ sanctis promissa est/ similem omnino fore pręsenti vitę ac sensi-
bili. & iis ipsis qui diuino testimonio ęquales angelis sunt futuri: stolide ac impie attribu-
erūt cibos & potus corporales/& cęteras vitæ mutabilis ac īteritūræ delicias. Sed auer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tat hoc deus: ꝙ vnq̃ vir ſãctus & pius/in huiuſmodi abſurdas cogitatiões incidat. ℂNo=
uerunt plane qui pij ſunt & ſancti/ſe totos in anima ſcilicet & proprio corpore perceptu=
ros in poſtrema illa regeneratione perfectiſſimam requiem; ad ipſius CHRISTI a mor=
tuis ſuſcitati ſimilitudinem. & hac ſpe ſubnixi ſunt/cum adhuc pręſentem agunt vitam:
et cum ad eius finẽ perueniunt. Quinimmo in huius mortalis vitę meta & termino con=
ſtituti/videntes iam e vicino viam adeſſe per reſolutionẽ mortis ad immortalitatẽ ſuam/
in ſęculi conſummatione complendã: diuinæ bonitatis laudant beneficẽtiam/ & interna
geſtiunt quam deus illis aſpirauit leticia. non amplius lapſum ad deteriora formidãtes/
queãdmodum totius vitę curriculo metuerunt: ſed parata ęternæ vitę bona ſe perpetuo
poſſeſſuros certo cognoſcentes. Porro qui inquinamẽtis peccatorũ & ſordidis viciorum
maculis obſiti ſunt: ſi ſuſcepta veræ fidei profeſſione/ perceperunt recte viuendi do=
ctrinam/ſed ea prorſus animo exploſa neq̧ operibus comprobata/ ad pernicioſas cupi=
ditates & libidines ſunt prouoluti: cum ad vitæ huius finem peruenerint/ non iam con=
temptibilem iudicabunt aut irridendã ſcripturæ ſacræ veritatem: ſicut toto vitæ tẽpore
illam deſpicabilem putarunt & aſpernandã. ſuas item illecebroſas voluptates tunc dãna
bunt & deteſtabuntur: quas prius auidiſſime fuerant proſecuti. laudanteſq̧ vitam virtu=
tibus & mandatis dei deditam/quam hactenus contẽpſerunt: inuiti & reluctãtes ob ma
lorum ſuorũ conſcientiam/miſerrime hac vita excedunt/nulla omnino ſpe futurorũ bo=
norum freti propter vitæ ante actæ improbitatem. vt merito de talibus dictum ſit: mors Pſal. 33.
peccatorũ peſſima. At vero cum nichil horũ contingat in ſanctorũ virorum obitu/ quo=
niam precioſa eſt in conſpectu domini mors ſanctorũ eius: is profecto qui vitæ in ſancti= Pſal. 115.
monia tranſactæ ſibi conſcius/ ad ſuorũ laborum finem tendit: diuina repletur letitia/et
cum ſumma animi iucunditate/ futuræ in fine mundi beatæ regenerationis iter ingre=
ditur & viam inchoat. Atqui ipſius defuncti/non tam ſanguine q̃ ſancta morum ſimilitu
dine propinqui: ipſum iam vita functũ digna cõmẽdatione prædicant/ꝙ ad optatũ pal
mę finẽ iã ſecurus periculi peruenerit. deoq̧ ſãctę victorię authori debitas laudes cum
merita gratiarum actione perſoluunt: petentes & ſeipſos/ tandem cum finis vitæ adue=
nerit/ad conſimilem laborum requiem aſſumi. Deinde ſumentes ipſum defunctum pro=
pinqui ad pontificem ducunt: quaſi finito iam certamine victricibus coronis muneran=
dum. Illum pontifex benigniter ſuſcipit: et ea peragit quę ex diuina conſtitutione ſuper
ijs qui pie obdormierunt fieri debent.

ℂMyſterium ſuper ijs qui ſancte quieuerunt CAP. VII. pars II.

113 
Oacto ſancto cœtu/venerãdus antiſtes ſi quidem ſacerdo= F
talis ordinis fuerat qui obdormiuit: ante ſanctum altare in=
clinans eum/orationem ad deum inchoat & gratiarum acti
onem. Si autẽ aut honeſtiſſimis monachis aut ſanctæ plebi
inſertus erat: ad venerãdum ſacrarium/ipſum ante ſacerdo= G
tum reclinat ingreſſum. deinde precem cum gratiarum acti=
one peragit præſul. Deinceps vero miniſtri diuinis inſerta eloquijs veriſſi H
ma de noſtra reſurrectione promiſſa recitantes: cõſentanea tantũdemq̧ va
lentia canunt pſalmorum cantica. Deinde miniſtrorum primus dimittit ca
techuminos: ſanctoſq̧ iam defunctos concelebrat/cum quibus & nuper vi=
ta functũ pari laudatione proſequitur. hortaturq̧ omnes: vt ſibi ipſis iden=
tidem poſtulent beatam in CHRISTO conſummationem. Poſtea acce=
dens venerabilis præſul: precem ſuper eo ſacratiſſimam peragit. & poſt ora=
tionem ipſe quoq̧ pontifex defunctũ ſalutat: & poſt illum/qui aſtant om=
nes. Vbi vero cuncti conſalutauerunt: ſuper defuncto fundit oleum ponti=
fex. & oratione pro omnibus facta: honeſto in loco ponit corpus cum ęqua
libus alijs corporibus ſanctis.

ℂSCHOLIA STAPVLENSIS. ℂCoacto ſãcto cœtu. Coacto: cõuocato/cõgregato. F
ℂAd venerandum ſacrarium/ ipſum ante ſacerdotum reclinat ingreſſum. Sacrarium: G

sanctuarium. & id septum est: in quo secretus seiunctusq; a plebe sacerdotum chorus re
H sidet. ¶Deinceps vero ministri diuinis inserta eloquijs. De nostra resurrectione locuple
tissima sunt sacris inserta litteris testimonia. vt in Iob/psalmis/Hieremia/Ezechiele/euã
gelijs/& epistolis. Iob cap. decimonono. Scio enim ꝙ redemptor meus viuit: & in no
uissimo die de terra surrecturus sum. & rursum circundabor pelle mea: & in carne mea vi
debo deũ. quem visurus sum ego ipse: & oculi mei cõspecturi sunt/ et non alius. Psalmi.
Vt psalmus centesimus quadragesimus quintus. Exibit spiritus eius & reuertetur in ter
ram suam: in illa die peribũt omnes cogitatiões eorũ. Hieremias threnorũ cap. quarto.
Sessionem eorum & resurrectionem eorũ vide: ego sum psalmus eorũ. redde eis vicem
domine: iuxta opera manuũ suarum. Ezechiel cap. tricesimo septimo. Facta est super me
manus domini: & eduxit me in spiritu domini. et dimisit me in medio cãpi/ qui erat ple
nus ossibus: & circũduxit me per ea in gyro. Erant autẽ multa valde super faciem cãpi:
siccaq; vehementer. Et dixit ad me. fili hominis: putas ne viuent ossa ista? et dixi: domi
ne deus tu nosti. Et dixit ad me. vaticinare de ossibus istis: & dices eis. Ossa arida: audite
verbum domini. hęc dicit dominus deus ossibus his. Ecce ego intromittam in vos spiri
tum & viuetis: & dabo super vos neruos/& succrescere faciam super vos carnes/& su
perextendã in vobis cutem/& dabo vobis spiritũ & viuetis: & scietis quia ego domin9.
Euangelia. Marcus cap. duodecimo. Cũ enim a mortuis resurrexerint: neq; nubent neq;
nubentur/sed sunt sicut angeli dei in cœlis. Lucas cap. decimoquarto. Cum facis conui
uium: voca pauperes/debiles/claudos/& cęcos: et beatus eris/quia nõ habẽt retribuere
tibi. retribuetur autẽ tibi in resurrectione iustorũ. Et cap. vicesimo. Ait illis IHESVS. fi
lij huius sęculi nubunt/& tradũtur ad nuptias. Illi vero qui digni habebũtur sæculo illo
et resurrectione ex mortuis: neq; nubent neq; vltra ducẽt vxores/ neq; vltra mori pote
runt. æquales enim angelis sunt/& filii sunt dei: cum filii sint resurrectionis. Et Ioannes
cap. quinto. Amẽ amẽ dico vobis/quia venit hora & nunc est: quãdo mortui audiẽt vo
cem filii dei. & qui audierint: viuent. Nolite mirari hoc/ quia veniet hora in qua omnes
qui in monumentis sunt: audient vocẽ filii dei. Et procedent qui bona fecerũt/in resurre
ctionem vitæ: qui vero mala egerunt/in resurrectionẽ iudicii. Et cap. sexto. Hęc est enim
voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi non perdam ex eo/ sed
resuscitem illud in nouissimo die. Et capite vndecimo. Ego sum resurrectio et vita. qui
credit in me: etiam si mortuus fuerit/ viuet. & omnis qui viuit & credit in me: non
morietur in æternum. Epistolæ. Paulus prima ad Corinthios epistola/ capite deci
moquinto. Alia claritas solis/alia claritas lunæ/& alia claritas stellarũ. stella enim a stel
la differt in claritate. sic resurrectio mortuorũ. seminatur in corruptione: surget in incor
ruptione. seminatur in ignobilitate: surget in gloria. seminatur in infirmitate: surget in
virtute. seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Omnes quidẽ resurgemus:
sed non omnes immutabimur. In momento/in ictu oculi/in nouissima tuba. canet enim
tuba: & mortui resurgẽt incorrupti/& nos immutabimur. oportet enim corruptibile hoc
induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatẽ. Et sanctæ scripturæ/no
stræ resurrectionis testimonijs passim respersę sunt: vt erigatur spes infirmorũ ad vitam
illam immortalem/indeficientẽ/omniq; fine carentem demũ percipiendam.

¶Mysteria super ijs qui sancte quieuerunt: ex ritu apostolico.

Sancto cœtu congregato: pontifex/si sacerdos fuerit qui requieuit:		Preses ecclesia
ante sanctum altare ipsum reclinat. sin de medio piorũ statu aut ple-		suũ seruat ritũ
beius aut monachus: ante sacrarium/ eo in loco vbi sancta plebs		
astat aut monachi.		
Orationem ad deũ inchoat pontifex/& gratiarum actionem.		
Psalmos accõmodatos pontifex & sacer chorus canunt.		
Ministri de sacris eloquijs promissiones nobis de resurrectione		
factas recitant.		
Deinde archidiaconus/principalisq; minister: solos catechuminos		
a foribus templi excludit.		
Sanctos iam pie functos concelebrat.		
Pari panegyri & laude/nuper functum prosequitur.		
Hortať omnes ad sibi beatã in CHRISTO postulãdã cõsũmationẽ.		

Venerabilis ꝓſul accedẽs: ſacratiſſimã ſuꝑ quieſcẽtẽ/ꝓcem peragit.		
Poſt orationem pontifex defunctum ſalutat.		
Et poſt illum pariter omnes qui aſtant.		
Super ſalutatum/ſanctum fundit oleum.		
Mox honeſto in loco: corpus cũ alijs corporibus ſãctis collocatur.		

¶SECVNDAE PARTIS SEPTIMI CAP. COMMENTARIVS AD litteram.

113 
A quæ ſuper ſancte quieſcentibus ex ritu apoſtolico fiunt: hic certo di=
gerit ordine ſacer Dionyſius. Quorũ primũ id eſt/ꝙ congregato cœtu
ſanctorũ ordinum/ ipſe põtifex: ſi is qui defunctus eſt/aliquẽ ſacrum or
dinẽ in vita ſortitus fuerat/ vt põtificis ſacerdotis aut miniſtri: ante ſan
ctum altare illum reponens/orationẽ ad deum fũdit/& gratiarum acti=
onem de finito defuncti labore perſoluit. Si vero qui obdormiuit/ de or
dine fuerat monachorũ aut plebis ſanctæ: ad ipſius ſanctuarij fores il=
lum reclinat/atq; ante ſacerdotum collocat ingreſſum. dehinc orationem ad deum cum
gratiarũ actione: pontifex exoluit. Poſtea vero miniſtri/ex veteris & noui teſtamẽti elo=
quijs certiſſimas de noſtra reſurrectione promiſſiones & teſtificationes recitãt: cum qui=
bus & pſalmorũ cantica eidẽ materiæ accõmodata concinũt/ ad corroborandã aſtantiũ
fidem & mœrentiũ cõſolationẽ. Deinde præcipuus miniſtrorũ/ſolos catechuminos tem
plo excludit: ſanctoſq; iam hoc mundo exẽptos dignis proſequitur laudibus/ cũ quibus
et eum qui dudũ vita fũctus eſt/merito prçconio celebrat: ad incitandũ aſtantes/ vt prç=
claras illius virtutes ſtudioſe imitentur. hortatur item omnes: vt quiſq; ſibi etiã poſtulet
conſimilẽ in CHRISTO beatamq; laborũ conſummationẽ. His autẽ peractis/accedens
venerãdus antiſtes: orationem ſuper ipſum quieſcentẽ peragit. qua cõpleta: defunctum
benigniter ſalutat. & poſt illũ/ quicũq; præſentes ſunt: etiam defunctũ ſalutant. Finita
vero omniũ cõſalutatione: pontifex ſuper defunctũ/ſacrum fundit oleũ. & oratione pro
omnibus defunctis facta: corpus ipſum honeſto in loco cum alijs æqualis ordinis & offi=
cij corporibus ſanctis collocat/ vt pontificẽ cum põtificibus/ ſacerdotẽ cũ ſacerdotibus/
et ita de cæteris.

¶Spiritualis ſenſus CAP. VII. pars III.

114 
Aeterum iſta ſi viderĩt prophani/vel fieri a nobis audierint:
late puto ridebunt/noſtrumq; miſerabũtur errorẽ. Neq; eſt
ſane cur miremur: niſi enim crediderĩt (iuxta ſcripturæ fidẽ) I
115 non intelligent. ¶Nos autem intelligẽtias eorũ quæ gerun=
tur ſpeculãtes IHESV duce præuioq; : dicamus pontificẽ
non irrationabiliter in ſacrũ introducere chorũ/imponereq;
defunctũ. Oſtendit per id profecto/omnes in regeneratione illas conſecutu= K
ros ſortes: ad quas hic vitã ꝓpriã direxerũt. Puta ſi ad diuinã hic imaginẽ
quiſpiam ſanctiſſime vixerit/ꝗ̃tum viro poſſibile eſt deum imitari: diuina
in ſæculo futuro & beatiſſima donabitur requie. Sin autem ad ſũmã illam
non peruenit effigiẽ/ſancte tamen ſe in vita habuit: paria & iſte meritis prç=
116 mia referet. ¶Huius diuinæ iuſtitiæ cauſa/ præſul gratias agens: orationẽ Quid põti=
ſacram peragit/venerãdamq; diuinitatem laudibus celebrat. qua deſtructũ ficis oratio/
eſt iniquum & violentũ contra nos omnes imperiũ: noſq; ad ſua iuſtiſſima et gratiarũ
117 iudicia trãſlati ſumus. ¶Porro diuinarũ ꝓmiſſionum cantica & lectiones/ actio.
explicant quidem beatiſſimã requiem: ad quã ſubuehũtur ſempiterne/qui L
ſancte conſummati ſunt. ſuſcipiunt vero & amplectũtur vita functum: viuẽ Cur ſoli ca=
118 teſq; præterea ad conſummationẽ ſimilem prouocant. ¶Inſpice autem vt techumini
nunc non omnes (vt ſolitum eſt) purgandi ordines dimittuntur: ſoliq; cate= et nõ oẽs ĩ=
chumini/ſacris arcẽtur locis. Eſt enim hic ordo/ ſancti omnis myſterij peni= mũdi arcẽt
tus rudis: neq; ſibi fas eſt quicq̃ aut paruum aut magnum/ ex ijs quæ ſacra= a phano.

tius conſummantur inſpicere. quippe qui necdũ eius virtutis eſt particeps:
quæ aſſurgit ad contuẽda diuina/ ex ſacra lucis indultrice generatione pro-
ueniens. Reliqui vero purgandorũ ordines: ſacram quidem traditionẽ iam
ferme didicerunt. Sed ꝙ ſtolide prorſus ad deteriora prolapſi ſint/ cum de-
buerint in anteriora contendere intentione perpetua: diuinis quidem vene-
rabilium ſignorũ ſpeculationibus & participationibus arcentur merito. le-
dentur enim magis/ ſi indigne ſancta percipiant: atq; ad maiorem deuenient
diuinarum rerũ ſuiq; contemptũ. non inconuenienter autem aſſunt ijs quæ
modo gerũtur/ patẽtius diſcẽtes atq; intuẽtes noſtrę mortis incertũ: ſancto-
M rũq; munera de ſcripturis celebrata diuinis/ & intentata ſibi ſimilibus im-
puris infinita ſupplicia. ℂ Ex his enim forte proficient: cernentes eum (qui 119
ſancte obijt) miniſtrorum prędicatione celebrari/ vt vere conſortem ſancto-
rum omnium. Fortaſſeq; & ipſi ad ſimile deſiderium venient: miniſtrorum
officio edocti/ ꝗ ſit beata & vere fœlix in CHRISTO conſũmatio. ℂ Ac- 120
cedens deinde venerãdus antiſtes: precem ſacram ſuper mortuum peragit.
poſtq; precem & ipſe eum præſul ſalutat: & ſuo deinceps ordine qui aſtant
omnes. Precatur oratio illa diuinam clementiam: vt cuncta dimittat per in-
firmitatem humanã admiſſa peccata defuncto. eumq; in luce ſtatuat & re-
gione viuorum: in ſinibus Abrahę/ Iſaac & Iacob/ in loco vnde aufugit do-
lor & triſtitia et gemitus. Iſta (vt reor) perſpicua ſunt beatiſſima ſãctorum
præmia. quid enim immortalitati perfectæ/ omniq; triſtitia vacuæ/ ac plenæ
N perpetui luminis conferri poſſit? licet multum ſane promiſſiones illæ omni
ſublimiores noſtra mente ſint/ quæ vocabulis nobis congruis deſignantur:
O longe tamen inferiores earũ re & veritate appellationes habent. Verũ enim
profecto illud exiſtimandũ eloquium eſt: ꝙ oculus non vidit nec auris audi
uit/ neq; in cor hominis aſcẽdit/ quæ præparauit deus diligẽtibus ſe. Sinus
autem beatorũ patriarcharum/ reliquorũq; ſanctorum omniũ: ſunt (vt reor
equidem) ſacratiſſimæ illæ ac beatiſſimæ ſedes: quæ omnes diuinã effigiem
præ ſe ferẽtes/ in ſua ſuſcipiũt inſeneſcibili & beatiſſima requie. ℂ Ac for- 121
taſſe inquies/ iſta quidẽ recte a nobis dici: verum ambigere/ cuius rei gratia
præſul diuinam precatur clementiam: defuncto peccatorum veniam poſtu-
lans/ & æqualem ſanctis ac lucidiſſimã ſortem. Si enim eorũ (quę in vita geſ
ſit) bonorum aut malorũ/ a diuina iuſticia percipiet præmia/ perfecit autem
actiones ſuas in vita iſta defunctus: quænã hunc oratio præſulis ad aliam
(pręter illam quam meruit: vitę hic actę reſpõdentem) transferet requiem?
P Non ignoro quidẽ & ego diuinis eloquijs accedens: ſingulis reddendã pro
meritis ſortẽ. concluſit enim dominus (inquit) apud ſe: & referet vnuſquiſq;
Q ea quę per corpus geſſit/ ſiue bonum ſiue malum. Qꝫ autem & iuſtorũ pre-
ces etiam in vita iſta & nedum poſt mortem/ iis ſolis proſint qui digni ſunt:
ſcripturę nos edocet ſacroſancta traditio. Quid enim Sauli profuit Samue-
lis oratio? quid hebręorũ iuuit plebẽ/ prophetica interpellatio? Nam pro-
fecto idẽ fit: ac ſi quis ſole ſuos radios ſanis largiẽte oculis/ ſibi oculos eruẽs:
ſolaris luminis ꝑticeps fieri poſtulet. Sic impoſſibiliũ ſuꝑflua ſpe ille ſuſpẽ-
ſus eſt/ qui ſanctorũ flagitat preces: & naturæ ipſorum conſentaneas ſacras

Quid defũcti panegyris & pia cũ cęteris defunctis laudis proſecutio

Dubitatio circa orãdi et petitiõis modum

operationes abigit/ diuinis nequaq̃ intendendo muneribus/ & a sanctissi-
mis beneficiisq; recedẽdo mãdatis. Itaq; scripturę sacrę acquiescẽs/vtiles es- R
se in hac vita dixerim sanctorũ preces: hoc modo scilicet. si quis sanctorum
munerum desiderio incensus/ad eaq; percipiẽda pie affectus/paruitatis ta-
men proprię conscius/quempiam sanctorũ virorum adeat/oretq; sibi adiu-
torem & precatorẽ accedere: capiet ex hoc omnino vtilitatẽ cõmoda cuncta
excedẽtẽ. fruetur enim iis quæ petit sacratissimis donis/suscipiẽte diuina cle
mentia: atq; imprimis in eo amplectente religiosam cognitionem sui/ reue-
rentiamq; sanctorum/& laudabile sanctarũ petitionum a se postulatarum
desiderium/consentaneumq; his sacratiorẽ habitũ. Est enim & hoc diuinis
sancitum iudiciis: vt diuina munera iis (qui digni sunt sumere) decentissimo
per eos tribuãtur ordine/ qui ea tradere non sunt indigni. Hanc si quis sper
nat sacrosanctam disciplinam/atq; infœlici elatione seductus dignũ se diui
na arbitret̃ familiaritate/sanctosq; despiciat: hic certe si petitiones indignas
deo neq; sacras postularit/ intentoq; careat diuinorum desiderio/ sibiq; ipsi
consentaneo: imperita postulatione per seipsum nunq̃ potietur. ¶ Q uænã
vero de huiusmodi prece (quam super defuncto peragit præsul) ex diuinis S
ducibus nostris traditio peruenit ad nos: operæpreciũ est vt dicamus. Ve-
nerandus antistes (vt scriptura ait) interpres est iudiciorum diuinorum: an- T
gelus enim domini omnipotẽtis est. Didicit igitur de scripturis diuinitus V
traditis: vt iis qui pie vixerũt/lucidissima diuinaq; vita pro merito ab ęquis
simis lãcibus redditur. non recordante diuina bonitate per summã clemen
tiã maculas: quæ illis ex humana infirmitate adhęserũt. nullus eni (inquit) X
est mundus a labe. Ista quidem nouit pontifex promissa a sanctis eloquiis:
petit autem ea fieri/donariq; eis qui pie vixerunt/ pręmia sacra. simul quoq;
seipsum ad imitationes dei benignius formans/ & aliorum dona quasi pro-
prias expetens gratias: neq; ignorãs veras repromissiones futuras. pręsen-
tibus etiam aperte demonstrat/ q̃ quæ ab eo sacro iure postulãtur: omnino
illi consequentur qui in vita diuina consummati sunt. Neq; enim vnq̃ pete
ret pontifex diuinæ iustificationis pędicator: quę deo sciret non esse gratis-
sima/ & quę largiturum se ille nequaq̃ promisisset. Quocirca prophanis vi-
ta functis: non ista imprecatur. non modo quia in hoc proprium desere-
ret ordinem / & aliqua pontificalis officii præsumeret/ a diuino spiritu ne-
quaq̃ agitatus: verum quia & indigne orãs non exaudiretur. atq; ad ipsum Y
non immerito illud diceretur eloquium iusticiæ plenum: petitis & non acci-
pitis/quia male petitis. Postulat itaq; sanctus antistes quę sunt promissa di-
uinitus/atq; accepta deo: & quæ largienda non ambigit/vna & diuinum ac
benignum habitum præferens clementissimi dei: & pręsentibus aperte in-
sinuans quibus bonis donandi sunt sancti. Sic enim nituntur secernentibus
virtutibus præsules: quasi interpretes iustificationum diuinarũ. non eorum
irrationabilibus motibus sapientissima diuinitate (vt honeste dixerim) ob-
sequente seruiliter: sed ipsis pro merito eos qui a deo iudicati sunt/ministerio
suo separantibus/spiritusq; sancti inspirationi obtemperantibus. Accipite
enim (inquit) spiritum sanctum. quorũ remiseritis peccata/remittuntur eis: Z

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pp et quorū tenueritis/ retēta sunt. Eiqꝫ qui reuelationes diuinas a patre sum=
mo didicerat: dicitur. quodcūqꝫ ligaueris super terrā: erit ligatū & in cœlis.
qq et quodcūqꝫ solueris super terrā: erit solutū & in cœlis. Sic profecto ille/ om
nisqꝫ illi similis pręsul iuxta paternarū iustificationū sibi indultas reuelatio=
rr nes: declarādo et traducēdo/ deo charos admittit/ et excludit impios. Sācta̅
deniqꝫ illam theologiā (vt sacra eloquia testantur) non suo motu/ neqꝫ carne
et sanguine reuelantibus: sed a deo illum spiritualiter imbuēte edoctus pro=
nunciauit. In hunc igitur modū sancti antistites & separationibus & sacer=
dotalibus virtutibus omnibus vti debent: vt ipsos mysteriorum author di=
uinitus mouerit. Cęteros vero ita pōtificibus oportet animū intēdere/ quę=
ss cūqꝫ illi gesserit: tanꝗ a deo agitatis. qui enim (inquit) vos spernit: me sper=
nit. ¶ Sed iam ad consequētia dictæ orationis redeamus. Ea peracta/ pon= 122
tifex & ipse salutat defunctum: & deinceps qui astant omnes. Est enim iu=
cundus atqꝫ honorabilis omnibus diuinæ imaginis æmulis: is qui in sancta
Quid sup defunctum olei infusio — consūmatus est vita. ¶ Exacta salutatione: defuncto infundit oleum ponti= 123
fex. Memento autem/ vt in prima sancta regeneratione ante sacrum baptis=
ma: prima sancti symboli participatio traditur initiando post priorē omnē
abiectam vestem/ sancti chrismatis oleū. & nūc in fine omniū: defuncto iti=
dem infunditur oleum. Atqui tunc quidem olei vnctio: baptisanduum euo=
cabat ad sacra certamina. Nunc autem infusum oleum signat eum qui de=
fūctus est: eadem sacra exegisse certamina/ sicqꝫ fuisse cōsummatū. ¶ Pera= 124
ctis his: pontifex condit in loculo dignissimo corpus cum alijs sui ordinis
corporibus sacris. Si enim in anima & corpore vitā sanctā qui defunctus est
duxit: honorabile erit cum sancta anima/ et quod sacris sudoribus cum illa
decertauit corpus. Hinc diuina iustitia cum suo corpore digna illi largitur
tt præmia: vt comiti atqꝫ consorti/ diuinæ siue cōtrariæ vitæ. Idcirco & sancto=
rum sacra functio: diuinas participationes largitur vtriqꝫ. animę quidem: in
speculatione purissima/ & vera eorum quæ geruntur scientia. corpori vero:
per sacratissimum (vt in imagine loquamur) vnguentum. & per diuinę com=
munionis augustissima signa totum sanctificans hominem/ integramqꝫ ip=
sius salutem operans: atqꝫ vniuersalibus lustrationibus/ exactissimā eius re=
vv surrectionem fore denuncians. At vero efficientes consecrationis preces/ fas
non est scripto interpretari: neqꝫ ipsarum arcanum siue illas quæ in his ex
deo fiunt virtutes/ e secreto in publicū efferre. Sed sicuti nostra habet sacro=
sancta traditio: vbi eas secretioribus instructionibus hauseris/ atqꝫ ad sacra=
tiorem habitum capacioremqꝫ intelligentiā diuino amore sacrisqꝫ actioni=
bus consummatus euaseris: ad supremā ipsarum scientiam subueheris/ di=
De baptismo puerorum & infātium: timotheum alloquens. — uina luce radiatus. ¶ Illud vero ꝙ pueri quoqꝫ qui necdū possunt intellgere 125
diuina/ sacri baptismatis altissimorūqꝫ communionis sacrosanctæ signorū
participes fiāt: videtur quidem prophanis (vt dixisti) rationabiliter irriden=
dum/ si auditores minus idoneos episcopi diuina edocent: & nō intelligen=
tibus/ sanctas traditiones nequicꝗ tradunt. & quod adhuc ridiculosius est:
alij pro ipsis abrenunciant/ sanctaqꝫ ineunt fœdera. ¶ Verum oportet tuā
sanctam prudentiam errantibus non indignari: sed religiose simul et instru=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ctionis illorum gratia cum charitate rationē reddere|& cōfutare obiecta.
et illud inſuper addere iuxta diuinas leges: quo pacto nō auguſtiora om-
nia/noſtra ſcientia circūſcribūtur.& plurima ex ijs quæ ignoramus: cauſas
habent digniſſimas/ nobis quidem ignoratas/ verum præſtantioribus or-
dinibus cognitas. Complura item ſummas illas altiſſimaſꝗ ſubſtantias
latent: ſoliꝗ ſapientiſſimæ ac ſapientiæ authori diuinitati nota ſunt. Ve-
rum enim ea de re/ iſta quoꝗ dicimus: quæ ſancti præceptores noſtri ex XX
priſtina traditione edocti ad nos deriuarunt. Aiunt enim (quod eſt veriſ-
ſimum) infantes ſi ſancta lege formentur: ad ſacrum peruehendos habi-
tum/omni errore liberos & vitæ exortes impuræ. Iſtud cum pijſſimis du-
cibus noſtris in mentem veniſſet: viſum eſt admittere infantes hoc modo/
vt naturales oblati paruuli parentes/puerum vni ex fidelibus tradant præ-
claro diuinarum rerum magiſtro. ſub quo iam puer ſit: quaſi ſub patre di-
uino|ſanctæꝗ ſalutis alumno. Hunc itaꝗ præſul ſpondentem/ puerum iu De ſuſce-
xta ſanctam educaturū vitam: requirit vt abrenunciationem profiteatur/ ptore pue-
fidemꝗ confiteatur. non (vt illi ridētes aiunt) alium pro alio imbuit ſacris. rorū in ba-
Neꝗ enim hoc ille ait. ego pro puero abrenunciationes facio/ aut fidei ſa- ptiſmo, &
cramenta profiteor: ſed ita puer renunciat & profitetur. id eſt ſpondeo pu diligenter
erum inducturum cum ad ſacram intelligentiam venerit/ ſedulis adhorta- nota.
tionibus meis: vt abrenunciet contrarijs omnino/ profiteaturꝗ & peragat
diuina quæ pollicetur. Nichil igitur (vt reor) indignū eſt: ſi ad diuinū inſti-
tutum puer adducitur/ſanctum habens præceptorem: qui illi diuinarū re-
rum habitum tradat/malorumꝗ ſeruet immunē. Tradit autē puero ſacta
myſteria pontifex: vt nutriatur in ipſis. neꝗ vitā aliā habeat: niſi hanc quę
diuina inſpiciat ſemper/& quæ huiuſmodi ſancta cōmunione ꝓficiat. atꝗ
in his ſacrū poſſideat habitum: promoueaturꝗ ſtudioſe a ſuſceptore ſuo.
126 ¶ Iſta fili tam multa & adeo præclara|ſingulariaꝗ functionis noſtræ ſpe Pia & hu-
ctacula videre: michi datum eſt. Alij fortaſſe qui perſpicaciore animo ſunt: milis ſacri
non iſta ſolum inſpexere/verum & manifeſtiora multo ac diuiniora. Et tibi patris con-
ipſi arbitror illucebunt clariores longe/ auguſtioreſꝗ pulchritudines: ſi ad cluſio ad Ti-
excellentiorem radium/his veluti gradibus nitaris. Michi igitur/ipſe quoꝗ motheum.
O amice/perfectioris intelligentiæ conſortium trade: meiſꝗ oſtende lumi
nibus quaſcunꝗ videre potueris decentiores/ vniuſꝗ illius ſacratiſſime effi
giem præ ſeferentes venuſtates. Nam confido equidem: ex ijs quæ dicta
ſunt/inſitas tibi diuini ignis excitandas excudendaſꝗ ſcintillas.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Niſi enī crediderint (iuxta ſcripturę fidē) nō intel I
ligēt. Sic nūc legimus in Eſaiæ cap. ſeptimo. ſi nō credideritis: nō ꝑmanebitis. tūc vero K
legebatur. nō intelligetis. ¶ Oſtēdit per id profecto: oēs in regeneratione illas conſecu
turos ſortes/ad quas hic vitam propriā direxerūt. In regeneratione: in reſurrectiōe/ quę L
fit ex corruptibili ad incorruptibile/ & ex mortali ad imortale. ¶ Suſcipiūt vero & āple
ctūtur vita functū. Diuinarū promiſſionū cantica & lectiones ſuſcipiunt & āplectūtur vi M
ta functū: pio fauore cōmēdantes atꝗ celebrantes. ¶ Et intentata ſibi ſimilibus ipuris/ Ioan. 5.
infinita ſupplicia. Intētata: cōminata & parata. ꝓcedēt (inquit veritas) qui bona fecerūt: Matth. 25
in reſurrectionē vitæ. qui vero mala: in reſurrectionē iudicij. Et rurſū. ibunt hi in ſuppli- N
ciū æternū: iuſti autē in vitā æternā. ¶ Licet multū ſane promiſſiones illæ ōni ſublimio-
res noſtra mēte ſint. Vt promiſſiones lucis & quietis in finibus Abrahę/ Iſaac & Iacob.
de quibus dominus apud Lucam capite decimoſexto. Factum eſt autem vt moreretur

Cap. 7 pars 3

mēdicus: & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Sunt & aliæ complures in sacris lit
teris passim repertæ promissiones: vt de voluptate fontis vitæ. de domo domini. de ter
ra viuentium. de regione viuorum. De voluptate. psalmus tricesimus quītus. Inebria
buntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. quoniam apud
te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimꝰ lumē. De domo domini. psalmus cētesimus
vicesimus primus. Lętatus sum in ijs quæ dicta sunt michi: in domum domini ibimus.
De terra viuentium/ & regione viuorū. psalmus cētesimus quadragesimus primus. Cla
maui ad te domine: dixi tu es spes mea/ portio mea in terra viuentium. & psalmus cen
O tesimus decimus quartus. Placebo domino: in regione viuorum. ¶ Verum enim profe
cto illud existimandum eloquium est. Paulus prima ad Corinthios epistola cap. secun
do. Qꝫ oculus non vidit/ nec auris audiuit/ nec in cor hominis ascendit: quæ præparauit
P deus ijs qui diligunt illū. ¶ Non ignoro quidem & ego: diuinis eloquijs accedens. Pau
Q lus ad Galatas capite sexto. Vnusquisqꝫ enim onus suum portabit. ¶ Qꝫ autem & iu
storum preces etiam in vita ista & nedum post mortem/ ijs solis prosint qui digni sunt.
Iustorum enim preces hac in vita prodesse & post mortem ijs qui digni sunt: sacrarū lit
terarum testatur authoritas. Qꝫ prosint in vita: Genesis capite vicesimo. Et orabit pro
te quia propheta est: & viues. Orante autem Abraham: sanauit deus Abimelech/ & vxo
rem/ ancillasqꝫ eius. Et Iacobus in epistola sua capite quinto. Helias homo erat similis
nobis passibilis/ & oratione orauit vt non plueret super terram: & non pluit annos tres
& menses sex. & rursum orauit: & cœlum dedit pluuiam/ & terra dedit fructum suum. Qꝫ
post mortem: liber Machabeorum secundus capite duodecimo. Sancta ergo & salu
bris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur. Et contra ꝙ indignis pi
orum preces non suffragentur: Hieremias capite decimoquarto. Et dixit dominus ad
me. Noli orare pro populo isto in bonū. cum ieiunauerint: non exaudiam preces eorū.
et si obtulerint holocaustomata & victimas/ non suscipiam ea: quoniam gladio & fame
& peste consumam eos. Et de Samuele/ quo orante pro Saule & populo: nichilominus
& Saul & populus in manus hostium corruere/ neqꝫ quicquā eis profuit oratio prophe
tæ: primus regum capite duodecimo. Dixit vniuersus populus ad Samuelem: ora pro
seruis tuis ad dominum deum tuum. Samuel. Absit autem a me hoc peccatum in domi
no: vt cessem orare pro vobis. Et capite decimo quinto: lugebat Samuel Saul. Et trice
simo primo. Dixit Saul ad armigerū suum: euagina gladium tuū/ & percute me/ ne for
te veniant incircuncisi isti/ & interficiant me illudentes michi. & noluit armiger eius. fu
erat enim nimio terrore perterritus. Arripuit itaqꝫ Saul gladium suū: & irruit super eū.
quod cum vidisset armiger eius/ videlicet ꝙ mortuus esset Saul: irruit etiam ipse super
gladium suum/ & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul & tres filij eius/ & armi
R ger illius: & vniuersi viri eius in die illa pariter. ¶ Itaqꝫ scripturæ sacræ acquiescens/
vtiles esse in hac vita dixerim sanctorum preces. Epistola Ioannis prima capite quin
to. Et hæc est fiducia quam habemus ad deum: quia quodcunqꝫ petierimus secundum
voluntatem eius/ audit nos. & scimus quia audit nos: quicquid petierimus. scimus
quoniam habemus petitiones nostras: quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum
peccare peccatum non ad mortem: petat & dabitur ei vita/ peccanti non ad mortem.
S est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt oret quis. ¶ Ex diuinis ducibus nostris:
T traditio peruenit ad nos. Diuini duces nostri: apostoli. ¶ Venerandus antistes: vt scri
ptura ait. Id superius ex Malachia capite secundo adductum est. labia enim (inquit) sa
cerdotis custodiunt scientiam: & legem requirent ex ore eius/ quia angelus domini
V exercituum est. ¶ Didicit igitur de scripturis diuinitus traditis. Hieremias capite vi
cesimo quinto. Reddam eis secundum opera eorum: & secundum facta manuū sua
rum. Et Matthęus capite decimosexto. Filius enim hominis venturus est in gloria pa
X tris sui: & tunc reddet vnicuiqꝫ secundum opera eius. ¶ Nullus enim inquit est mūdus
Y a labe. Tertius regum capite octauo. Non est enim homo: qui non peccet. ¶ Atqꝫ ad ip
sum non immerito illud diceretur eloquium iustitiæ plenum. Epistola Iacobi cap. quar
Z to. Petitis & non accipitis: eo ꝙ male petatis. ¶ Accipite enim inquit spiritū sanctū. Io
annes cap. vicesimo. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum: pax
vobis. Et cum hoc dixisset: insufflauit & dixit eis. Accipite spiritum sanctū. quorū remi
PP seritis peccata: remittūtur eis. & quorū retinueritis: retēta sunt. ¶ Eiqꝫ qui reuelatiōes
diuinas a patre summo didicerat: dicit. Mattheꝰ cap. decio sexto. Dixit illis IHESVS.
vos aūt quē me esse dicitis? Respōdēs Simon Petrus dixit. tu es Christus filiꝰ dei viui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Respondens autem IHESVS: dixit ei. Beatus es Simon Bariona/quia caro & sanguis
non reuelauit tibi: sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi/ quia tu es Petrus:
& super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. & portæ inferi non præualebunt aduersus
eã. Et tibi dabo claues regni cœlorũ. & quodcunq; ligaueris super terrã: erit ligatũ & in
cœlis. & quodcunq; solueris super terrã: erit solutũ & in cœlis. ¶ Sic profecto ille/ oĩsq; qq
illi similis præsul. Ille/ille Petrus. ¶ Sanctã deniq; illã theologiã. Illa est quę paulo ante rr
ex Mattheo cap. decimosexto adducta est. tu es CHRISTVS filius dei viui. ¶ Qui enĩ ss
inquit vos spernit: me spernit. Lucas capite decimo. Qui vos audit: me audit. & qui vos
spernit: me spernit. qui autẽ me spernit: spernit eum qui me misit. ¶ Vt comiti atq; con= tt
sorti diuinæ/siue contrariæ vitæ. Vita diuina est: qua secundũ virtutem & perfectionem
omnem (q̃tum nobis conceditur: & ad sortis nostræ conditionẽ attinet) diuinã ducimus
vitam: illius summi veri/summiq; boni imitatricẽ. Cõtraria vero vita: impura est/fœda/
vicijs horrẽs/& a diuina imitatione (propter quã sunt omnia) prorsus delapsa/nichil cœ
leste/nichilq; diuinum habens. sed iam horrendarũ tenebrarum confusionis plenarum
præ se ferens horrorẽ/& confusionis imaginẽ. quã summa clementia ab omnibus auer=
tat: qui ex sanctæ regenerationis expurgatione facti sunt sui filij. & ab omnibus: quos in
altioribus huius diuinæ/& solorũ diuinorũ ęmulæ hierarchiæ statibus cõsũmauit ac per=
fecit. ¶ At vero efficientes consecrationis preces: fas non est scripto interpretari. Quæ vv
sint illæ consecrationis preces & diuinæ inuocationes (quæ in quiescentibus & aliorum
sacramentorũ consummationibus fiebãt) pijssimus pater/ reuerẽter silentio veneratur.
Nunc vero nostrę tẽpestatis põtifices & sacerdotes: sacris vtuntur imprecationibus/ex
ordinatione sanctorũ traditis. quæ ab ijs qui digni sunt/in libris sacramentaliũ myste=
riorũ & videri & legi queunt. qui tamen ad ea legẽda/illisq; vtendum consummati non
sunt: legere non debent. vt neq; sacrata vasa tãgere: qui illius altissimæ & õnino perficiẽ
tis scientiæ nondũ participes facti sunt. sed ignorãtia multos ad temerariã & insolentem
eleuat superbiã. Studeat igitur quisq; sacrosancta sacramentorũ mysteria (quæ plusq̃ hu
mana sunt) digna veneratione prosequi/non efferri/nõ insolescere/nichil temere aude
re vltra id quod suo attinet statui/suæq; sorti: neq; infra sui status dignitatẽ deijci & vi=
lescere (quã non ex se: sed ex sacramentorũ participatione & sacramentorũ authore co=
gitet) tanq̃ degener & diuinã effigiẽ diuinũq; munus in se velut ingratus non recogno=
scẽs. Nã & hic esset insipientiæ filius iumẽto stolido comparatus/& nõ CHRISTI: qui
dei sapientia est. & ille superbiæ filius & nõ CHRISTI: qui veræ est humilitatis forma
& archetypus. & vterq;: perditionis filius. ¶ Quæ sancti præceptores nostri ex pristina xx
traditione edocti: ad nos deriuarunt. Sancti præceptores nostri: Paulus/Hierotheus/ &
siqui tales beato patri illuminationis & perfectioris disciplinę cõtulerãt munus. Et vi=
dentur statim a principio/ nostræ spiritualis generationis duces: prouidisse infantes &
paruulos baptisandos/& sacramentorum ritus (spiritu sancto monstrante) instituisse. Et
ideo hic dicitur. quæ sancti præceptores nostri ex pristina traditione edocti: ad nos deri=
uarunt. hoc est ex apostolica traditione a principio legis gratiæ tributę: diuina benigni=
tate largitrice condita. Est enim pristinum: quod superioribus annis/ mensibus/diebus/
& nostra quoq; memoria fuit. Et videtur hic commodius ex pristina traditione q̃ anti=
qua scribi debere: sed non vsq; adeo curiose plerumq; seruatur sermonis proprietas.
Et hęc hactenus sunt: quę multa religionis pietate a beatissimo patre de nostrę humanę
hierarchię sacramentis dicta sunt. ¶ Vbi id aduertendum est/ beatissimũ patrẽ in vnius=
cuiusq; sacramenti mysteriorum declaratione: tripartitam obseruasse determinationem.
in cuius prima parte quasi accedentes purgat/ præparatq; ad sacratiorem intelligenti=
am. in secunda illuminat. & in tertia de spiritu litteræ perficit & cõsummat. Et ex his
quęcunq; magnifica sunt/& de sacramentis contemplatione digna: cognoscere prom=
ptum est. ¶ Quod vt apertius cognoscatur: id minime latendũ est/ eos qui nunc de sa=
cramentis tractãt: illa in septẽ partiri. quę quidẽ nuncupãt: baptismũ/ cõfirmationẽ/ eu= De septem
charistiã/pœnitentiã/vnctionẽ extremam/sacrum ordinem & coniugiũ. Et de baptismo sacramẽtis.
cap. secundo. diuinã & sufficientissimã beatus pater cõpleuit determinationẽ. ¶ Confir= Baptismus
matio vero charismatũq; sacramentũ/ sub dignissimi vnguenti teleta. cap. quarto cõtine Cõfirmatio
tur. in qua nunc manus pontificis fit impositio/& ex sacro chrismate in ipsius cõfirmati
fronte viuificę crucis impressio/ sanctissima imprecatio/tonsioq; capillorũ. & hoc sacra=
mentũ queadmodũ & reliqua: ex apostolis intelligitur institutũ. Cũ enĩ audisset aposto=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

li qui erant in Hierosolymis(vt capite octauo actuum apostolorum legitur) quia Sama=
ria recepisset verbum dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cũ venissent/ oraue
runt pro ipsis: vt acciperent spiritum sanctũ. tunc imponebant manus super illos: & ac=
cipiebant spiritum sanctũ. Et quid manus pontificis impositio/ quid vitale signũ/ quid
chrismatis inunctio/ quid crinium scissio/ quæ mysterialia sunt: ex beatissimo patre suis in
correspondentibus locis disce. Non enim vlterius nostra/ neq; cuiusq̃ alterius interest/
sine manifesta diuina motione aut sacrarũ litterarũ authoritate: diuinorum mysteriorũ
secretiorem & quę supra nos est intelligentiam præsumere. verum cum reuerentia om
ni/ omniq; veneratiõe in timore & sobrietate: quæ diuina dictat authoritas/ aut quę ipsa
afflat diuinitas/ de sanctificationibus solum loqui audere. alioqui timeant: ne sanctarum
sanctificationũ non fiant participes. Et in libris mysteriorũ legitur hoc sacramentũ dari
solitũ: statim post regenerationis lauacrũ. nũc vero in hac infœlicitate nostrorũ tẽporũ/
ad id sacramenti pueros ducunt nullo pacto instructos/ nullo præparatos modo: qui fer=
me sacramentũ ridẽtes/ mysteria pene cum cachinnis suscipiunt. Et vtinam cum hoc sa
cramento initiatus sum: intellexissem me ad sancti spiritus suscipienda charismata per=
Eucharistia ductum. ¶ De sanctissima synaxi quam dicunt eucharistiam: piã sacratus pater pro fragi
litatis humanæ possibilitate executus est toto capite tertio determinationẽ/ quã nec an=
Pœnitẽtia. geli sufficerent laudare. ¶ Et quia pœnitentes de ordine purgandorum sunt & extra ec=
clesiasticã hierarchiam/ neq; diuinorum contuitu neq; tanto magis deifica cõmunionis
participatione dignati(vt ex cap. sexto cognoscitur) non videtur piũ patrẽ de eorũ pœ=
nitentia ãplius protrahere oportuisse sermonẽ/ & sanctissimis inseruisse teletis. quæ qui=
dem suscipiendorum perficientiũ sacramentorũ potius præparatio quædam introitus
& ianua/ q̃ sacramentũ esse videtur. Hic autem de sacramẽtis aut mundorũ/ aut quæ sta
tim mundant & sacrorũ consortiũ tradũt: prosecutus est determinationem. Et iusta mi=
sericordia diuina/ & misericors iustitia semper a nobis multũ adorãda est: quę nobis ca=
dentibus/ fidefragis/ & a sua militia defectoribus: neq; semel neq; bis/ sed quotiescunq;/
pœnitentiã salutarẽ in benignã recõciliationem misericorditer indulsit. ¶ Sed parũ for=
tasse dixisse videbimur/ pœnitentiã: introitũ quendam & ianuã sacramentorũ esse. Erit
ne ad tam benignam reconciliationẽ & mortiferorũ peccatorum medelam ordinatũ sa=
cramentũ: cũ & ad veterẽ abolendã parentũ maculã ordinatũ sit vnũ? ¶ Nos vero dici
mus baptismum/ nõ tã ad delendã nobis a parẽtibus insitã maculã: q̃ ad adoptionẽ in fi
lios/ ad spiritualẽ generationẽ & illuminationẽ esse ordinatũ: etsi ad hæc/ sequatur ma=
cularũ oĩm deletio. veluti oriente luce: protinus tenebræ vanescũt. neq; lux est tã ad te=
nebrarũ fugam: q̃ ad illuminationẽ/ & ad pulchritudinis suæ opes & bonitatem cõmu=
nicandã. Nichilominus tamẽ forsitan inficias nullus ibit: circa peccatorũ remissionẽ p̃=
uisum esse sacramentũ. Dominus enim nostrũ inuisibile(si ita dici licet) sacramentũ/ no=
strorũ visibiliũ indultor sacramentorũ: vt instituit & potestatẽ fecit baptisare/ & sanctũ
Ioan. 20. panẽ & benedictionis calicẽ conficere: ita & peccata dimittere. accipite inquit spiritũ sã=
ctũ. quorũ remiseritis peccata: remittuntur eis. & quorũ retinueritis: retenta sunt. Et ipse
Matth. 9. apud Matthęũ peccata dimittit/ & clamat: vt autẽ sciatis quia filius hominis habet po=
testatem in terra/ dimittendi peccata. Et est ab ecclesia prouide forma/ peccata dimittẽ
di ordinata: & manus sacerdotalis impositio/ & reconciliandi humiliatio. Quis igitur nõ
videat id esse sacramentale? & visibilem sacerdotem: inuisibilis nostri pontificis gerere
personam? & manus impositionẽ/ & sanctam imprecationẽ: signũ esse diuinæ benignita
tis ad nos sese clementissime(vt nos sibi reconciliet/ vt iterũ secũ inserat) inclinãtis? Vn=
de satis cognoscere promptũ est: hoc sacramentũ iterũ rite appellari posse remissionis
peccatorũ/ & reconciliationis sacramentũ. Cognosci item potest: cur deficientiũ errata
audire/ sacerdotibus sit cõmissum(neq; quidẽ id ab re fit) vt ad quos solos pertineat sa=
Psal. 29. cramẽta ministrare. Et ideo ad apostolos dixit misericordissimus dominus: in cuius vo=
Ioan. 20. luntate vita est. quorũ remiseritis peccata: remittuntur eis. & quorũ retinueritis: retẽta
sunt. Illa profecto retinent: quæ ad eorũ notitiam nõ veniũt. nõ enim remittũt: quæ ne=
Matth. 18. sciunt. Et apud Mattheum. Amen dico vobis/ quæcunq; alligaueritis super terrã: erunt
ligata & in cœlo. & quæcunq; solueritis super terrã: erunt soluta & in cœlo. Tunc acce=
dens Petrus ad eum dixit: domine quotiens peccabit in me frater meus/ & dimittam ei?
vsq; septies? Dixit illi IHESVS. non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies.
¶ Habet itaq; hoc sacramentũ pœnitudinem/ confessionem & satisfactionem(vt efficax

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sit)necessarias comites, pœnę autẽ quæ post susceptũ sacramentũ interdum ponuntur:
non tã necessariæ q̃ arbitrariæ esse videntur/nunc pœnitentiæ nunc satisfactioni (vbi suf
ficientes illę per se haberi nõ possunt) accõmodatæ. Vt enim ei qui ad sanctas regenera
tionis aquas accedit: si non tenebrosę militię renunciat/si CHRISTO & eius sacris nõ
consentit: sanctum non conceditur sacramentum. ita ei qui de defectione sua pœnitẽtia
non ducitur (quę dolor est de summæ bonitatis offensione/& præceptorũ eius transgres
sione) minime hoc sacramentũ ministrari debet. Inquit enim dominus si peccauerit fra-
ter tuus/& pœnitentiã egerit: dimitte ei. & si septies in die peccauerit in te/& septies in
die conuersus fuerit ad te dicens/pœnitet me: dimitte illi. Vides igitur pœnitentiã/ non
modo aliorũ sed & huius sacramenti esse ianuã: a qua & sortitum est vsitatius nomen su
um. ¶ Et confessionem debere esse comitem: nos summa clementia per prophetã Esaiã
salubriter instruit. dic tu (inquit) iniquitates tuas: vt iustificeris. Addunt & comitẽ satisfa-
ctionem: vt in iustitia deo reconciliemur/ qui per iniustitiam prolapsi sumus. Et hęc sa-
tisfactio intelligitur. si ceciderimus per superbiã: nos satisfacere oportere per veram hu-
militatem. si per irrationabilem iræ motum: per mãsuetudinem. si per inuidiam/aut ma-
liuolentiam: per dilectionem & charitatem. si per acediam: illam per cõtinuum diuinæ
imitationis exercitiũ redimere debebimus. si per intemperantiam aut gulæ aut venere-
am: per temperantiæ (quæ præ se ferat cœlestem munditiam) puritatem. si per auaritiã:
per nostrorum bonorũ misericordẽ in pauperes & pia opera erogationem. deniq; si per
iniustitiam aliena detenta sunt/aut cuiq̃ facta iniuria: per detenti & iniurię dissolutionẽ.
Qui enim hæc faciunt: satisfactionẽ habent quam huic recõciliationis sacramento opor
tet esse asseclam & comitem. Quomodo enim ad sanctificantes & perficientes teletas
quis accedere ausit iniustus? nõ sanctificatio reuera: sed virum iniustum (vt propheta ca
nit) mala capiunt in interitu. ¶ Pœna autem post sacramenti susceptionem: ideo inter-
dum committitur. ꝙ licet peccata dimissa sint: nondum tamen mundi intelliguntur/&
sufficienter purgati/ donec condigne pœnitentiam compleuerint/ & quantum in ip-
sis est prioribus iniustitijs satisfecerint: sacrorum contuitu & participatione iam digni
adiudicati. Sed hac in re plerumq; homines delinquere solent grauissime: sacrorum con
tuitũ & eorum cõmunicationem priusq̃ sufficienter mundi sunt præsumentes. Et hæc
superbia deo detestabilis (quæ ex ignorantia sui prouenit) multos trahit in ruinam.
Ideo prudentia sacerdotum (debẽt enim sacerdotes esse discreti: qui sub CHRISTO in-
spectore pœnas ponunt) quædã illis facienda constituit/nunc ad insufficientem pœni-
tudinem supplendam/nũc vero ad satisfactionis aliter impossibilitatem. Et gratiæ sum-
mæ clementiæ/quæ terrenis principibus similis non est: qui in semel a se deficientes mi-
lites/ex deditionibus aduersariorum ad se reuertentes/pœnitentes licet & supplices:
plerumq; capitis supplicio/ aut grauiore censura animaduertunt. neq; eos secundo/
neq; tertio: ad misericordiam recipiunt. Diuina autem clementia quę dominus do-
minantium est/ & princeps principantium: nos quotienscunq; pœnituerit ex suis ho-
stibus ad se reuertentes/ad benignissimæ reconciliationis suæ admittit sacramentum.
¶ Et si volumus ordines qui extra nostrã humanã hierarchiã sunt/quę iuxta eloquium
est/nõ habẽs maculã/ aut rugã/aut aliquid huiusmodi: sed est sancta & ĩmaculata/quia
adhuc immũdi sunt: amplius cognoscere. catechumini profecto ijs similes sunt: qui in
matris vtero nichil habent pręter obscurũ serpentis virus in primis parentibus noxie
instillatũ/& in totã progeniẽ (quã spiritus sancti claritas & sãctificatio nõ pręuenit) deri
uatũ. Apostatę vero prorsꝰ impœnitẽtes: similes sũt obscurę noctis potestatibus de cœ
lo prolapsis/quibus neq; in hoc sęculo neq; in altero remittitur. Porro energumini simi-
les sunt tyrannorũ seruis: qui duro seruitutis iugo pressi crudelia tyrannis (in quorũ ser-
uitio nati sunt/aut quoquo alio miserabili euentu deuenerũt) coguntur pendere tormẽ
ta. Verũ apostatę pœnitẽtes: similes sunt nostris primis parẽtibus de paradyso post suã
defectionẽ eiectis/iam supplices ad deũ tendẽtibus palmas/iã singultibus occupatis/iã
lachrymis perfusis/neglectis/squalentibus/diuinam cõmiserationẽ (quę sola sua bonita
te attrahi vult/& gaudet) attrahentibus: & ad se & ad nos sua causa miseros/ maximũ
& incognitum (nisi filijs vitę) sacramentum IHESVM nostrum salutare incarnatum. &
qui solum nos erat glorificaturus: venit per pœnitẽtiam nostrã & suam pręcipue pre-
mouentem bonitatem & redempturus & glorificaturus. Sed religionis nostrę puritas
de hoc tam pio nostrę reconciliationis officio: multa ad benignarum mentium conso-

Comites sacramẽti remissiõis peccatorum.
Pœnitẽtia.
Lucæ. 17.
Confessio.
Esa. 43.
Satisfactio.
Psal. 139.
Pœna imposita.
Ephe. 5.
Catechumini.
Apostatæ.
Energumini.
Pœnitẽtes.

lationem/& illuminationē reliquit. quæ ſi noſtra ſæcula ſalutari luce cognitionis dāna-
ta non eſſent: pallantes paſſim oues ad vitales caulas CHRISTI vitæ paſtoris in omni
ſanctimonia reconciliatos cogerent. Sed hæc ſatis: nunc ad reliqua tranſeamus. ¶Vn-
Extrema vnctio. ctionis (quam extremam dicunt) ſancto chriſtianitatis voto dignam: ſeptimum caput cō
pleuit determinationem. Fiebat eo in tempore ſupra iam dormientes: corporibus ma-
gna munditię cura ab illuuiebus (quas terrenæ mortis neceſſitas/ & diſſolutionis clau-
ſtri vitæ violentia/ plerumq; ſecum afferre ſolent) purgatis/& ad viuificationis noſtræ
matrē adductis. Nūc vero faciunt ſuper extreme (vt humana fert coniectura) laborātes:
Iacobi. 5. īducti beatiſſimi Iacobi apoſtoli authoritate dicētis. Triſtatur quis veſtrū: oret æquo ani
mo/& pſallat. infirmatur quis ex vobis: inducat preſbyteros eccleſię & orent ſuper eū/
vngentes eū oleo in nomine dñi. & oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eū dñs. &
ſi in peccatis ſit: remittentur ei. ¶Et dubiū non eſt: vtrāq; inunctionem/ tempore apo-
ſtolorū fieri ſolitā. Sed cū pro ſalute infirmantiū/ſuffragia preſbyterorū & inunctio pete
bantur: non pręſtolabatur ſūma rerū deſperatio. immo vt in libris myſteriorū adhuc le-
gitur/eccleſiæ lōgiſſimus fuit mos: preſbyteros/orationes & inunctionē per ſeptē dies (ſi
oportere videbatur) cōtinuare pro ſalute infirmātiū/ad deū votis & inuocationibus ſup
Sacer ordo plices. ¶De ſacris vero ordinibus quintū cap. exequitur. qui quidē ſunt: cōſecratio pon
tificis/cōſecratio ſacerdotis & cōſecratio miniſtri. pōtifex perficit/preſbyter illuminat/ &
miniſter purgat. neq; a diuinæ & ſupermundanę hierarchiæ imitatione: vſquequaq; fit
Diuiſio ordinum. deuiatio. Nūc aūt aliter diſtribuūt ordines in ſeptē: ſcilicet ī ordinē hoſtiariorū/ lectorū/
exorciſtarū/acolitorū/ hypodiaconorū/diaconorū & preſbyterorū. pōtificis vero: digni-
Hoſtiarij tatē ponūt/& officiū. Hoſtiarij: pro foribus tēpli aſtant. Lectores: pſalmos cū ſacerdoti-
Lectores bus & pontifice cōcinūt. Exorciſtæ: ad ſoluendos energuminos adiurationes callēt. Aco
Exorciſtę liti: ignē & aquā tēplo ſubminiſtrāt. Hypodiaconi in ſacrario ſeruiunt/res ſacras nōnul-
Acoliti las manibus tractantes. Diaconi ſanctā ſtolā accipiētes: euangeliū recitāt. Preſbyteri ve
Hypodiaconi ro ipſi ſunt ſacerdotes: qui iam ſanctū cōmunionis conficiunt ſacramentū. Et hoſtiarios/
lectores/exorciſtas/acolitos/hypodiaconos & diaconos: hos omnes beatus pater nomi
Diaconi ne miniſtrorū cōpræhendit. ¶Et de matrimonio nichil beatus cōmeminit pater: q̄ hoc
Preſbyteri ſacramentū quodā modo pręueniat eccleſiā. cepit enim in paradyſo ſua initia: diuinę cō
Coniugiū. iunctionis & humanę ſymbolū. diuinę CHRISTI ęterni ſponſi/ & eccleſiæ: vnionis ſi-
gnū. quę in ſōno CHRISTI in viuifica cruce ex ei9 coſta & latere formata eſt: vnde ſā
guis redēptionis ſpōſę & aqua ablutionis eius in omni ſanctificatione effluxit. Et id my-
Ephe. 5. ſteriū nos docet Paulus ad Epheſios cap. quinto. Viri inquit diligite vxores veſtras: ſi-
cut & CHRISTVS dilexit eccleſiam/& ſeipſū tradidit pro ea vt illā ſanctificaret. et ſa-
cramentum hoc: magnū eſt (inquit) ego autē dico in CHRISTO & in eccleſia. Vnde
perſpicuū iā euaſit/ diuinū patrem nichil prorſus eorū omiſiſſe: quę ſuo conducerent in-
ſtituto. & nos poſſe colligere/ſacramenta ſic iterum rite poſſe nuncupari.
Sacramētorū nomina Sacramentum baptiſmi: regenerationis/illuminationis. 1
Sacramentum confirmationis: chariſmatum/ donorum ſpiritus ſancti. 2
Sacramentum euchariſtiæ: ſynaxis/ communionis. 3
Sacramentum pœnitentiæ: reconciliationis/remiſſionis peccatorum. 4
Sacramētum extremæ vnctionis: partim viſitationis īfirmorū/partim ſancte quieſcētiū. 5
Sacramentū ſacrorū ordinū: ſanctarū conſummationū. 6
Sacramentum matrimonij: coniugij/CHRISTI & eccleſiæ. 7
& id exploratū haberi/ſacramentum reconciliationis non ſtatim mundos & puros effi-
cere/& communionis participes: quod baptiſmo/confirmationi/euchariſtiæ/ſacro ordi-
ni/& ad beatam quietem vnctioni conuenit. de quibus ſolis: exactam beatiſſimus pater
ſuſcepit determinationem. & coniugium in ſua ſignificatione: eccleſiæ ſacramenta quæ
ſponſa eſt (& quæ nunc debet ſponſo CHRISTO multos ſpirituales filios: ſi tenebræ
eius lucem non occupaſſent) præuenire. CHRISTVS enim prius ſponſā delegit: q̄ ſa-
cramenta ad ipſius & ſuæ prolis veram ſanctificationem inſtituerit. in cuius coniugio to
tus mundus quantū potuit: & ſupra humanū affatū/ ſupra mentē omnē & cogitatū/ &
exaltatus eſt & ſublimatus. Ipſi igitur ſupreme ſanctificato & ſanctificanti ſpōſo: ab vni-
uerſa eccleſia eius ancilla & ſponſa/pro vniuerſis eius beneficis largitionibus & ineffa-
bilibus teletis/& ſanctificationibus (quas propter nos ſua ſola bonitate motus indulſit:
& per ſuum ſanctiſſimum antiſtitem oculis noſtris contemplandas ſubiecit) ſit ſuper nos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

semper & laus/& gratiarum actio. A M E N.

¶TERTIAE PARTIS SEPTIMI CAP.COMMENTARIVS AD LITTERAM

114 SPiritualem intelligentiã eorũ quæ circa sancte quiescentes fieri dicta
sunt/assignat hic sacer Dionysius:id vnũ pręmittẽs/ q̃ si ista viderint
icreduli & nostræ fidei expertes quę super pie defũctis religiose ex in=
stituto ecclesiastico peragũtur/aut si ea fieri a nobis Christianis audie
rint:effuse cachinnum mouebunt/& cõmiseratione quadã ducentur
super nostro(vt putant)errore aut superstitione. Verum non id miran
dum est si profuse hęc rideant/aut errore trahi nos arbitrentur: quo= Esaiæ.7.
115 niam iuxta scripturę testimonium/nisi crediderint:non intelligent. ¶Atqui nosipsi sacrã
professi fidem/& spiritualem mysticũq; sensum eorũ quę circa defunctos geruntur per=
scrutantes/ipso IHESV ductore & illuminatore nostro:existimemus imprimis non irra
tionabiliter a pontifice id fieri/q̃ defunctum introducat in sacram fidelium congrega=
tionem/officio & gradui defuncti conformem. Vt si sacro fuerit ordine insignitus: inter
sacri ordinis viros ante summũ altare deponitur. si vero de monachorũ ordine aut san=
ctę plebis fuerit:eo in loco ante sacrariũ collocatur vbi monachi & plebs sancta in tem=
plo stare consueuit. Ostendit enim per id pontifex/omnes in ęterna illa beatitudine/eas
habituros mansiones & sedes:ad quas hic suã per opera propria vitam direxerunt. Ex=
empli gratia. si ad diuinã propemodũ similitudinẽ(quantum potest homo eam assequi)
quispiã hic viuens euaserit:requiem in cœlo perfectissimã & diuinã consequetur. Si au=
tem hic degens ad exactissimam illam dei imitationem nõ attigerit/sanctã tamen duxe
116 rit vitam:consentanea suis operibus etiã pręmia recipiet. ¶Propter hanc autẽ diuinæ
æquitatis/reddentis cuiq; iuxta opera sua/rectitudinẽ: ipse pontifex gratias agẽs deo/
orationẽ ad ipsum fundit/& summam deitatẽ dignis laudibus pręd icat. per quã destru=
ctũ est tyrannicũ hostis antiqui in nos omnes imperium/quo violente in hominum ge=
nus grassabatur:& nosipsi ad æternæ glorię præmia iuste nobis a deo adiudicata tradu=
117 cti sumus. ¶Cæterum diuinarum promissionũ de futura resurrectione & cœlesti pręmio
cantica & lectiones quę recitantur: exprimũt apertius illam fœlicissimam requiem/ ad
quã perducuntur habendam perpetuo/qui sancte in CHRISTO quieuerunt. Eadem
quoq; promissionũ cãtica & lectiones pio fauore cõmendãt & prosequũtur ipsũ vita de=
functũ:& ipsos itidẽ viuẽtes ad consimilẽ in domino vitę cõsummationẽ obtinendã inci
118 tãt. ¶Porro in his pie quiescentiũ exequijs/nõ oẽs(vt in aliorũ sacramẽtorũ mysterijs/
scilicet eucharistiæ & cõfectionis vnguẽti:fieri solitũ est)purgãdi ordines/ tẽplo excludũ
tur:sed soli catechumini foribus ipsis sacrorũ locorũ prohibẽtur. Siquidem catechumi=
norũ ordo:omnis sacri mysterij penitus expers est & ignarus. neq; illi fas est quicquam
aut magni aut parui momenti inspicere ex ijs:quæ in ecclesiasticæ hierarchiæ myste=
rijs sancte peraguntur. Nondum enim ordo ille eam consecutus est virtutis participa=
tionem:quæ ad diuina cõspicienda promouet & erigit. q̃ illa virtus:ex diuina regenera
tione baptismali/ illuminationis sacræ elargitrice: primũ proueniat/cuius quidẽ rege=
nerationis/ idem ordo necdum est particeps. Reliqui vero purgandorũ ordines: apo=
statæ/ energumini/ pœnitentes/perceperunt sanctam regenerationem:& sacrorum my
steriorum rationem atq; institutionem didicerunt. Verũ quoniam imprudenter ad dete=
riora prolapsi sunt opera:cum deberent assiduo conatu in anteriora tendere/ & ad am=
pliorem virtutis profectum incumbere:idcirco sanctissimis sacrorũ signorum (quæ in eu
charistię & vnguenti cõfectione peraguntur)inspectionibus & participationibus/& me=
rito quidem excluduntur. Grauius enim salutis detrimentũ incurrerẽt/ si indigne sacra
huiusmodi perciperent:atq; ad maiorẽ decũberent diuinarum iussionum & suipsorum
contemptum. Non irrationabiliter autem assunt reliqui tres purgandorum ordines/ ijs
quæ nunc geruntur super sancte defunctis: coram intuentes exemplo eius qui obdor=
miuit/ q̃ incertus est nobis aduentus mortis/ discentes itidem aperte ipsa sanctorum
æterna præmia: diuinarum litterarum corroborata testimonio/& intermina etiam sup=
plicia : ijs qui similiter vt ipsi / impure viuunt & sordide/ comminata . vnde potissi=
119 mum ad meliorem vitæ frugem reuocari queunt. ¶Nempe ex ijs & visis & auditis:
haud dubie magnum profectum assequi possunt ipsi reliqui purgandorum ordines.
cum scilicet vident eum qui pie obdormiuit in domino/sanctorum ministrorum præ=
conio laudari: tanquam iam vere factum participem consortij ciuium cœlestium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Forſan & ipſi apoſtatæ/ energumini & pœnitentes/ ad ſimilis vitæ & fœlicis conſum-
mationis deſiderium prouocabuntur: cum miniſtrorum fuerint inſtructione edocti/ q̄ ſit 120
optanda & vere fœlix in CHRISTO obdormitio. ¶ Poſt hæc ſacratus pontifex oratio-
nem ad deum ſuper mortuū effundit/ deinde illum ſalutat. & cæteri omnes qui aſtāt ſuo
quiſq; ordine poſt pontificē/ defunctum ſalutant. Ipſa autem pontificis oratio diuinam
precatur bonitatem: vt ipſi defuncto cuncta dimittat peccata per fragilitatē humanam
commiſſa/ illumq; collocet in lucis perpetuæ habitaculo ac regione viuorum/ in ſinibus
Abrahæ/ Iſaac & Iacob/ & in eo cœleſtis manſionis loco: vnde ſecundū diuinā apocaly-
Apo. 7. pſim tollitur omnis luctus/ dolor & gemitus. Iſta ſane quæ modo nominata ſunt: cumu-
latiſſima ſunt & ampliſſima beatorū pręmia/ omnē rerū dignitatē tranſcendentia. Quid
enim obſecro immortalitati perpetuæ/ nulla vnq̄ triſtitia obnubilatæ & ſempiterno lumi
ne choruſcanti/ comparari queat? Et ſane promiſſiones illæ fœlicitatis æternæ/ lōge am-
pliores ſunt & exuberantiores: q̄ mens humana capere poſſit aut concipere. Quis au-
tem nominibus nobis accommodatis & noſtræ intelligentiæ congruentibus plerumq;
illę deſignentur promiſſiones: vt nomine lucis/ quietis/ voluptatis/ terrę viuentium/ fon
tis/ vitę & cæteris id genus: illæ tamen appellationes longe inferiores ſunt & contracti-
ores/ q̄ res ipſa quæ ſignatur & veritas ipſa cœleſtium præmiorum. quandoquidem ve
rum exiſtimare debemus illud diuinum eloquium: nobis a Paulo expreſſum. q nec ocu
1. corin. 2. lus vidit/ nec auris audiuit/ neq; in cor hominis aſcendit: quę pręparauit deus diligenti-
bus ſe. Sinus autem ſanctorū patriarcharū iam nominatorū/ eſſe putandi ſunt/ beatiſſi-
mæ cœleſtis regni ſedes: quæ omnes diuina per virtutū imitationē effigie inſignitos in 121
ſe ſuſcipiūt/ in gloria īmarceſſibili ac ſempiterna requie. ¶ Mouet deinde hoc loco dubi
tationem ſacratiſſimus pater circa petitionis ipſius pontificis orandiq; modum. Dicet
(inquit) fortaſſe quiſpiam/ quæ præmiſſa ſunt/ recte quidem & vere dicta eſſe: verū am-
biguitatem emergere/ quam ob cauſam pontifex diuinam implorat benignitatem/ ipſi
defuncto veniam peccatorum poſtulans: & æternam cum ſanctis in regno cœleſti man-
ſionem. Cum enim defunctus eorū operū quæ in hac vita geſſit ſiue bonorū ſiue malo-
rū/ a diuina iuſtitia percipiat retributionem/ cumq; perfecerit huius vitæ actiones defun
ctus & extremam illis manū in mortis articulo impoſuerit: non videtur oratio pontificis
ipſum defunctum transferre poſſe ad aliam requiem/ præter illam quam meritus eſt/ vitę
hic tranſactę reſpondentem atq; proportionalem. quare ſuperuacua cenſeri poſſit huiuſ
modi pręſulis oratio/ aut id expoſcere quod īpetrare nō valeat. ¶ Reſpōdet diuinus pa
ter neminem qui diuinis aſſentitur eloquijs id ignorare: q ſingulis hominibus redden-
da ſit ſecundū ſua opera retributio. Definiuit enim deus apud ſe: atq; pręſcripſit cuiq; ſu
2. corin. 5. am pro operibus mercedem. & teſte Paulo referet quiſq; eorum quę per corpus geſſerit
operū pręmia: ſiue opera ea bona ſint ſiue mala. Quod autem iuſtorum hic viuētiū preces/
alijs proſint: non ſolum adhuc hanc degentibus vitam/ verum etiam mortuis/ ſedijs ſo
lis qui digni ſunt: multa ſcripturę teſtimonia nos clarius edocent. Nichil enim profuit
1. regū. 15. Sauli: Samuelis deo placentis oratio. nichil itē ipſi populo Hebraico cōtulit: Hieremię
Hiere. 14. prophetę deprecatio. q vterq; & rex & populus indignus eſſet: cui diuina conferrentur
munera. Sane qui indignus omnino eſt cœleſtibus donis ob vitę improbitatem/ & tamē
alicuius viri iuſti petit pro eo fieri poſtulationem: ſimile quippiam agit/ ac ſiquis ſole ſu-
os radios ſanis oculis infundente (ſicut deus ſuę gratię fulgorē pijs mentibus & ſanctis
immittit) aliquis ſtolide oculos ſibi effodiens/ cuperet ſolaris luminis tamen habere par
ticipationem. Ita ſane vana lactatur ſpe/ & eorum quę nequaq̄ fieri poſſunt: qui ſancto-
rū pro ſe fieri preces poſtulat/ & tamen bonas actiones eorū vitę & moribus conformes
prorſus abijcit. neq; animū adaptat aut parat diuinis ſuſcipiendis muneribus: neq; diui-
na & apprime nobis ſalutaria mandata obſeruare ſtudet. ¶ Itaq; quiſquis ſcripturę ſan-
ctę accedit: vtiles in hac vita adhuc degentiū ſanctorū preces affirmabit/ hac pręſertim
ratione. Siquis diuinorum munerū percipiendorum deſiderio inflāmatus/ & ad illa ob-
tinenda feruenter affectus: proprię tamen imperfectionis & indignitatis ex humilitate
cordis conſcius/ neq; audens per ſeipſum primo diuinę maieſtatis celſitudinem accede-
re: aliquē ſanctorū virorum adeat/ oretq; eum vt ei ſit apud deū adiutor/ precator & pa-
tronus. is ipſe ex huiuſmodi petitione alieni patrocinij maximā conſequetur vtilitatem:
ſpiritualem ſcilicet/ & cuncta cōmoda temporalia longe tranſcendētem. Potietur enim
illis quę expetiuit diuinis muneribus: omni auro & argēto precioſioribus. diuinaq; cle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mentia in eo acceptabit/atq; gratam habebit illam humilem sui recognitionẽ: nam hu- 1. petri 4.
milibus deus dat gratiam. Approbabit item deus illã sanctorũ reuerẽtiam/ quam exhi-
bet is: qui ipsos se meliores existimans/ adiutores apud deũ sibi asciscit & patronos. Nec
minus amplectetur diuina clementia in illo/ pium illud sanctarũ petitionum (quas a deo
postulauit) desiderium: & dispositionẽ animi illius/ conformem illis sanctis petitionibus/
aptamq; & idoneã illis percipiendis. Enimuero diuina lege id cautũ est & ordinatum: ꝙ
congruo ordine diuina munera concedãtur ijs qui digni sunt accipere/ & per eos qui illa
digni sunt tradere. vt amborũ & suscipientis & secundarij tradentis: necessaria sit digni-
tas. perinde atq; sol radium suũ cõmunicat oculis dipositis: & per aerem ac intermedia
corpora/apta ad illius trãsfusionem. Et rex terrenus distribuit munera reipublicæ dignis
illa capessere: & per eos tanq̃ internuncios atq; precatores/qui regi sint grati et amici.
quos aliquis obscuri nominis & humili loco natus/non ausus se regio offerre cõspectui
aut maiestatis eius oculis se ingerere: sibi cõciliauit patronos atq; interpellatores/ vt pro
ipso regem exorent. Qz si quis hanc diuinæ legis sanctionẽ aspernatus fuerit & tumida
elatione inflatus/magnumq; de se quiddam existimans: dignũ se dei amicitia et societa-
te putet/ & sanctos despiciat tanq̃ minus dignos/aut non necessarios ad interpellãdum
pro seipso deum: ille. reuera si petitiones indignas & saluti suæ minus cõueniẽtes/ vt re-
rum opulentiam aut mundi gloriam postulet/neq; feruens habeat sacrarũ rerum deside
rium/suoq; statui & gradui congruũ: nunq̃ indiscretam postulationem per seipsum inso-
lenter factã obtinebit. tum ꝙ indigna peti poposcit/tum ꝙ impudenter ad petendum se
ingessit: nõ exhibita diuinæ maiestati (quam debuit) per resilitionem in suam paruitatem
veneratione. ¶ Deinde diuinus pater alteram adhibet responsionem ad dubitationem
paulo ante motã: dicens & id expedire/ vt adducatur in medium & illa ratio atq; causa
orationis factæ a pontifice super defunctũ: quam sanctissimi apostoli & pręceptores eius
assignarunt. Est autem illa: huiusmodi. Ipse quidem sacratus pontifex: diuinorum iudi-
ciorum interpres est/ expositor et declarator. nam secundũ scripturę testimonium: ange Mala. 2.
lus est & nuncius domini exercituũ. Didicit autem præsul ex scripturis sanctis/ ꝙ ijs qui
pie vixerunt & sancte consummati sunt: ab ęquissima diuinę iustitiæ libra redditur lucida
et immortalis in regno cœlorum vita. neq; imputat diuina bonitas per summam suam
misericordiam illis maculas peccatorum: quas hac in vita ex humana fragilitate cõtra-
xerunt. nullus enim (vt ait scriptura) est mundus a sorde: nec infans vnius diei. ꝙ huius- Iob 25.
modi maculæ: ante vitę exitum deletę sint/ & salubriter abstersę. Ista quidẽ beatorũ prę-
mia nouit ex scripturis sacris pontifex pijs & sanctis promissa: petitq; ea cõpleri/ & mu-
nera cœlestia illis donari qui sanctam duxerunt vitam/et pie consummati sunt. In quo &
seipsum ad imitationem dei efformat & componit: ea postulans alijs tradi munera/quę
deus ipse dare repromisit. diuinæq; charitatis ęmulus/aliorum dona ijs quibus compro
missa sunt dari expetit: tanq̃ propriã pro se & sibi dandam exposceret gratiam/non mi-
nori affectu pro alijs q̃ pro se rogãs. Neq; ipse ignorat promissiones illas dei: vere futu-
ras illis quibus factæ sunt. quinimmo præsentibus ipse pontifex aperte declarat/ ꝙ qui
sancte in CHRISTO quieuerunt: omnino consequentur illa bona quæ ipse a deo postu-
lat illis dari. vt illa in modum petitionis facta oratio/non tã postulatio sit q̃ assertoria di-
uini iudicij declaratio atq; denunciatio: ꝙ huiusmodi bona quæ petuntur/ proculdubio
reddẽtur ijs pro quibus fit supplicatio. Non enim pontifex suo rite fungẽs officio (ꝙ di-
uinæ est iustitię interpres et explanator/illa palam prædicans: quę deus occulte iudica-
uit/sibi diuinitus inspirata) vnq̃ peteret illa: quæ deo sciret ingrata/& quę deus se largi-
turum ante non promisisset. Idcirco incredulis/ infidelibus & immundis: non impreca-
tur æterna pręmia. tum quia in hoc proprium sui officij desereret ordinẽ: & aliqua pro-
prio motu atq; sensu tentare pręsumeret / ad quæ facienda a sancto spiritu interius non
fuisset incitatus. tum etiam quia indigne & pro indigno orans: non exaudiretur a deo/
atq; ad ipsũ merito diceretur illud beati Iacobi verbũ: diuinæ iustitiæ conforme. Petitis et Iacobi 4.
non accipitis: quia male petitis. Itaq; venerandus pontifex ea dũtaxat petit a deo: quæ
sunt repromissa cœlitus atq; grata deo/ & quæ elargienda ijs pro quibus petuntur non
ambigit. ostẽdens simul animi sui sententiã deo clementissimo omnino consentaneam/
in eo ꝙ quæ deus promisit: ipse pontifex complenda asseuerat/ & pariter præsentibus
subindicans: quantis & q̃ amplis bonis munerãdi sunt post hanc vtam sancti. Hoc enim
pacto ipsi pontifices discretiuis bonorum ab impijs & sanctorum a prophanis vtuntur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ſuis virtutibus/tanq̄ declaratores diuinorum iudiciorum occultius factorū. ꝙ quos de-
us primum diſcreuit: illos ſecundo loco pontifices diſcretos eſſe/virtute ſua pontificali
palam prędicant. Non tamen exiſtimandū eſt/ꝙ ſapientiſſima diuinitas ſeruiliter & tanq̄
ſubiecta: obſequatur irrationalibus ipſorum pōtificum affectibus & arbitrio. vt quos pō
tifices ſua ipſorum authoritate iudicauerint primo loco/immundos aut prophanos: illos
deus tanq̄ ad id adactus/ſecundo fere ordine tales habeat/ ſequaturqꝫ illorum iudicium
atqꝫ cenſuram. Sed ediuerſo ipſi pontifices/pro merito illos ſuo miniſterio ſeparant a iu-
ſtorum conſortio: qui a deo propter ſuam incredulitatē aut iniquitatem iam iudicati ſūt/
et internæ ſpiritus ſancti operationi ea in re obtemperant. Siquidē dictum eſt ipſis a do-
Ioan. 20. mino diſcipulis: et dein omnibus pontificibus. Accipite ſpiritum ſanctum. quorum remi-
ſeritis peccata: remittuntur eis. et quorum retinueritis: retenta ſunt. quoniam ipſi abſo-
lutos aut ligatos declarāt: quos diuina cēſura prius & in occulto abſoluit aut ligauit. Bea
to itidem Petro/ cui pater cœleſtis veræ fidei confeſſionem reuelauerat: dicitur a domi-
Matth. 16. no. Quodcūqꝫ ligaueris ſuper terram: erit ligatū & in cœlis/ & quodcūqꝫ ſolueris ſuper
terram: erit ſolutum & in cœlis. Non quidem quia prius liget Petrus aut ſoluat ſuper
terram: et deinde idem faciat deus in cœlo. ſed econtrario quia deus primum liget aut
ſoluat in cœlo: & ſubinde Petrus et quiuis pontifex idem declaret in terris/ ligatum aut
ſolutum. Et ſane hac poteſtate diuinitus indulta: Petrus & omnis illi eccleſiaſticæ fūctio-
nis ordine ſimilis pontifex/iuxta reuelationes diuinorum iudiciorum ſibi traditas/ decla-
rando eas & traducēdo homines in deum: admittit eos qui deo ſunt chari in ſanctorum
cōſortium/impios autem excludit. Deniqꝫ ſanctus Petrus ſacratiſſimam illam orthodo-
xæ fidei confeſſionem pronūciauit. Tu es CHRISTVS filius dei viui. non quidem pro-
prio ſenſu/neqꝫ humana natura aut diſciplina illi hoc reuelāte: ſed a deo patre illum in-
terne illuſtrante edoctus. Itaqꝫ hunc in modū ſacrati pontifices/& ſeparationibus iuſto-
rū ab impijs & virtutibus ſuis ſacerdotalibus vti debēt: quemadmodum deus omnium
myſteriorum author & princeps illos diuinitus & intima inſpiratione agitauerit. Cæteri
vero eccleſiaſtici ordines ita pontificibus debent morē gerere & obſequi/ quæcūqꝫ ipſi fe
cerint: tanq̄ a deo inſpiratis & motis ad ſua obeūda officia. Dictum nanqꝫ eſt a domino
Lucæ. 10. diſcipulis/et deinde pręſulibus omnibus. Qui vos audit: me audit. et qui vos ſpernit: me
ſpernit. ¶ Verum nunc ad propoſitam materiam quaſi ex digreſſione redeundum eſt. 122
Peracta oratione ad deum: pontifex ipſe defunctū ſalutat/& ſimul qui aſſunt omnes/ad
ſignificandum mutui amoris ſocietatem/quam inter ſe habēt: & congratulationem om-
nium de fœlici vitæ exitu eius qui ſalutatur. Siquidē qui rectæ vixit & ſancte vitam con
ſummauit: omnibus diuinæ bonitatis imitatoribus atqꝫ dei ſimilitudinem æmulantibus
gratus eſt & venerabilis. ¶ Deinde trāſacta ſalutatione: pontifex defuncto infundit ole- 123
um. Meminiſſe autē decet/ ꝙ in prima ad vitam ſpiritualē regeneratione ante baptiſmi
ſuſceptionem fit ipſi initiando poſitis omnibus veſtibus per totum corpus inunctio tanq̄
prima cōmunicatio cognitionis fidei vt nobis tradita eſt ab apoſtolis/& in ipſorum ſym-
bolo contenta. quæ fidei confeſſio ſicut in principio naſcentis eccleſiæ: ita & nunc ſer-
uato vetuſto nomine ſymbolum apoſtolorum appellatur. Et nunc in fine omnium vi-
tę operationum: etiam defuncto infunditur oleum. At vero in baptiſmi ſuſceptione: in-
unctio illa baptiſandum præparauit ad ſancta contra ſpirituales næquitias certamina/
toto vitæ huius tempore exercenda. Nunc autem in exequijs infuſum defuncto oleum:
ſignificat eundem illa peregiſſe certamina/& illis completis ſancte eſſe conſummatum.
¶ Poſtq̄ vero hæc omnia ſunt peracta/pontifex in loculo decēti & honeſto defuncti cor- 124
pus reponit cum alijs ſui ordinis corporibus: vt pontificis corpus cum pōtificibus/et ſa-
cerdotis cum ſacerdotibus. Quoniam enim qui defunctus eſt/ſanctam egit vitam in ani-
ma & corpore: etiam corpus ipſum honorari dignum eſt cum anima/ ſicut & ſanctis la-
boribus cum ea contra vicia deſudauit in hac vita. Proinde diuinæ iuſtitiæ rectitudo di-
gnam ipſi animæ cum ſuo corpore decernit atqꝫ diſtribuit retributionem: tanq̄ ſocio atqꝫ
conſorte vitæ bonæ & ad dei imitationem in virtutibus actæ/aut vitæ peruerſæ atqꝫ deo
contrariæ. Ideo & eccleſiaſtica conſtitutio: tam animæ q̄ corpori diuinorum aſſignat my-
ſteriorum participationem. Animæ quidem: in lympidiſſima cognitione ſpiritualis intel-
ligentiæ ſacrorū/& ſyncæra eorum quæ viſibiliter in ſacramentis geruntur ſcientia. Cor-
pori vero: per ſacrum quod ei ſuperfunditur vnguentum/ quod diuinæ participationis
typus eſt & imago. Quinimmo eadem ſancta ſacrorū functio per ſanctiſſima diuinæ eu-

charistiæ ſigna/panem ſanctum & calicem benedictum: totum ſāctificat hominem/inte-
gramq; illius ſalutem tam in anima q̄ corpore operatur. atq; vniuerſis expiationibus
et expurgationibus circa hominē adhiberi ſolitis: perfectiſſimam eius reſurrectionem in
vtraq; ſui parte fore denunciat. Cęterum preces ac orationes/conſecrationis ante dicto-
rum ſacramentorum effectiuas: non eſt licitum ſcriptis mādare/neq; earum ſecreta my-
ſteria aut virtutum (quæ per illas preces a deo fiunt) efficaciam/in publicum proferre.
Sed ſicut eccleſiaſtica habet ſanctio: qui eas ſecreta inſtructione ab alio perceperit/atq;
ad altiorem animi diſpoſitionem & ſublimiorem diuinorum intelligentiam/amore ſacro
et ſanctis actionibus perfectus euaſerit: is demum cœleſti luce illuſtratus/ad altiſſimam
125 illarum orationum virtutūq; inde prodeuntium prouehetur ſcientiam. ¶ Porro id eccle-
ſiaſticę conſtitutionis inſtitutum/ꝙ pueri qui necdum ob ętatis imbecillitatem poſſunt
diuina myſteria intelligere/fiant participes ſancti baptiſmatis & ſacrę euchariſtię: pro-
phanis & incredulis videtur merito (vt retulerunt nonnulli catholici) irridendum/obiici
entibus ꝙ pontifices id faciētes: auditoribus minus capacibus vtpote pueris diuinorum
ſacrorum doctrinam tradunt/ipſis itidem non intelligētibus communicant ſanctas fidei
traditiones ac ſacramenta. immo quod magis ridiculum cenſetur: alii ſcilicet ſuſceptores
puerorum pro ipſis pueris abrenunciant/& ſanctam fidei profeſſionem faciunt. ¶ Hæc
a prophanis de paruulorum baptiſmo & ſacra communione obiecta/quæ ſanctus Timo-
theus beato patri ſignificauerat: refellēs hoc loco ſacer Dionyſius/& ad Timotheū ver
ba dirigens/dicit ꝙ oportet ſacerdotalem eius prudentiam non indignari amaro ſtoma-
cho errātibus: ſed eorum potius errorem miſerari. & modeſte ſimul atq; benigniter vna
cum charitate & pia religione: eorum quæ ab eccleſiaſtica functione fiūt rationem legi-
timam reddere/atq; incredulorum obiecta contra veritatem refutare/ea potiſſimū cauſa
vt inſtruantur ignorantes/et ad viam rectam reducātur aberrātes. Oportet item et illud
ipſis adiicere ſecundum diuinæ legis ſanctiones/ꝙ non omnia ſacroſancta myſteria no-
ſtræ humane ſcientiæ concluduntur anguſtia aut cōpręhendūtur: ꝙ permulta ſunt/quę
noſtræ mentis captum ob ſui eminentiam longe exuperant. Complura itidem myſteria
quæ nos latent/rationes habent digniſſimas: nobis quidem incognitas/ſed præſtantio-
ribus cœleſtium ſpirituum ordinibus exploratas & peruias. Inſuper et multa ipſis ange-
licis ſubſtātiis ſunt ignota: quæ ſoli diuinitati totius ſapientiæ authori perſpecta ſunt et
cognita. Verum de re iſta propoſita/paucis illa hic afferenda ſunt: quæ ex primitiuæ ec-
cleſię conſtitutione ab ipſis apoſtolis & primariis rei eccleſiaſticę ducibus ad cęteros de-
riuata ſunt. Sentiunt enim illi (quod plane eſt vero conſonum) infantes ipſos ſi ſancta
inſtitutione fuerint educati/ad rectæ vitæ conſuetudinem demum perductum iri: quam
agant omni errore vacui/& ab omni morū impuritate alieni. Id ergo cū ſibi perſuaſum
haberent ſapientiſſimi patres: viſum eſt eis congruum admittere infantes ad ſacrorum
participationem/hoc pacto ꝙ ipſius pueri parentes ſecundū carnem/illum vni ex fideli-
bus committant: tanq̄ egregio ſacrarum rerum illi cognoſcendarū pręceptori. ſub cuius
cura & cuſtodia puer ſit: tanq̄ patris ſpiritualis/& eorum quæ ad ipſius ſpectant ſalutem
inſtitutoris/& ſecundū animam educatoris. Ab hoc igitur ſuſceptore/ſpondente ꝙ pue-
rum educabit ſecundum orthodoxæ fidei regulam: pontifex exigit ꝙ abrenūciationem
faciat & fidem profiteatur. non quidem (vt prophani nos irridentes dicunt) alium pro
alio/ſuſceptorem ſcilicet pro puero: ſacris myſteriis imbuens. Siquidem non dicit ipſe
ſuſceptor. ego pro puero abrenūcio: aut fidem profiteor. ſed ita dicit. puer iſte abrenun-
ciat & profitetur: meis verbis & meo ore. quod tātūdem valet: atq; ſi diceret. Ego ſuſce-
ptor ſpondeo me inducturum puerum cum ad vſum rationis & cognitionem mētis per-
uenerit/aſſiduis admonitionibus meis: vt puer omnino abrenunciet aduerſis poteſtati-
bus/profiteatur fidem & peragat diuina mandata/quę nunc pollicetur ſe obſeruaturum.
Quocirca nichil abſurdum eſt aut ineptū: ſi ad ſācti baptiſmi ſuſceptionē a CHRISTO
inſtitutam puer adducitur/præclarum habēs eorum quæ ſcire debet magiſtrum: qui illi
ſacrarum rerum ſcientiā notionemq; tradat/& a prauitate vitæ conſeruet alienum. Tra
dit autem puero iam baptiſato ſacroſanctam euchariſtiam pontifex: vt illius alimonia
nutriatur ſecundum ſpiritum. neq; aliam habeat aut agat vitam: niſi hanc ſpiritualem/
quæ diuina præcepta ſemper inſpiciat et exequatur/ſeq; totum ad diuinorum imitatio-
nem componat: & quæ huiuſmodi ſumptione diuinæ euchariſtiæ in melius ſemper pro-
126 grediatur. vt in ipſis diuinis rebus ipſe puer habitum & conſuetudinem demum ſibi aſ-
ſumat: & promoueatur ad ſancta virtutū exercitia ſtudioſius a ſuo ſuſceptore. ¶ Poſtre-

Cap. 7 pars 3

mum sacratissimus pater piam & humilem subnectit ad sanctum Timotheum conclusionem: modestiæ & religiosæ submissionis plenam. dicens q sibi a domino concessum est: ista pręclara/insignia/ & pręcipua ecclesiasticę functionis mysteria (quę hoc in libro dicta sunt) cōspicere. Alii vero qui diuiniore sūt & sacratiore animo/ nō solū ista & signa visibilia & latētia in illis sesa spiritualia cognouerūt: verū etiā alia multo altiora & sublimiora. Et tibi (inquit) O Timothee/ conspicuæ erunt ac peruiæ/ longe clariores & excellētiores diuinarum rerum intelligentiæ: si ad liquidiorem sacrarum notionum fulgorem his tanq̄ adminiculis contendere studeas. præstabunt enim ista adiumētum ad maiora intelligenda. Cum igitur assecutus fueris intentissimo studio perfectiorem sacratissimorum mysteriorum sensum/ q̈ hic tibi a me traditus est: illius oro & michi quoq consortiū communica. et spiritualibus animi mei oculis exhibe quascūq percipere poteris/ honestiores diuinorum sacrorum congruentias atq pulchritudines: ipsius dei (qui illud summe vnum est) imaginem ac speciem sacratissima repræsentatione ostendentes. Confido equidem ex ijs quæ hoc in libro dicta sunt: diuinæ intelligentiæ igniculos tibi excitatum iri. qui vbi excudentur: ad augustiora capienda & hauriendum lucidiorem radium/ mentem tuam aptabunt ac disponent. vt sic demum per hæc nostra/ subueharis ad excelsiora diuinarum rerum intelligenda mysteria; & ab inferioribus ad superiora nitaris.

¶ Ecclesiasticæ hierarchiæ diuinissimi Dionysii Areopagitæ: Atheniensium episcopi ac Galliarum apostoli finis.

¶Diuini Dionyſij Areopagitę/ Atheniēſis epiſcopi: ad Timotheū epiſco
pum Epheſinū/ liber de diuinis nominibus/ adiecto ad litteram commen=
tario declaratus.

¶Q uęnā ſit inſtitutio operis: et q̃ de diuinis noībus tradita ſint. Cap. I.



1 Vnc iam vir dei poſt theologicarū hypotypoſeon A
librum: ad explicanda pro viribus diuina nomina
tranſeamus. Sit autem modo quoqꝫ nobis ea (quæ
ſemper) definita lex: eorū quæ de deo dicūtur tueri
veritatem/ non in perſuaſibilibus humanæ ſapien= B
tiæ verbis. ſed in oſtenſione theologorum a ſancto
ſpiritu agitatæ virtutis: per quā ineffabilibus et in=
cognitis/ ineffabiliter & ignote coniūgimur pręſtan=
tiore illa vnione rationalis noſtræ ſpiritualiſqꝫ vir=
2 tutis atqꝫ actionis. ¶Nulla ergo ratione præſumendum eſt aliquid de ſu=
perſubſtātiali ſecretiſſimaqꝫ deitate aut dicere aut cogitare: præter illa quę
nobis ſacra eloquia tradiderūt. Nam ſuprema diuinaqꝫ ſcientia ignoratio= C
nis illius/ ſermonem omnē & ſenſum ſubſtantiāqꝫ ſuperantis/ qua ipſum
ſuperſubſtantiale noſcitur: ipſi aſcribenda eſt. tātūqꝫ fas eſt ad celſiora con=
tendere: quantum ſeipſum diuinorum eloquiorum radius inſinuare digna=
tur. cōparamuſqꝫ vires nobis ad ſupremos illos fulgores hauriendos inno=
cue: ſi diuina ſobrie & pie/ caſteqꝫ reueremur. Nam ſi quid ſapientiſſimæ D
veriſſimæqꝫ theologiæ credēdum eſt: pro captu animorum diuina reuelan=
tur atqꝫ ſpectātur. dei ſcilicet bonitate per ſaluberrimam iuſtitiam: immen=
ſitatem (quippe quæ incompręhenſibilis) ab ijs quæ ſub menſuram cadūt
3 (quemadmodū decet) dirimente. ¶Sicut enim ſpiritualia/ carnales percipe=
re & inſpicere nequeunt: & qui figmentis ac figuris inhęrēt/ ad ſimplicia fi=
guriſqꝫ vacua non aſpirant: & quæ ſecundum corporum lineamenta affor=
mantur/ incorporearum rerum informabilitatem nec tactui nec figuris ob=
noxiam nequaq̃ attingūt. eadem quoqꝫ veritatis ratione ſupereminet ſub=
ſtantiis omnibus ſuperſubſtātialis infinitas: ſenſuſqꝫ excellit omnes vnitas
ſenſu eminentior. ac mentibus omnibus inexcogitabile eſt vnū illud mente
ſuperius: ineffabileqꝫ eſt verbis omnibus bonum quod ſuperat verbum/
vnitas vnifica totius vnitatis/ ſuperſubſtantialiſqꝫ ſubſtantia/ & intelligen=
tia nequaq̃ intelligibilis/ & ineffabile verbum/ ſermonis & intelligentiæ no=
miniſqꝫ priuatio: quæ iuxta nullam ſubſtantiarum eſt. & cum omnibus vt
ſint cauſa ſit: ipſum non eſt/ vtpote omni eſſentia ſuperius/ & vt ipſum de ſe E
proprie periteqꝫ negantibus verbis enunciat. De hac igitur (vt dictū eſt) ſu=
perſubſtantiali ſecretiſſimaqꝫ deitate: neqꝫ dicere quicq̃ neqꝫ cogitare præ=
ſumēdum eſt/ aliter q̃ ſacra nobis eloquia pie admodū/ caſteqꝫ tradiderūt.
4 ¶Namqꝫ vt ipſa de ſe in ſāctis litteris benigniſſime tradidit: eius (quicquid F
tandem ipſa eſt) & ſcientia et intelligentia/ omnibus eſt inacceſſa ſubſtātijs.
vtpote ab omnibus: altiſſimis modis excepta. Deniqꝫ theologos plures in= G
uenias illam non modo vt inuiſibilem/ incompręhenſibilemqꝫ laudaſſe: ve=

Cap.
1

rum & inſcrutabilem ininueſtigabilemq̃ dixiſſe: quaſi nullũ extet veſtigiũ
eorũ qui ad eius ſecretiſſimã infinitatẽ penetrarũt. ¶ Non tamen vſq̃quaq̃ 5
ſummum illud bonum / vlli ſubſtantiæ cõmunicabile non eſt. ſed cum in ſeip
ſo ſtabiliter superſubſtantialẽ fixerit radium: cõgruis tamen cuiuſq̃ ſubſtan
tiæ captibus ſeſe clementer inſinuat / & ad ipſius ſpeculationẽ & ſocietatem
ac ſimilitudinem (quantam aſſequi poſſunt) intẽdit ſpiritus altiſſimos. Qui
(vt fas eſt cœleſtes) ipſi reuerenter intendũt / & neq̃ ad ſuperiora q̃ feratin-
dultus illis pro modo ſuo radius: inſolenter aſpirãt. neq̃ ꝙ ad inferiora ver-
gãt: ad deterius labuntur. ſed conſtãter ac firmiter nuſq̃ obtutus declinan-
do: ad illuceſcẽtem ſibi radium aciem intendũt. atq̃ amore cõgruo illuſtra-
tionum diuinarum (quas haurire fas eſt) ſancta cum reuerẽtia ſobrie ac pie
euolant. ¶ Ijs igitur inhęrẽtes diuinis lancibus quę totas cœleſtiũ ordinum 6
ac ſubſtãtiarum diſtinctiones gubernãt: arcanũ quidem diuinitatis (quod
intellectum omnem / ſubſtãtiamq̃ trãſcendit) inſcrutabilibus et ſacris animi
venerationibus: ineffabilia vero / caſto honorãtes ſilẽtio: ad eos quos ex ſan-
ctis litteris haurimus fulgores intẽdimur. atq̃ ab his: ad diuinos hymnos
H dirigimur (ab his quidẽ vltra mũdanum modum illuminati) atq̃ ad ſacras
laudationes effingimur. ad id ipſum vt etiam aſpiciamus / quæ nobis pro ca
ptu noſtro ex ipſis indulgẽtur diuina lumina: & principiũ ſacræ totius illu-
I ſtrationis (a quo omne prouenit bonum) celebremus. vt ipſa de ſe in ſacris
eloquijs tradidit: puta ꝙ ſit omnium cauſa. & initium. et ſubſtantia. & vita.
eos qui ab illa cadunt: reuocans atq̃ erigens. & qui ad id prolapſi ſunt vt in
ſe diuinam effigiem corruperint: renouãs ac reformãs. quiq̃ impura aliqua
agitatione quatiuntur: eos ſacratius firmans. ſtantes corroborãs. eoſq̃ qui
ad ſe promouẽtur & aſſurgunt: porrecta veluti ſubuehẽs manu. eis qui illu-
minãtur: fulgor intimus. & qui perficiũtur: cõſummationis princeps. quiq̃
in deum aſſumũtur: ſumma diuinitas. & qui ſimplices fiũt: vera ſimplicitas.
quiq̃ in vnum tranſeũt: vnitas. principij totius omnia ſuperãs initia per ex-
cellentem ſubſtantiam principium. occultiq̃ ſacratiſſimi (quantum fas eſt)
benigne participationem tradens. atq̃ (vt paucis dixerim) viuentium vita /
ſubſiſtẽtiumq̃ ſubſtantia. vitæ omnis ac ſubſtantiæ initium & cauſa. ꝙ bo-
K nitate ſua / cũcta quæ ſunt / vt eſſẽt produxerit: atq̃ vniuerſa cõtineat. ¶ Iſta 7
ex diuinorum eloquiorum fontibus haurimus. inueniesq̃ omnem ferme (vt
ita dixerim) theologorum laudationẽ: ad beneficos diuinitatis progreſſus
L exponendos atq̃ laudandos / diuina effingere nomina. Quocirca in om-
nibus ferme ſanctis libris aduertimus: diuinitatem ſãcte prædicari. vt ſingu
Vnum. larem quidem atq̃ vnicam: ob ſimplicitatem atq̃ vnitatem excellentis illius
indiuidui / ex quo veluti vnifica virtute in vnũ euadimus / diuiduiſq̃ noſtris
alteritatibus ſupra mũdanum modum cõglobatis: in diuinam monadem
Trinitas. atq̃ vnionem deum imitantem colligimur. vt trinitatem vero: propter di-
M uinæ fœcunditatis in tribus perſonis expreſſionem ex qua omnis paterni-
Cauſa. tas in cœlo & in terra eſt / et nominatur. vt vero cauſam rerum omniũ: quia
Sapiens. omnia per ſubſtãtificam ipſius bonitatem / vt eſſent acceperunt. Porro ſapi-
Pulchrum. entem & pulchram: quia quę ſunt omnia & quæ naturam ſuam inuiolabi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

lem seruant/ omni diuina cõgruentia sacroq; decore sunt plena. Supra mo- Benignissimum.
dum vero benignam: quia in vna personarum suarum/ infirma nostra inte-
gre verissimeq; suscepit. ad seipsam reuocans atq; astringens humilitatem
nostram: ex qua ineffabiliter compositus est simplex IHESVS. ęternusq;:
temporales subiit metas. atq; intra naturæ nostræ terminos venit: qui om-
nẽ totius naturæ ordinẽ eminẽter excedit/ suis proprietatibus imutabiliter
atq; incõfuse subnixus. et queq; alia deifica lumina sacris ex litteris hausta: N
secreta sanctorum præceptorum nostrorum traditio nobis explanãdo tra-
8 didit. quę & nos quoq; didicimus. ¶ Et nunc quidem pro captu nostro per
sacra velamina sanctarũ litterarum sacerdotaliumq; traditionum benigni-
tas: carnalibus spiritualia/ & subsistentibus supersubstãtialia contegit. for-
masq; & figuras ijs quibus ista per summam excellentiam desunt/ circũpo-
nit. ac supremam illam neq; figurabilem simplicitatem: diuiduorũ varietate
signorũ multiplicat atq; effingit. Tunc vero quãdo incorruptibiles/ immor-
talesq; facti erim⁹/ & ad imaginem CHRISTI beatissima dignati requie:
semper (vt scriptum est) cum domino erimus. visibili quidem ipsius diuina O
præsentia castissime contemplando fruentes/ lucidissimis nos circunfulgen-
te luminibus: non secus ac discipulos in sacratissima illa trãsfiguratione sua. P
Porro spiritualis ipsius & intelligibilis lucis (mente/ perturbatione omni &
materia libera) participes facti: eius quæ sensum omnem superat vnionis/
lucidissimorum radiorum incognitis et beatissimis iactibus/ erimus (super-
cœlestes spiritus diuinius imitãdo) cõsortes. erimus eni (vt ait veritas) ęqua Q
9 les angelis: & filij dei/ cum simus resurrectionis filii. ¶ At enim pro modulo
nostro in diuinis rebus/ familiaribus nobis vtimur signis: & ex eis rursus
ad simplicẽ atq; vnitã spiritualiũ speculationũ veritatẽ/ congrue nobis assur
gimus. et post omnẽ pro humano captu diuinarũ intelligentiã rerum feria-
ti: spiritualibus actionibus nostris supremũ illũ radiũ (quantũ fas est) hau-
rire contẽdimus. in quo termini omnes omniũ sciẽtiarum plusq̃ ineffabili-
ter præsubsistũt: quem neq; intelligere neq; eloqui possumus/ neq; omnino
quomodolibet intueri/ ꝙ sit exceptus ab omnibus et excellẽter ignotus. Et
cum omniũ substãtialiũ sciẽtiarum atq; virtutũ fines simul omnes in se inef-
fabili modo ante acceperit: omnibus etiã spiritibus angelicis eminet/ incom-
pręhẽsibili virtute superne locatus. Si enim sciẽtiæ omnes/ rerũ subsistentiũ
sunt/ atq; in substãtias desinunt: qui substantiã excedit omnẽ/ sciẽtia quoq;
10 omni superior sit necesse est. ¶ Atqui si sermone omni/ omniq; sciẽtia prę-
stantior est: si supra sensũ prorsus atq; substãtiam eminet/ & percipiẽs cir- R
cũambiat & cõpręhendat atq; anticipet omnia: ipse tamẽ omnino incõpre-
hensibilis permanet. et neq; sensus vllus eius est neq; imaginatio/ neq; opi-
natio/ neq; nomen/ neq; sermo/ neq; tactus/ neq; scientia: quomodo ergo scri
bemus/ & de diuinis nominibus aggrediemur? cum docuerimus super- S
substantialem deitatem carere vocabulo: atq; omne nomen excedere? Cete
rum quod diximus cũ theologicas hypotyposes id est institutiones expone
remus: vnum illud (quod incognitum/ quod supersubstantiale est) ipsum
bonũ quod est/ trinitatis vnitatẽ scilicet/ vnum simul deũ atq; simul bonũ:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

neqꝫ explicare neqꝫ intelligere possumus. Sed & ipsæ sanctarū virtutum angelis congruæ coniūctiones(siue eas iactus dicere oportet/siue perceptiones)plusq̄ incognite eminentissimeqꝫ lucentis bonitatis:& ineffabiles simul et ignotæ sunt.solisqꝫ ipsis insunt:qui ex angelorum numero supra scientiæ angelicæ modum/his digni habiti sunt. His cōiuncti ad imitationem angelorum(quātum fas est)sublimiores quiqꝫ sanctorū spiritus:quādo per vacationem totius spiritualis operationis huiusmodi spirituum in deum contendentium/ad supremā dei lucem peruenit vnio:ipsam proprie ac decentissime omnium ablatione concelebrāt.illud verissime & excellenter edocti ex beatissima ad eam lucem vnione:vt illa quidem substantiarū omnium sit
author/ipsa vero nichil sit ex his:vt quę ineffabiliter emineat oibus.¶Itaqꝫ 11
supersubstantiale illud diuinum (quicquid tandē id est:supremæ bonitatis substantia eximia)neqꝫ vt verbum aut virtutem/neqꝫ vt sensum aut vitā aut substantiam laudare licet vlli ex ijs:qui excellentis omnem veritatem veritatis amatores sunt.sed vt ab habitu omni/motu/vita/imaginatione/opinati
one/nomine/sermone/mente/intelligētia/substantia/statu/sede/vnione/fine/ 13
infinitate & ijs quæ sunt omnibus eminentissime exceptam. Quoniam vero vt bonitatis subsistētia/ipso esse suo est omniū subsistētiū causa:boni authorē sūmę diuinitatis prouidentiam ex omnibus creatis laudare cōueniet. Circa ipsā enim et ipsius causa/sūt omnia: ipsaqꝫ est ante omnia/
et in ipsa cuncta con 14
sistunt.atqꝫ eo ipso ꝙ est/ vniuersa ꝓducta sunt atqꝫ subsistūt:ipsamqꝫ desiderant omnia. Spiritualia quidē et rationalia:scienter. his autem inferiora:
T sensibiliter.alia vero: vitalis ratiōe motus/aut per substātialem habitualemve aptitu
V dinem. ¶Ista deniqꝫ non ignorantes theologi:ipsam & vt carētem nomi 12
ne/& ex omni nomine celebrant. Vt carentem quidem nomine:cum deum ipsum aiunt in vna sacratissimarum visionum apparentem/eum increpasse qui dixerat:quod est nomen tuum? Ac veluti ab omni eum diuini nominis cognitione abducentem/dixisse:cur de nomine meo interrogas/quod est

Prouidētia



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mirabile? An vero iſtud non eſt mirabile nomen: quod eſt ſuper omne no-
men/ quod eſt ſine nomine/ quod omne exuperat nomen quod nominatur
ſiue in hoc ſæculo/ ſiue in futuro? Vt plurimis vero nominibus præditum
laudant: cum ipſum rurſus inducunt dicentem/ ego ſum qui ſum/ vita/ lux/
deus/ veritas. & cum ipſi diuina ſapientia illuſtres: authorem omnium ex
creaturis omnibus/ multis nominibus prædicant. vt bonum/ vt pulchrum/
vt ſapientem/ vt diligibilem/ vt deum deorum/ vt dominum dominorũ/ vt
ſanctum ſanctorum/ vt æternum/ vt exiſtentẽ/ vt ſæculorum authorẽ/ vt in-
dultorẽ vitę/ vt ſapientiã/ vt mentẽ/ vt verbum/ vt ſcientem/ vt theſauros om
nes totius ſcientiæ in ſe eminentiſſime habentem/ vt virtutem/ vt potentem/
vt regem regum/ vt antiquũ dierũ/ vt inſeneſcibilem & immutabilem/ vt ſa-
lutem/ vt iuſtitiã/ vt ſanctificationẽ/ vt redemptionem/ vt magnitudine ex-
cellentem omnibus/ & vt in aura tenui. Sed & in ſpiritibus ipſum eſſe aiũt/
& in animabus/ & in corporibus/ & in cœlo/ & in terra/ & ſimul in eodem
eundem in mundo/ circa mundũ/ ſupra mundum/ ſupercœleſtem/ ſuper-
ſubſtantialem/ ſolem/ ſtellam/ ignẽ/ aquam/ ſpiritum roris/ nubem/ ipſum la
13 pidem & petram/ omnia quæ ſunt/ & nichil eorum quæ ſunt. ¶ In hunc er
go modum omniũ cauſæ quę ſupra omnia eſt: & priuatio nominis cõgru-
et/ & omnia ſubſiſtentium nomina. vt ſit profecto omnium regnum: & cir
ca ipſam ſint omnia/ & ex ipſa veluti cauſa/ veluti principio/ veluti fine de-
pendeant: ipſaq; iuxta ſcripturæ fidem ſit omnia in omnibus. veriſſimeq;
laudatur vt *ſubſtantiæ indultrix atq; conſummatrix/ continenſq;* cuſto-
dia & domicilium/ & ad ſeipſam conuertens. atq; iſta: coniuncte/ incircun-
ſcripte/ excellenter. Non enim *compræhenſionis ſolum aut vitæ/ aut con-
ſummationis eſt author/* vt ab hac ſola ſeu altera: prouidentia/ bonitas illa
quæ ſupra omne nomen eſt/ denominetur. verũ ſimpliciter omnia/ atq; in-
diffinite in ſeipſa cõpræhendit: exactiſſima vnius ipſius/ authoriſq; omniũ
prouidẽtiæ bonitate. atq; ex rebus omnibus: conuenientiſſime prædicatur
14 ac denominatur. ¶ Nẽpe *enim non hæc tantũ diuina nomina* ex abſolutis
omniũ ſeu ſingularibus prouidentijs/ ſeu ex ijs quæ prouidentia aguntur:
theologi prædicant. verum a quibuſdam interdum viſis/ quę in ſacris ędi-
bus ſeu alibi/ alijs atq; alijs ex cauſis ac virtutibus/ inſtitutores ſeu prophe-
tas illuſtrarunt: lucem omnem/ omneq; nomen tranſcendentem bonitatem
nominant. formaſq; illi & effigies humanas/ ſeu ignis ſeu electri circumpo-
nũt. ipſiuſq; oculos/ & aures/ & crines/ & facies/ & manus/ ſcapulas/ & alas/
& brachia/ & poſteriora/ & pedes laudant: coronas quoq; & ſedes/ & ca
lices & crateras/ & alia quædam id genus myſtica illi applicant. de qui-
bus in ſignificatiua theologia pro viribus diſſeremus. Nunc autem quęq;
ſunt præſentis operis de ſcripturis ſanctis colligentes/ & ijs quæ dicta
ſunt *veluti norma quadam & linea vtentes/* atq; ad ea aciem dirigentes:
intelligibilia diuina nomina explicare pergamus. Et quod nobis ſem-
per in omnibus ſacris eloquijs ſacra lex dictat: mente in deum inten-
tiſſima/ diuina (vt proprie dixerim) ſpectacula contemplemur. Expia-
taſq; aures *ſanctis diuinorum nominum* expoſitionibus applicemus: ſan-

Nomina dei.
X
Qui ſum.
Vita.
Lux.
Deus.
Veritas.
Bonum.
Pulchrum.
Sapiens.
Diligibile.
De9 deorũ
Dñs dñorũ
Sãctus ſanctorum.
Aeternum.
Sęculorum author.
Vitæ indultor.
Sapientia.
Y
Mens.
Verbum.
Sciens.
Virtus.
Potens.
Rex regũ.
Antiquus dierum.
Z
Inſeneſcibilis.
Immutabilis.
Salus.
Iuſtitia.
Z
Sanctificator.
Redẽptor.
Immenſus.
Sine termino.
In aura tenui habitãs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cta ſanctis ex traditione diuina inſinuantes.eaq; :a riſu & illuſione rudium
hactenus atq; infidelium vindicãtes.immo illos ipſos(ſiqui ſunt iſtiuſmo-
di homines)hoc errore liberantes. Te quidem iſta ſeruare conuenit pręcla-
re O Timothee/iuxta ſacratiſſimam ſanctionem:neq; inter imperitos elo-
qui/aut efferre diuina. Michi autem deus largiri dignetur:vt congrue lau-
dare poſſim benefica multiplicia nomina/ appellatione ac nomine carentis
deitatis.neq; de ore meo auferat verbum veritatis:auferrive permittat.

A ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Nunc iã vir dei poſt theologicarũ hypotyposeon
librum.hoc eſt poſt librum theologicarum inſtitutionum atq; informationũ.& hoc mu-
B nere libri caremus:quod deus reſtituat. ¶Nõ in perſuaſibilibus humanæ ſapientię ver
bis. Pauli ſententia eſt prima ad Corinthios epiſtola capite ſecundo. inquit enĩ. Et ego
in infirmitate/ & timore/ & tremore multo fui apud vos. & ſermo meus & prædicatio
mea/non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis:ſed in oſtenſione ſpiritus/ & vir-
C tutis. vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum: ſed in virtute dei. ¶Nam ſuprema
diuinaq; ſcientia ignorationis illius/ ſermonem omnẽ & ſenſum/ſubſtantiãq; ſuperãtis.
Scientia diuinæ ignorantiæ(qua deus ignote cognoſcitur/& inintelligibiliter intelligi-
tur/cõpręhenditurq; incõpræhenſibiliter)ſummũ munus eſt(poſt illam ad nos pluſq̃ be
nigniſſimam inclinationem qua deus in terris viſus eſt: & eius ineffabilis bonitatis quæ
geſſit ſacramenta)quod deus largitus ſit benigniſſimis mẽtibus/ in ipſum ſupra ſeipſas
& effuſis & intentis.qua quanto mens inſignius ſe deũ cognoſcit ignorare:tanto vbe-
rius quod incognoſcibile eſt cognoſcit. quæ quanto magis offunditur tenebris/ tene-
briſq; propinquat:tanto purius lumen appræhendit/illi ipſi ſyncęrius immixtiuſq; inful
gens. porro vbicunq; illi maius/ inſigniuſq; lumen apparet/ quod re vera appræhen-
dere valet:tunc minus appræhendit/ minuſq; cognoſcit. Vnde tandem euenire cogno-
ſcitur: vt eminentius ſciendi genus ſit non appræhendere q̃ appræhendere/& ignorare
ac neſcire q̃ ſcire.& non appræhendere/ignorare & neſcire per eminentiam dicta: non
repugnare ad maxime(quantum hominibus poſſibile eſt)appręhendere/ & maxime ſci
re. tametſi illa per defectum dicta(qua in ſignificatione vtuntur dialectici/ & philoſophi
quiq;: qui de diuinis/ aut nichil aut perparum nouere)illis vel plurimum aduerſen-
tur/ & nullo ſe compatiantur modo. ¶Et ea ignorantia profecto: ſcientia negatiua
eſt perfectiſſimi oculi/finiti tamen/ infinitum ſolem ignote incompræhenſibiliterq; at-
tingentis. affirmatiua vero ſcientia: aut eſt oculi cæci de infinito ſole differentis/ aut ſo
lis ſolum ſplendorem & nullo pacto eius iubaris incompræhenſibilitatem ſuſtinentis.
Quo fit iterum vt omnis humana de deo ſcientia/ ad diuinam ignorantiam compa-
rata: perinde ſeſe habeat/ vt philoſophia cæci nati aut lucioſi de ſolis lumine differen-
tis/ ad ſcientiam probe videntis & de ſolis lumine diſputantis. Et quanq̃ diuinus pa-
ter ad hanc pluſq̃ humanam ſcientiam/venerandam & diuinam ignorantiam nos pro-
Nicolaus Cuſanus.
mouet : iuuabere tamen amplius/ ſi in opuſculis(quæ vir pietate plenus Nicolaus
Cuſanus emiſit) te aliquantum exerceas. ſunt enim quo ad theologicam intelligenti-
am: ex his fontibus deducta. reliqua vero in eo philoſophia: peregrina eſt. Quod di-
ctum ſit:vt contemplatoribus nichil deſit(quantum in nobis eſt: & ammonere ſuffici-
mus) quod eos iuuare poſſit. quo tandem ex notorum proportionibus ducantur ad im-
proportionaliter/ſupraq; omnem proportionem ignotum. & pedetentim ex multitudi-
ne:ad vnum ſe colligant/quod eſt ante omne cõpræhenſibile vnũ.& ad id pariter acce-
dant:quod cum omnibus ſemper aſſit/ſemper manet inacceſſum. Id etiã dictũ ſit:ne ſę-
Modi de deo philo ſophandi.
pius oporteat quæ hic repugnantẽ plerumq; intelligentiã habere videntur repetere/ &
ſcholiorũ modum excedere. ¶Sunt enim modi de deo philoſophandi per affirmatio-
nes/per excellentes negationes/& per ſuperexcellentes negationes. Per primũ: theolo-
gia de deo habetur affirmatiua/quæ ſapientia dicitur:& quæ plurima eſt apud prophe-
tas. per ſecũdũ & tertium/habetur theologia de deo negatiua: quæ diuina dicitur igno
rantia. quæ eſt in prophetis rarior: ſed vberius in apoſtolis/beatiſſimo Paulo/& ijs quos
ipſi ſecretius inſtituerunt/per ſpiritũ ſanctum tranſfuſa. Primus modus omnia de deo po
nit/quæ peruerſionẽ & imitationis lapſum non ſentiunt:et ex oĩbus/ omniumq; poſiti-
onibus deum celebrat. Secundus de deo omnia aufert poſita:& ipſum ex oĩm poſitorũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ablatione collaudat. Tertius de deo & positiones & ablationes omnes aufert: & ex om-
niũ & positionum & ablationum superante ablatione deus iam in solo silentio colitur &
veneratur. Et vnicuiq; horum trium modorũ / pura intelligentiæ pietas & integra reli-
gio: coniuncta esse debet. Et ex primo quidem modo ascenditur ad secundum: & ex pri-
mo & secundo ad tertium. Et tres hi philosophiæ modi: tres sunt perfectoriæ virtutes /
& consummatarum mentiũ perfectiones: infima / media / suprema. Rursusq; primus mo
dus est perfectorum purgatio / secundus illuminatio / & tertius consummatio. primus a
multis capi potest / secundus a perq̃ paucis / & tertius a paucissimis. Rursum primi mo-
di nuda & primo sese offerens intelligentia: cum humilitate accedentes / rudes purgat.
eiusdem moralis actiuaq; intelligentia: eosdẽ illuminat. & anagoge iam purgatos & il-
luminatos perficit. & eo solo / ad multitudinem & vtendum & loquendũ est: q aliorum
modorũ intelligentiæ pietatẽ penetrare non sufficiant. Secundo modo: loquendũ est ad
paucos / vt qui iam consummati: secretioris philosophiæ conscij facti sint. Tertius autẽ
modus manet ineloquibilis. ¶ Et cum beatissimus pater hic in his diuinorũ nominũ san
ctissimis manifestationibus ex primo modo assurgit ad secundũ / & in mystica theologia
ex primo & secũdo ad tertiũ: summopere cauendũ est ne temerariũ efferamus iudiciũ.
quin veneremur potius sacrã quæ supra nos est / intelligentiã: & propriã fragilitatẽ (vt
dignũ est) agnoscamus. Potens est enĩ deus tenebras nostras illuminare: & quę a sapiẽ-
tibus sæculi abscõdit / ea reuelare paruulis. Indigna insuper his in rebus deuitate proble Matth. 11.
mata / indignasq; palestricas altercationes: quæ non illuminant / sed mẽtis oculũ (sic deo
volente) aut eluscant / aut prorsus occęcant. tanta enim maiestas / tantæ diuinitatis pon-
dus: ludicrã in corona dialecticorũ more (vt modestius loquar) dedignatur palestram.
sed sancta sanctis solũ: & vult & gaudet propagari. Sic enim beatissimus Paulus ecclesi
arũ lucerna / & fax nullo tẽpore extinguibilis / & oculus longe prospiciens: dulciter ãmo-
net Timotheũ / vt ab illis abstineat. stultas autẽ (inquit) & sine disciplina questiones deui 2. timo. 2.
ta: sciẽs quia aggenerãt lites. seruũ autẽ dei nõ oportet litigare: sed mãsuetũ esse ad oẽs /
docibilẽ / patientẽ / cum modestia corripientẽ eos qui resistũt veritati. ne quãdo deus det
illis pœnitentiã ad cognoscendã veritatẽ: & resipiscãt a diaboli laqueis / a quo captiui te-
nentur ad ipsius voluntatẽ. In reliquis autem ad sequentia deus pias mentes dirigat: &
ea quorũ ãmonere nõ sufficimus / adimpleat. & hactenus satis sit ad præparationis am
monitionẽ prælocutũ. ¶ Nã si quid sapientissimæ verissimæq; theologiæ credendũ est. D
Paulus ad Ephesios cap. quarto. Vnus deus / & pater omniũ: qui super oẽs & per om-
nia & in omnibus nobis. vnicuiq; autẽ nostrũ data est gratia secundũ mensurã donatio-
nis CHRISTI. & ipse dedit quosdam quidẽ apostolos / quosdã autẽ prophetas / alios
vero euangelistas / alios autẽ pastores & doctores. Et prima ad Corinthios epistola cap.
duodecimo. Diuisiones vero gratiarũ sunt: idẽ autẽ spiritus. & diuisiones ministrationũ
sunt: idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifesta-
tio spiritus ad vtilitatẽ. Alij quidem per spiritũ datur sermo sapientiæ / alij autem sermo
scientiæ secundũ eundem spiritum / alteri fides in eodem spiritu / alij gratia sanitatum
in vno spiritu / alij operatio virtutum / alij prophetia / alij discretio spirituum / alij genera
linguarum / alij interpretatio sermonum. hæc autem operatur vnus atq; idem spiritus:
diuidens singulis prout vult. ¶ Et vt ipsum de se proprie periteq; negãtibus verbis enũ E
ciat. Ipsum: ipsum vnũ mente superius / & ineffabile. Matthęus cap. vndecimo. Et nemo
nouit filiũ: nisi pater. neq; patrem quis nouit: nisi filius / & cui voluerit filius reuelare. Et
protestationẽ / de summa & supereminẽti diuinitate nichil esse præsumendũ oĩno aut co
gitandũ aut dicendũ: nisi quæ pie sacra dictãt eloquia / frequentius repetit sanctissimus
pater. & nos cautius pariter ammonet: vt de illa secundũ mensurã / pie & sobrie loqua-
mur & cogitemus / nos intra sacrarum litterarũ limites coercentes atq; cõtinẽtes. Et si-
mul fortasse ne vani aliqui quæ dei sunt non sapientes: ipsum suspicari possint hãc altissi
mam philosophiã carnaliũ philosophorũ (vt academicorum / stoicorum / platonicorum /
aut peripateticorũ) præsidijs adiutum desumpsisse. tantũ enim abest: q̃tum cœli subli-
mitas a terræ infimitate / solis claritas a noctis opacitate / & quantũ ãgelus ab homine.
Diuina enim hæc tuba est / tuba supersubstantialis CHRISTI / & spiritus sancti: nõ Pla-
tonica aut Aristotelica. vt diuina relinquamus diuinis: & humanis humana. Et tẽpora
nostra a factione platonica (quæ tempore Origenis cœpit: per centũ ãnos et supra post
beatissimũ patrẽ) sũmopere cauta esse debẽt. Et vt homines sciant: illa neq; Plato dixit /

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 1

neq; cogitauit/neq; nouit. sed cõiurati quidã gentiliũ/vt Plotinus/Iãblicus/Porphyri9/ Proculus: altissima superdiuinæ trinitatis mysteria per suum triplex vnũ ex paucissimorũ Platonis phantasia excitati interturbare moliti sunt/se dicẽtes Platonis interpretes: sic rati pijssimum CHRISTI cultum/quasi ex insidijs coacto cuneo opprimere/expugnare/vel extirpare. Et quæcunq; nostri afflatu diuino locuti sunt: ad suam perniciẽ traxere/diuinissima quæq;: platonica nuncupantes. Tunc id diuinissimi euangelistæ (quod

Ioan. 1. de sacro IHESV pectore hausit) in principio erat verbum: & verbum erat apud deũ/ vsq; ad particulam/& verbũ caro factum est/minus suæ sententiæ placentem recognoscunt. & clamant summe esse platonicũ: & suis inserũt libris/ferme indignati id sibi vsurpasse barbarũ. Tunc nomina æternæ dei sapiẽtiæ (quæ CHRISTVS IHESVS author vitæ est: mortisq; destructor) fecerũt suæ ideæ nomina. Tunc sancti spiritus nominibus/ & in sacris eloquijs expressis beneficis proprietatibus: anima mundi diues facta est. Tũc tristis & impia de dæmonibus irrepsit philosophia. & ijs quæ regnum in se diuisum habent/& quæ peruersitate confusa sunt: ordinẽ qui angelis debitus est/tribuerunt. & summa confusa sunt in imis: & in summis ima. Tũc cœpit Plato dici diuinus: & pœnituit Augustinũ post eos nimis nuncupasse diuinũ. Tunc cœpit Plato numen haberi: tũc Christiana religio ex Platonis ouo tyndaridarũ more prosiluisse visa. Nullus michi succenseat: Christianos alloquor/non Platonicos. Et satis sit: neq; Petrũ/neq; Ioannẽ/ neq; Bartholomeũ/Lucã/Paulũ/neq; Dionysiũ fuisse Platonicos: sed longe supra & Platonicos & philosophos oẽs. Et qui p̃sens opus diligenter inspexerit: videbit fundamenta impietatis (nõ dico Platonis: nã ea vt dixi Platonis non sunt/& potest Plato impune legi) sed Platonicæ factionis funditus euersa. Sed hæc facile (vt puto) religiosę mentes & percipient & probabunt. Neq; vnq̃ in eos inuectus essem (cuius nunq̃ in queq̃ fuit inuectiuæ propositum) nisi religioni nostræ/ob infirmos discretionis oculos profundo iudicio non penetrantes & aconita sub melle non percipientes: mali periculum aliquod timuissem.

F ❡ Namq; vt ipsa de se in sanctis litteris benignissime tradidit. Illud est quod in præcedẽ

Matth. 11. ti scholio adductũ est. Nemo nouit filiũ: nisi pater. neq; patrẽ quis nouit: nisi fili9. ❡ De

G niq; plures theologos inuenias. Deũ inuisibilẽ/incõpræhensibilẽ/inuestigabilẽ/hoc est nullis vestigijs explorabilẽ/in scholijs secundi capitis cœlestis hierarchiæ ex Paulo adductum est. Et rursum Paulus ad Colossenses cap. primo. Qui est imago dei inuisibilis: primogenitus omnis creaturæ. & ad Romanos cap. vndecimo. Q; incompræhensibilia sunt iudicia eius: & ĩuestigabiles viæ eius. Vbi (vt dictũ est) ĩuestigabiles particulã negã

H tẽ habet adiectã. ❡ Ab his quidẽ vltra humanũ modũ illuminati. Ab his: ab his fulgo

I ribus qui ex sacris litteris dehauriuntur. ❡ Vt ipsa de se in sacris eloquijs tradidit. Ioannes cap. primo. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nichil. & quod factũ

K est: in ipso vita erat. ❡ Ista ex diuinorum eloquiorum fontibus haurimus. Deprompta sunt proculdubio ex sacris litteris hæc vndeuiginti diuina nomina.

1	Illuminator.	R	1	Totius illuminationis principium.
2	Causa.	V	2	Omnium causa.
3	Initium.	R	3	Initium omnium.
4	Substantia.	S	4	Substantia omnium.
5	Erector.	V	5	Cadentium erector.
6	Renouator.	S	6	Corruptorum innouator ac reformator.
7	Confirmator.	A	7	Immunde actorũ confirmator.
8	Corroborator.	L	8	Stantium corroborator.
9	Sursum actor.	I	9	Ad se accedentium quasi
10	Illuminatio.	T		porrecta manu subleuator.
11	Perfectio.	E	10	Illuminatorum illuminatio.
12	Diuinitas.	R	11	Perfectorum perfectio.
13	Simplicitas.	E	12	Summa in eo assumptorum diuinitas.
14	Vnitas.	A	13	Simplicium simplicitas.
15	Principium.	D	14	Vnitorum vnitas.
16	Occulti propagator.	E	15	Principij totius vniuersi/
17	Vita.	M		substantiale principiũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

18 Entitas	N	16	Sui occulti quantũ fas est
19 Causa	O		consortium tradens.
	Mi	17	Viuentium vita.
	N	18	Subsistentium entitas.
	A	19	Omnis vitæ & substantiæ causa.

¶Et hæc ex sacrarum litterarum fontibus (quemadmodum & reliqua dei nomina quæ postmodum adducentur) deprompta esse: dubium esse non debet. Quid est enim quod psalmus tricesimus tertius dulciter inuitat nos ad illuminatorem propter nos factũ pauperem? accedite ad eum inquit/ & illuminamini/ & facies vestræ non cõfundentur. quid euangelista clamat. et illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundũ: nisi ipsum esse totius illuminationis principium? Et Iacobus id supersubstantiale bonum a quo omne datũ optimum/ & bonũ perfectum descendit: appellat patrẽ luminũ. Et ecce ipsũ omnium causa. Psalmus centesimus tertius. Q̃z magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. Et euangelista. omnia per ipsum facta sunt. Initium omniũ. Apocalypsis cap. vicesimo primo. Ego sum alpha & ω/ initium & finis. Et qui dicit/ ego sum qui sum: se nominat essentiam/ substantiamq; omnium. Et velle omnia & singula suis locis restituere: magis onerosum q̃ necessarium esse videtur. & pro excitatione hæc dixisse satis esse visum est. Et vt paucis aperiam: omnes sacræ litteræ ijs quibus oculi mentis adempti nõ sunt/ nominibus dei plenę sunt. Et ad sacras litteras ire: est ad sacratissimorum dei nominum/ præsertim quæ ex benignissimis ad nos processibus prodiere/ dignissima spectacula ire. Et proinde vitæ contemplatricis amatores: ad primos diuinarum lectionum introitus genua submittite/ submittite mentem. & supplices: cum reuerentia & timore ad reuerenda dei nomina accedite. quæ vobis sic paratis proculdubio illucebunt. Nomina tamen quæ beneficos dei processus in nos non declarant: vt infinitum/ immensum/ inuisibile/ inaccessibilem lucem inhabitans/ & similia negatiua: non prompte in sacris litteris negatiue expressa reperias. sed ex suis affirmationibus (quæ passim reperiũtur) per secreta analogiam in excellẽtia negationis superexcellenter oĩa superãtis: quanta fieri potest mentis reuerentia & pietate effinguntur. Et non tam homines q̃ ipse deus pia corda inhabitans: sua format in eis nomina/ & se illis nominat & exprimit. se enim nominare: est seipsum insinuare ac declarare. Sint igitur imprimis omnia diuina & affirmantia & negantia nomina/ quæ affirmantibus longe præeminent: semper benedicta. sint & tanta pro qualicunq; mentis erectione adducta: & piæ mẽtes ad sequentia conualescant. Quæ autem dei nomina in hoc capite sequuntur declaranda: sunt vnum/ trinitas/ causa/ sapiens/ pulchrum/ summe benignum/ prouidentia/ qui sum/ vita/ lux/ deus/ veritas. & reliqua huiusmodi/ ad latus (quo paratius in prospectu habeantur) suis in locis annotata. ¶Quocirca in omnibus ferme sanctis libris aduertimus. Deuteronomium capite sexto. Audi Israel: dominus deus tuus/ deus vnus est. Psalmus octogesimus quintus. quoniam magnus es tu & faciens mirabilia: tu es deus solus. Zacharias capite decimo quarto. in die illa erit dominus vnus: & erit nomen eius vnum. Et Matthęus capite decimo nono. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus deus. Paulus ad Ephesios capite quarto. Vnus dominus/ vna fides/ vnum baptisma. vnus deus & pater omniũ: qui super omnes & per omnia/ & in omnibus nobis. ¶Ex qua omnis paternitas in cœlo & in terra: est & nominatur. Paulus ad Ephesios capite tertio. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri IHESV CHRISTI: ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. vt det vobis secundũ diuitias gloriæ suæ virtutẽ/ corroborari per spiritũ eius in interiori homine/ CHRISTVM habitare per fidem in cordibus vestris. ¶Et quæq; alia deifica lumina sacris ex litteris hausta. Deifica lumina: diuinorũ nominũ illuminationes/ ex sacrarũ litterarũ spiritualibus intelligentijs desumptæ. quemadmodum & beatissimo patri spirituales præceptores eius apostoli/ Paulus/ Hierotheus/ & alij sanctorum/ in illa plenitudine temporum viuentium: sacram humanissime communicarunt intelligentiam. ¶Semper (vt scriptũ est) cũ domino erimus. Beatissimus Paulus ad Thessalonicenses capite quarto. Deinde nos qui viuimus/ qui relinquimur: simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã CHRISTO in aera. & sic semper cũ domino erimus. Itaq; consolamini inuicẽ in verbis istis.

Ioan. I. Iaco. I. Ioan. I. Exo. 3. L M N O

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

P ¶Non secus ac discipulos suos in sacratissima illa transfiguratione sua. Hanc beatissi-
mam glorificationis pie in CHRISTO viuentium repræsentatricem transfiguratioнē:
scribit Matthæus cap. decimoseptimo. Et post dies sex assumpsit IHESVS Petrum &
Iacobum & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum seorsum & trans-
figuratus est ante eos. & resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius fa-
Q cta sunt alba sicut nix. ¶Erimus enim (vt ait veritas) æquales angelis. Lucas capite
vicesimo. Et ait illis IHESVS. filij huius sæculi nubunt & tradūtur ad nuptias. Illi ve-
ro qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis: neq; nubent/ neq; du-
cent vxores/ neq; vltra mori poterunt. æquales enim angelis sunt: & filij sunt dei/ cum
R sint filij resurrectionis. ¶Si supra sensum prorsus atq; substantiam eminet. Sensum: mē
tem/ intellectum. Vsurpat enim interpres passim & hic & alijs in locis: sensus nomen
S pro nomine mentis & intellectus. ¶Cæterum quod diximus cum theologicas hypo-
typoses: id est institutiones exponeremus. Diximus in principio huius capitis nos hoc
diuino sapientiæ munere carere. & eiusdem frequenter postmodum beatus pater men
T tionem repetet: quod ad latus annotabitur. ¶Alia vero vitalis ratione motus: aut per
substantialem/ habitualemve aptitudinem. Alia: quæ neq; intellectualia/ neq; rationa-
lia/ neq; sensibilia sunt. vt plantę & prorsus inanimata. Et plantæ quidem manifeste vi-
tali motu adolescendi/ virendi/ frondendi/ florendi & fructificandi: & in eo pulchro
ordine vbi alterum propter alterum fit prouidentiam desiderare/ & imitando assequi
dinoscuntur. Et quæ prorsus vitæ sunt expertia: vim quandam substantialem & habi-
tualem habent/ per quam suis in locis & firmantur & custodiuntur. & qua non sunt in
opera/ nisi e suis sedibus dimoueantur: aut quicquā sint contra eorum naturā passa/ so-
pitæ & sepultæ virtutis/ ad torporem degenerātia & mortuis q̄simillima. habitus enim
& habitibus similia q̄diu non sunt in opera: ociositatem torpentiamq; & aliquid degene
rans & ignauum præ se ferunt. qua tamen in materiæ sinu subtorpida virtute (quantum
eis concessum est) prouidentiam/ se saluando & quoad possunt quicquid in eis labefa-
ctum est restituendo/ & assequuntur & desiderant. Et hæc partitio ad boni desiderium
V capite quarto huius/ numero 47. repetitur. ¶Ista deniq; non ignorantes theologi:
ipsam & vt carentem nomine & ex omni nomine celebrant. Theologi: prophetæ. De
Iacob nomen dei inquirente: Genesis capite tricesimo secundo. Interrogauit eum Ia-
cob: dic michi quo appellaris nomine? Respondit: cur quæris nomen meum quod est
mirabile? Et iudicum decimo tertio. Et nesciebat Manue q̄ āgelus domini esset. dixitq;
ad eum: quod est tibi nomen? vt si sermo tuus fuerit expletus: honoremus te. cui ille re-
spondit: cur quæris nomen meum quod est mirabile? Vbi angeli legatione diuina/ in
mysterijs ad humanos functi: loquuntur in persona mittentis nomina dei/ ego sum qui
X sum/ qui est/ quod est mirabile/ & similia. ¶Cum ipsum rursus inducūt dicentē: ego sum
qui sum/ vita/ lux/ deus/ veritas. Ego sum qui sum. Exodus capite tertio. Si dixerint mi-
chi/ quod est nomen eius: quid dicam eis? Dixit dominus ad Mosem: ego sum qui sum.
sic dices ad filios Israel: qui est/ misit me ad vos. Et capite eodem paulo ante. Ego
sum deus patris tui deus Abraham/ deus Isaac & deus Iacob. Vita & veritas. Ioan-
nes capite decimoquarto. Ego sum via/ veritas & vita. Lux. Ioānes capite octauo. Ego
sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris/ sed habebit lumen vitæ. Et ca
pite duodecimo. Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me/ in tenebris nō ma
neat. Et nisi magis onerosum q̄ necessarium esse videretur: reliqua dei nomina quæ con
sequenter exprimit/ sapientia/ mens/ verbum/ omnes thesauros sapientiæ & scientiæ
absconditos in se habēs/ virtus/ potēs/ rex regum/ & quæq; sequētia: ex sacrarū littera-
rū authoritate suis locis fuissent restituta. Sed fortasse hæc restituendi exercitatio alijs
Y prodesse valebit: neq; inutilis alijs erit hic occupationis labor. ¶Iuxta scripturæ fidem:
sit omnia in omnibus. Paulus prima ad Corinthios epistola capite decimo quinto. Cum
autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi/ qui subiecit sibi oīa:
Z vt sit deus omnia in omnibus. ¶Ex absolutis omniū seu singularibus prouidentijs. Ab-
z solutis: completis/ perfectis. ¶De quibus in significatiua theologia pro viribus differe-
mus. Is liber symbolicę/ significatiuęq; theologię non habetur: deus eum benignitate
sua reparet.

¶PRIMI CAPITIS LIBRI DE DIVINIS NOMINIBVS:
COMMENTARIVS AD LITTERAM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

1 DEterminandam hoc in libro materiam & modum determinationis su-
scipiendæ: exponit imprimis sacer Dionysius. dicens ad sanctum Ti-
motheum/ ꝙ post institutionum informationumq; theologicarum li-
brum: ad diuinorum nominum explicationem sit transiturus. In hac
vero determinatione eam proponit seruandam esse legem: quam sem
per obseruare curauit. scilicet eorum quæ de deo dicuntur aperiendã
esse & defensandam veritatem/ non in persuasorijs humanæ discipli-
næ aut mundanæ philosophiæ verbis: sed in ostensione virtutis occultæ theologorum/
apostolorum scilicet & prophetarũ/ agitatæ a spiritu sancto. id est in manifestatione cœ
lestis sapientiæ cognitionisq; diuinorũ: a deiloquis patribus perceptæ/ & a spiritu san-
cto inspiratæ. Per quam quidem virtutem/ ipsis secretissimis deitatis mysterijs(quæ inef
fabilia sunt & incognita: ꝙ omnem superant sermonẽ & mentis captũ) modo itidẽ inef
fabili & nobis ignoto coniungimur. sicut oculus soli per lucis solaris radiũ: & cognoscẽs
omne ipsi cognito per notionem ipsam sociatur. sed est huiusmodi vnio longe præstan-
tior: q̃ sit virtus nostra & actio rationalis ac intellectualis. quoniam quæ diuina illustra-
tione & mente super se in deũ intenta cognoscũtur: lõge altiora sunt & augustiora q̃ ea
quæ modo rationali ex notis ignota perquirendo/ & intellectuali ratiocinatione cõpræ-
2 hendimus: cum sint illa supra rationẽ naturalẽ & intellectus actionem. ¶ Modũ differẽ
di de diuinis/ nobis semper præscribendũ deinde proponit. protestãs nichil vnq̃ de sum
ma diuinitate aut dicendũ a quoq̃ aut cogitandũ esse: præter ea quæ sacræ scripturę au
thoritas nobis tradidit. Nã diuina scientia/ ipsi supremę ignorantię non quidẽ per defe-
ctũ & priuationẽ sed per superexcellentiã dictę (vt quæ sermonẽ omnẽ & mentẽ & sub-
stantiã superat)coniũcta: per quã sane scientiã ignorantẽ & ignorantiã summe scientẽ/
deus ipse õni substantia superior cognoscitur: ipsi secretissimę diuinitati est attribuẽda.
Tantũq; nobis concessũ est ad altiora diuinitatis mysteria dinoscenda contendere: quã-
tũ sacrarum litterarũ cognitio & intelligentia/ earũ studiosis communicat suæ claritatis
& lucis. Sternimus itẽ viã/ paramus iter/ animũq; cõmode disponim9 ad diuinas illustra-
tiones percipiendas: si sacra eloquia & sancta illorũ mysteria humiliter/ cũ sobrietate/ re
ligioseq; veneramur: reiecta prorsus omni temeraria præsumptione/ insolentia & curio-
sitate. Nã vt perhibet sacratissimæ sapientiæ veritas: diuina mysteria reuelantur & com
municãtur spiritibus cũ humanis tũ angelicis/ secundũ captũ & dispositionẽ animorũ
suscipientiũ. haud secus atq; solaris iubaris fulgor oculis sensibilibus: ꝓ ipsorũ capacita-
te. Siquidẽ diuina bonitas nostræ consulẽs infirmitati/ immẽsitatẽ suæ deitatis(quę pror
sus angelis & hominibus finitã mentis rationẽ sortitis: est incõpræhensibilis)separat ab
ijs suæ maiestatis mysterijs/ quæ sub mensuram cadunt & finita sunt. vt hæc permittat
pijs cognoscenda mẽtibus: illã vero ęquissime rectissimeq; occulat atq; abscondat ab il
3 lis/ sibiq; soli cognoscẽdã seruet. ¶ Porro deũ secũdũ id quod est prorsus esse incõpræ-
hensibilẽ: sacratissime asseuerat hoc loco diuinus pater. Sicut enim(inquit)carnali hærẽ-
tes sensui: spiritualia cõpræhendere nequeunt. Animalis enim homo (vt ait Paulus) nõ 1. corin. 2.
percipit ea quæ dei sunt. & sicut figuris corporalibus & formis visibilibus affixi/ nec mẽ-
tem supra illas attollẽtes: nõ pertingũt ad simplices substantias & oino figurę expertes
recte intelligẽdas. sicut itẽ ea quæ secundũ corporũ protractiones describuntur: nequaq̃
exprimunt informitatem rerum incorporearum ac spiritualium/ neq; sensui neq; formis
addictã. eodẽ penitus modo ipsa supersubstãtialis dei infinitas ac immẽsitas: oĩbus sub-
stantijs improportionaliter supereminet. & vnitas ipsa dei/ omni sensu corporeo & mẽ-
tibus õnibus tã angelicis q̃ humanis excellẽtior: oẽm transcendit intelligentiã. Vnũ item
illud dei/ omni mente superius: nullo cogitatu cõpræhẽdi potest. & bonum ipsum quod
omne superat verbũ: nullis potest verbis satis explicari. Vnitas itidẽ diuina/ vnitatẽ om
nẽ in rebus producens ac conseruans/ & omnem multitudinem ad vnitatem colligens:
verbis etiam ineffabilis est. Sic dei substantia: supersubstantialis est. & ipsius intelligen
tia atq; cognitio: nequaquã est intelligibilis. & verbum ipsum dei: ineffabile est. quin-
immo sermonis/ intelligentiæ & nominis est priuatio/ non quidem per defectum sed
supereminentiam: ꝙ omnem excedit sermonem/ mentem & nomẽ. sicut & dei substã-
tia iuxta nullã substantiarũ est/ cũ tamen omnibus assit: quia supra omnẽ substãtiã eminẽ
tissime collocata est. Rursum cum ipsum vnum dei/ oĩbus vt sint causa existat/ quoniam
omnia per ipsum facta sunt: ipsum tamen non est/ quia omni essentia et existendi gra-

du rationeq; superius est/ prorsusq; incognoscibile. quēadmodum ipsum vnum proprie &
vere de seipso in euangelio enunciat: verbis quidem negātibus se a quopiam cognosci
Matth.11. posse/ cum ait. Nemo nouit filium nisi pater: neq; patrem quis nouit nisi filius/ & cui vo
luerit filius reuelare. Cum itaq; supersubstantialis sit & secretissima deitas/ nostram lon=
ge transcendens cognitionem: nichil præsumere debemus de ea dicere aut cogitare/ ali 4
ter q̄ sacra diuinorum librorum eloquia nobis pie & sobrie reliquerunt. ¶ Sicut enim ip
sa occultissima & augustissima deitas de seipsa in sacris litteris perhibet/ cum negat pa=
trem a quoq̄ cognosci nisi a filio/ neq; filium nisi a patre: ipsius diuinitatis (quicquid de=
mum illa est: nam id neq; inuestigari a nobis neq; inquiri debet nec potest) scientia & co
gnitio: omnibus est abdita & incompræhensa substantijs cum humanis tum angelicis/
quia ab omnibus substantijs eminētissimo modo & improportionaliter excepta est atq;
exempta. Proinde complures occurrent deiloqui patres & prophetæ & apostoli/ qui il=
lam non solum vt inuisibilem & incōpræhensibilem laudarunt: verum etiam vt imper=
scrutabilem atq; ininuestigabilē. tanq̄ nullū supersit indiciū/ signum & vestigiū illorum:
qui ad latentissimam eius infinitudinem peruenerunt/ q nulli adhuc tales reperti sint.
¶ Postea dei cognitionem & scientiam non omnino nobis esse negatā ostendit sacratis= 5.
simus pater: q̄uis & incompræhensibilis sit & ineloquibilis. Non tamen (ait) summum il=
lud bonum/ prorsus est omni substantiæ sub ea positæ incōmunicabile. sed cum ipsum in
seipso immensam & infinitam sui cognitionem tanq̄ immensum lucis iubar stabiliter cō=
tineat: cuiusq; tamē inferioris substantiæ capacitati se benigniter accōmodat/ suorumq;
radiorum lucem clementer distribuit. Perinde atq; solem intelligas immenso infinitoq;
splendore choruscū: subiectis tamen oculis pro cuiusq; captu & modulo/ rationaliter atq;
per cognitionē prouidentissimā suos fulgores dispartientem. Summum etiam illud bo=
num/ suorum radiorū iactibus ad sui contemplationem societatem ac similitudinem su=
pernos ac cœlestes prouehit spiritus: quantā illi speculationem ac dei imaginem possūt
assequi. Ipsi vero spiritus angelici (vt cœlestes illas substantias decet) ipsi summo bono
reuerenter sunt intenti. neq; cum præsumptione ac temeritate contendunt ad altiora: q̄
permittat concessus illis diuinæ cognitionis pro sua ratione radius. neq; itidem ad dete=
riora affectusq; sinistros labuntur: ex eo q ad inferiora se per sui humiliationem ac sub=
missionem inclinant. sed stabiliter & fixe ad irradiantem eorum mentibus diuinæ illu=
strationis radium/ aciem conuertunt: nusq̄ ab eo oculos deflectendo. Insuper & ad deū
feruntur semper/ ac in eum assiduo tendunt volatu spirituali/ cum omni modestia/ sobri=
etate ac veneratione: per feruens diuinarum illustrationum (quas indesinenter hauri= 6
unt) desideriū & affectū. ¶ Quæ vero tacēda sint de deo/ & quæ dicēda: prudenti discre
tione distinguit hic diuinus pater. contestans q diuinę veritatis amator innitens his re=
ctissimis diuinæ æquitatis legibus/ cuiq; quod congruum est distribuentibus/ quæ totam
angelicorum spirituum hierarchiā prouidissime moderātur: debet secretum ipsum dei=
tatis (quod omnem mentis captum & rationem supergreditur) sacra animi veneratione
1.corin.2. sine perscrutatione aliqua honorare. similiter & ineffabilia mysteria pio reuereri silētio:
neq; de illis quicq̄ inquirere aut effari. ad eos vero diuinarū rerū fulgores qui ex sacris
litteris depromuntur: animum debet studiosius intendere. atq; ab illis fulgoribus ac no=
tionibus ad dei laudem dirigi: per illuminationem ab ipsis modo quodam supramunda
no illi infusam/ atq; ad celebrandam diuinam bonitatem excitari ex huiusmodi fulgorū
irradiatione. illum præsertim ob finem/ vt etiam cognoscantur diuinæ claritatis lumi=
na: quæ ex ipsis sacris litteris nobis cōmunicantur. & celebretur ipse deus totius bonita=
Ioan.1. tis author: a quo omne procedit (vt ait euāgelista/ perhibens ōnia per ipsum facta esse)
ac emanat bonum. laudeturq; his præsertim nouēdecim sacris nominibus: vtputa q sit

1	Sacræ totius illustrationis principium: omnia illuminans.
2	Omnium causa: cuncta ad esse producens & formās.
3	Initium rerum omnium: a quo vniuersa suum habent exordium.
4	Substantia omnium: per quam cuncta in suo gradu subsistunt.
5	Erigens & reuocans eos: qui vita spirituali exciderunt.
6	Renouans ac reformans eos: qui diuinam in se imaginem corruperunt.
7	Confirmans eos & consolidans: qui impura vexatione agitantur.
8	Stantes corroborans: vt in bono perseueranter permaneant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

9	Accedentes ad se: quasi porrecta manu subleuans/ac promouens.
10	Eis qui spiritualiter illuminantur: fulgor intimus & lucidus.
11	Illis qui perficiuntur: consummationis perfectionisq; princeps.
12	Eorum qui in deū assumūtur: summa diuinitas et deifica virtus.
13	Illorum qui simplices sunt: vera & singularis simplicitas.
14	Eorum qui in vnum transeunt: summa vnitas & vnifica virtus.
15	Principij totius vniuersi: omnia superans/substantiale principium.
16	Occulti suæ diuinitatis/quantum licet/participationem tradens.
17	Viuentium vita: omnibus pro suo gradu vitam elargiens.
18	Subsistentium entitas: cunctis substantiam communicans.
19	Omnis vitæ ac substantiæ causa: primitiua ac pręcipua.

eo ꝙ singulari sua bonitate/cūcta quæ sunt ad esse produxerit: omnipotētiq; sua & om-
7 niefficaci virtute/cuncta conseruet ac saluet. ¶ Ista plane supradicta nomina/ex sacris
litteris desumūtur: inuenieturq; omnis fere deiloquorum patrum/prophetarū scilicet et
apostolorum laudatio/diuina describere & exprimere nomina: ad benignos diuinorum
beneficiorum in subiectas creaturas processus explicādos. Proinde animaduertetur fa-
cile in omnibus fere sacris libris ipsa summa diuinitas/his quinq; sicut & aliis consimili-
bus nominibus laudari. scilicet vt vna/trina/causa/sapiēs & pulchra/summeq; benigna.
Primum vt vna & singularis cōmendatur: ob simplicitatē & singularitatem excellentis-
simi illius indiuidui/quod summe vnum est. secreti scilicet diuini/ex quo veluti virtute
omnia vnum faciente: nosipsi in vnū euadimus. & cum fuerit diuidui nostri affectus mul
tiplices alteritates & diuersitates/in deum modo quodā supramūdano coactæ & coadu
natæ: tunc demum in diuinam vnitatem & vnionem simplicissimam deum imitantem
colligimur. perinde atq; lineæ in diuersis eiusdem circunferētię partibus distanter abin-
uicē collocatę ac multipliciter diuersæ: omnes in centro vniūtur & copulantur. Secundo
vt trinitas laudatur ipsa suprema deitas: propter expressionē & manifestationem diui-
nę fœcunditatis in tribus diuinis personis: in æterna filij a patre generatione/& ineffa-
bili spiritus sancti a patre & filio processione perpetuo exuberātis. ex qua plane diuina
fœcunditate/omnis paternitas (vt ait beatus Paulus) in cœlo & terra: est & nominatur. Ephe. 3.
Tertio vt omnium rerum causa celebratur ipsa diuinitas: quia omnia per ipsius bonita-
tem/substātiæ omnis productricem/esse acceperunt. Quarto vt sapiens et pulchra: quia
omnia quæ sunt & suæ naturæ tenorē inuiolabiliter seruant/dispositissimo quodā ordine
et venusto ornatu sunt insignita. Quinto vt sūme benigna extollitur sūma deitas: quia
in vna personarum suarum scilicet verbo dei/nostrę carnis infirmitatem integre & vere
ipsa suscepit/ad seipsā hypostatica & personali vnione copulans & vniens humanę sub-
stantiæ humilitatē. ex qua sane nostræ naturę veritate: ineffabiliter cōpositus est simplex
IHESVS CHRISTVS. simplex quidem secundū diuinitatem: cōpositus vero secūdū
humanitatem. Idē quoq; ęternus vt deus: temporales subijt metas/& in tēpore natus
atq; in terris diuersatus est/vt homo. Insuper ipse intra humanæ naturę terminos ve-
nit circunscriptus/localis/figuratus/& certa determinatus mensura vt homo: qui omnē
totius naturę ordinē supereminēter excedit vt deus/fuitq; suis vtriusq; naturæ ꝓprie-
tatibus sine mutatione aliqua & confusione integerrime pręditus. ꝙ naturales & diui-
nitatis & humanitatis ꝓprietates: in ipso post vnionē & integrę ꝑmāserūt et saluæ. Ma
nifestum est autē ista quinq; supradicta nomina/insinuare nobis secundū ratiōes assigna
tas benignissimos diuinorū munerū in ea quę illi subsūt progressus. similiter & alia quę-
uis nomina/instar deificorū quorūdam luminū desuper in terram porrectorum benefi-
ca: ex sacris eloquijs deprompta. quæ occulta apostolorū & prophetarum traditio pijs
8 mētibus explanauit: & quæ diuinę sapiētiæ studio flagrātes attentius didicerūt. ¶ Dein
de quantū sit discrimen inter cognitionem nostrā de deo in hac vita/& eam quæ habetur
in cœlesti regione: sacratissimus pater adaperit. Nunc (inquit) & in pręsentis vitę incola-
tu/ipsa sacrarum litterarū & ecclesiasticarum functionū benignitas/per sacra quædam
velamina figmentaq; sensibilia: ea quę spiritualia sunt/materialibus contegit signis. et
quę supersubstantialia sunt diuinitatis arcana: subsistentibus & visibilibus operit rebus.
Eadem quoq; prouida benignitas/formas & figuras corporales ijs circūdat incorpora-
libus substantijs: quibus & formę absunt & figuræ/non quidem ob imperfectionem sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

propter eximiam earum excellentiam. Deniq; eadem supremã illam dei simplicitatẽ ac
vnitatem: diuisibilium diuersitate signorũ & multiplicitate describit et depingit. Tunc
vero quando in cœlestis gloriæ regno incorruptibiles/immortales atq; impassibiles fue-
rimus effecti/& digni habebimur illa fœlicissima requie ad CHRISTI similitudinẽ/qui
primus & vt caput nostrum resurrexit ad vitã illam beatissimã: tũc inquam(vt vere Pau
1. thessa. 4 lus ait)semper cum domino erimus. fruemurq; purissime diuina ipsius domini presẽtia/
omnibus tum conspicua ac visibili/& quæ lucidissimis nos circũfulgebit & clarissimis ful
Matth. 17 goribus: non aliter q̄ sanctos suos discipulos circũlustrauit/in sua sacratissima transfigu
ratione. Tunc itidem nosipsi participes effecti illius supercœlestis & spiritualis lucis/quã
exuberanter hauriet mens nostra/omni perturbatione affectuq; & conditione materiæ
libera: consortes erimus vnionis illius cum deo/quæ sensum omnem & mentẽ superat/
per incognitos & beatissimos lucidissimorum radiorũ a suprema diuinitate in nosipsos/
iactus atq; deriuationes. imitabimurq; in huiusmodi beatificorum luminum perceptione
ipsos angelicos spiritus: ad eandem cum ipsis gloriam assumpti. erimus enim(vt inquit
Lucæ. 20. in euangelio summa veritas)ęquales angelis dei/in glorię cœlestis participatione atq;
consortio. erimus itidem filij dei: gratia & dignatione diuina/cum simus resurrectionis 9
ad vitam filij. ¶Quomodo autem hac in vita ad diuinorum scientiã assurgimus: mani-
festat diuinus pater. Nunc(inquit)pro nostri status ratione: ad diuina intelligẽda myste-
ria/domesticis nobis & familiaribus vtimur signis materialibus. & ex eis rursũ erigimur
atq; promouemur ad simplicẽ ac singularem spiritualiũ notionum veritatem: secundum
congruentem nobis modũ. Post omnem autem diuinarũ rerum intelligentiã ex corpo-
ralibus signis pro humano captu cõparatam/nosipsi quiescẽtes ab huiusce generis spe-
culatione: sublimioribus ac sacratioribus mentis nostræ contemplationibus elaboramus
demũ haurire ac percipere supremum illum diuinæ illustrationis radium/superne a deo
nobis infulgentem. In quo sane diuino radio omnium scientiarum perfectiones metæ ac
fines ineloquibiliter præexistũt: ꝙ omnium complectatur sciẽtiarum summã/& omni-
bus sciẽtijs in infinitũ sit eminẽtior. sicut omniũ entium gradus in summo & primo ente
præsubsistũt: quod omnium esse in immẽsum transcẽdit/ꝙ complectatur omnia/pręue-
niat omnia/superet omnia. Hũc item a summa diuinitate in mẽtem humanam effusum
radium superdiuinãq; irradiationem: neq; intelligere/neq; exprimere/neq; quoquo pa-
cto cõspicari possumus/licet animo illuceat. quia exceptus est ab omnibus & superexcel
lenter ignotus: mẽtem humanam supra se in deum subleuans. Et cum huiusmodi su-
percœlestis radius/omnium cognitionũ quæ de rerum habẽtur substantijs simul & vir-
tutum omniũ speculatiuarũ terminos ac limites in se ineffabili modo pręacceperit/vni-
ceq; & supereminẽter contineat: omnibus etiam angelicis spiritibus est superior/supra
omnia in deo eminentissime & vi quadam incompręhẽsibili collocatus. Est enim radius
ille/cognitio de deo: secũdum absolutam diuinitatis suæ substãtiam & simplicem veri-
tatem/quæ nimirũ & supra mẽtes omnes humanas & angelicas eminet. Cũ enim sciẽtię
omnes/de rebus sint subsistẽtibus vt suis obiectis/& in substãtias rerũ suam finiant de-
terminationem: conseqnẽs est deum qui omnem improportionaliter excedit substãtiam 10
atq; essentiam rerum/etiam omni sciẽtia superiorem esse. ¶Postea ex supradictis obie-
ctionem proponit: cõtendẽtem non esse dicẽdum quicq̄ neq; scribẽdum de diuinis nomi
nibus. Si deus(inquit)omni sermone & sciẽtia est excellentior: si supra mentem omnem
et substãtiam eminet/vt dictum est. cũq; cuncta cognoscẽs circumplectatur/cõpręhen-
dat atq; præoccupet omnia: si ipse tamen penitus incompræhẽsibilis subsistit. si deniq;
nec sensu vllo/neq; imaginatione/nec opinione/neq; nomine/neq; sermone/neq; tactu/
neq; sciẽtia capi aut explicari potest: quomodo igitur scribetur præsens opus/& de diui-
nis nominibus determinatio suscipietur? cũ nũc ostensũ sit ipsã summã diuinitatẽ carere
nomine/& omne nomen supereminẽter excedere. ¶Respondet beatus pater/ꝙ sicut in
libro theologicarum institutionum a se dictum est: neq; explicare possunt homines neq;
intelligere vnum illud singulare/quod occultissimũ & supersubstantiale est/ipsumq; bo-
num quod vere est: scilicet vnitatem summę trinitatis/vnũ simul deum & simul bonum.
Quinimmo & ipse cõiunctiones angelicarum virtutũ ad deum per deificæ lucis partici-
pationem/secundum modũ cœlestibus spiritibus congruũ et accommodũ. siue quis eas
coniunctiones angelicarũ mẽtium ad lucem dei/iactus dixerit: quia iaciantur diuini ful
gores superne in eas. siue perceptiones: quia huiusmodi deifici radij percipiantur ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ipsis supernis spiritibus, vtroq; enim vocabulo recte nūcupātur: propter rationes iam
adductas. Illæ inq̄ coniunctiones diuinæ bonitatis illucētis ipsis angelis/modo nobis in-
cognito atq; eminētissimo: & verbis inexplicabiles sunt & ignotæ. et solis illis assunt cœle
stibus spiritibus: qui ex angelicorum agminum numero/supra angelicæ sciētiæ modum
ac rationem his superdiuinis cōiunctionibus digni sūt habiti. in quibus ipsæ mētes an-
gelicæ supra se per lucis supernæ irradiationem in deum subleuātur. Porro sacratiores
et diuiniores sanctorum patrum spiritus/humani quidem re ipsa sed angelorū imitato-
res: cōiuncti etiam (sicut de angelis dictū est) his diuinis iactibus & radijs: quādo per ces
sationem ab omni rationali & intellectuali actione/talium humanorum spirituum enixi-
us in deum cōtendētium ad summā illam dei lucem cōpletur vnio: tunc huiusmodi spi-
ritus sacratissimi diuina luce perfusi/ ipsam supremā deitatem per omniū rerum ablati-
onem laudāt/omniaq; & affirmatiua et negatiua a deo auferunt. illud vere & eminenter
agnoscentes ex fœlicissima illa suarū mētium ad lucem diuinā vnione/q̄ ipsa vnitas tri-
nitatis et summa deitas: omnium substātiarū est author/nichil tamen ipsa est ex ijs quæ
11 sunt/q̄ omnibus inexplicabiliter supereminet. ¶ Datam autem responsionē dilucidius
explanās: hic deinde declarat sāctissimus pater/quomodo deus innominabilis est & quo
modo varijs nominibus explicabilis. Nullus (inquit) eorum qui diuinę veritatis omnem
veritatē superexcedentis sunt amatores: laudare potest secretum illud diuinū (quicquid
tandem ipsum est: secūdum eximiā supremæ bonitatis substātiam) neq; vt verbum aut
virtutem/neq; vt mentem aut vitam aut substantiam. sed prædicare eam oportet vt su-
pereminēter exceptā ab omni qualitate/motu/vita/opinione/nomine/sermone/mēte/
intellectu/substātia/statu/permanētia/vnione/fine/infinitate/& vt paucis agam: ab om
nibus quæ sunt exēptā. At vero quoniā deus ipse vt totius bonitatis subsistentia/per ip-
sum esse suum est omnium subsistentium causa: conueniens erit ipsam summæ diuinita-
tis prouidentiam vt boni authorem/ex omnibus rebus creatis laudare. Circa ipsā enim
diuinā prouidentiam et ipsius gratia/sunt omnia: ipsaq; est æternaliter ante omnia/et
in ipsa vt cōseruatrice & continente cuncta subsistunt. atq; eo ipso q̄ diuina prouiden-
tia est: vniuersa producta sunt/ipsamq; desiderant omnia/licet diuerso modo & ratione.
Nempe spiritualia et rationalia vt angelici spiritus et homines: ipsam diuinam proui-
dentiam desiderant intellectualiter et scienter. his autem intellectualibus et ratione
præditis inferiora/scilicet animalia bruta rationisq; expertia: eandem appetūt sensibili-
ter. Vegetabilia vero & plātæ: eam desiderāt ratione vitalis motus siue vitaliter. Inani-
mata vero ipsam desiderāt dei prouidētiā: per substantialē aptitudinē siue habitualē/id
est per solū subsistendi habitum & naturalem aptitudinē. solū enim substātialiter/& ea
12 qua subsistūt ratiōe: prouidētiæ diuinæ sentiūt beneficiū. ¶ Quæ supradicta sūt: sacrarū
litterarū nunc testimonio cōprobat sacer Dionysius. Ista (inquit) quæ modo adducta sūt/
probe callētes sancti prophetæ & diuiniloqui patres: ipsam dei prouidentiā prædicant
nunc vt carētem nomine/nūc vero vt omni nomine celebrādā. Vt carētem quidē nomi-
ne eam prædicāt theologi: cum referūt ipsum deū in vna sacrarū visionū apparentē san
cto patriarchæ Iacob increpasse illum/q̄ interrogauerat quod est nomē tuum? ac veluti Gene. 32.
deus ipsum interrogātē ab omni diuini nominis cognitiōe (vt quod est homini incogno-
scibile) voluisset abducere atq; semouere/aiunt ipsum illi interrogāti respōdisse. Cur que-
ris nomē meū: quod est mirabile? Nimirū illud sane est mirabile nomen: quod est super
omne nomē/immo quod est sine nomine/& quod omne supergreditur nomē quod no- Ephe. 1.
minatur siue in hac præsenti vita/siue in futura & cœlestis regni beatitudine. Vt multis
vero nominibus nūcupatum deum theologi laudāt: cū ipsum alijs in locis inducūt di-
centē. Ego sum qui sum/ego sū vita/lux/deus/veritas. cū etiā ipsi sancti patres diuinæ Exo. 3.
sapiētiæ splendore insignes: deū omniū authorem multis prædicāt nominibus/ex omni-
um creaturarū cōsideratione sumptis. vt bonū. Lucæ. 18. Nemo bonus nisi solus deus.
vt pulchrū. cāticorū primo cap. Ecce tu pulcher es dilecte mi: & decorus. sicut sapientē.
Iob. 9. Sapiens corde est: & fortis robore. sicut diligibilē. canticorū. 5. Guttur eius suauis-
simū: & totus desiderabilis. vt deum deorū. psalmo. 135. Confitemini deo deorū: quoniā
in sęculū misericordia eius. vt dominū dominorū. eodem loco. confitemini domino do-
minorū: quoniā in sęculū misericordia eius. vt sanctū sanctorū. Danielis. 9. Et impleatur
visio & p̄phetia: et vngatur sanctus sanctorū. vt æternū. Baruch. 4. Exacerbastis enim
eum qui fecit vos/deū æternū: immolātes dęmonijs & nō deo. vt existentē. Iob. 14. nō-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ne tu qui solus es? vt sæculorũ authorẽ. Ecclesiastici. 24. Ego feci in cœlis vt oriretur lu-
men indeficiẽs: & sicut nebula texi omnẽ terrã. Rursum eiusdẽ libri cap. 18. Qui viuit in
æternũ: creauit omnia simul. vt indultorẽ vitæ. Actuũ. 17. In ipso enim viuimus/ & mo-
uemur & sumus. vt sapientiã. Sapiẽtiæ. 9. Et tecũ sapientia tua: quæ nouit opera tua. vt
mentẽ. Iob. 10. licet hæc celes in corde tuo: tamen scio quia vniuersorum memineris. Vt
verbum. psal. 32. Verbo domini cœli firmati sũt: & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. vt
scientẽ. Ad hebre. 4. omnia nuda & aperta sunt oculis eius: nec est vlla creatura inuisibi-
lis in cõspectu eius. vt thesauros omnes totius scientiæ in se eminẽtissime cõtinentẽ. ad
Colossenses cap. 2. In quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ et scientiæ absconditi. sicut virtu-
tem. primæ epistolæ ad Corinthios cap. primo. CHRISTVM dei virtutẽ & dei sapien-
tiam. sicut potentẽ. psalmo. 23. Dominus fortis & potẽs: dominus potens in prælio. sicut
regem regũ. Apoca. 19. Et habet in vestimẽto & in femore suo scriptũ: rex regum et do-
minus dominãtiũ. vt antiquũ dierum. Danielis. 7. Aspiciebã donec throni positi sunt et
antiquus dierũ sedit. vt insenescibilẽ & immutabilẽ. psalmo. 101. tu autem idẽ ipse es: et
anni tui nõ deficiẽt. Et Malachię. 3. ego deus: & non mutor. vt salutẽ. psal. 84. Cõuerte
nos deus salutaris noster: & auerte irã tuam a nobis. vt iustitiam/ vt sãctificationẽ/ vt re-
demptionẽ. primæ ad Corinthios primo. qui factus est nobis sapiẽtia & iustitia/ & sancti-
ficatio & redẽptio. vt magnitudine excellentẽ õnibus. Iob. 11. Excelsior cœlo est: et quid
facies? profũdior inferno: et vnde cognosces? longior terra mẽsura eius: & latior mari. vt
in aura tenui. tertij libri regũ/ cap. 19. Et post ignem: sibilus auræ tenuis. ¶ Insuper ipsi
prophetæ & sancti patres dicũt deũ esse in spiritibus: id est cordibus. ad Ephesios cap. 3.
CHRISTVM habitare per fidẽ in cordibus vestris. & in animabus. sapientiæ. 7. Et per
nationes in animas sanctas se transfert. & in corporibus. primę ad Corinthios. 6. An ne-
scitis quoniã mẽbra vestra templũ sunt spiritus sancti: qui in vobis est? Et paulo post. glo-
rificate et portate deum in corpore vestro. In cœlo. psalmo. 10. Dominus in tẽplo san-
cto suo: dominus in cœlo sedes eius. In terra. Hieremiæ. 23. Nũquid non cœlũ & terram
ego impleo: dicit dominus? Et simul in eodem/ hoc est in eadem natura & secũdum idẽ:
aiunt eũdem esse in mundo. Ioannis primo cap. In mundo erat: & mũdus per ipsum fa-
ctus est. circa mũdum. sapientiæ primo. Spiritus domini repleuit orbem terrarũ: & hoc
quod cõtinet omnia/ sciẽtiam habet vocis. Supra mũdum. Esaię. 66. Cœlũ michi sedes
est: terra autem scabellũ pedum meorũ. Supercœlestẽ. Psalmo. 112. Excelsus super om-
nes gẽtes dominus: & super cœlos gloria eius. Supersubstãtialẽ. Matthęi. 6. Panẽ nostrũ
supersubstãtialem da nobis hodie. Solem. Malachiæ. 4. Vobis timẽtibus nomen meum
orietur sol iustitię. Stellã. Apocalypsis. 22. Ego sum genus & radix Dauid: stella splendi-
da & matutina. Ignem. Deuteronomij. 4. Deus noster: ignis cõsumẽs est. Aquam. Ioan-
nis. 7. Qui credit in me/ sicut dicit scriptura: flumina de vẽtre eius fluent aquę viuę. Spi-
ritũ roris. Oseę. 14. Ero quasi ros. Nubem. Oseę. 6. Misericordia vestra quasi nubes ma-
tutina: & quasi ros mane pertrãsiens. Lapidem. psalmo. 117. Lapidẽ quem reprobaue-
runt ædificantes: hic factus est in caput anguli. Petram. primæ ad Corinthios. 10. Petra
autẽ erat CHRISTVS. Demũ dicunt ipsi diuinæ sapientiæ indagatores deum esse om-
nia quæ sunt: secũdum quandã eius ad omnia cõuenientiã atq; congruẽtiam. ꝙ quęcũq;
proprietates particulariter & contracte sunt in rebus cõditis: eædem supereminẽter et
absolute sunt in deo/ vt omniũ veritate primitiua & exẽplari. Aiunt itidẽ ipsum nichil es-
se eorum quæ sunt: secundũ substãtiæ identitatem & subsistẽdi rationem. nam ipse est su-
per omnia: neq; omniũ debet nũcupatione aut ambitu cõpræhendi/ neq; nominis illius
vniuersalitate cõcludi. ¶ Alia insuper adiungit dei nomina sacratus pater: ex beneficæ
eius prouidẽtię rationibus desũpta. Hoc (inquit) modo qui nunc positus est: ipsi deo/ om-
nium causę super omnia existẽti/ & cuiusq; nominis priuatio cõueniet per excellentiam/
quia nomen omne ipso minus est & inferius. & omnia etiam subsistentiũ nomina eidem
cõpetent: ꝙ cum rebus õnibus in aliquo cõspirat & cõuenit. vt ipse deus reuera sit om-
nium regnũ/ dominatio & principatus: ꝙ sapiẽtissime & cœlestia omnia et terrena mo-
deratur regit & gubernat. et circa ipsam omnium causam sunt omnia: tanq̃ intimã eis et
proximã. ex ipsa itidem vt causa productrice/ veluti principio conseruatiuo/ & veluti fi-
ne cõstringẽte omnia et reuocante ad se: dependẽt vniuersa. et ipsa iuxta scripturæ te-
1. corin. 15. stimoniũ: est omnia in omnibus. Verissime quoq; prædicatur ipsa rerum omnium causa:
vt substantiæ vniuersorum elargitrix per productionem/ & cõsummatrix atq; perfectrix

per omniū in seipsam vt finē reductionē. cōtinensq; custodia & domiciliū: ꝙ omnia con-
tineat/cōseruet & tueatur. deniq; dicitur & omnia ad seipsam conuertēs ac reuocās: tāq̃
optimū finem & vltimū. Ipsa autē omniū causa laudatur esse ista omnia quæ modo assi-
gnata sunt: cōiuncti simul & cōplexiue/incircūscripte atq; indeterminate/necnon excellē
ter & supereminēter. ꝙ non vnū illorum solū efficiat determinate exclusis cæteris: sed
omnia simul & cōiuncte. Nō enim ipsa prima omniū causa/solū continētiæ rerū/aut vi-
tæ/aut perfectionis dūtaxat est author: vt diuina bonitas (quę omni nomine superior est)
tantūmodo ab vna prouidētia scilicet cōpræhendēdi omnia/aut ab altera prouidētia sci-
licet vitā elargiēdi denominetur. sed simpliciter & vnice ōnia in seipsa cōplectitur benefi
ca munera: sine determinatione ad vnū eorum cū cęterorū seclusione/& id quidē per exi
miam bonitatē prouidētiæ/ipsius vnius & authoris omniū scilicet dei. atq; ex rebus om-
nibus cōditis ipsa omniū causa congruētissime laudatur & denominatur: ꝙ per ōnia dif-
14 fundat beneficos suę elargitionis & distributionis bonorū radios. ¶ Postremū quomodo
rerum sensibiliū formæ/figuræq; & nomina/deo in scriptura attribuūtur: assignat sacra-
tus pater. perhibēs ꝙ sancti prophetæ deiloquiq; patres non hæc supradicta solū diuina
nomina celebrant ex cōpletis omnibus & vniuersalibus prouidētijs: totū concernētibus
mundū/aut ex singularibus & particularibus prouidentijs: ad aliquod peculiare rerum
genus spectātibus/aut ex ijs quæ dei prouidētia regūtur et gubernātur. Sed interdum
etiam a quibusdā apparitionibus diuinis que doctoribus populi aut prophetis sacratiore
modo factæ leguntur aut in tēplis aut alijs locis/propter alias & alias causas/diuersasq;
dei virtutes insinuādas: ipsam diuinā nomināt bonitatem/quæ & lucem omnē et omne
transcendit nomē. circūdantq; illi nūc formas humanas. Esaiæ. 6. Vidi dominū sedētem
super soliū excelsum & eleuatū. nunc igneas. Exodi. 3. Apparuit Mosi dominus in flāma
ignis de medio rubi. nūc electri. Ezechielis. primo. Et splēdor in circuitu eius/& de me-
dio eius quasi species electri. Laudāt insuper diuinę sapientię studiosi: ipsius dei oculos.
Ad hebręos. 4. Omnia autē nuda & aperta sunt oculis eius. Aures. psalmo. 142. Domi-
ne exaudi orationē meam: auribus percipe deprecationē meā. Crines. Canticorū. 5. Ca-
put eius aurum optimū/comæ eius sicut elatę palmarū/nigræ quasi coruus. Et Danie-
lis. 7. Vestimentū eius cādidum quasi nix: & capilli capitis eius quasi lana mūda. Faci-
es. Psalmo. 33. Vultus autem domini super faciētes mala: vt perdat de terra memoriā eo
rum. Et psalmo. 50. Auerte faciem tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.
Manus. Psalmo. 118. Manus tuę domine fecerūt me & plasmauerūt me: da michi intel-
lectū vt discā mādata tua. Scapulas siue humeros. Psalmo. 90. Scapulis suis obūbrabit
tibi: & sub pennis eius sperabis. Similiter deuteronomij. 32. Assumpsit eū atq; portauit
in humeris suis. Alas Psalmo. 16. Sub vmbra alarum tuarū protege me: a facie impiorū
qui me afflixerūt. Etiā deuteronomij. 32. Sicut aquila prouocās ad volandū pullos suos/
et super eos volitās: expādit alas suas. Brachia. Esaiæ. 53. Quis credidit auditui nostro:
et brachium domini cui reuelatū est? Etiam psalmo. 97. Saluauit sibi dextera eius: & bra
chium sanctū eius. Posteriora. Exodi. 33. Videbis posteriora mea: faciē autem meā videre
non poteris. Pedes. Deuteronomij. 33. Et qui appropinquāt pedibus eius: accipient de
doctrina illius. Etiam Esaiæ. 66. Terra autē: scabellū pedum meorū. Insuper sancti pro-
phetæ & pręceptores populi: in sacris litteris deo applicāt atq; attribuūt coronas. Esaię.
62. Et eris corona gloriæ in manu domini: & diadema regni in manu dei tui. Etiā Esaiæ
28. In die illa erit dominus exercituū corona glorię: & sertum exultationis residuo popu
li sui. Sedes. Esaię. 66. Cœlū michi sedes est. Et Danielis. 7. Aspiciebā donec throni posi
ti sunt: & antiquus dierū sedit. Calices. Psalmo. 74. Calix in manu domini: vini meri ple
mus mixto. Et psalmo. 115. Calicem salutaris accipiā: & nomen domini inuocabo. Crate-
ras. Prouerbiorū. 9. Immolauit victimas suas/miscuit vinum/proposuit mēsam suā. Et
canticorum. 5. Comedi fauū cum melle meo: & bibi vinū meum cū lacte meo. Insuper et
alia quędā corporalia nomina spiritualis mysterij significatiua deo ascribunt: de quibus
in symbolica significatiuaq; theologia latius differendū est. Nūc autē quecūq; ad præsēs
spectant opus de sacris litteris diuina nomina colligēdo: beneficos dei ad inferiora pro-
gressus insinuantia/& ijs quę iam in hoc libri exordio dicta sunt tanq̃ regula quadā vten
do/atq; ad illa mentis aciem dirigēdo: intellectualia diuina nomina & spiritualem præfe
rentia rationē pro viribus explicanda sunt. Et quod diuinę sapiētię studiosis ipsa institu-
tio sacra & sanctio in omnibus sacræ scripturæ libris obseruādū decernit ac statuit; oculis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mentis in deũ intẽtiſſime defixis diuina myſteria contẽplãda ſunt/& non animo ad alia
euagante. Expurgatę itidem aures internæ/ſanctis diuinorum nominũ explanationibus
ſunt accõmodandę/ & ſancta ſanctis ſecũdum diuinã legem atq; traditionem inſinuãda.
Eademq; ab irriſione & ſubſannatione prophanorũ/incredulorũ & imperitorũ ſunt de-
fendenda. quinimmo ſiqui tales ſunt homines: ab infœlici ſuo errore noſtra opera reuo-
candi ſunt/ atq; ad veritatis agnitionẽ perducendi. Demũ ſanctum Timotheũ(ad quem
pręſens ſcribit opus)alloquẽs ſacratus pater: te(inquit)o Timothee iſta quæ præmonui
obſeruare operęprecıũ erit/neq; diuina ſacramẽta iter imperitos proferre/aut ſublimia
deitatis prophanis ꝓpalare myſteria. Poſtremũ pie ac religioſe diuinũ inuocãs auxiliũ:
michi(ait)dignetur deus elargiri gratiam vt cõuenienter & pro dignitate poſſim lauda-
re varia ipſius ſummæ deitatis omni nomine & nuncupatione carẽtis nomina: ſuorũ in
Pſal. 118. nos beneficiorũ rationes deſignantia/neq; de ore meo(vt ſacriloquus etiã orauit pſaltes)
auferat verbum veritatis: aut auferri vnq̃ ſinat.

ℂ De coniuncta & diſcreta theologia/et quęnam ſit diuina cõiunctio/ atq; diſcretio. CAP. II. pars. I.

DIuinam totam ſubſtãtiam/quidquid illa eſt: ipſa bonitas diſ- 15
A finire atq; aperire a ſacris eloquijs dicitur. quid eni aliud ex
ſancto euangelio diſcimus/ cum deũ ipſum ait exponẽdo di-
xiſſe: quid me interrogas de bono? nemo bonus: niſi ſolus
B deus. Hoc ſane et in alijs locis diſcuſſum a nobis ac demon-
ſtratum eſt: vt omnes ſemper deo dignæ denominationes/
non per partes ſed in tota ac perfecta atq; integra & plena deitate a ſcri-
C pturis ſanctis celebrãtur. & oẽs ipſæ/ indiuidue abſoluteq; ac præter omnẽ
obſeruationẽ: integræ tota integritate exactiſſimæ totiuſq; deitatis inten-
duntur. Deniq; ſicuti in theologicis inſtitutionibus admonuimus: niſi quis
hoc de tota deitate accipiat dictum/ blaſphemare ac ſcindere nefario ſcelere
pręſumit cõiunctã ſupreme vnitatẽ. Dicendũ itaq;: hoc de tota deitate opor
D tere accipi. Namq; vt verbũ quoq; ipſum natura bonũ/ait: ego bonus ſum.
Et quidã ex prophetis diuinitus afflatus: prædicat ſpiritũ bonum. Et illud
rurſus/ego ſum qui ſum: niſi de tota dictũ deitate ſentiant/ & vna tantũ ex
parte nitantur circũſcribere: quomodo illud intelligent/ hæc dicit qui eſt/qui
erat/qui venturus eſt omnipotẽs? et illud: tu autem idem ipſe es? & illud: ſpi-
ritus veritatis qui eſt/qui a patre procedit? Et niſi totã eſſe dicãt vitalẽ vitã:
E quomodo verũ eſt verbum ſacrũ quod ait. ſicut pater ſuſcitat mortuos et vi-
uificat: ita et filius quos vult viuificat? et illud: ſpiritus eſt qui viuificat? Ce-
terum ꝙ dominatũ quoq; omniũ habeat tota diuinitas: de patris quidem
F fœcunda deitate/vel filij dici non poteſt/vt reor. q̃ multis in locis diuinarum
ſcripturarum: de patre & filio legitur/dominus. ſed et dominus: ſpiritus eſt.
Pulchritudo quoq; & ſapientia/ in deitate celebratur. et lux itidẽ/& deificũ/
et cauſa/& omnia quę totius deitatis ſunt: a ſanctis litteris in totius deitatis 16
G laudes aſſumũtur. ℂ Complexiue quidẽ: vt cum dicitur/ omnia ex deo. dif-
fuſius vero: cum dixerit quiſpiã. omnia per ipſum/ & in ipſo cõdita ſunt: et
in ipſo conſiſtũt vniuerſa. et illud: emittes ſpiritum tuũ & creabuntur. Et vt
perſtringã breuiter: diuinũ ipſum ait verbum. ego & pater vnum ſumus. et
omnia quę habet pater: mea ſunt. & omnia mea tua ſunt: et tua mea. Et rur-
ſus quæq; patris & ipſius ſunt: diuino quoq; ſpiritui ſocialiter et coniuncte
applicat. vt diuinas operationes/venerationem principalẽ/& indeficientem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

causam/ac distributionē cœlestium munerū. Neminemq̧ arbitror ex ijs qui
in diuinis eloquijs rectissima/piaq̧ intelligentia sunt enutriti: huic sentētiæ
contradicturum/ꝙ diuina omnia iuxta exactissimam rationem toti diuini-
tati insunt. His igitur breuiter hic & ex parte/alijs vero in locis satis de scri-
pturis ostēsis ac definitis: quālibet explicare nitamur integrā dei nominati-
17 onem/ipsa in tota deitate sumenda est. ¶ Qꝫ et si quis dixerit cōfusionem
nos contra sacratissimā personarum distinctionē hac ratione introducere:
is nostro iudicio se vera prosequi persuadere nunq̄ poterit. Nam si quidē
est qui omnino sacris scripturis resistat: longe ōnino aberit et a philosophia
nostra. ac nisi illi curæ sit diuina sanctarū litterarū sapiētia: quomodo nobis
erit curæ ipsum ad castissimorū eloquiorum scientiā adducere? Sin vero scri
pturæ sanctę veritatē intuetur: ista nos quoq̧ regula & luce freti/ad rationē
pro viribus reddēdam nusq̄ declinādo pergemus. illud ante omnia dicen-
tes/vt scriptura sacra alia cōiuncte tradit: alia discrete. & neq̧ coniūcta di-
rimere neq̧ discreta cōfundere fas est: sed ipsam sequēdo (q̄tum vires suppe
tunt) ad diuinę lucis radios aspirare nos conuenit. et subinde diuinas perci-
pientes interpretationes veluti regulam quādam præclaram veritatis: quæ
ibi condita sunt seruare in nobis ipsis/nichil addēdo/nichil minuēdo/nichil
peruertendo curamus. intra sanctarum litterarum præsidium nos continē-
18 tes: a quibus vt seruemur (dum ea seruamus) robur accipimus. ¶ Atqui cō-
iuncta quidem totius deitatis sūt (vt in theologicis institutionibus latius de
scripturis sanctis ostendimus) quod supra bonitatē/supra deitatem/supra
substātiam/supra vitam/supra sapientiam sit: & quęq̧ eminētissimę priua-
tionis sunt. quibus & causalia omnia adijciuntur: bonitas scilicet/pulchritu-
do/essentia/viuificatio/sapientia. et quodlibet ex ipsius benignissimis do-
nis: bonorum omniū causa denominatur. Porro discreta sunt/patris super-
substātiale nomē & persona/filijq̧ ac sancti spiritus: cū nulla in his conuer-
sio/aut omnino communitas inducatur. Est pręterea discreta/IHESV ex
nobis sūpta perfecta immutabilisq̧ substātia: & quæq̧ sunt assumptæ car-
19 nis substantialia sacramēta. ¶ Est autem (vt reor) conueniēs/vt resumentes
exponamus perfectū diuinæ coniūctionis ac discretionis modum: vt sermo
omnis nobis apertus sit atq̧ cōspicuus/varietatē omnē & obscuritatē fugi-
ens: dum facile & manifeste atq̧ ordinate quæ sua sunt pro viribus ponit.
Aiunt (quod alibi etiam dixi) nostræ theologicæ institutionis præceptores
sancti: cōiunctiones diuinas illius plusq̄ ineffabilis/plusq̄ incognitę singula-
ritatis occultas esse/& q̄ nusq̄ extra suas prodeāt sacratissimas sedes. Porro
discretiones: benignissimos deitatis processus/expressionesq̧ diffiniunt. Et
autumant sanctis inhęrentes eloquijs: & memoratæ cōiunctionis seorsum/
et discretionis itidem quasdam etiam et coniūctiones et discretiones propri
as esse. Puta in vnione diuina siue supersubstātiali illo eximio: coniūctum
quidem est vnicæ trinitati atq̧ commune/substantia substantiā superans/
deitas deitate superior/bonitas eminentissime bona cūcta transiliēs/totius
proprietatis idētitas ōnia superans/vnitas superprincipalis/ineffabile quod
multis vocibus prædicatur/ignoratio quæ per cuncta intelligitur/omnium

H
Con
iun-
cta.
Supbonū.
Supdiuinū
Supsubstā
tiale.
Supuiuēs.
Supsapiēs
Bonitas.
Pulchritu-
do.
Essentia.
Viuificatio
Sapientia.
Di
scre-
ta.
Pater.
Filius.
Spūs sāct⁹
De⁹ incar-
natus.
De spū san
cto cōcept⁹
De virgine
natus.
Passus.
Sepultus.
Resurgēs.
Ad cœlos
ascendens
Sedens in
dextera pa
tris.
I

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

positio/omnium ablatio/quod positionẽ omnem ablationemq; transcẽdit/
principãtiũ personarũ in se inuicẽ(si sic dicere expedit)mãsio & sedes/inte
gre & superexcellẽti modo cõiuncta et nulla ex parte cõfusa.queadmodũ
Manuductio luminarium.
cęreorũ lumina(vt sensibilibus ac familiarib⁹ vtamur exẽplis)in domo vna
cũ sint:et tota in totis mutuo sunt.et integra tamẽ atq; pfecta et ab se inuicẽ
discretione separãtur:discretione coniũcta/& coniunctione discreta.❡De- 20
niq; cernimus in domo plurimis tedis illustri:ad vnum quoddã lumẽ/con-
iungi omnia lumina/fulgoremq; vnum indiscretũ indiuiduumq; pręferre.
Neq; reor posset quispiam huius facis lumẽ ab alijs ex aere lumina cuncta
continente distinguere/et alterũ sine altero cernere:cũ tota in totis mere cõ-
mixta sint. Verũ et si quis facem vnã tecto subducat:omnis quoq; ipsius lux
vna exibit/nichilq; secum ex luminibus reliquis substrahet/vel ex suo cæte-
ris linquet. Erat enim illi(vt dixi) omniũ ad omnia exacta coniũctio:mera
penitus/& nulla ex parte confusa.idq; cum esset lumẽ in corpore aere:& ex
materiali igne penderet. Supersubstãtialem itaq; coniunctionem illam lon-
K ge eminere dicimus:non modo corporalibus cõiunctionibus/verum & ani
malibus & spiritualibus ipsis:quas habẽt impermixte & supra mũdanum
modum tota in totis diuina effigie prædita supercœlestia lumina/participa
tione excellẽtissimæ cunctisq; eminẽtis vnionis pro captu suo cuiq; indulta.
❡Est autem & discretio in supremis diuinis eloquijs non ea quam dixi so- 21
lum:ꝙ secũdum ipsam vnionem quælibet principãtiũ personarum imper-
mixta atq; incõfusa firmitate nitatur.sed quia ineffabilis quoq; diuinæ fœ-
cunditatis ratione:adinuicem nequaq̃ conuertũtur.solusq; fons supersub-
stantialis deitatis est pater:cũ non sit filius pater/neq; pater filius sit.seruãt
autem diuinæ laudes honestissime proprietates suas cuiq; diuinarũ perso-
narum. Istæ quidem sunt iuxta ineffabilem coniunctionẽ ac substantiam:
coniũctiones/ac discretiones.❡Si vero diuina quoq; discretio est benignis- 22
simus ille coniunctionis diuinæ processus/excellẽti vnitate seipsam propa-
gantis ac multiplicantis:cõiunctæ quidem sunt iuxta diuinæ discretionis le-
L gem/absolutæ communicationes sustantiæ/vitæ/sapientiæq; traditiones/et
alia munera omniũ authoris bonitatis/secũdum quæ ex participationibus
et ex participãtibus laudantur:quę sine participatione participãdo sumun-
tur. Et istud commune & coniunctum atq; vnum est toti bonitati:ꝙ ipsa
omnis ac tota ab vnoquoq; participante sumitur/& a nemine vlla ex parte
Manuductio circuli et sigilli.
percipitur.non secus ac centrum/pũctum scilicet in medio circuli:ab omni-
bus circũpositis rectis lineis.ac veluti sigilli formationes plurimæ:primitiui
sigilli participes sunt/& in singulis totũ atq; idẽ est:et in nulla/vlla ex parte
est. Supereminet his quoq; authoris omniũ deitatis incõmunicabile illud:
ꝙ neq; tactus/eius sit/neq; alia aliqua(ad ea quæ participãt)cõmixta socie- 23
tas.❡Enimuero dixerit quispiã:sigillũ in õnibus formationibus totũ atq;
idẽ non est. Atqui huius rei non sigillũ causa est:totũ enim se/illud atq; idẽ
vnicuiq; insinuat.verum participantium differẽtia:vnius totius/eiusdemq;
primitiuæ formæ dissimiles reddit effigies. Ac si quidẽ subiecta sint mollia/
M formatuq; facilia/& leuia/suscipiẽdisq; lineamentis idonea/non reluctãtia/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nec dura/neqꝫ fluxa/& inconſtantia:figurā nitidā/& apertā/permanentēqꝫ
habitura ſūt.ſin vero aliquid ex ijs quæ diximus idonea/ deſideretur:ea im
primis cauſa erit vt & forma archetypo minime congruat/& obſcura ſit.
aliaqꝫ (quæcunqꝫ ea ſint) ex habilitate participationi minus idonea fiunt.
24 ¶Diſcretum eſt autem a diuinis operibus in nos benigne manantibus: ꝙ
ſecundum nos atqꝫ ex nobis integre & vere ſubſtantiam ſumpſit superſub⸗
ſtantiale verbum.eaqꝫ & geſſit & pertulit:quæ ſunt humanæ ipſius aſſum
ptionis electa/atqꝫ præcipua.His enim neqꝫ pater neqꝫ ſpiritus vlla ratiōe
cōmunicat:niſi forte quis aſſerat benignitate/clemētiaqꝫ/& cōmunione vo⸗
luntatis atqꝫ in omni ſupereminentiſſima & ineffabili operatione diuina
(quam homo pro nobis factus adimpleuit:immutabilis profecto deus/&
dei verbum)illos quoqꝫ acceſſiſſe conſortes. In hunc nos modum diuina &
connectere & diſtinguere oratione ſtudemus: ſicuti diuina ipſa & coniun⸗
25 cta profecto & diſcreta ſunt. ¶Verum enim harum nos coniunctionum
ac diſcretionum quaſcunqꝫ in ſanctis litteris deo dignas inuenimus cauſas:
in theologicis inſtitutionibus ſeorſum de ſingulis diſſerentes (vt licuit) ex⸗ Liber hy⸗potypoſeō
poſuimus.alia quidem vera ratione enodantes/atqꝫ explicantes:expiatūqꝫ
& tranquillum animum perlucidis ſcripturarum intelligentijs admouen⸗
tes. Alijs vero vt myſticis:ex traditione diuina ſupra intellectualem ope⸗
rationem intendentes. Diuina ſane omnia & quæ nobis enodata patuere:
ſolis participatiōibus noſcūtur.Porro ipſa/cuiuſmodi in ſuo pricipio/ſuaqꝫ
ſede ſint:nullus ſenſus attingit/nulla ſubſtantia/ nullaqꝫ ſcientia penetrat.
deniqꝫ ſiue ſuperſubſtantiale illud occultū:deū/aut vitā/ ſiue ſubſtantiam/
ſeu lucē/ſeu verbū appellemus:nichil intelligimus aliud q̄ ex eo in nos ema⸗
nantes participationes atqꝫ virtutes/quibus aſſumamur in deū/& quæ no⸗
bis vel ſubſtantiā/vel vitā/ vel ſapientiā largiātur. Eniuero ſecreto illi oībus
feriati & abſoluti ſpiritualibus actiōibus cōgredimur: nullā aſpiciētes dei⸗
ficentiā/ſeu vitā ſeu ſubſtantiam/ quæ per oīa ſimilis ſit cauſę illi/cūctis per
26 oēm excellentiā eminenti. ¶Rurſus ꝙ primordialis & fōtana ſit deitas pa
ter:filius vero & ſpiritus ſanctus fœcundę deitatis(ſi fas eſt dicere)germina N
plantata diuinitus/ & veluti flores ac ſuperſubſtantialia lumina:a ſcriptu
ris ſanctis accepimus . Quonam vero modo iſta ſint: neqꝫ eloqui / neqꝫ
intelligere poſſumus. Sed hactenus omnis noſtri ſpiritualis operatio pro⸗
greditur : ꝙ diuina omnis patris ac filij notio/ ex tranſcendente omnia
patris ac filij principatu / & nobis & cœleſtibus eſt indulta virtutibus.
ex quo & dij / & deorum filij/ deorumqꝫ patres / ſpiritus diuina effigie
inſignes: & fiunt & dicuntur. eo ſcilicet patris ac filij ſpiritualiter exacto
munere: id eſt incorporaliter non materialiter . intelligibiliter ipſo quidem
diuino ſpiritu:immateriale omne ac diuinum ſuperne eminente. patreqꝫ &
filio:ab omni & patre & filio / diuino patris & filij munere excellenter ex⸗
27 ceptis. ¶Neqꝫ enim eſt exacta ſimilitudo cauſalibus & cauſis:ſed habent
cauſalia quidem cauſarum pro viribus impreſſas imagines. cauſæ vero
ipſæ a cauſalibus exceptæ: emicant ſui ratione principij. atqꝫ (vt noſtrati⸗
bus vtar exemplis) voluptates & dolores vt lætemur ac triſtemur autho⸗

res esse dicuntur: cum tamen ipsa neq; delectentur/neq; angantur. Ignis
quoq; cum calefaciat & vrat: neq; vri neq; calefieri dicitur. Et si quis vi-
tam viuere/aut illuminari lucem dicat: meo quidem iudicio non recte lo
quitur. nisi forte per alium hæc dixerit modum: quod affluenter ac substan-
tifice quæ causalium sunt/ causis præindita sint. ¶ Immo & quod the- 25
ologiæ totius vel euidentissimum est: ipsa IHESV in carne appari-
tio/& ineffabilis est sermone omni/& omni ignota intelligentiæ: ipsi
O quoq; antiquissimorum angelorum primati nō cognita. Et quidem quod vi-
rilem substantiam assumpserit: in sacramentis accepimus. Ignoramus au
tem quomodo ex virgineis sanguinibus altero quam naturali iure formatus
est: quove pacto siccis pedibus corporale pōdus habentibus materięq; gra
uitatem: liquidam perambulauit instabilemq; substantiam. & alia quæq; 29
excellentē IHESV naturā signant. ¶ Ista & nos alibi satis tractauimus:
P & ab inclyto præceptore nostro in ipsius theologicis elemētis celebrata sūt
sublimiter penitus. quæ ille siue a theologis sanctis accepit/ siue etiam ex
solerti scripturarum indagine compræhendit longo exercitio ac tempore/
siue aliqua sacratiore inspiratione perdidicit: nō modo discendo assecutus
verum etiam patiendo diuina/atq; ex passionis ad ea societate (si dicere li-
ceat) ad indocibilem eorum/ mysticāq; vnionē ac fidem consummatus. Et
vt plurimas/beatissimasq; intelligentias præclarę ipsius mentis/paucis ap-
ponamus: hęc de IHESV in collectis ab eo theologicis elementis ait.
A ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. Quid enim aliud ex sancto euangelio discimus. Id
modo ex Matthæi capite decimo nono in præcedentis capitis scholiis adductum est.
Et Lucas capite decimooctauo. Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus deus.
B ¶ Hoc sane & in aliis locis discussum a nobis/ ac demōstratum est. In aliis locis: in libro
C hypotyposeon/qui (vt dictum est) non habetur. ¶ Absoluteq; ac præter oēm obseruati-
D onem. Præter: supra. ¶ Namq; vt verbum quoq; ipsum natura bonum ait. Matthæus ca
pite vicesimo in parabola operantium in vinea: de seipso qui primo mane a summo pa
tre exijt in hunc mundum/operarios vineæ (quæ fidelis ecclesia est) conducere. An ocu
lus tuus inquit næquam est: quia ego bonus sum? Neemias capite nono. Et spiritum
tuū bonū dedisti: qui doceret eos. Exodus capite tertio. Ego sum qui sū. Apocalypsis ca
pite primo. Ego sum alpha & ω/principiū & finis: dicit dominus deus qui est/& qui
erat/ & qui venturus est omnipotens. Psalmus centesimus primus. Tu autem idem
ipse es: & anni tui non deficient. Et Ioannes capite decimo quinto. Cum autem vene-
rit paracletus (quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis: qui a patre procedit)
E ille testimonium perhibebit de me. ¶ Quomodo verum est verbum sacrum quod ait:
sicut pater suscitat mortuos/& viuificat. Ioannes capite quinto. Pater enim diligit fi-
lium: & omnia demonstrat ei/quæ ipse facit. & maiora his demonstrabit ei opera: vt vos
miremini. sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat.
F Et idem capite sexto. Spiritus est qui viuificat: caro nō prodest quicquam. ¶ Quia multis in
locis diuinarum scripturarum: de patre & filio legitur dominus. Psalmus centesimus
nonus. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Vbi primo loco dominus no-
men patris est: & secundo loco nomen filij. Et Esaias capite decimo sexto. Emitte domi
ne agnū dn̄atorē terræ. dn̄s nomen patris est. Et capite quadragesimo tertio. Hęc dicit
dn̄s redēptor vester/sanctus Israel. dominus nomen filij est. Et operosū nimis esset: quo-
G ties dominus pro patre/& quoties pro filio dicatur: ex sacris litteris colligere. ¶ Cōplexiue
quidē: vt cū dicitur omnia ex deo. Actus apostolorū capite decimo septimo. Deus qui
fecit mundū & omnia. Et cōplexiue summatimq; dicitur: quod ęque ad tres summę diui
nitatis personas absq; vlla diuinarū personarū ineffabilis discretiōis expressiōe attinet.
Diffuse vero atq; discrete: cum personarum discretio innuitur. Paulus ad Romanos ca-

Manuductiōes voluptatū/dolorū ignis & viæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pite vndecimo. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. vbi ex ipso ad pa-
trem/ per ipsum ad filium/ & in ipso ad spiritum sanctum: discretiōis expressionem præ-
ferunt. Psalmus centesimus tertius. Emitte spiritum tuum & creabūtur: & renouabis fa-
ciem terræ. sit gloria domini in sæculum: lætabitur dominus in omnibus operibus suis.
Vbi de solo spiritu discrete: & de patre & filio complexiue. Et Ioannes cap. decimo. Pa-
ter meus quod dedit michi: maius omnibus est/ & nemo potest rapere de manu patris
mei. ego & pater: vnum sumus. ecce discretiue de patre & filio: & complexiue de spiritu
sancto/ qui cum patre & filio vnum est. Et capite decimo septimo. Non pro mundo ro-
go: sed pro ijs quos dedisti michi/ quia tui sunt. & mea omnia tua sunt/ & tua mea sunt:
& clarificatus sum in eis. ¶ Alijs vero in locis satis de scripturis ostensis. Alijs in locis: H
in libro theologicarum institutionum/ qui desideratur. Ioannes capite decimoquarto.
Paracletus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia & suggeret vobis
omnia quæcunq; dixero vobis. Et paulus ad Ephesios capite quarto. Ascendens in al-
tum/ captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. ¶ Aiunt (quod alibi etiam I
dixi) nostræ institutionis præceptores. Alibi: in libro hypotyposeon. ¶ Verū & aīalibus K
& spiritualibus ipsis. Animalibus: animalibus coniunctionibus (animalibus/ epithetum
ab animales) hoc est coniunctionibus animarum. ¶ Absolutæ communicationes substā- L
tiæ/ vitæ/ sapiētiæq; traditiones. Absolutæ substātiæ: exceptæ/ incōtractæ/ a nulloq; pror-
sus pendentis. Et ita de vita/ sapientia/ bonitate/ veritate/ & potētia: quæ in discretio-
nibus processibusq; incomprælhensibiliter comprælhenduntur cōmunicationes/ & rursus
in coniunctionibus summæ & nusq̄ digredientes vnitiones. ¶ Formatuq; facilia & le- M
uia/ suscipiendisq; lineamentis idonea. Leuia: plana/ quæ æquali in superficie & nullam
in partem subsultante iacent. ¶ Si fas est dicere: germina plantata diuinitus/ & veluti N
flores ac supersubstantialia lumina. Esaias capite sexagesimo. Germen plātationis meę/
opus manus meæ ad glorificandum. Et capite sexagesimo primo. Spiritus domini su-
per me: eo q̄ vnxerit me/ ad annunciandum mansuetis misit me/ vt mederer contritis
corde. subiungit in fine. Sicut enim terra/ & sicut hortus semē suum germinat: sic domi-
nus deus germinabit iustitiam/ & laudem corā vniuersis gentibus. Vbi de iustitia ęter-
na/ quæ filius dei est: loqui videtur. Et capite vndecimo: filius dei (cuius generatio ine-
narrabilis est) ab eodem propheta flos appellatur. Et egredietur (īquit) virga de radice
Iesse: & flos de radice eius ascendet. & requiescet super eum spiritus domini: spiritus sa-
pientiæ & intellectus/ spiritus consilij & fortitudinis/ spiritus scientiæ & pietatis/ & reple
bit eum spiritus timoris domini. Et de spiritu sancto: psalmus centesimus tricesimus pri
mus. Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam CHRISTO meo. inimicos eius
induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Et q̄ dicantur lu-
mina: psalmus centesimus vndecimus. de filio. Exortum est in tenebris lumen rectis:
misericors/ & miserator & iustus. De spiritu: psalmus centesimus decimus octauus.
Declaratio sermonum tuorum illuminat: et intellectum dat paruulis. os meum ape-
rui & attraxi spiritum. Et Paulus secunda ad Corinthios epistola capite tertio. Nos ve-
ro reuelata facie gloriam domini speculantes: in eandem imaginem transformamur a
claritate in claritatē/ tanquam a domini spiritu. Et q̄ hæ diuinæ discretiones (siue diui-
ni processus seu germinationes/ seu efflorescentiæ/ seu supersubstantiales illuminatio-
nes: siue hæc diuina generatio/ illa vero spiratio dicatur) ineloquibiles & inintelligibiles
sint: Esaias cap. quinquagesimo tertio. Oblatus est quia ipse voluit: & non aperuit os su
um. sicut ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se/ obmutescet. &
non aperiet os suum. de angustia & de iudicio sublatus est. generationē eius quis enar-
rabit? Et si processus generationis filij est inenarrabilis: identidem profecto & diuini
processus amoris/ dulcissimiq; spiritus/ inenarrabilis intelligendus est. Et summopere
de his altissimis/ & viuificantibus dei nominibus/ in quibus summa illa diuinitas om-
nem teletam voluit/ omnemq; sanctificationem perfici: iurgia (quæ græci merito apo-
ra/ inutiliaq; dicunt) minime suscitari debent. Hæc enim digniora sunt q̄ quæ in conten-
tiones/ litigiosasq; controuersias veniant. sed omni religione in silentio (nisi cum my-
steria requirunt: & pia dignorum/ & illis perficiendorum cura poscit) tam coniuncta q̄
discreta dei nomina profunda mente recondenda sunt. & qui ad illa auditores accedunt
velut ad æternæ vitæ cibū: omni cum humilitate & veneratione accedāt necesse est. Qz
si statim gustare non sufficiunt: non insurgant/ non cauillētur/ ne ex sua ignorātia quicq̄

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

indignum contra altissimum effutiant & loquantur. sed paruitati suæ intelligētiæ ad præsentiam insignioris luminis / cæcutientis: ascribant. Et orandum est suppliciter / illum oculum sine diuino auxilio cæcutientem illuminari: vt viuant eam vitā ad quam regenerati sunt / deum quanto magis intelligentes tanto magis & venerātes / & amantes. & id / ad hos ipsos fines petendum. Et qui ita non fecerit / & ad hos libros accesserit: apostata est. & non modo ad hos: sed ad sacros quoq;. Dignos igitur deus ad sua spectacula admittat: vanos autem & suæ ostentationis cupidos / & quærentes sapientes videri: haud aliter q̃ sol adueniēs noctis propellit tenebras / & omnium pariter lucifugorū oculos: pro-

O cul arceat / abigat / propellat. ¶ Ipsi quoq; antiquissimorū angelorū primati non cognita. Hoc dicit propter principē apostasiæ & defectionis angelorum: qui primatum excellentissimū inter angelos tenuerat. De quo Ezechiel cap. vicesimo octauo. Tu signaculum similitudinis / plenus sapientia / perfectus decore: in delicijs paradisi dei fuisti. omnis lapis preciosus operimētum tuum / sardius / topazius / & iaspis / chrysolythus / & onyx / & beryllus / saphyrus / & carbunculus / & smaragdus. aurū opus decoris tui: & foramina tua *in die qua conditus es præparata sunt. tu cherub extentus* / & protegens: & posui te in monte sancto dei / in medio lapidum ignitorum ambulasti. perfectus in vijs tuis a die cōditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te. in multitudine negociationis tuæ repleta

Cherub de cœlo deiectus: speculū regū ne superbiant

sunt interiora tua iniquitate / & peccasti: & eieci te de monte sancto dei. & perdidi o cherub protegens de medio lapidum ignitorum. & eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. in terram proieci te: ante faciem regum dedi te / vt cernerēt te. ¶ Q; autem dominus noster pedibus super liquidam & instabilē substantiam ambulauerit: Matthęus cap. decimoquarto. *Quarta autem vigilia noctis / venit ad eos ambulans supra mare. & videntes eum supra mare ambulantē turbati sunt / dicentes quia phantasma est: & præ timore clamauerunt. statimq; IHESVS locutus est*

P eis dicens: habete fiduciam / ego sum / nolite timere. ¶ Et ab inclyto præceptore no*stro in ipsius theologicis elementis celebrata sunt. Ab inclyto pręceptore nostro:* ab egregio & diuino Hierotheo. Et liber diuini Hierothei de theologicis stechiosibus / elementationibusue / aut elementis: non habetur. vtinam deus sæcula nostra illa luce dignaretur.

¶ PRIMAE PARTIS SECVNDI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM



AD specialia sensim descendens sacer Dionysius: hoc loco ostēdit nō de *oībus passim diuinis nominibus affirmatiuis & dei in homines benefi*cam benignitatem declarantibus / esse suscipiendam in hoc opere determinationem / sed de ijs tantum: quæ toti integræq; deitati conueniūt / & cuiq; diuinarum personarum sunt communia. Inter quæ quidem nomina / ipsa bonitas primum ac pręcipue a scriptura sancta dicitur nobis *reserare ac manifestare totam diuinam substantiam* / quicquid illa est. nam id nobis abditum & inscrutabile est. Nempe bonitatis ratio / in communicatione diffusioneq; beneficorum suorum radiorum in creaturas potissimum consistit: per quam sane deriuationem & elargitionem / diuina nobis substantia quoquo pacto & secundario innotescit. perinde atq; solis nostri substantiam (si occulta poneretur aut abstrusa ꝓpter nimiam claritatem: quam ferre non possent oculi mortalium) præsertim luminibus nostris insinuaret atq; declararet illa radiorum solarium effusio atq; porrectio: qui ab ipsa solis substantia ad nostros vsq; oculos emanarent. Et certe idipsum quod de bonitatis ratione modo propositum est / ex sacro dinoscitur euangelio: in quo dominus noster /

Lucæ. 18. deum nomine boni exponendo ac describendo / dicit. quid me dicis bonum? nemo bonus: nisi solus deus. ꝙ absolute / per se / & natura: bonus sit. non autem contracte / participatione / & gratia: vt omnes creaturæ. Porro & illud alijs in locis a beato patre determinatum est / ꝙ omnes dei denominationes a sacris prædicantur eloquijs: non particulatim / neq; peculiariter vni personæ diuinæ cum cæterarum exclusione eas attribuendo / sed toti ac integræ deitati & omnibus indifferenter personis. Itaq; omnes illæ nuncupationes / indiuidue ac indistincte / absolute ac sine habitudinis personarum ratione / & præter obseruationem considerationēq; & attentionē discretionis personalis: intelligūtur integræ ac perfectæ / integritate quidem totius & plenissimę deitatis. Sicut enim in libro theologicarum institutionum iam admonitum est: nisi quis illud do

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mini verbũ/nemo bonus nisi solus deus/intelligat esse de tota deitate dictum: ille nefan
da temeritate præsumit summam deitatis vnitatem blasphemare/illamq; diuellere & di
uidere in plures substantias/quæ tamen supreme & indiuidue est coniuncta. quare sen-
tiendum est/hoc domini verbum de tota integraq; deitate accipi debere: personas om-
nes vnialiter complectente. Non enim recte posset quispiã id de solo deo patre intellige-
re: cum & dei verbum de seipso dicat in euangelio. Ego bonus sum. & psalmigraphus Math.20.
propheta superno lumine inspiratus: etiam spiritum sanctũ vocat bonum/ cum ait spi- Psal.142.
ritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Consimiliter siqui illud verbum dei ad
Mosem/ego sum qui sum: sentirent non de tota deitate dictum & omnibus diuinis per- Exo.3.
sonis esse commune/ sed niterentur illud constringere & coartare ad vnam tantum per-
sonam vt dei patris: non possent illi recte intelligere id quod in apocalypsi filius dei in-
ducitur de se dicere. Hæc dicit qui est/qui erat/qui venturus est omnipotens. neq; illud Apo.1.
in psalmo ad filium dei/ eloquium. Tu autẽ idem ipse es. neq; hoc in euangelio de spiri Psal.101.
tu sancto dictũ. spiritus veritatis qui est: qui a patre procedit. In istis enim adductis sen- Ioan.15.
tentijs: esse/& filio dei & spiritui sancto ascribitur. quare illud non recte soli patri accom
modari potest. Rursum nisi totius deitatis esse confiteantur virtutem viuificam & vitã
omnia viuificantem/sed solius dei patris: quomodo verum erit illud domini nostri ver-
bum euangelicum. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viui- Ioan.5.
ficat? quomodo etiam & illud euãgelicum eloquium: habebit locum veritatis. Spiritus Ioan.6.
est qui viuificat? Vtrobiq; enim viuificare: & filio dei & spiritui sancto attribuitur. De-
niq; ꝙ omnium rerum dominium habeat tota integraq; deitas/neq; possit illud soli pa-
ternæ fœcunditati aut soli filio peculiariter assignari: ex eo facile liquet/ ꝙ in compluri-
bus sacræ scripturæ locis nomen dominus/de patre legitur & filio. potissimum in eo psal
mi loco. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Similiter & de spiritu sancto/ Psal.109.
cum dicit Paulus: ꝙ dominus spiritus est. Eodem quoq; modo pulchritudo & sapientia: 2.corin.3.
in tota deitate laudatur/pariter & lux/& deificum/& causa. Et vt paucis omnia conclu-
dantur/quæcunq; totius sunt & integræ deitatis: etiam a sancta scriptura in totius dei-
16 tatis & perfectæ laudationem adducuntur. ¶Verum id bifariam fieri solet. Aliquando
quidem complexiue siue coniunctim. quando id quod ad totam attinet deitatem: enũ-
ciatur sine discretionis personarum expressione. vt cum dicit scriptura: omnia ex deo
esse. Aliquando vero diuisim & discrete. cum idipsum quod toti deitati & cuiq; persona-
rum est commune: cum determinatæ alicuius personæ expressione enunciatur. vt cum
de filio dei scribit Paulus ad Colossenses. omnia per ipsum & in ipso condita sunt: & in Colos.1.
ipso consistunt vniuersa. Et illud in psalmo de spiritu sancto. Emitte spiritum tuum & Psal.103.
creabuntur. Similiter ipsum dei verbum inquit ad Iudęos. Ego & pater vnum sumus. Ioan.10.
& ad discipulos. omnia quæ habet pater: mea sunt. deniq; & ad patrem. omnia mea Ioan.16.
tua sunt: & tua mea. In quibus omnibus quæ toti conueniunt deitati: enũciantur cũ cer- Ioan.17.
ta alicuius personę vnius aut duarum explicatione. Consimiliter quæcunq; patris & fi-
lij sunt: sacra scriptura etiam spiritui sancto vnialiter & coniunctim attribuit. vt diuinas
operationes ad exteriora progredientes/ venerationem principalem atq; adoratio-
nem: non minus diuino spiritui q̈ patri & filio debitam/ indeficientem rerum omnium
causam/& distributionem diuinorum munerum. quam manifeste beatus Paulus a spiri-
tu sancto fieri pro suo beneplacito/affirmat. Neq; putandum est quempiam eorum qui 1.corin.12.
in sacris eloquijs & pia illorum intelligentia sunt educati diutiusq; versati: huic sentẽtiæ
refragaturum. ꝙ diuina omnia attributa quæ ad naturam deitatis substãtiãq; spectant:
iuxta rectam disciplinę catholicæ rationem/toti perfectęq; diuinitati insunt/ac personis
omnibus sunt communia. Cum itaq; hæc succincte in præsentia & breuiter ostensa sint/
alijs vero in locis latius ac diffusius ex scripturarum testimonio determinata: quam-
cunq; in præsenti opere explicare annitemur (inquit) dei denominationem: ipsa in to-
ta integraq; deitate sumenda est/ & non cuiq̃ diuinarum personarum peculiariter as-
17 ciscenda. ¶Obiectionem adducit: quæ contra prius dicta suboriri posset. Diceret enim
fortasse quispiam/ ꝙ ex huiusmodi denominationibus toti deitati ascribendis: confusio
induceretur contra inconfusam diuinarum personarum discretionem/ & tolli videretur
earum sacra distinctio. ¶Respondet sacratus pater eum qui talia obiectaret: nequaq̃
veritate subnixum esse/neq; alios in eam inducere posse sentẽtiam/ꝙ veritatem tueret.
Nam si ille inquit talis est qui obstinate sacris eloquijs resistat: procul etiã aberit a dis-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 2 pars 1

ciplina & institutione nostra. Nisi enim ille curet sacratissimam sanctarũ litterarum sci-
entiam: quomodo nosipsi curabimus illum ad rectam earum intelligentiam adducere?
esset enim talis opera nostra: irrita prorsus / propter illius proteruiam. Sin autem ille / scri-
pturæ sacræ veritatem recipiat & admittat: tunc nos eadem quoq; regula subnixi & lu-
ce directi / ad rationem eorum quæ dicta sunt illi reddendam / nusq̃ a veritate digredien-
do / pro viribus annitemur. illud imprimis proponentes: ꝙ scriptura sancta aliqua de
deo coniuncte tradit / alia vero discrete. Coniuncte quidem: quæ toti conueniunt deitati /
& cuiq; itidem diuinarum personarum sunt communia. Discrete vero: quæ vni tantum
hypostaseon congruunt / & reliquis sunt incommunicabilia. Neq; fas est coniuncta diri-
mere atq; separare / ea attribuendo vni personæ & de alijs negando. quia hoc esset indi-
uiduam deitatis vnitatem & substantiam discindere atq; diuidere. neq; etiam licitũ est
discreta confundere / quæ vni personæ sunt propria: omnibus cõmunia faciendo. quia
hoc esset personarum diuinarum distinctionem confundere atq; permiscere. Sed ipsam
sacram scripturam sequendo quantum nostræ vires sinunt: ad hauriendos diuinæ lucis
radios contendere debemus / percipiendamq; sacrarum rerum scientiam. Et cum re-
ctas sacrorum eloquiorum cũ modestia & sobrietate admittimus interpretationes / tanq̃
præcipuam quandam normam veritatis: studemus enixe quæ in illis tradita sunt docu-
menta / seruare in nobis ipsis. nichil ipsis addendo quod sit contrarium / nichil minuẽdo
quod ad sententiæ integritatẽ est necessariũ / nichil deniq; peruertendo per extortã & ar-
bitrariã expositionẽ plerumq; ipsi litterę repugnantem: sed nosipsos diligenti studio in-
tra sanctæ scripturæ limites / terminos & fines continendo. Dum enim gnauiter & inten-
te sacra seruamus eloquia / illabefacta & syncęra veritate: ab ipsis profecto robur accipi-
mus. vt & ab eis in veritate seruemur / neq; ad errorũ deuia declinemus. ¶ Deinde exẽ- 18
plis declarat beatus pater: quæ in diuinitate coniuncta dicantur & quæ discreta. Con-
iuncta (inquit) totiq; & integræ deitati conuenientia (quemadmodum in libro theologi-
carum institutionũ ex scripturæ testimonijs est ostẽsum) sunt hæc: superbonum / superdi-
uinum / supersubstantiale / superuiuens / supersapiens. & quæcunq; priuationem signant
in deo: per superexcellentiam atq; supereminentiam eius vltra omnia. Adijciuntur su-
pradictis & causalia nomina / designantiaq; deum vt principium & causam progressio-
nis perfectionum: quæ ab ipso emanant in creaturas. vt bonitas / pulchritudo / essentia /
viuificatio / sapientia. & quodcunq; aliud ex suis benignissimis donis: suprema omnium
bonorum causa nominatur. Discreta autem sunt: ipsius dei patris supersubstantiale no-
men & persona / similiter & filij nomẽ ac persona / itidem & spiritus sancti. eo ꝙ nulla in
illis nominibus conuersio atq; permutatio / neq; communio admittatur. Non enim vnq̃
persona patris in filij conuertitur personam: aut ediuerso. vt qui prius pater fuerit: po-
stea sit filius aut contra. neq; nomen patris: vnq̃ filio aut spiritui sancto est cõmune. Di-
screta insuper est: perfecta & immutabilis in aliud / IHESV CHRISTI substantia hu-
mana / ex nostro genere sumpta. ꝙ ea neq; patri neq; spiritui sancto sit communis. solus
enim dei filius: humanam assumpsit naturam. Et quæcunq; sunt præcipua & insignia as-
sumptæ carnis sacramenta: etiam discreta sunt. vt ꝙ deus est incarnatus / de spiritu san-
cto conceptus / de virgine natus / ꝙ deus in mundo visus & cũ hominibus conuersatus /
passus mortẽ / inferna spoliãs & mortẽ destruẽs / resurgẽs ex mortuis / ad cœlos ascendẽs / 19
& sedẽs in dextera patris. hæc enĩ oĩa: ad solũ pertinẽt dei filiũ. ¶ Postea exactiore ac-
curatioreq; q̃ superius / determinatione: de cõiunctione & discretione diuina secũdũ aliã
differit rationem sacratus pater. dicẽs id cõducibile esse ac expediens / vt resumendo ali-
quãtulũ quæ paulo ante dicta sunt: nunc exponatur perfectior diuinæ cõiunctionis & di-
scretionis modus. quo omnis sermo de re tam ardua ac sublimi dilucidus sit & clarus /
perplexitatẽ omnem & ambages refugiẽs: dũ ea quæ ad propositã attinent materiam /
cum facilitate perspicuitate & inconfuso ordine pertractat. Dicunt itaq; (vt etiam in
libro theologicarum institutionum discussum est) diuinæ sapientiæ magistri / coniun-
ctiones diuinas esse sacratissimas singularis & vnicæ deitatis (quæ & ineffabilis est & in-
cognita) perfectiones: vt illa in se occulta maneat / & nusq̃ extra progrediatur. Discre-
tiones vero esse diffiniunt benignos deitatis extra se processus: atq; beneficas suæ bo-
nitatis in creaturis expressiones. Iidem quoq; sacrarum litterarum sententiam sequen-
tes: putant supradictæ & modo diffinitæ coniunctionis quasdam etiã cõiunctiones pro-
prias esse / necnõ & proprias discretiones. putãt itidem supradictam & nũc descriptam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

discretionem habere similiter coniunctiones quasdã proprias/& etiam peculiares discre-
tiones. quæ omnia: exemplis ordinate proponendis clarius elucescent. Nempe in con-
iunctione diuina/& supersubstãtiali illo in suæ maiestatis arcano/manẽte: coniunctũ est
indiuiduæ trinitati & cõmune/quodlibet istorũ sequentiũ: scilicet substãtia substantiã su-
perans/deitas deitate superior/bonitas eminentissime bona/cũcta trãscendẽs/totius ꝓ-
prietatis identitas oĩa superãs: quia secretũ illud diuinũ oĩbus suis proprietatibus/ vir-
tuti/sapiẽtiæ/bonitati/perfectioni est prorsus idẽ. Insuper vnitas superprincipalis & õne
superãs principiũ/ineffabile & nullo nomine explicabile: quod tamẽ multis nominibus
prædicatur/ignoratio superexcellẽs: quæ per cuncta entiũ genera intelligitur/omniũ po
sitio atq; affirmatio: ꝙ de ipso affirmẽtur oĩa/omniũ ablatio atq; negatio: ꝙ de ipso ne-
gẽtur oĩa, immo quod positionẽ oẽm ablationẽq; trãscendit: quia est supra oẽm affirma-
tionẽ & negationẽ. Sane hæc omnia/ipsius superdiuinæ cõiunctionis sunt coniuncta: &
dei in seipso occulti atq; latentis substantiã cõcernentia. Eiusdẽ vero internæ/ intimæq;
coniunctionis discreta sunt: diuinarũ personarũ in se inuicẽ mãsio atq; permanẽtia/cõ-
iuncta quidẽ modo quodã supereminenti & nullo pacto cõfusa: ꝙ eadẽ syncerã earum
distinctionẽ discretionẽq; seruet. Sicut triũ cereorũ lumina(vt familiaribus ac materiali-
bus idẽ declaretur exemplis)cum sint in vna & eadẽ domo: tota lumina in totis mutuo
sunt/atq; vnũ alijs adinuicem in eodẽ adest aere. ipsa tamen integra manẽt atq; perfe-
cta/ vnũquodq; per se/& abinuicẽ discretione separantur: ꝙ vnum illorũ luminũ nõ est
aliud/sed quodq; ipsorũ ab alijs re ipsa distinctũ. suntq; tria illa lumina: & discretione cõ
20 iuncta & coniunctione discreta. ℭ Altero insuper exẽplo sensibili: manifestat beatus pa
ter ipsam ineffabilem diuinarũ personarũ immanẽtiã. Cernimus (inquit)in domo pluri-
bus tedis illustrata/ vt verbi gratia tribus: ad vnũ quoddã totũ lumẽ cõiungi tria illa te-
darũ lumina/ipsaq; præ se ferre fulgorem vnum indiscretum/indistinctum atq; vnicum.
Neq; posset quispiam vnius illarum tedarum vt primæ lumen/ab alijs reliquarum dua-
rum luminibus distinguere in aere: lumina cuncta trium facularum cõtinente. neq; vnũ
illorum sine alio cernere: ꝙ tota perfectaq; & integra in totis sint omnino indiuisim cõ-
mixta. Verum si quis vnã tedã vt primã domo dimoueat: tota quoq; illius claritas vna
discedet. neq; quicquã secum de luminibus reliquis duarum tædarum auferet: aut de
suo lumine quicquã cæteris luminibus commixtum relinquet. Erat enim anteq̃ subdu-
ceretur fax illa prima/lumen eius(vt iam dictum est) ad alia inconfuse coniunctũ: neq;
vlla ex parte cũ cæteris cõfusum. Verũ hec luminariũ manuductio lõge deficit a suo exẽ
plari & archetypo: ad quod declarandũ est adducta. Nã trium illarũ tædarum lumen/ in
subiecto est corporali scilicet aere: & ex materiali igne/ flãma videlicet facularũ depen-
det tanq̃ suo producente ac conseruante. Supersubstantialis autem illa trium diuinarũ
personarũ in seinuicem coniunctio cum discretione/ longe supereminet non solũ corpo-
ralium rerum coniunctionibus: sed & animarum ad corpora/ & cœlestiũ angelicorũq; spi
rituum. quas quidẽ coniunctiones/ ipsa supercœlestia lumina spiritualia & substantialia
(vtpote angeli) diuina similitudine & specie insignita: adinuicem habent tota in totis/
impermixte/inconfuse & modo certe supramundano/ simul cum discretione atq; distin-
ctione. Habent autem huiusmodi coniunctionem angelica illa agmina per participati-
onem excellẽtissimæ & que cunctis eminet vnionis diuinarum personarum ad se inui-
cem cum inconfusa discretione: cuiq; ipsorum pro suo modo ac ratione sublimiter indul
21 tam. ℭ Adiungit deinceps sacratissimus pater & alterum discretionis proprie in con-
iunctione illa deitatis intima repertæ exemplũ. Est(inquit)& discretio in supremis diui-
nis personis/non ea solum quæ modo dicta est: ꝙ secundũ ipsam vnionem personarũ
in seinuicẽ per immansionẽ atq; insessionẽ/ vnaquæq; trium personarũ/ impermixta atq;
inconfusa manet cũ altera/suæq; discretionis atq; distinctionis seruat inconcussã firmi-
tatem. sed etiam quia ratione diuinæ fœcunditatis nobis inexplicabilis: nequaq̃ adinui-
cem conuertuntur/ vt vna earũ sit alia. solus enim pater/ fons est supersubstantialis dei-
tatis: ꝙ ab eo filius & spiritus sanctus secundum deitatem habẽt originẽ æternã/ipse ve-
ro a nemine prodit & proficiscitur. neq; sane pater ipse: filius est/neq; filius est pater. Et
diligenti cura seruant sacræ litteræ in diuinis laudibus cum summa honestate & decen-
tia/ cuiq; supremarum personarum suas proprietates. vt patri innascentiam attribuũt:
filio gignentiam/ spiritui vero sancto processionem. Itaq; hæ quæ nunc adductæ sunt:
coniunctiones sunt & discretiones ipsius ineffabilis cõiunctionis/deitatẽ in seipsa ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nentem concernentis. ¶Postea discretionem diuinam quæ in progressione deitatis ex- 22
tra se attenditur/ elucidat: & quæ in ea sit coniunctio/ primum explanat. Cum(inquit) di-
uina etiam discretio (vt paulo ante dictum est) sit benignissimus diuinæ coniunctionis
intimæ ad exteriora progressus/ excellenti bonitate seipsam multiplicantis & deriuantis
in alia: coniunctæ sane secundum diuinæ istius discretionis legem ac regulam sunt com-
municationes ipsius absolutæ & supremę substantiæ/ traditionesq; vitæ superdiuinæ &
sapientiæ/ aliorũq; diuinorum munerũ elargitiones: ab omniũ authore bonitate ema-
nantes. secundũ quæ quidẽ dona: ipsa summa bonitas ex participationibus eorũ & ijs
qui ea participant & sumunt/ laudatur. & quæ etiam munera imparticipanter participã-
tur/ atq; sine participatione per participationem habentur. Neq; illa adinuicem repu-
gnant: quæ hic afferuntur. Nam illa absoluta diuinitatis totius communia: substantia/
vita/ sapientia/ vt in deo sunt: & secundũ suam substãtiam imparticipata manent/ & ab
omnibus eminenter excepta. Eorũ autem imagines/ efformationes/ & vestigia rebus cõ-
ditis impressa/ & effusa in totius mundi ambitum: habentur per participationem. Sicut
& ipsa solis claritas intima/ secundum seipsam imparticipabilis est: & corporibus diapha-
nis omnibus incõmunicata/ atq; a cũctis exempta. secundum suam vero effulgentiam
& lumen quod ad exteriora profundit: cõmunicatur cœlo/ aeri/ aquæ & mortaliũ oculis
ad quos deriuatur eius radius. Enimuero istud cõmune est & cõiunctum atq; vnice cõue-
niẽs toti deitati: ꝙ ipsa omnis/ tota & perfecta ab vnoquoq; eã participante accipitur/
& a nemine secundũ vnã tantum partem aut alteram percipitur: ꝙ impers ipsa sit & in-
sectilis atq; indiuidua. Et ita de absoluta dei sapientia/ vita/ bonitate & cæteris id genꝰ
proprietatibus sentiẽdum. quarum vnaquęq;/ tota atq; plena a participãtibus percipit/
nõ quidẽ secundum seipsam: sed suam imaginem/ notam atq; impressionem. quæ tamen
in diuersis est multiplex/ diuersa & particularis: in vno quidẽ maior/ in altero vero mi-
nor/ & secundũ partes distributa. sicut & vnius lucis solaris multiplices sunt & particu-
lares radij: diuerso modo & varie diuersis distributi. ¶Declarat autẽ beatꝰ pater quod
nunc de tota deitatis participatione dictũ est: duobus exemplis sensibilibus. Primo ma-
nuductione centri circuli: quod ab omnibus circũpositis lineis sumitur vt extremũ/ finis
& terminus cuiusq; earũ/ nam eas omnes claudit. non tamen vlla ex parte ab illis lineis
percipitur: nam impartibile est et partiũ immune/ & extra quãlibet illarum est linearum
tanq̃ limes & meta earũ. Secundo manuductione sensibili ipsius sigilli: efformãtis suam
speciem in pluribus cęris. Illic enim plurimæ formationes sunt: ipsius primitiui sigilli par-
ticipes/ & in singulis formationibus sigillũ est totum atq; idem: & in nulla formatiõe se-
cundum partem solum est/ cum cæris omnibus integram/ totam & perfectam sui impri-
mat effigiem. nichilominus primitiuum sigillũ extra quãlibet est cæram: & separatum
atq; exceptũ ab vnoquoq; eorũ quæ sui impressionem admittunt. Cęterum non accedũt
hæc data exempla sensibilia ad supersubstantialẽ deitatis in rebus cõmunicationem: ad
quã declarandã sunt adducta. Illis enim longe supereminet authoris omniũ diuinitatis
illud incõmunicabile: quod omnibus tamẽ incõmunicabiliter cõmunicatur. Nã cẽtri ad
lineas est vnio: & primitiui sigilli ad materiã cui applicatur/ contactus est atq; coniun-
ctio. Ipsius vero imparticipabilis & ab õnibus participatæ deitatis/ neq; tactus est ad ea
quæ eius participationẽ suscipiũt: neq; cõmixta societas/ ꝙ ĩcorporalis est prorsus et ab
omnibus eminenter excepta. ¶Obiectionem dissoluit: quam adducere posset quispiam 23
contra id quod modo dictum est/ sigillum in singulis formationibus totum atq; idem es-
se. Videmus enim (ait) plerũq; primitiuũ sigillũ imperfecte & mãce imprimi materię: &
vnã eius partem impressam conspici/ alteram vero non apparere neq; figuratam esse.
Non est igitur sigillum primitiuum: in omnibus totum atq; idem. ¶Respondet/ huius
imperfectæ formationis/ sigillum causam non esse: cum illud/ se totum atq; idem vni-
cuiq; cæræ insinuet atq; imprimat. Sed differentia ipsarum materiarum formæ sigilli
participantium: vnius atq; eiusdem primitiui sigilli dissimiles reddit efformationes atq;
figurationes. Si enim subiecta sigillo materia vt cæra: sit mollis/ formatu facilis & ad su-
scipienda sigilli lineamenta idonea/ non reluctans nec dura/ nõ fluxa nec inconstans: su-
scipiet figuram sigilli nitidã/ integrã/ apertam & permanentem. Sin autẽ aliqua ex ijs
conditionibus quæ nunc dictæ sunt desit subiecto: ea præsertim erit causa ꝙ imago &
species suo primitiuo non integre respondeat/ & obscura atq; imperfecta appareat. &
alia itidem subiecta (quæcunq; sint illa) minus idonea reddũtur participationi ipsius ar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

chetypi ſuſcipiendæ:ex conditione/natura/diſpoſitioneq; materię/nō ſatis apta ad ſuſci
piendam effigiationem/impreſſionem & inſculptionem eius.qualia ſunt aqua et lapis.
Qz ſi ex his iam dictis aſſurgere libet:cōſpicuum erit omnibus/dei bonitatem varie et
multifariam cōmunicari diuerſis entiū generibus:his quidem magis & clarius/illis vero
minus & obſcurius.non quidem ob ipſius diuinæ bonitatis diuerſitatē/quæ tota & eadē
omnibus inſinuatur:ſed propter participātiū diſcrimen atq; differentiā.quorū hæc:ad
24 huiuſmodi participationē magis idonea ſunt/alia vero:minus atq; inferius. ¶Deinde
exemplum ponit de diſcreto illius diuinæ diſcretionis:benigna cōmunicatione ſuæ boni
tatis in nos emanātis.dicēs huiuſmodi diſcretum & ad vnam tātum attinēs perſonam/
id eſſe:ꝙ verbum dei ſecūdum naturæ noſtrę legem & etiam ſupra eam/ex humanæ car
nis ſubſtātia vere & integre noſtrā aſſumpſit naturam.eaq; fecit opera & paſſus eſt:quę
in diſpēſatione carnis ab eo aſſumptæ ſūt cæteris plus inſignia & principalia.vt hominū
a poteſtate dęmonis ereptionem/eorum ſaluationē/mortis deſtructionem/vitæ repara-
tionē/mortē crucis/reſurrectionē/aſcēſionē in cœlū.In his enim/neq; pater neq; ſpiritus
ſāctus vllo modo cōueniunt:nec habēt cum filio dei cōmunicationē.niſi forte quis dixe-
rit eos ambos patrem inquā & ſpiritū ſanctū fuiſſe in eo myſterio/verbo dei conſortes:
per benignitatē et clementiam in humanū genus ſaluandū/per cōmunionē bonæ volun
tatis atq; beneplacitū ad opus redēptionis a CHRISTO complēdū/& per cooperatio-
nem ad diuina miracula:quæ CHRISTVS verus deus & homo in ſuæ diuinitatis teſti-
ficationem fecit.Nēpe & patris et ſpiritus ſancti miſericordia:filiū dei miſit in mūdum.
ipſorum bona voluntate & beneplacito:noſtrā carnem CHRISTVS aſſumpſit.illorūq;
virtute & poteſtate:miracula operatus eſt.Hoc itaq; modo qui iam dictus eſt/diuinorū
coniunctionē & diſcretionē oratione explicare enunciareq; ſtuduit ſacratus pater:ſicut
25 ipſa diuina/ſecundū rem & veritatē cōiuncta & diſcreta ſunt. ¶De ampliori autem cō-
iunctorum & diſcretorum diuinorum hic facienda determinatione ſe excuſans/dicit ꝙ
quaſcūq; illorū in ſacris litteris rationabiles inuenit cauſas:in libro theologicarum inſti-
tutionum ſingulatim de omnibus diſſerendo explicuit.nōnulla illorū modo rationali in-
tellectualiq; ratiocinatione enodando:ac animum ſerenū purgatūq; rectæ ſcripturarum
intelligentiæ applicādo.alia vero illorū myſteria ſupra intellectus & rationis naturalis
actionem:per ſacræ fidei lumen ſecundū diuinā inſtitutionem referando.Porro perfecti-
ones omnes & proprietates diuinæ quæ nobis patentius innotuerunt:per ſolas partici-
pationes emanationeſq; earū a deo in creaturas atq; cōmunicationes dinoſcūtur a no-
bis.Quomodo autē illæ ſūt in primo ſuo fōte/occultiſſimoq; illo dei ſecreto collocatę:nul
lus poteſt ſenſus attingere/nulla ſciētia penetrare/quia illic vt in ſua ſede ineffabiliter &
incognoſcibiliter habent firmitatem.Quare cum arcanum illud diuinū/appellatur deus
aut ſubſtātia/vita/lux aut verbum:nichil aliud illis appellationibus intelligitur q̄ parti-
cipationes cōmunicationeſq; diuinitatis/ſubſtātiæ aut vitæ/ex eo in nos emanātes.ſimi
liter & virtutes deificæ/ſubſtantificæ aut viuificæ:quibus prouehamur in deum/& quæ
nobis vitam/ſubſtantiā & lucem benigniter elargiātur.At cum fuerimus ab omni intel-
lectuali operatione expediti ac liberi/& ſupra omnē rationem naturalē & intellectus acti-
onem eleuati:tunc ipſi ſecreto diuino/incōpręhenſibili vnione per diuinā lucem coniun
gimur.atq; in huiuſmodi cōgreſſione:nullā inuenimus deificētiam/a deo in hęc inferiora
prodeuntem.nullam itidē vitam aut ſubſtātiam:quæ omnino ſimilis ſit illi ſupremę cau-
ſæ/cunctis rebus excellentiſſime eminēti.Eſt enim illa ſuper omnem ſubſtātiam/vitam/
26 lucem & ſapiētiam. ¶At quēadmodū in cōiunctis appellationibus oſtēſa eſt ipſius dei
ſuper ōnia improportionalis excellentia:ita eādem nūc declarat beatus pater in nūcupa
tionibus diſcretis.Ex ſcripturis (inquit) ſāctis id cognoſcitur: ꝙ pater ſit primordialis et
fontana deitas/quoniam reliquis duabus perſonis ſecūdum deitatem præſtat originem
ęternā.Filius vero & ſpiritus ſanctus ſunt fœcūdę diuinitatis paternæ germina/& veluti
flores ac ſuperſubſtātialia lumina:ꝙ a patre ſuam habēt ſecūdum deitatem/originē ac
emanationē.quo autem modo iſta ſe habeāt:neq; ſermo humanus eloqui poteſt neq;
mens intelligere/quoniam omnē trāſcendūt ſermonem & mētis captum.Sed ad hoc
vſq; intelligēdum/omnis noſtrę mētis actio & intellectualis cōpræhēſio ſolum progredi-
tur:ꝙ omnis denominatio patris & filij ſimul et noticia/& hominibus et cœleſtibus ſpi-
ritibus eſt cōceſſa ac proficiſcitur ex primitiua patris & filij in diuinis principaliq; rati-
one.ex qua ſpiritus angelici diuina ſpecie exacte præditi:fiunt & dicuntur dij per par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 2 pars 1

ticipationem gratuitam/deorumq; filij:inferiores scilicet superiorum angelorum a qui-
bus dirigũtur.itidẽ & deorũ patres:vtpote superiores inferiorum angelorũ & hominũ/
quos dirigũt ad deũ.& ratione huiusmodi directionis:eorũ patres vocãtur. Tale autem
munus atq; donum patris & filij in diuinis/quo alios per gratiam efficiunt patres & fili-
os:perficitur spiritualiter/hoc est intellectualiter solũ & non carnaliter.et benigna simi-
liter sancti spiritus cõmunicatio:alios reddit intelligibiliter spirituales. Attamẽ manet ip-
se sanctus spiritus/super omne immateriale/spirituale et diuinũ per participationẽ:in im-
mensum eminens.sicut & pater et filius in diuinis/ab omni patre & filio in rebus creatis
(qui diuino patris & filij primitiui munere:paternitatis et filiationis habet nomen)est
eminenter exceptus. ¶Porro eorum quæ modo dicta sunt ratio est/q nunquam causa- 27
lia & quæ ex causis prodeunt: omnimodam habent et exactam similitudinem ad suas
causas.sed ea quæ efficiuntur:sibi impressas gerunt suarum causarum imagines & spe-
cies. Ipsæ autem causæ longe ab effectis suis exceptæ:illis supereminent ratione pro-
ductricis suæ virtutis. vt emanatio radij solaris in aerem:imago est intimi splendoris in
sole.sed hæc lux solis natiua radio illo extra diffuso multo est excellentior & prior. Vt au
tem idipsum familiaribus rerum sensibilium exemplis declaretur:voluptates ac dolo-
res/causæ esse noscuntur vt letentur & tristentur homines. neq; tamen voluptates de-
lectãtur:neq; dolores angũtur. Ignis itẽ calefacit & vrit:non tamẽ calefieri aut vri dicit/
sed illa solum quę igni participant. demũ inepte loquetur:qui ipsam vitam dicet viuere/
aut lucem illuminari.nisi fortasse id dixerit per alium loquẽdi modum/quo illa quæ cau
salium sunt propria:ipsis attribuuntur causis/q in his fontaliter primordialiter & effica-
citer præexistũt. Complectũtur enim & præambiunt causæ ipsę/atq; vnice continẽt acti-
ones omnes:quæ in causalibus suscipiuntur. vt lux solis supereminenter omnem habet
in se præinditam illuminationẽ/& calor ignis omnem virtute et potestate præoccupat
anteceditq; calefactionẽ:& fons exuberãs insitã sibi habet omnẽ irrigationẽ/anteq̃ illa
fiat ad hortos fœcũdandos. ¶Neq; id mirũ videri cuiq̃ debet/q ipsa dei cõiuncta vt in 28
sua sede occultoq; diuino reponuntur/similiter & discreta dei/personarum diuinarum
nominibus vt patris et filij & spiritus sancti designata:nobis sunt(vt modo dictũ est)in-
explicabilia & incompræhensibilia. Nam & ipsa filij dei incarnatio(quæ inter omnia de
deo dicta manifestissimũ quiddã videtur & apertissimũ)nullo potest sermone depromi/
nullaq; mẽte cõpręhẽdi.quã nec ipse supremus angelicorũ spirituũ/cęteris author defe
ctionis a deo et ruinæ in pręceps:q̃uis inter virtutes cœlestes omnes principatũ tenue-
rit/vnq̃ ad liquidum & plenum cognouit. Et sane q humanã substantiã vere acceperit
IHESVS CHRISTVS:ex fidei mysterijs didicerunt omnes/qui illis sunt initiati. Igno-
rant tamen quomodo ex purissimis sacrosanctæ virginis sanguinibus supra naturæ legẽ
formatus sit.aut quomodo pedibus non immersis tametsi materialẽ haberent etiam tũc
grauitatẽ:super aquas ambulauit tũc fluidas etiam & instabiles. Et alia quæcũq; opera
naturam CHRISTI humanã insinuant/cæterorum hominum conditionibus longe ex-
cellentẽ:neq; sermone itidem digne explicari queunt/neq; animo compræhẽdi. ¶Hæc 29
autẽ supradicta omnia beatus pater se pertractasse perhibet alio in loco:vtpote in libro
theologicarũ institutionum/& ab eximio præceptore suo diuino Hierotheo in libro de
theologicis elementis eadem luculenter esse dicit determinata. Quæ quidem ipse Hie-
rotheus aut a sanctis apostolis & viris apostolicis audiẽdo percepit/aut ex sedula sancta-
rum scripturarũ indagatione:proprio studio & diuturna exercitatione didicit/aut secre-
tiore inspiratione diuinaq; illustratione interiori illa cognouit. non modo more humano
discendo/illorum scientiam assecutus:verum etiã suscipiendo in se diuinitus reuelatio-
nes internas/et ita patiendo diuina. Quippe diuina patiuntur:qui diuinum suscipiunt
afflatum/et per quos diuina deus agit. vt prophetæ/vt apostoli:per quos spiritus san-
Matth. 10. ctus diuina operabatur et loquebatur/non ipsi:licet essent instrumẽta spiritus sancti vt
suscipientia. Idem quoq; Hierotheus ex coniunctione vnioneq; mentis ita deo afflatæ
ad ea diuina mysteria quæ cœlitus accepit:consummatus euasit.et pertigit ad occultã
illorum vnionem et notionem:supra rationem et mentem repositam/et quæ humano
magisterio nequaq̃ edoceri potest. Vt autem præclaræ et sacræ mentis ipsius cognitio-
nes paucis exponãtur:hęc sequẽtia Hierotheus de domino IHESV in theologicis ele-
mentis a se compositis inquit.

ℭEx ſanctiſſimi Hierothei libro elementorum CAP.II.pars II.



30 Mnium eſt cauſa/cunctaqꝫ replet IHESV diuinitas:quæ
partes vniuerſitati conſonas ſeruat.& neqꝫ pars neqꝫ totum
eſt:& pars eſt/et totum.vt quæ omne/& partem et totum in
ſeipſa compræhendat & excellenter habeat/anteqꝫ habeat.
perfecta eſt quidē/in imperfectis: vtpote perfectionis prin-
ceps.porro inter perfectos imperfecta eſt:quippe quæ per-
fectionem excellētia temporeqꝫ tranſcendat.ſpecies ſpecifica inter ſpecie ca
rentes:vt ſpeciei author.ſpecie carens inter ſpecies:vtpote ſpeciem ſuperās.
ſubſtātia omnes ſubſtātias ſine inquinatione perluſtrans:ac ſuperſubſtāti-
aliter ab ōni excepta ſubſtātia.pricipia ōnia/ordineſqꝫ diſſeparās: et ſupra
omne principiū/ordinēqꝫ locata.menſura eſt rerū et ſæculū:et ſupra ſeculū
et āte ſeculū.plena inter egenos:inter plenos exuberās.ineffabilis/ineloqui-
bilis/ſupra ſenſū/ſupra vitā/ſupra ſubſtantiā excellenter habet excellentiā:
ſuperſubſtātialiterqꝫ ſubſtātiā ſuperat.Vnde quoniā & vſqꝫ ad noſtrā na-
turā per ſummā clementiā venit/vereqꝫ ſubſtātiam noſtræ carnis accepit:
et vir/ſummus ille deus appellatus eſt:propicia ſint igitur quæ ſenſum om-
nem & ſermonem ſuperantia laudantur a nobis.In his quoqꝫ illius excel-
lens ac ſuperſubſtantiale eminet:non modo qua parte immutabiliter nobis
atqꝫ inconfuſe communicauit/nichil in exuberanti ſua plenitudine ex ineffa
bili exinanitione perpeſſus.verum quia quod eſt nouitatum omnium ſu-
pereminens nouitas:in naturalibus noſtris ſupra naturam erat/in ijs quæ
ſunt noſtræ ſubſtantiæ:ſuperſubſtantialis/noſtra omnia ex nobis & ſupra
31 nos excellēter habens.ℭSed de his ſatis:illuc iam vnde cœpit recurrat ora-
tio:& communia atqꝫ coniuncta diuinæ diſcretionis nomina pro viribus
explicare pergamus.Atqꝫ vt apertius de omnibus deiceps dicēdis ante diſ-
finiamus:diſcretionem diuinam eſſe dicimus(vt præmiſſum eſt)proceſſus
benigniſſimos deitatis.Cum enim ijs quæ ſunt omnibus affatim bonorum
omnium conſortia largiatur & ſupereffundat:coniunctim quidem diſcer-
nitur/creſcit autem ſingulariter & multiplicatur/neqꝫ vſꝗ ab vno diſcedit.
Puta quoniam ſuperſubſtantialiter ens deus eſt/et ijs quæ ſunt eſſe largitur/
omneſqꝫ producit eſſentias: vnum illud quod eſt/ multiplicari dicitur/
multas ex ſe producēdo ſubſtantias.manet autem illud nichilominus & in
multiplicatione vnum/et in proceſſu cōiunctū/atqꝫ in diſcretione plenum:
ꝙ ſit ſubſtantijs omnibus eminenter exceptum/et ſingulari productione
omnium atqꝫ indiminuta profuſione ipſius indeficientium munerum.Sed
et cum ſit vnum/omniqꝫ parti et toti et vni et multitudini/vnius conſorti-
um tradat:vnum ſimiliter eſt ſuperſubſtantialiter/neqꝫ pars exiſtens multi-
tudinis neqꝫ ex partibus totum.Sicqꝫ nec vnum eſt/neqꝫ vnius particeps/
longeqꝫ ab his vnum eſt:ſuper vnum illud quod in ſubſtantijs eſt.& multi-
tudo indiuidua inexplebilis/pluſꝗ plena:omne vnum multitudinēqꝫ pro-
32 ducens/& perficiens/& continens.ℭRurſus ex ipſius deificentia:dum ſin-
guli imaginem dei in ſe nituntur exprimere/multi fiunt dij.ac videtur eſſe
quidem et dicitur vnius dei diſcretio/& multiplicatio.Eſt autem nichilomi-

Ex libro ſtechioſeon beatiſſimi hierothei.

Q

Hic finiuntur dicta diuini Hierothei.

nus principalis & supremus deus/supersubstantialiter vnus deus: in ijs quę
diuisionē admittunt indiuisus penitus/sibi ipsi cōiunctus/& impermixtus
R plurimis: & qui multiplicari penitus nequeat. Istud mirabiliter profecto
intellexit communis & noster et nostri præceptoris ad diuinam illuminati-
onem eximius ductor: diuinis in rebus celeberrimus/lux mundi. hæc enim
in suis sanctis litteris diuino spiritu afflatus ait. Nam si quidem sunt qui di-
cuntur dij siue in cœlo siue in terra (sicuti profecto sunt dij multi/& domini
multi) sed nobis vnus deus est pater: ex quo omnia & nos in ipso. & vnus
dominus IHESVS CHRISTVS: per quem omnia/& nos per ipsum.
S Porro & in diuinis cōiunctiones discretionibus excellunt ac præsunt: et ni-
chilominus post vnius nusq̄ procedētem/singularemq; discretionem/con-
iuncta diuina sunt. Istas nos communes atq; coniunctas deitatis totius di-
stinctiones siue benignos processus: ex diuinis nominibus eas in scripturis
sanctis exponentibus/pro viribus laudare conabimur. cum istud (vt prædi-
ctum est) prius diffinierimus/omnem beneficam dei appellationem in qua-
cunq; diuinarum personarum ponatur: absq; obseruatione vlla/in tota si-
mul accipi trinitate.

Q ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Species specifica inter specie carentes. Species
specific: a forma formās/pulchritudo pulchrificās pulchrumq; faciēs/& venustas venu-
R stifica. ¶Istud mirabiliter profecto intellexit cōmunis & noster & nostri præceptoris ad
diuinam illuminationē eximius ductor. Ductor ille cōmunis & diuini Hierothei & bea-
tissimi Dionysij: beatissimus Paulus est. cuius sententia hic ex prima ad Corinthios epi-
stola cap. octauo adducitur. Nam et si sunt (inquit) qui dicantur dij siue in cœlo/siue in
terra (siquidem sunt dij multi & domini multi) nobis tamē vnus deus pater: ex quo om-
nia/& nos in illo. & vnus dominus IHESVS CHRISTVS: per quem omnia/& nos
S per ipsum. ¶Porro & in diuinis cōiunctiones discretionibus excellūt ac præsunt. Vniti-
ones in diuinis excellūt ac præsunt discretionibus: & nichilominus post discretiones ip-
sæ vnitiones sūt cōiunctæ. sic vicissim vnitiones discretionibus et discretiones vnitioni-
bus præesse videntur/vicissimq; subesse: attamen & sibiipsis summe æquales sunt. prin-
cipium sunt/finis sunt/mediū sunt. Patris enim boni in bonū filium est processus: & po-
tentis in potētem/& veri in verum filium. rursus boni potentis & veri patris et filij: pro-
cessus est in bonum potētem & verum spiritū/quē appellāt & procedētem. Et in his in-
effabilibus processionibus: vnum/bonū/potēs/verum (quæ communia & cōiuncta sunt
nomina) vidētur discretionibus excellere/atq; præesse. Sed rursum nō erit summe vnū/
summe bonum/summe potēs/& summe verū: nisi sint ex summo gignēte/genito/& pro-
cedēte coniuncta. Etenim infœcūda sunt: nisi sit gignēs/& genitum. et imperfecta: nisi
sit procedēs. Et hæc tria/gignens/genitum & procedēs: sunt ipsum summe vnū/summe
bonum/potēs/atq; verum. quæ sine omni cōpositione summe cōiuncta sunt: & sine qua-
cūq; diuisione discreta. Et cum ea et eorū quodq; intelligimus ex gignēte/genito/& pro-
cedēte: discretiones vidētur vnitionibus præcellere/atq; præesse. verūtamē cōiuncta om-
nia inter se cōuertūtur/& cum discretis: & discreta cum cōiunctis/sed discreta discretis
non conuertūtur. Et proinde cum ipsum gignēs sit ipsum summe vnum/itidē & genitū
ipsū sūme vnū/& procedens summe vnum: sibiinuicē summe erunt æqualia/immo ipsa
sūma æqualitas. Patet igitur vnitiones discretionibus pręesse & subesse videri (quæ sunt
ante ōne prius et posterius) nichil aliud esse q̄ in diuinis vnitiones & discretiones sūme
æquales esse. Sed de istis & coniunctionibus & discretionibus deficiunt verba ad loquē-
dum/& mentes ad compræhēdendum: neq; rationali modo attinguntur. Et benedicta
sint semper illa quæ intelligere non sufficimus: sed per piam fidem (quę supra intellectū
est) credimus. et scimus quia illa pie credere/vita æterna est: quæ in altero digne ea in
fide consūmatis reuelabitur sæculo.

¶SECVNDAE PARTIS SECVNDI CAPITIS COMMENTARIVS AD litterā.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

30 Ximias diuinitatis & humanitatis IHESV CHRISTI laudes/ex libro elemētorum diuini Hierothei depromptas: hic adducit sacer Dionysius/verba ipsius pariter & cōtextum referēs. In quibus primū dicit Hierotheus ꝙ IHESV diuinitas est omnium causa/per productionē et cōseruationē: & cuncta cū visibilia tū inuisibilia replet/per sui in omnia expansionē. partes item vniuersitatis integritati cōgruētes: seruat in suo tenore statu & natura. Insuper eadē summa diuinitas neq; pars est neq; totū/quia neq; cōponit quicq̄ neq; ex aliquo componitur: sed partē omnem et totum eminēter excedit. nichilominus eadem & pars est et totū/virtute atq; potestate: quia omne totū & partem in seipsa simpliciter & vnice cōpræhēdit/excellenter habet/& ante sibi inditū q̄ extiterit res condita in sua substātia: veriusq; & perfectius habet q̄ in re existat. Insuper ipsa IHESV CHRISTI diuinitas/perfecta est ĩ rebus imperfectis: quia perfectionis earum est prima causa. in perfectis vero est imperfecta per superexcellētiā: quia omnē perfectionē excellētia & tempore prçcedit. Rursum ipsa est venustas spiritualis & pulchritudo/omnia faciēs pulchra: si comparatur ad ea quæ informia sunt & speciei gratia carent/quia omnis formæ et pulchritudinis est author. Inter ea vero quæ speciem habent & decorem/eadē est carens specie: quia omnem speciem rerum eminētissime superat. Præterea eadem IHESV CHRISTI diuinitas est substātia: omnes rerum cōditarū substātias sine cōmixtione aut labefactatione permeās. & supersubstātialis est: ab omni superexcellenter excepta substātia. Eadem quoq; omnia rerum principia & ordines abinuicem disseparat/ne cōfundantur aut permisceantur: tanq̄ principiū et ordo omnium. nichilominus super omne principiū & ordinem est collocata: propter eximiā suam excellētiam. Ad hæc/ipsa domini IHESV diuinitas/mēsura est durationis rerum et duratio: quia omnis temporalis & æuiternæ durationis origo & fons. Est tamē supra omne sæculum & ante omnē rerum productarū durationem: propter æternitatis eius immēsitatem. Adde ꝙ ipsa est plena inter egenos & indigentes plenitudine: quia plenitudinis ōnis est fons indeficiēs. Inter plenos vero est exuberās: propter affluētissimā et immēsā suā plenitudinē. Deniq; ipsa nec sermone nec eloquio potest exprimi. supra mentem supra substātiam & vitā superexcellēter habet excellentiam/& omnem substantiam supersubstātialiter exuperat. Cæterum quoniā ipse dei filius vsq; ad nostrā naturam sumēdam benigniter se inclinauit/vereq; substantiam humanæ carnis accepit/ et deus ipse summus vere appellatus est homo: superdiuina illa deitatis & humanitatis mysteria (quæ omnē mentis captum & sermonis expressionē exuperantia: celebrantur a nobis) sint sua benignitate & clementia nobis propicia/fauentia & aspirantia. Certe in his altissimis mysterijs: excellēs eius diuinitas & supersubstantialis sublimiter emicat. nō solum ea parte & ratione: qua cōmunicauit nobis in humanitatis assumptione immutabiliter & inconfuse. quia neq; permutata est per illam vnionem eius diuinitas: neq; permixta aut cōfusa cum humana substātia in vnam tertiā naturā. neq; ex benignissima illa exinanitione/qua longe infra se positam naturā humili inclinatione assumpsit in vnitatē personę: perpessus est quicq̄ detrimēti in exuberanti plenitudine suæ diuinitatis. quandoquidē eius deitas nichil accepit diminutionis suæ maiestatis: ex cōiunctione naturæ humanę cū illa in vnā personā. sed vltra hoc in vnione illa ineffabili & id inuenitur/quod nouorū omniū est maxime nouū: scilicet ꝙ in naturalibus nostris/partibus virtutibus et operationibus/erat supra naturā. nam sacratissima eius caro: deificata. itidem & sanctissima ipsius anima: quia diuinitati hypostatice vnita. virtutes item naturales humanitatis eius & operationes: longe excedebāt nostras vires natiuas & actiones. nam et salutares erant & viuificæ: ratione deitatis cōiunctæ. Eadem quoq; ratione in ijs quæ sunt nostræ substantiæ erat supersubstātialis: quia in illis transcēdit nostræ substantiæ fines et metas/quātum ad dignitatē et perfectionē. Habuitq; nostra omnia humanæ naturæ integritatem cōcernētia/substātiam scilicet virtutes et actiones humanas/ex nobis: quoniam ex humanæ carnis massa. et supra nos: quoniam lōge excellētiore modo q̄ nos habeamus.

31 ¶ Finitis autē hoc loco diuini Hierothei verbis: ad propositam materiā regreditur sacratissimus pater. coniunctaq; diuinæ discretionis nomina quę scilicet benignam cœlestium munerū cōmunicationem in creaturas signāt/et toti cōueniūt deitati: explicare proponit. Et vt apertiora sint ea quæ deinceps est dicturus: diffinit discretionē diuinam esse (vt et ante dictum est) benignissimos deitatis in inferiora processus atq; progressiones.

Cum enim ſumma ipſa diuinitas omnibus quæ ſunt exuberātiſſime bonorū omniū par=
ticipationē largiatur & diſpartiatur: manet tamē vnica et ſimplex/ cōiunctimq; diſcerni=
tur atq; diſpergitur. cōiunctim quidē in ſe: & diſcrete in rebus ſubiectis. Creſcit itidē ſin=
gulariter/ atq; multiplicatur. nam vnica manēs & ſingularis in ſe: fit multiplex et pluri=
ma in donorum participatione atq; participātium multitudine/ neq; tamē vnq̄ diſcedit
ab vno. perinde atq; vnū ſigillum in plurimis multiplicatur efformationibus: & vna ho=
minis viua facies in multis ſpeculis/ atq; vnica lux ſolis in pluribus oculis. Exēpli gratia/
quoniam deus ſuperſubſtātialiter ens eſt/ & omnibus quæ ſunt largitur entitatē/ ac om=
nes rerū producit eſſētias: vnū illud ſuperdiuinū quod eſt/ multiplicari dicitur & creſcere
ratione productorū/ ꝙ multas ex ſe producat ſubſtātias. Nichilominus illud ſummū ens
etiam in multiplicatione manet vnū/ et in progreſſione ad exteriora manet cōiunctū ac
intimū: & in diſcretione atq; diſtributione integrū/ plenum/ perfectū & totum. eo ꝙ ab
omnibus ſubſtantijs productis eſt eminēter exceptū: et per ſingularem ac ſimplicē om=
nium productionē/ & per indiminutā munerū eius nūq̄ deficiētiū profuſionē. Non enim
diminuitur afflūetiſſima eius bonitas aut benefica plenitudo: per indeficiētem ſuorū do=
norum propagationē. vt neq; lux intima ſolis ſuſtinet imminutionē/ per continuam illu=
minationē: neq; ſciētia animi per ſui in alios doctrinalem trāſfuſionē. Rurſū cū ipſa ſum=
ma deitas ſit ſumme vnū/ & omni parti rerum productarū item et toti/ omni etiam vni
rei & multitudini tradat vnius participationē (vnumquodq; enim horum quatuor: ab
ipſo ſumme vno accipit & habet/ ꝙ ſit et denominetur vnum) ipſum tamen eſt vnū ſu=
perſubſtātialiter/ ſimpliciter & vnice: neq; pars eſt multitudinis rerū neq; totum ex parti=
bus cōflatum/ ſed ſuper omnē partem & totum ſublimiter eminēs. Et ipſum ſic ſūme vnū
neq; vnum eſt more aliorū/ neq; vnius participationē ſortitum. ſed multo diſtat interual=
lo ab ijs omnibus quæ vnius habēt nomen: & ſuper omne vnū quod in ſubſtātijs inue=
nitur eſt eminētiſſime collocatū. Deniq; ipſū eſt multitudo impartibilis/ atq; impertrāſi=
bilis et ſuperplena. multitudo quidē: virtute & poteſtate cōtinēs omnem rerū multitudi=
nem. Indiuidua vero: propter ſimpliciſſimā eius ſingularitatē. Inexplębilis: quia nō po=
teſt eius virtus productrix rerum exhauriri aut terminari. & pluſq̄ plena: ꝙ plenitudi=
nem habeat immēſam multa omnia cōtinentē. quippe iſtud ſuperexcellēs vnum: omne
vnum in rebus itidem & multitudinē producit/ perficit et cōſeruat. ¶ At vero quēadmo 32
dum nūc in ente et vno declarauit ſacratus pater cōiunctā deitatis diſcretionē: ita ean=
dem deinde manifeſtat in deificentia/ deitatiſq; cōmunicatione ac propagatione. Sane
per huiuſmodi vim deificā dum ſinguli ratione & mēte præditi cum homines tū angeli
nituntur in ſe dei imaginē efformare ac referre: multi fiunt dij per participationē & grati
am. et ibi dicitur eſſe ac eſt vnius dei natura/ in plures cōſortio ac ſocietate deitatis per
gratiā: diſcretio ac multiplicatio. Nichiloſecius principalis ipſe & ſupremus deus: eſt ſu
perſubſtātialiter vnus deus/ & in ijs quæ diuiſionē recipiunt omnino indiuiſus. ſibi ipſi
propriæ ſubſtātiæ ratione ſolū cōiunctus: rebus autem alijs impermixtus atq; incōfuſus.
et qui ſecundū ſuā ipſius ſubſtantiā multiplicari prorſus nequeat: licet ſecūdū participa
tionē propagetur/ creſcat & multiplicetur in ijs quę deiformia fiūt. Hoc plane arduū &
auguſtum cōiunctæ diſcretionis dei myſteriū ſublimiter intellexit beatiſſimus Paulus: et
Dionyſij & Hierothei præceptoris illius ad fidem orthodoxā illuſtrator egregius/ in ſa=
cratiſſimis diuinæ ſapiētiæ myſterijs agnoſcendis locupletiſſimus/ & inſigne totius mūdi
i. corin. 8. iubar. Qui diuino ſpiritu illuſtratus: hæc ad Corinthios ſcribens ait. Nam ſi quidem ſunt
qui dicūtur dij/ ſiue in cœlo vt angeli: ſiue in terra/ vt homines dei imitatores & ſimiles
(ſunt enim reuera & dij multi/ per deitatis participationē: et domini multi/ per ſupremi
dominatus imaginē ac ſimilitudinem) nobis tamē vnus eſt deus pater: ex quo ſunt om=
nia vt primordiali cauſa/ & nos in ipſo ſumus vt cōtinēte ac conſeruāte. nobis etiā vnus
eſt dominus IHESVS CHRISTVS: per quē omnia ſubſiſtūt vt diuinā ſapientiā rerū
conditricem/ & nos per ipſum ſumus vt ſubſtātificam dei virtutem. Cæterum in diuinis
denominationibus cōiunctiones quæ in deo ſecūdum ſe & abſolute cōſiderantur: prę ſūt
et duratione & dignitate diſcretionibus/ ſecūdum cōmunicationem diuinorū donorū in
ſequētia ſumptis. ſicut primitiua forma/ veritas & exēplar: præeſt ſuæ imagini/ ſimilitu=
dini & figuræ. Attamen poſt diſcretionem propagationēq; vnius in multa/ ſingularem
vtiq;/ ſimplicem ac vnicam/ ac nuſq̄ a deo digredientem: diuina eſt coniunctio/ quantū
ad intelligentiæ noſtræ rationem ac ordinem. nam ex diuinis diſcretionibus/ notionibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quo ad nos tanq̃ effectis & imaginibus: debemus ad diuinas coniunctiones vt cauſas
agnoſcēdas aſſurgere. Itaq; iſtas cōmunes & cōiunctas deitatis diſcretiones/benignoſq;
dei ad exteriora progreſſus: ſacratiſſimus pater annitetur celebrare prędicareq; ex ſan-
ctis ſcripturis/quæ huiuſmodi diſtinctiones ac diſcretiones dilucide exponunt ac patefa
ciunt. cum iſtud (quod & ante dictum eſt) prius determinatum fuerit ac diffinitum: ꝙ om
nis benefica dei appellatio cōmunicationiſq; explicatiua/cuicūq; diuinarum perſona-
rum attribuatur: abſq; obſeruatione diſtinctionis atq; ſecluſione aliarum perſonarum/in
tota ſimul accipienda eſt deitate.

¶ Quæ ſit orationis virtus/de beato Hierotheo/& de reuerentia et conſcri-
ptione theologica. CAP. III.

33 AC primum quidem perfectiſſimam/omniumq; dei proceſſu-
um interpretem boni appellationem intueamur ſi placet: vbi
primum authorem boni/& ſupreme bonam trinitatem inuo-
cauerimus/omnes ſuas benigniſſime exponentem prouiden-
tias. Oportet enim nos votis imprimis ad ipſam veluti boni-
tatis principē prouehi: atq; e vicino diſcere benigniſſima illi
inſita munera. Nam ipſa quidē adeſt omnibus: non autē illi aſſunt omnia.
vbi vero ipſam caſtiſſimis precibus animoq; purgato & peruio/atq; ad di-
uinam idoneo cōiunctionem inuocamus: tunc nos quoq; illi aſſumus. Ipſa
namq; neq; in loco ſic eſt vt vſq̃ abſit: ſeu ex alijs ad alia migret. immo etiā
in rebus omnibus eam eſſe dicere: minus eſt q̃ vt colligatur infinitas illa quę
ſuper omnia eſt/& cuncta cōprę hendit. Itaq; nos ipſos ad celſiorem diuino
rum/clariſſimorumq; radiorum contuitum: orationibus imprimis cōpara-
34 mus. ¶ Veluti ſi luci diſſima catena ex cœleſti ſūmitate ſuſpenſa/& hucuſq; Manuductio de catena/naui et rudentibus
pertingente/nos ſemper eam manibus alternis in anteriora porrectis capi-
amus: trahere quidem ipſam videmur. re autem vera non illam ipſi deduci-
mus/quippe quam ſupra infraq; habeamus præſentem: ſed ipſi magis ad
ſublimiores illuſtrium radiorum fulgores promouemur. Aut certe quēad-
modum ſi nauim ingreſſi rudentes ex ſaxo quodam ad nos vſq; porrectos
teneamus/quippe quorum nitamur auxilio: non ſaxum ad nos/ſed nos
ipſos magis/nauimq; ad ſaxum promouemus. Sicut et cōtra/ſi quis mariti
mum ſaxum in naui ſtans percellere pergat: nichil quidē ſtans & immobile
ſaxum violabit/ſed ſeſe potius ab eo magis arcebit. q̃toq; in illud violentius
impulerit: tanto ab eo longius repelletur. Quocirca ante omnē actum & in
theologia maxime: ab oratione inchoandū nobis eſt. non vt vbiq; et nuſq̃
præſentem virtutem attrahamus: ſed vt memoria diuinarum rerum/atq;
35 inuocationibus pijs nos ipſos illi dedamus atq; iungamus. ¶ Atq; huius
rei fortaſſis afferenda ſit ratio: cur cum eximius præceptor noſter Hiero-
theus theologica elemēta mirabiliter profecto collegerit: nos (quaſi illa non
ſufficiant) & alias alia/et præſens de theologia nūc opus conſcripſerimus.
Nēpe enim ſi ille omnes theologicos tractatus deinceps explicare voluiſ-
ſet/& expoſitionibus vel ſuccinctiſſimis theologiæ totius ſummā explanaſ-
ſet: nunq̃ nos ad id inſaniæ vel ſtoliditatis veniſſemus/vt aut liquidius illo/
ac diuinius arbitraremur eloquia ſacra penetrare poſſe. aut eadē bis dicen-
do: ſuperfluo caſſoq; labore ſudare vellemus. Pręterea magiſtrū noſtrum et

amicum violaſſe merito conuinceremur: ſi nos poſt beatum Paulum/illius
eloquijs imbuti atq; inſtituti: ipſius celeberrimam & intelligentiam et expo
ſitionẽ nobis ipſis applicare ſtuderemus. Verum quia diuina ille exponens
profecto gnauiter & ſcite: breues nobis expoſuit compẽdioſaſq; diffinitio=
nes/et quæ in vno multa cõpræhẽderent/præcipiens nobis idipſum ſtudij/
prout poſſemus. Et quicũq; rudium adhuc magiſtri animarũ/ad id nos ſũt
adhortati: vt explicare & enucleare oratione nobis congrua/breuia quæq;
et ſingularia pergamus: quibus ſummi illius viri ſpiritualis virtus eniteat.
T Ipſe item ſępenumero nos ad id hortatus es: librumq; ipſum vt excellens
quiddã remiſiſti. Eũ igitur nos quoq; vt perfectorum ſeniliumq; ſenſuum
V magiſtrũ ijs aſſignamus/qui celſiora capiunt: veluti ſecunda ſacra eloquia/
et eorum qui a deo vncti ſunt ſequentia. ijs vero qui nobis ſimiles ſunt: nos
diuina pro modulo noſtro trademus. Si enim perfectorũ eſt ſolidus cibus: 36
eo & alios paſcere/quantæ perfectionis eſt? ℂ Recte itaq; diximus & hoc:
X per ſe ipſam diuinorum eloquiorum apertã cõtemplationem/perſpicaceq;
et conſummatã diſciplinam: ſenilis eſſe virtutis. Porro ſermonũ (qui ad id
manuducant) ſcientiã atq; diſciplinam: inferioris meriti præceptoribus di=
ſcipuliſq; cõgruere. Atqui id quoq; & quidem diligenter obſeruauimus: vt
quæ diuinus ille præceptor aperta expoſitione digeſſit: nequaq̃ attingere=
mus/neu eadem diceremus ad id explanandum/quod de ſcripturis fuiſſet 37
Y ab eo propoſitum. ℂ Nãq; & apud ipſos diuino ſpiritu plenos pontifices
noſtros/cum et nos (vt noſti) & pleriq; ex ſanctis fratribus noſtris ad cõtu=
endum corpus illud quod authorẽ vitæ deumq; ceperat/cõueniſſemus (ad=
erat autẽ et frater domini Iacobus/et Petrus ſupremũ decus et ãtiquiſſimũ
theologorum columen) vbi poſt cõtuitum placuit vt infinite potentẽ diui=
næ infirmitatis bonitatẽ pontifices laudarent omnes/quiſq; pro captu ſuo.
Ille deniq; (vt noſti) poſt apoſtolos/ omnibus alijs laudatoribus ſuperior
erat: totus excedens/totus ſe deſerens/& eorum quæ laudabat conſortium
patiens. ab omnibus deniq; a quibus audiebatur & videbatur/et agnoſceba
tur et non agnoſcebatur: afflatus deo/diuinuſq; laudator eſſe iudicatus eſt.
Ecquid ea tibi referre (quæ ibi ſacratiſſime ſunt dicta) contendimus? Nẽpe
enim (niſi mei oblitus ſum) ſcio me ſæpius partes quaſdã laudationum illa=
rum diuinarum abs te accepiſſe/adeo ſtuduiſti diuina non perfunctorie in 38
tranſituq; perſequi. ℂ Enimuero vt quæ illic myſtice ſunt dicta (vt quæ
plurimis nequaq̃ perceptibilia: tibiq; notiſſima) prætermittamus: quando
opus erat plurimis noſtræ fidei conſortiũ tradere/& q̃ multos poſſemus ad
noſtram ſacroſanctã ſcientiam attrahere: multũ ille cõpluribus ſanctorum
doctorum eminebat & maturiore æuo/et mundicia animi/& demonſtrati=
onum diligẽtia/& reliquis inſtitutionibus ſacris. Nunq̃ deniq; illuſtriorem
ſolem offendimus: cui infigere conaremur obtutus. Ita enim nobis ſumus
conſcij/nec ignoramus: vt neq; ſatis intelligere quæq; diuinarũ ſcripturarũ
intelligibilia poſſumus/neq; arcana diuinæ cognitionis edicere aut eloqui
ſufficimus. longeq; a ſanctorũ virorũ ſcientia: in exponenda ſcripturarũ ve=
ritate inferiores ſumus. Ad hoc enim prorſus per abundantẽ reuerentiam

De augu=
ſta & ſacro
ſancta virgi
ne Maria.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

venimus:vt neqꝫ audire omnino/neqꝫ dicere aliquid de philoſophia diuina
auderemus:niſi id inſediſſet animo/ non oportere diuinarum rerum ſcien-
tiā pro captu noſtro negligere.idqꝫ perſuaſiſſent non modo naturalia ſub-
limium animorum deſideria:amatorie ſemper ambiētia (quantam capere
poſſunt)diuinarum intelligentiam rerum. verum ipſa quoqꝫ præſtantiſſi-
ma legum diuinarum inſtitutio/quæ ſupra nos ſunt (vt & quę merita excel
lant noſtra:& penetrari a nobis nequaꝗ poſſint)inquirere prohibēs:oīa ve
ro quæ permiſſa nobis & indulta ſunt/intente diſcere atqꝫ alijs benigne tra
dere admonens.His itaqꝫ nos etiā obtemperantes:ad indaganda pro viri-
bus diuina/ nequaꝗ laceſſimus/ aut trepidamus. eoſqꝫ qui præſtantiora ꝗ
nos nequaꝗ valent intueri/abſqꝫ auxilio deſeri non tolerantes:ad ſcribendū
deſcendimus.nichil quidem noui inferre præſumentes:cæterum ſubtiliori-
bus & per partes ſingulas appoſitis diſquiſitionibus/ quæ compendioſe a Z
vere Hierotheo ſunt dicta diſtinguentes atqꝫ exponentes.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Ipſe item ſæpenumero nos ad id hortatus es: li- T
brumqꝫ ipſum vt excellēs quiddam remiſiſti.Ipſe: tu ipſe Timothee. Et hic ſermonem
ſuum ad Timotheum conuertit beatus pater.Librumqꝫ ipſum cōpendioſarū theologi-
carū diffinitionum/& elementorū diuini Hierothei: vt excellens quiddā ad me remiſi-
ſti.vt excellens quiddam: vt intelligentiæ tuæ capacitatē ſuperās/atqꝫ excedens. ¶Ve- V
luti ſecunda ſacra eloquia:& eorum qui a deo vncti ſunt ſequentia.Prima ſacra eloquia:
ſunt ſcripta prophetarum & apoſtolorum/vtrumqꝫ teſtamentum complectentia. ſuntqꝫ
primo in loco:& dignitate & authoritate conſtituta. Secunda vero eloquia ſacratus pa-
ter ponit elementa theologica diuini Hierothei:& ſecundo loco proxime eloquia apo-
ſtolorū (qui ſunt CHRISTI dei/& qui a deo vncti:ſpiritū ſanctū omniū vberrime acce-
perunt)ſequētia.Sua vero ſcripta beatus pater religioſa humilitate loco quodam longe
inferiore collocat.Sed verum eſt eloquiū quod dicit. Qui ſe humiliat:exaltabitur.& nūc Lucæ.18.
factū eſt: vt poſt prima eloquia nichil his operibus oculis noſtris appareat ſacratiꝰ. poſ-
ſuntqꝫ merito eloquiorū/ eorū qui a deo vncti ſūt:proxime eſſe aſſequacia. ¶Perſpica- X
cemqꝫ & conſummatā diſciplinā:ſenilis eſſe virtutis.Senilis virtutis:adultæ/prouectæ/
atqꝫ conſūmatæ intelligentię. ¶Namqꝫ & apud ipſos diuino ſpiritu plenos pōtifices no Y
ſtros.Diuino ſpiritu repletos pōtifices: appellat beatiſſimus pater apoſtolos. qui ſacro- De ſemper
ſanctæ virginis dei matris neceſſitatis humanæ obdormitioni interfuerūt.Interfuit & Ti ſācta virgie
motheus/ Hierotheus/beatuſqꝫ pater/& multi ſanctorum fratrum:qui a ſpiritu repente MARIA.
vbiuis gentiū eſſent/collecti ilico in nube(haud ſecus ꝗ Philippus a ſpiritu raptus/ ſub-
latus eſt ab aſpectu eunuchi reginæ Cādacis)ad virginales exequias perducti ſunt. Vbi Actuū.8.
ſacrum illud corpus quod vitæ principem/ deumqꝫ ſuſceperat:contuiti ſunt.ſacrum il-
lud tabernaculū:quod ſāctificauit altiſſimus.depoſitū verę & ſpiritualis Eųę:quę ſerpē-
tis virus nō ſenſit/ſed quæ caput eius(iuxta eloquia)contriuit. Carnalis enim Eua: car- Gene.3.
naliū filiorū mater eſt/& filiorū iræ.Spiritualis autē Eua:ſpiritualiū & regeneratorū ma
ter eſt/& filiorū gratiæ/& ſanctæ & īmaculatę eccleſię.Carnalis Eua/vmbra eſt & idolū:
ſpiritualis autē/eius lux eſt & veritas.Sed id parū eſt.Spiritualis Eua/mater eſt ineffa-
bilis verbi:quę oēm ſanctificationē & gratiā cœlū/terrā/vniuerſaqꝫ replētē in ſuo ſēper
ſancto virginali gremio(ſi ita dicere licet)concluſit/facta cœlo & terra capacior: quippe
quę infinitū acceperit.Virgo ſācta quia tu tota ſancta es/tota mitis & miſericors/& lar-
gitrix vitę & gratię(quę nobis vitā ipſā profudiſti:& ipſam per ſe gratiā effloruiſti)& nō
interitus/vltionis & vindictę:te oro nō vlciſcaris ad interitum eorū qui te nō poſſunt in
tuo perfecto decore inſpicere.quia te in ſua carnali tunica īſpiciūt:& per chlamydē pec-
catricis Eųę.Sed tu virgo/tuo modo ſemper ſanctificata ſicut CHRISTVS homo ſemꝑ
ſāctificatus/aperias eorū oculos:vt te per tunicā CHRISTI per ſpiritualē chlamydē aſ-
piciant.nō in vmbra delirēt:ſed auerſi ſe cōuertāt ad veritatē/et veſtigia ſuis reddāt ar-
chetypis.et in paradiſo te videāt ante Euā eorū matrē genitā:ſicut et CHRISTVS āte
Adam.ſed poſterius in tempore cum vero Adam apparentē:qui CHRISTVS dn̄s eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Tu es ancilla & libera dei mater: sicut CHRISTVS dominus in æternitate filius liber/
& pro nobis exinanitus & formam serui accipiens. Tu es/ & ipse est: de quibus per spiri-
Psal. 85. tū sanctum dicitur. Da imperium tuum puero tuo: & saluū fac filium ancillæ tuæ. Helui
Heluidius. dius si rediret (qui te virgo angelis purior: virginitate spoliabat) conspueretur/ pessunda
retur/ calcareturq; pedibus. Ita virgo sēper plusq̄ beata/ āgelis sanctior: qui te sanctitate
spoliant (nisi resipiscant/ nisi pœnitentiam agant) conspuantur/ pessum dentur/ calcētur/
lucem vitamq; fugiant. Ad huius ergo semper sanctificatæ arcę contuitū: collecti sunt sā
cti apostoli/ & qui viuebant sanctiores. Inter quos & beatissimus pater Dionysius fuit
vnus: & diuinus Hierotheus. Et omnes diuinis laudibus (quemadmodum spiritus elo-
qui dabat) diuinitatis habitaculū (ex quo conditrix omnium sapientia domum sibi ædi-
ficauerat: & humanum circūdederat corpus) sunt prosecuti. quibus quidē laudibus no-
stra tempora (si haberentur) putarentur fœlicia. Et sanctus Andreas Cretensis hunc pas 35
sum beatissimi patris religiosæ pietatis plenum: de illa ipsa ad virginales exequias spiri-
tu sancto facta conuentione atq; collectione commemorat & confirmat. & huius myste-
rij tota credula fuit piorū fideliū antiquitas. quos quia in nube qui procul degebāt/ sub-
Z lati fuissent: nubiferos appellabat. Sed hæc hactenus. ¶ Ille deniq; (vt nosti) post apo
stolos: omnibus alijs laudatoribus superior erat. Ille: ille Hierotheus. & alloquitur sā-
Z ctus pater Timotheum. ¶ Quæ compendiose a vere Hierotheo sunt dicta. Alludit san-
ctus pater ad nomen Hierothei: quod sacer deus/ deove sacratus interpretatur. si-
quidem hieros sacrum significat/ & magnum: & theos deum. quasi hæc nuncupa-
tio non vana in ipso fuerit/ & temere indita: sed rei ipsi/ atq; vitæ sanctimoniæ con-
sentanea.

¶TERTII CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM. 33



D determinationem de diuinis nominibus recte faciēdam: deum pijs
orationibus ante inuocandum proponit sacer Dionysius. dicens appel
lationem boni/ omniū dei in creaturas benignorū processuum manife-
statiuam (q̄ omniū illorū est causa et origo/ atq; radix) primo loco inter
diuina nomina esse disquirendā: si modo summa trinitas omnis boni au
thor & supreme bona/ reuerēter & pie inuocata fuerit. quæ omnes suæ
prouidētiæ rationes & modos: benigne nobis explicat & declarat. Ne-
cesse enim est nosipsos sedula oratione ad ipsam sanctam trinitatē veluti totius bonita-
tis fontem subuehi ac subleuari. & pij affectus motione propinquiores illi factos: vicini-
ore gradu cognoscere exuberantissima bona ipsi primitus indita/ & deinde in nos trans
fusa. Siquidem ipsa superdiuina trinitas/ omnibus quidē adest per præsentiam maiesta-
tis: at non omnia ipsi assunt per vnionem/ coniunctionemq; affectus & amoris. Nō enim
Esa. 29. illi assunt improbi & praui: de quibus per prophetā conqueritur q̄ cor eorū longe est a
Psal. 72. deo/ & de quibus ait psalmus q̄ qui elongant se a deo: peribunt. Neq; illa duo inter se
pugnant: quæ iam dicta sunt. Nam & ipsa lux solis omnibus adest oculis mortalium: nō
tamen ipsi luci omnes adsunt oculi. Nempe qui excæcati sunt aut palpebris obuelati: nō
percipiūt ipsam lucem etiam præsentem superfulgentēq; illis/ & extremā superficiē eo-
rum sua claritate perfundentem. Cum vero ipsam supersanctā trinitatē studuerimus pu
ris precibus animoq; purgato a nebulis viciorum/ & peruio diuinis fulgoribus percipien
dis/ dispositoq; ad dei habendam vnionem/ inuocare: tunc nos etiā illi summæ trinitati
assumus/ atq; per preces ad eam promouemur. Nempe ipsa non sic esse in loco creden-
da est/ vt ab aliquo loco absit: aut ab vno loco ad alium transeat/ priorem dimittendo lo
cum & nouum subeundo. Quinimmo qui eam supremam trinitatē oībus in rebus esse di
cit: minus certe dicit q̄ vt omnino exprimatur infinitudo illa diuinitatis quæ omnia trās
cendit & complectitur omnia. Itaq; sedulo piarū orationum studio nosipsos disponimus
& aptos reddimus: ad hauriēdum diuinorum radiorum fulgorē/ aspectūq; percipiēdū. 34
¶ Quomodo autē per pia orationū vota ad deū animo subuehimur & affectu: duobus
manifestat sensibilibus exēplis. Primū. si intelligatur fulgentissima catena ex summitate
cœli suspensa & vsq; ad nos in imo pertingens: quam semper manibus vices alternan-
tibus in altiora porrectis atq; nitentibus capere satagamus/ videmur quidem tunc illam
catenam ad nos deorsum trahere. Secundū veritatem autem illā non ad ima ducimus:
cum ipsam habeamus & supra nos cœlū versus & infra nos versus terrā semper presen
tē, sed nosipsi potius illius catenę adminiculo/ ad lucidiores solis percipiendos radios ob

maiorem ad ipſum viciniam prouehimur. Secundum exemplum eſt. ſi nauim ingreſſi
funes nauticos ex ſaxo aliquo in littore fixo ad nos vſq; extentos manibus teneamus/
eorumq; nitamur auxilio ad trahendū toto corporis niſu: huiuſmodi tractione non ſa-
xum ipſum ad nos ducimus/ſed ediuerſo noſipſos & nauim ad ſaxū pertrahimus/ illiq;
magis ac magis propinquamus. Sicut & econtrario ſi quis in naui ſtans/ ſaxum mari vi
cinum a ſe propellere pergat conto: ille nullo pacto loco dimouebit ſaxum illud fixum
& immobile/ſed ſeipſum potius a ſaxo repellet. & quanto violentiorē fecerit in ſaxum il
lud impulſum: tanto ſane diſtantius a ſaxo dimouebitur. Proinde ante omnē actum no-
ſtrum & præſertim vbi de deo habendus eſt ſermo: ab oratione debemus exordium ſu-
mere. non quidem vt diuinam virtutem & vbiq; præſentem (quia cœlū & terrā implet) Hiere.23.
& nuſq̄ præſentē (quia extra omnia eſt/nec vllis clauditur locorū ſpacijs) ad nos traha-
mus: ſed vt per memoriā rerum diuinarū excitantē animū/& per inuocatiões pias ſuble
35 uantes affectū in deū/noſipſos dedamus illi diuinæ virtuti atq; coniungamus. ❡ Excu-
ſat ſe deinde cum humili modeſtia beatus pater: ꝙ poſt diuini Hierothei elementa the-
ologica conſcripta/tentauerit de diuinis nominibus diſſerere. Oportunū (inquit) nunc eſt
huius rei afferre rationem: quare cum Hierotheus/inſignis præceptor noſter/theologi-
ca elementa luculenter collegerit: noſipſi quaſi illa tanti viri ſcripta non ſufficiāt/& alijs
temporibus alia opera & nunc præſens de diuinis nominibus opus conſcribere ſumus
aggreſſi. Certe ſi ipſe Hierotheus omnes theologicos ſermones & materias diffuſe vo-
luiſſet & plane explicare/& eorum quæ de deo dicenda ſunt ac ſentienda complemen-
tum & totam materiam etiam breuiſſimis elucidationibus explanaſſet: nunq̄ eo deueniſ
ſemus inſaniæ aut temeritatis/ vt putaremus noſipſos aut clarius illo aut ſacratius elo-
quia ſancta intelligere poſſe. aut vt eadem bis dicendo/actumq; agendo: ſuperuacuo la-
bore conſumi ac deſudare vellemus. Inſuper eximium præceptorem noſtrum iniuria af-
feciſſe merito argueremur/ſi noſipſi poſt beatiſſimū Paulum illius magiſterio ac doctri-
na edocti: ſacratiſſimam illius in ſcripturis ſanctis intelligentiam & elucidationem nobis
aſcriberemus/& quæ alterius ſunt: noſtra inſolenter faceremus. Cæterum quia ipſe Hie
rotheus diuina exponens eloquia luculenter & erudite: ſuccinctas tantū conſtrinxit &
breues determinationes/ & quæ paucis verbis copioſam complecterētur ſententiam/
impoſuitq; nobis eam prouinciam vt ſtrictim a ſe dicta latius & vberius exponeremus.
Multi inſuper ex ſanctis fratribus/ deſignati rudium & imperitorum præceptores/ nos
ad id ſtudij ſunt importunius exhortati: vt breuiter & compendioſe ab eo dicta enuclea-
tius aperire ſtuderemus/& oratione prolixiore congruenteq; & noſtræ & multorum in-
telligentiæ/eadem enodare: quo celeberrimi illius viri ſingularis virtus & doctrina cla-
rius eluceſcat. Quinimmo & tu ipſe (inquit) O Timothee nos ad id faciundum/ expla-
nandumq; amplius ſacratiſſimi Hierothei breuiuſculos tractatus ſæpius prouocaſti: &
librum ipſius de elementis theologicis inſcriptum ad me miſiſti/ tanquam aliquid ex-
cedens tuæ intelligentiæ captum. Idcirco ipſum Hierotheum vt perfectarum mentium
& ad diuina ſublimiter prouectarum magiſtrum illis deſignamus: qui ſublimiora ca-
piunt veluti proximo loco habenda poſt ſacra eloquia/ & continuo ſequentia illorum
æditiones ac conſcriptiones/ qui a deo ad diuinos libros conſcribendos ſpiritus ſancti
chariſmate ſunt vncti: quales ſunt prophetæ/ apoſtoli ac euangeliſtæ. Illis vero qui mi-
nus in diuinis exercitati ſunt/& noſtri (inquit) ſimiles: ſacrarum rerum notiones aperie-
mus pro noſtra facultate & tenuitate. Cum enim perfectorū ſit ſolidus cibus/ vt ait Di-
uinus Paulus: certe ſolido cibo alios paſcere/ magnæ eſt & eximiæ perfectionis. Quare Hebrę.5.
ſacer Hierotheus/ qui vere idipſum poſſe dictus eſt: inſigni eſſe præſtantia & ſingula-
36 ri perfectione credendus eſt. ❡ Porro quæ modo dixit de perfectis & rudibus ſenſibus:
amplius aperit. Recte (inquit) & hoc a nobis dictū eſt: ꝙ aperta diuinorum eloquiorum
cognitio per ſeipſam/& non inferiorum ſermonū ad eā manuducētiū adminiculo/ per-
ſpicax itidē & ꝑfecta illorū diſciplina: ſenilis eſt/prouectęq; & ꝑfectæ virtutis animi. Ser
monū vero & tractatuū/qui ad ſacrorū eloquiorū contēplationē p̄ſtant adiumētū/ ſcien
tia: inferioris minoriſq; gradus & conditionis magiſtris & diſcipulis congruit. At vero
in noſtris (ait) operibus: & nunc & alias id diligenter obſeruauimus. vt quæ diuinus Hie
rotheus præceptor noſter clara explanatione pertractauit: nequaq̄ diſcuteremus/aut ne
eadem (quæ ipſe dixerit) repeteremus ad id explicādum/quod de ſcripturis ſanctis ab
eo fuiſſet (vt reſeraretur) propoſitū. Studuimꝰ enī illa quę apte ipſe expoſuit/aut de ſcri

pturis proposuit aperienda: omnino intacta dimittere & a nobis indiscussa relinquere. 37
¶Postea diuinum Hierotheū/vt gratus in præceptorem discipulus & veritatis astipu=
lator: præclaris extollit præconijs/& quanta eum prosequatur veneratione ac reueren=
tia/pie & religiose demonstrat. Cum(ait)nosipsi vt scis O Timothee/& nonnulli alij ex
sanctis fratribus nostris in CHRISTO regenitis: cōuenissemus apud sacratissimos apo=
stolos sancto spiritu mirifice repletos/& illiꝰ donatos primitijs/p̄cipuosq; ecclesiasticę fū
ctionis p̄sules. & id quidē ad cōtuēdū illud sacratissimū corpus cādidissimę virginis MA=
RIAE/tempore suæ placidæ in CHRISTO obdormitionis: quod authorē vitæ deumq;
verū in se gestauerat atq; susceperat. Aderat autē huic sanctæ cōgregationi & Iacobus
frater domini/& Petrus egregiū decus & præstantissimū theologorū/apostolorūq; cul=
men. Vbi post sacrum sanctissimi illius corporis contuitū/omnibus visum est: ꝙ sancti
præsules omnes qui tū aderant/laudarent bonitatē singularē diuinæ infirmitatis/huma
nitatisq; CHRISTI qui nostra infirma vere & integre suscepit. quoniā tamen illa nostrę
carnis infirma erāt deitati vnita: merito hic diuina īfirmitas dicitur/sed quæ infinite po
tenti virtuti non repugnaret. nam & hæc & illa: in eodem erant vnita. Nempe CHRI=
STVS ex virgine natus: deus est & homo. vt homo: tunc infirmus. vt deus: infinite po
tens. Quare per mutuam proprietatum cōmunicationem/ipse: deus est infirmus/& ho
mo infinite potens. Eo vero tempore ipse Hierotheus(vt nosti O Timothee: qui etiam
tum præsens affuisti)post apostolos/omnibus alijs dei laudatoribus erat eminētior atq;
præstantior: totus seipsum ex mentis eleuatione excedens/totus supra se raptus & sub=
latus/& diuinorum quæ laudabat: consortiū ac societatem habēs/illisq; intimo animi af
fectu coniunctus. Deniq; ab omnibus tunc præsentibus a quibus in eo laudationis offi
cio videbatur & audiebatur/a quibus item cognoscebatur ex transacti temporis vsu/&
a quibus etiam non agnoscebatur ex præterita familiaritate aut notitia: iudicatus est
fuisse inspiratus a deo/& eximius præter cæteros diuinorum laudator. Sed quid(inquit)
O Timothee hæc tibi cōmemorare laboro: quæ in eo sanctorū fratrū conuentu sunt sa=
cratissime dicta? Nō enim animo meo excidit: ꝙ sæpius abs te acceperim quasdā illarū
diuinarū laudationum diligentia tua exceptas atq; collectas particulas. adeo fuisti stu=
diosus ipsorum diuinorū tractatuū/non quidem in transcursu & leuiter: sed serio matu 38
re & sedulo persequendorū. ¶Prosequitur & hoc loco sacratissimus pater: diuini Hiero
thei præceptoris sui laudes/Timotheū alloquēs. Vt(inquit) O Timothee prætereamus
ea quæ in huiusmodi celebratissima laudatorū corona dicta sunt spiritualiter & mystice:
ꝙ cōpluribus ob sui sublimitatem sint imperceptibilia/tibi autē vt cæteris perspicaciori
& diuinorum gnaro notissima. quādo necesse fuit multitudini populi nostræ fidei pāde=
re mysteria/& q̄plurimos possemus ad ipsius professionē agnitionemq; veritatis indu=
cere: ipse Hierotheus longe alijs sanctis doctoribus supereminebat & ęuo prouectiore/
Iob 12. quod habet plerumq; coniunctā sapientiā. nam vt ait Iob. in antiquis est sapientia: & in
multo tēpore prudentia. Excellebat item cęteris animi puritate & sanctimonia/docendi
rudes diligentia/& sacrarū rerū eruditione. Nunq̄ deniq; præceptorē & illuminatorē na
cti sumus illustriorē: in quē defigeremus intimos animi nostri obtutꝰ/& spirituales mētis
oculos cōuerteremus. Ingenue siquidem fatemur(inquit)nostræ imbecillitatis cōscij: ꝙ
neq; digne satis sanctarū scripturarū intelligentiā/neq; diuinarū notionū abstrusa myste
ria exprimere aut effari sufficimus. longeq; sanctis viris eruditione sacra pręstātibus: in
exponēda sacrarū litterarū veritate sumus inferiores. In quibus quidem verbis & sequē
tibus: q̄ humiliter de se senserit sacratissimus pater/& q̄ parū sibi tribuerit: sūmopere an
notandū est. & imitanda viris litteratis oībus(ne sciētia inflet)admirabilis est & insignis
ista tanti viri humilitas. Et ad hoc vsq;(ait)per ingentē reuerentiā(quā ad sanctā scriptu
rā & eius peritos habemus)peruenimus/vt neq; quicq̄ audire neq; discere de altissima
diuinarū rerum disciplina sapientiaq; auderemus: nisi id persuasum nobis fuisset & con
stitutū animo/ꝙ nō oportet sacratissimarū rerū scientiā quantum capere possumus ne=
gligere/aut ignauiter omittere. & ad hoc nos induxisset/nō solū naturale immortalium
animorū nostrorū desideriū/sūmo ardore ac studio concupiscens ac natura affectans
(quantā capere potest) diuinorum notitiā: verū etiam sanctissima diuinæ legis sanctio/
prohibens inquirere ausu temerario ea quæ superiora nobis sunt & excelsiora: ꝙ nostrū
Ecci. 3. excedant captum & intelligi a nobis nequeant. Altiora(inquit)te non quæsieris: & for=
tiora te ne scrutatus fueris. admonēs autem studiose discere omnia ad dei cognitionē

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

spectātia: quæ nobis permissa sunt tanq̄ nostris viribus æqua/ & eadē alijs benigne tra-
dere. Deriuentur inquit fontes tui foras: & in plateis aquas tuas diuide. Itaq; his diuinis Prouer. 5.
legibus obtemperantes: nequaq̄ fatiscimus (inquit) aut trepidamus: ad diuina mysteria
pro facultate nostra inuestigánda. & non sustinentes illos qui altiora q̄ nos non possunt
conspicari/ auxilio prorsus destitui quo diuina cognoscant: ad scribēdum nosipsos accin-
ximus. nichil quidē noui ex sensu nostro ingerere præsumentes: sed ea quæ breuiter &
succincte ab ipso non tā nomine q̄ re Hierotheo dicta sunt/ digerentes in latius: atq; ex-
ponentes/ per subtiliores inquisitiones & in partes/ singulatim distinctas.

¶ De bono/ lumine siue luce/ pulchro/ amore/ extasi/ zelo: & q̄ malum neq;
est/ neq; ex eo quod est/ neq; inter substantias est. Cap. IIII. pars I.




39 Age ergo ad ipsam iam boni appellationē pergamus explicā- Bonum.
dā: qua theologi peculiariter summæ deitati ex omnibus ap
plicant/ ipsam vt reor substātiam diuinam: bonitatem appel-
lantes. & quia eo ipso quod est bonū/ vt substātiale bonum:
in omnia quæ sunt pertendit bonitatem. Nam quemadmo- Manuductio de sole.
dū sol iste non cogitatione aut electione/ sed eo ipso quod est:
illuminat omnia quæ pro modo suo participationē lucis admittunt: ita &
summū illud bonum solem superans (non secus ac obtusam imaginem pri
mitiua excellēter forma) ipsa sua substantia omnibus quæ sunt pro captu
40 cuiusq; totius bonitatis inijcit radios. ¶ Eorū deniq; gratia: subsistunt in- A
telligibiles ōnes spiritualesq; substantiæ/ & virtutes/ atq; operationes. per q;
eos sunt & viuunt: vitāq; habent indeficientem/ & inuiolabilē. corruptione
omni/ & morte/ & materia & generatione liberę: omniq; instabili/ ac fluxa/
& alias aliter se habente mutatione longissime remotæ. ac per eos incorpo-
rales atq; omni materia carentes intelliguntur: & tanq̄ spiritus supra mun-
danum intelligunt modum/ rerumq; rationes diuinis illustrationibus sibi
accommodatis discūt. & rursus ad propinquiora & cognata: quæ didicere
transmittūt. Habēt itē ex bonitate cōstantiā: sedesq; illis ac firmitas nō ali-
unde est. inde continētur atq; seruantur: inde illis bonorū refectio. ipsamq;
appetētes: & vt sint & bene sint habēt. Atq; ad illā sese pro viribus formā-
tes/ ipsius etiā bonitatis speciē præferunt: & (vt diuina lex dictat) inferiori- B
41 bus/ donorū quæ ex summo bono proueniūt consortiū tradūt. ¶ Inde illis
assunt mundo superiores ordines/ coniunctiones ad seipsas/ mutuæ in se in-
uicē profectiones/ inconfusæ distinctiones: & quæ inferiora superioribus iū
gunt subuehendo virtutes. Inde potiorum ad sequentia prouidentia mul-
tiplex/ propriarum cuiusq; virtutum cōseruationes: mutui in seipsas & nūq̄
labentes circuitus/ atq; circa summi boni desiderium immutabilitates ac sū-
mitates. & quæq; alia a nobis in libro de angelicis proprietatibus/ atq; or- liber de angelicis proprietatibus & ordinibus.
dinibus dicta meminimus. Sed quæq; cœlestis hierarchiæ sunt angelis sci
licet cōgruæ lustrationes/ quæ supra mundum sunt illuminationes & quę-
cunq; angelicā totam perfectionem cōsummant: ex authore omniū/ & prin
cipali bonitate proueniunt. ex qua etiam illis boni indulta species est: & a C
qua vt in seipsis exprimerent occultam bonitatem/ & essent angeli (veluti
diuinū silentiū enūciātes: & ꝓminētes/ quasi lucida lumina eū qui in adytis
42 est interpretantia) sunt consecuti sortē. ¶ Post illos quoq; sacrosanctos spi-

ritus/animæ & quæq; animarum bona: per supreme bonam consistunt bo
nitatem. q scilicet intellectuales sunt: q habent substātialem/immortalēq;
vitam/q sunt & possunt ad angelorū aspirare vitas. ac per illos veluti opti
mos duces ad bonorum omnium principem bonitatem promoueri: atq;
inde manātium fulgorum pro captu suo participes fieri. & deinde illis in=
D signis boni specie consortes accedere: quantū suppetunt vires. & quæq; alia
Liber de anima beati patris. in ijs quæ de anima scripsimus: enumerauimus. ℭ Sed & de ipsis (si dicere 43
fas est) irrationalibus animabus seu animalibus/vel quæ aerem findunt/vel
quæ supra humum incedunt/ & quæ in terram porrecta sunt/ & quæ in
aquis vitā acceperunt/vel quæ in terris & in aquis viuūt/ & quæ sub terra
adoperta & ruderibus pressa vitā agūt/ & quæ sensibilem animam aut vi=
tā accepere: ea oia per ipsum bonum vt animarentur & viuificarentur sunt
cōsecuta. Plantæ itē omnes: ex bono ipso nutritiuā motabilēq; vitā accepe=
runt. & quæq; est anima & vita destituta substantia: propter bonū ipsū est 44
per quod etiā substantialē accepit qualitatē. ℭ Si autē super omnia quæ sūt
est (vt est profecto) summū illud bonum/eius quod est informe: forma for=
mans est/idq; in seipso solo. & eius quod substantiā nō habet: substantiæ
excellētia est. quodq; vitam desiderat: eminētissima vita. & quod mēte nō ni
A titur: suprema sapiētia est. & quæq; in ipso bono: informiū ipsorū excellen=
tissima forma sunt. Et (si dicere fas est) bonū illud quod oēs substātias su=
perat: ipsum quoq; quod non est appetit/& ipsum quodā modo in bono 45
veraciter supersubstantiali per omniū ablationē esse contendit. ℭ Verum
(quod nos in medio ferme orationis effugerat cursu) cœlestiū quoq; prin=
cipiorū & finiū causa/bonū ipsum est: cum neq; augeri/nec minui possit illa
substantia/ neq; omnino variari. motuum quoq; sine sono & strepitu suas
agentium vices: huius (si sic dicere oportet) amplissimi cœlestis itineris/side
reorūq; ordinū decentiæ/ & luminū atq; stabilitatū/non aliunde causa est.
Siderum etiam quorūdā vt multiplex giret motus/duorumq; luminariū
(quæ magna a scriptura appellantur) vt ex eisdē ad eadē semper remeet cir
B culus (quo siderū cursu dies nostri ac noctes peraguntur/ mensesq; conclu=
duntur atq; anni: & quæ tēporis & eorū quæ sunt in tēpore orbiculares mo
tus terminant/numerant/ordināt/continent) causa a bono ipso proficisci= 46
Lux siue lumen. tur. ℭ Quid autem de ipso dicemus in se solari radio? ex ipso nāq; bono
lux est: & imago bonitatis. Idcirco lucis quoq; appellatione laudatur bo=
num: veluti in imagine expressa primitiua forma. Sicut enim transcendē=
tis omnia deitatis bonitas: a supremis antiquissimisq; substantijs ad ex=
tremas vsq; pertingit. & supra omnes est: cum neq; superiores ipsius attin=
gant eminentiam/neq; inferiores (quin ab ipsa contineantur) effugiant. sed
illuminat quæ lucem admittunt omnia: & creat/atq; viuificat/ cōtinetq;/ac
perficit. mensuraq; subsistētium est/ & sæculum/ & numerus/ & ordo/ & cōti
C nētia/ & causa atq; finis. ita profecto & liquida diuinę bonitatis imago ma
gnus iste & plucidus/semperq; lucēs sol/pro exigua boni similitudine: oia q
haurire ipsum possunt illuminat/habetq; lucem eminenter explicitā/expā
dēs illam super omnem hunc visibilem mundū/supraq; atq; infra vibrans

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

radios suos. Quos si quid est quod non hauriat/id nō aut imbecillitati aut breuitati luminosæ ipsius distributionis imputandum: sed ijs quæ percipiē dæ luci minus idonea sunt/neqꝫ se ad consortium lucis extendunt. Cōplura deniqꝫ istius modi/pertransiens radius: contigua illis illuminat. nichilqꝫ visibile est: quod ille non penetret excellenti lucis suæ magnitudine. Sed ad ipsam quoqꝫ generationem sensibilium corporum confert: ipsaqꝫ ad vitam mouet/& nutrit/ & auget/ & perficit/ purgatqꝫ & renouat. mensura quoqꝫ & numerus est horarum/ dierum/ totiusqꝫ labentis temporis: lux. Ipsa est F
47 enim ea lux (etsi tunc erat informis: quod & diuinus Moses ait) quæ primam distinxit/ & diffiniuit dierum nostrorum trinitatem. ¶ Et sicuti omnia bonitas ad se conuertit/& quæ dispersa sunt congregat veluti vnitatis author/ atqꝫ vnifica deitas: omniaqꝫ ipsam veluti principium/ veluti continentiam/ veluti finem desiderant. bonumqꝫ illud est (vt sacra testantur G
eloquia) ex quo subsistunt omnia: suntqꝫ veluti ex absolutissima causa producta/& in quo omnia constant/ac veluti in omnipotente recessu præsidioqꝫ seruantur. & ad quod omnia conuertuntur veluti ad suum quæqꝫ finem: & quod appetunt omnia. spiritualia quidem & rationalia: scienter & gnauiter. sensibilia vero: sensibiliter atqꝫ carnaliter. quæ autem sunt sensus expertia: ingenito vitalis desiderij motu. & quæ vita carent/ solūqꝫ sunt: sola aptitudine participandæ substantiæ. Iuxta eandem liquidē imaginis rationem/ lux quoqꝫ ad se cogit omnia/ atqꝫ conuertit: quæ vident/quæ mouentur/ quæ illuminantur/ quæ calefiunt/ quæqꝫ omnino ab ipsius radijs continētur. Idcirco sol quoqꝫ helios grēco vocabulo ex eo dicitur: ꝙ seruet inuiolata omnia/ congregetqꝫ dispersa. Omniaqꝫ ipsū sensibilia appetunt: aut sicut videre/ aut moueri/& illuminari/ & calefieri/ atqꝫ omnino a luce contineri cupiētia. Neqꝫ id plane dixeri iuxta obsoletā vetustatis rationem: vt deus cū sit sol & mūdanē machinæ conditor/visibilē ꝓcurat peculiariter mundū. sed ꝙ inuisibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea quæ facta sunt intellecta cōspiciunt/sempiter H



I na quoqꝫ eius virtus/ & diuinitas. ℂ Verũ iſta quidem in ſignificatiua the- 48
ologia plenius diximus: nunc boni illius intelligibilem a luce ductam appel
lationem celebrare nos conuenit. Dicendum itaqꝫ vt intelligibilis lux/ bonũ
ipſum dicitur: ꝙ omnem ſupercœleſtem ſpiritum ſpirituali impleat luce/
omnemqꝫ ignorantiam pellat/ erroremqꝫ abigat ex animabus(quibus ſe-
ſe inſinuauerit) omnibus. eiſqꝫ ſacræ lucis conſortium tradat/ ſpiritualeſqꝫ
illarũ oculos purget: obductamqꝫ ignorantiæ caliginem tergat/ & ingẽti te-
nebrarum põdere obtuſos ac ferme cæcatos renouet/ atqꝫ excitet. tradatqꝫ
illis primum quidẽ exigui conſortia luminis: deinde (vbi illæ deguſtauere
lucem: maioreqꝫ eius tanguntur deſiderio) ſeſe eis magis infundat/ & copia
K vberiore lucis infulgeat/ quia dilexerunt multum. ſemperqꝫ eas in anterio-
ra intendat: quantũ aſpirare ad ea pro captu ſuo poſſunt. ℂ Lux igitur in- 49
telligibilis dicitur bonum illud/ omnem ſuperans lucem: vt principalis ra-
dius et exuberans effuſio lucis/ omnem vel mundo præeminentẽ vel circa
mundum vel intra mundum agentem ſpiritum ex ſua illuſtrans plenitudi
ne. & ſpirituales ipſorum totas renouans vires/ omneſqꝫ tranſiliens/ & con-
L tinẽs: ꝙ ſuperne extenta ſit. & cunctis excellens: ꝙ ſupereminẽat. prorſuſqꝫ
omnem illuminãtis virtutis ditionem (vt lucis princeps/ omnemqꝫ ſuperãs
lucem) in ſeipſa compræhendens/ & excellenter habens: ſpiritualia atqꝫ ra-
tionalia omnia colligens/ & immortalia faciens. Nam ſicut ignorantia eos
qui ſeducti ſunt ſeparat: ita præſentia intelligibilis lucis eos qui illuminãtur
colligit/ cõiungit ac perficit. atqꝫ a multis/ erroneiſqꝫ opinationib⁹: ad id qđ
vere eſt conuertit. variaſqꝫ viſiones/ ſiue (vt rectius loquamur) phantaſias:
in vnam veram & liquidam vnicamqꝫ ſcientiam cogit/ & vno atqꝫ vniẽte lu
M mine cõplet. ℂ Bonũ pręterea iſtud vt pulchrum quoqꝫ a theologis ſanctis 50
Pulchrum. prædicatur/ & vt pulchritudo/ & vt dilectio/ & vt diligibile: & quæqꝫ ſunt
aliæ decentiſſimę/ ſpeciei illius venuſtificæ plenęqꝫ gratiarũ/ diuinæ appel-
lationes. Porro pulchrum & pulchritudo in cauſa ſuprema cunctaqꝫ in
vnũ colligẽte: diſtinguenda non ſunt. Iſta enim in ſubſiſtentibus omnibus:
in participationes participantiaqꝫ diuidimus. pulchrũ eſſe dicentes: quod
ſit pulchritudinis particeps. pulchritudinẽ vero: participationẽ venuſtificæ
pulchrorũ omniũ cauſæ. Eniuero superſubſtantiale illud pulchrũ/ pulchri-
tudo quidem dicit̃: propter illã quam tradit ſubſiſtentibus omnibus (pro
captu cuiuſqꝫ) pulchritudinem. & vt author omnium cõueniẽtiæ atqꝫ clari-
tatis: lucis in morem/ omnibus ſpecificas principalis ſui radij diſtributiones
infulgens. & veluti ad ſe omnia vocans (vnde etiam pulchritudo gręco vo-
cabulo calos a vocando dicitur) & vt tota in totis ad vnum atqꝫ idem colli-
gens. pulchrũ vero & per omnia pulchrum/ & ſupreme pulchrum: ꝙ ſem-
per ſit ſecundum eadẽ & eodẽ modo pulchrum/ & neqꝫ oritur/ neqꝫ occidit/
neqꝫ augetur neqꝫ interit. neqꝫ hoc quidem loci pulchrum: alibi vero defor-
me. neqꝫ alias eſt: alias non. neqꝫ ad aliud quidem pulchrum: ad aliud vero
eſt fœdum. neqꝫ hic quidem eſt/ ibi vero non eſt: quaſi quibuſdam ſit pul-
chrum/ alijs non. ſed vt ipſum in ſeipſo/ atqꝫ ſecum vniforme/ ſemper eſt
pulchrum: & vt pulchri omnis principalem pulchritudinem excellen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tiſſime in ſeipſo ante omnia habens. Simplici etenim & præexcellenti pul-
chrorum omnium naturæ: pulchritudo omnis atq; omne pulchrum vni-
51 formiter ſecūdum cauſam præadeſt. ¶ Ex hoc quoq; pulchro ijs quæ ſunt
omnibus prouenit: vt ſint pro modo ſuo pulchra ſingula. efficitq; pulchrum
iſtud/ rerum omnium congruētias & amicitias ac ſocietates: pulchroq; iſto
coniunguntur omnia. initiumq; omniū id eſt/ veluti effectiua cauſa: & mo-
uens omnia & continens amore pulchritudinis propriæ. finiſq; eſt omniū/
et diligibile vt finalis cauſa (pulchri enim gratia/ omnia fiunt) & exemplar:
quia iuxta id diffiniuntur omnia. Quocirca pulchrum idem eſſe quod bo-
num: perſpicuum eſt. Pulchrum enim et bonum: per omnes cauſas cuncta
deſiderant. neq; eſt aliquid in ſubſtantijs rerū: quod pulchri & boni non ſit
aliquatenus particeps. Et illud item dicere diſſerēdo pręſumimus: id quoq;
quod non eſt/ pulchri & boni particeps eſſe. tunc enim & ipſum/ pulchrum
eſt ac bonum: cum in deo per omnium priuationem ſuperſubſtātialiter cele
52 bratur. ¶ Iſtud vnum/ bonum/ atq; pulchrū: omnium multorum/ pulchro-
rum/ ac bonorum eſt ſingulariter cauſa. Ex hoc: eorum quæ ſunt/ ſubſtanti-
ales eſſentiæ ſunt/ coniunctiones/ diſcretiones/ identitates/ alteritates/ ſimili-
tudines/ diſſimilitudines. ſocietates/ fœderaq; contrariorum: & eorum quæ
vniuntur incōfuſæ diſtinctiones/ ſuperiorum prouidentiæ/ æqualium alter-
næ adinuicem vicitudines/ conuerſiones inferiorum/ omniumq; ſuimet ip-
ſorum ſeruatrices atq; immobiles manſiones ac ſedes. rurſuſq; omnium in
omnibus pro ſingulorū modo ſocietates & congruentiæ/ inconfuſæq; ami-
citiæ & conuenientiæ vniuerſi: & quæ in mundo ſunt contēperantiæ/ indiſ-
ſolubileſq; rerum cōtinentiæ/ indeficiētes naſcentiū ſucceſſiones/ ſtatus om-
nes/ atq; motus ſpirituum/ animarum/ corporum. Status enim eſt omnibus
ac motus: quod ſuper ſtatum omnem/ omnemq; motum vnumquodq; in
ſuiipſius ratione firmat/ & agit ad proprium motum. ¶ Et moueri ſane al-
tiſſimi illi dicuntur ſpiritus/ circulariter quidem: dum ęternis illis principio
ac fine carentibus pulchri ac boni fulgoribus cōiungūtur. Per rectam vero
lineam: quādo ad inferiorū prouidētiam prodeūt/ recta omnia peragētes.
Reflexe autē: quia et inferiorū prouidētiam agentes/ in ſua identitate nuſq̄
diſcedēdo perdurāt/ circa identitatis authorem pulchrum ac bonū indeſi-
nenter choream ducētes. Porro animę quidē motus circularis: ingreſſus eſt
in ſeipſam ab exterioribus omnibus/ ſpiritualiumq; ſui virium vniformis
glomeratio: veluti in orbe quodam ei vt nuſquā oberret largiens. eamq;
ab extimis erroribuſq; plurimis cōuertēs & colligēs: primū in ſeipſam/ de-
inde vt vniformē effectam ſingulariter cōiūctis virtutibus iungens. atq; ita
ad pulchrum illud & bonum ducens: quod ſuper omnes ſubſtātias eſt vnū
atq; idem/ pricipioq; & fine carēs. Oblique vero mouetur anima: inquātū
ſibiipſi cōuenieter diuinas notiones nō ſpiritualiter & ſingulariter/ verum
rationaliter et latius ac veluti promiſcuis trāſitorijſq; actionibus haurit. Re
cta vero linea mouetur: cum nō in ſe ingrediēs/ neq; ſingulari ſpiritus effe-
ctu acta (hoc enim eſt vt dixi/ in orbē moueri) ſed ad ea quæ ſūt circa ſe pro-
diens: ab exterioribus veluti a quibuſdam ſignis varijs ac multiplicibus ad

Circularis ſpirituum motus.

Rectus motus.

Reflexus motus.

Circularis animę motus.

Motus obliquus animæ.

Motus animæ rectus.

ſimplices atqꝫ coniunctas intelligẽtias promouetur. ¶ Harum itaqꝫ etiam 54
ſenſibilium in mũdo iſto triũ motionum/& multo prius cuiuſqꝫ mãſionũ/
ſtatuumqꝫ/ac firmitatũ: cauſa eſt & continẽs et finis/pulchrũ ipſum atqꝫ bo
num. quod ſupra omniũ ſtatũ/omnẽqꝫ motum eſt: per quod ſtatus omnis
atqꝫ motus eſt/& ex quo/et in quo/& ad quod/et cuius gratia ſũt omnia. ex
ipſo nãqꝫ & per ipſum/& ſubſtantia et vita omnis eſt: & ſenſus/& animæ/
naturæqꝫ omnis decremẽta/æqualitates/augmẽta. mẽſuræ omnes/& pro
portiones rerum/& cõgruẽtiæ/et contẽperamẽta/integritates/partes/totũ/
vnũ/atqꝫ multitudo. colligationes partiũ/omnes multitudine cõiunctiones:
integritatũ perfectiones. quale/quãtum/quotum/infinitum: cõparationes/
diſcretiones/infinitas omnis/omnis finis/termini omnes/ordines/eminẽtiæ/
elemẽta/ſpecies/õnis ſubſtãtia/õnis virtus/õnis operatio/õnis habitus/õnis
ſenſus/ſermo omnis/õnis intelligẽtia/tactus õnis/õnis ſcientia/omnis vnio.
ſimpliciterqꝫ õne quod eſt: ex pulchro eſt & bono/et in pulchro et bono/&
ad pulchrũ bonũqꝫ cõuertitur. Et õnia quæcũqꝫ ſunt & fiũt: ob pulchrũ et
bonũ ſunt & fiũt. ipſumqꝫ aſpiciũt omnia: & ab ipſo mouẽtur atqꝫ cõtinẽ
tur/& ipſius gratia/et per ipſum. & in ipſo eſt principiũ omne a quo exẽpla
ducũtur: principiũ cõſummãs/efficiẽs/formaleqꝫ/atqꝫ materiale. prorſuſqꝫ
omne principiũ: cõtinẽtia omnis/omnis finis. ſiue (vt perſtringã breuiter)
omnia quæqꝫ ſũt: ex pulchro & bono ſũt. et quæ nõ ſunt: omnia ſuperſub
ſtãtialiter in pulchro ſunt & bono. eſtqꝫ ipſũ/initium omniũ & finis: omne
N principiũ/omnẽqꝫ ſuperãs finem. quia ex ipſo & per ipſum/& in ipſo atqꝫ
Amor. in ipſum omnia ſũt: vt ſacra teſtãtur eloquia. ¶ Omnibus igitur eſt pulchrũ 55
et bonũ: deſiderabile & amabile ac diligibile. Et per ipſum atqꝫ ipſius gra
tia/& inferiora: cõuerſionis ratione præſtãtiora amant. & paria: ſocialiter
æqualia diligunt. & præſtãtiora: minoribus prouidẽdo amore iungũtur. et
ipſa ſe amãt ſingula: ſuæ ratione cõtinẽtiæ. & omnia quæcũqꝫ faciũt et vo
lunt: pulchti et boni deſiderio & faciũt et volũt. Cõſidẽter id quoqꝫ veriſſi
ma ratione dicemus: ꝙ ipſe quoqꝫ author omniũ pro bonitatis magnitu
dine omnia amat/omnia facit/omnia perficit/omnia cõtinet/cõuertitqꝫ om
nia. Eſt etiam & diuinus amor: bonus/& boni/et propter bonũ. ipſe enim
O author beneficus entiũ amor (cũ antea in bono excellẽter eſſet) nequaq̃ ipſũ
in ſeipſo manere infœcũdum permiſit: ſed ipſũ ad operãdũ mouit per ex
cellẽtiam cũcta gignẽtem. ¶ Et nemo nos arbitretur præter ſcripturæ ſa 56
cræ authoritatẽ/amoris cognomẽ introducere. Eſt enim (vt reor) perq̃ ſane
irrationabile atqꝫ peruerſum: nõ vim inſpicere ac ſenſum/ſed affigi dictio
nibus. idqꝫ fuerit hominũ nõ plane diuina intelligere cupiẽtium: ſed ſimpli
ces captãtium ſonos/eoſqꝫ aure tenus ita cõtinẽtium vt ad intima nequaq̃
penetrare permittãt. nec ſcire volẽtium quidnã iſtiuſmodi ſignificet verbũ:
et quomodo oporteat illud per alia ęquiualẽtia & planiora verba declarari.
affigũtur enim elemẽtis/& litteris haud intelligentiæ peruijs/& ſyllabis ac
verbis ignotis/neqꝫ animæ ſuæ intelligẽtiam penetrãtibus: ſed extra circum
labia & aures perſtrepẽtibus. quaſi nõ liceat quaternarium numerũ per bis
duo ſignare: aut ſimplices lineas per lineas rectas exprimere/ſiue maternam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

humum per patriã exponere:seu aliud quodlibet ex iis quę in plurimis ora-
57 tionis partibus tãtũdem significãt. ℂ Sciẽdum enim est iuxta rectam ratio-
nem:ꝙ elemẽtis et syllabis/et vocabulis/et scripturis/et sermonibus vtimur:
sensuum gratia. Vbi vero anima nostra spiritualibus actionibus ad intelli
gibilia moueri iam cœperit:superflui iam sũt cum rebus sensibilibus sensus.
Quẽadmodum etiam spirituales virtutes vacare dicũtur:quando anima/
diuina specie dignata per ignotã cõiũctionẽ/inaccessibilis lucis radios lumi
num nequaꝗ̃ sẽsibilium iactibus hauserit. Cum vero mẽs nostra per sensi-
bilia agi ad intelligibiles studuerit motus:illi prorsus in honore sensus præ-
ferũtur/qui liquidius nostam intelligẽtiam adiuuãt. quẽadmodum et aper-
tiores sermones:& queꝗ; sunt ex visibilibus clariora. quippe si obscura sunt
quæ adiacẽt sensibus:ne ipsi quidem animo rite suggerere sensibilia pote-
58 runt. ℂ Sed eñi ne ista dicere videamur/vim scripturę sacrę inferẽtes:audiãt
illam qui amoris vocabulũ in ius trahũt. ama illã(inquit)& seruabit te:cir- P
cunda illam tibi & exaltabit te/honora illã vt cõplectatur te. et quæꝗ; alia:
in sacris litteris amatoria celebrãtur. Atqui visum est plerisꝗ; ex tractatori- Q
bus nostris:diuinius esse amoris ꝗ̃ dilectionis nomẽ. Scribit enim et diuinus Ignatius.
Ignatius. Amor meus:crucifixus est. Et in primis scripturarũ institutioni- R
bus quẽdam de sapiẽtia diuina dixisse comperies:amator factus sum for-
mæ illius. Nõ ergo metuamus hoc amoris nomẽ:neꝗ; nos vllus perturbet
sermo/terrore ve cõcutiat. Michi enim vidẽtur theologi:commune quidem
arbitrari dilectionis & amoris nomẽ. cæterum idcirco diuinis magis verum
amorẽ assignare:vt huiusmodi hominũ stultã præsumptionem feriãt. Con
uenientissime enim cũ verus amor non a nobis modo/verum & a scripturis
ipsis celebretur:turbæ nequaꝗ̃ capiẽtes vniforme illud amatoriæ in deo ap-
pellationis/pro infirmitate sua ad diuiduũ & corporalẽ/diuisũꝗ; delapsæ
amorẽ sunt. qui verus amor profecto nõ est:sed imago potius/seu magis a
vero amore prolapsio. est eñi incapax multitudini:vnicũ illud & singulare
diuini atꝗ; vnius amoris. Quocirca vt quod videatur multis ingratius no-
men/in diuina sapiẽtia ponitur:ad eos subuehẽdos atꝗ; intendẽdos ad veri
amoris sciẽtiã/& vt eo errore liberẽtur. in nobis autem rursus vbi crassiores
quiꝗ; obscenum aliquid opinari possent:honestiore(vt videtur)vocabulo
scriptura vtitur. cecidit enim(ait quidam)dilectio tua super me:sicut dile- S
59 ctio mulierũ. ℂ Et id tamen apud eos qui diuina recte audiũt:tantũdem
valet. neꝗ; a theologis differẽter ponitur dilectionis & amoris nomẽ:quan-
do illi diuina exponere pergunt. Estꝗ; hoc virtutis cuiusdã vnificæ & con-
nexiuæ/& distincte atꝗ; incõfuse adunatiuæ:quæ in pulchro et bono pro-
pter pulchrũ & bonũ antea substitit. et ex pulchro & bono:pulchri & bo-
ni causa emanat ad nos. cõtinetꝗ; ęqualia:sociali inuicem cõnexione. et pri-
ora:ad inferiorũ prouidẽtiam mouet. inferioraꝗ;:superioribus cõuersione
60 firmiter iungit. ℂ Est autem mẽtis secessum/extasinꝗ; faciẽs diuinus amor: Extasis.
amatores sui iuris esse nõ sinens/sed in ea quæ amant penitus trãsferens.
Idꝗ; indicant superiora quidem:quæ inferiorum sese prouidentiæ deuo-
uerunt. æqualia vero:ꝙ se mutuo cõtinent. inferiora porro:quia ad prima

Cap. 4 pars 1

T diuiniore cõuersione contendũt. Idcirco & Paulus ille magnus cum diuino amore flagraret/excessiue illius virtutis particeps factus: sacro ore/viuo inquit iam/nõ ego: viuit vero in me CHRISTVS. tãq̃ verus amator mẽtis excessum patiẽs (vt ipse ait) deo viuens: & nõ suã sed amatoris vitam vt valde diligibilem. ¶ Audebimus & id pro veritate loqui: q̃ ipse quoq; author omniũ pulchro & bono amore omnium pro amatoriæ bonitatis magnitudine extra se fit. ad omnia quæ sunt: prouidẽtiæ multiplicis pertingẽdo ratione. et veluti bonitate/ac dilectione/et amore mulcetur: et ex supremo illo statu quo supra omnia & ab omnibus exceptus est/ad id vt inter omnia sit excedẽte illa supersubstãtiali virtute sua (qua nusq̃ ab se progreditur) semet demittit. Quocirca zelotem illũ ij qui diuina probe callẽt appellant: vt vehementem ad ea quæ sunt clementer amanda. & vt ad zelum excitantem amatorij ipsius desiderij: & vt ipsum quoq; amoris desiderium appetibile monstrantem/per quem & quæ desiderantur sunt expetenda. et vt qui eorum quæ prouidentia reguntur Zelotes sit: eaq; pariter illi in amore sint: prorsusq; pulchri et boni est: vt sit amabile/atq; amor. et in pulchro ac bono sedem antea fixit: & pulchri ac boni gratia est et fit. ¶ Quid autem sibi volunt theologi: qui aliquãdo amorem/ipsum ac dilectionem vocãt: aliquando vero amabilem ac diligibilem dicunt? Alterius nempe author & veluti productor et genitor: alter vero ipse est. atq; altero quidem mouetur: altero autẽ mouet. siue quia ipse sui ipsius et sibi ipsi: prouocator ac motor est. hinc diligibilem quidem ipsum atq; amabilem vocant: vt pulchrũ atq; bonum. amorem vero rursus vocant ac dilectionem: vt qui sit mouens simul & vt prouehens virtus ad seipsum. q̃ solum ipsum: per se pulchrum/ac bonum est. et veluti qui sit suimet per seipsum expressio: et eximiæ illius coniunctionis benignus processus. atq; amatorius motus: simplex/se mouens/per se operans. qui ante erat in bono: et ex bono substantijs emanans/ac rursus se ad bonum conuertens. in quo quidem q̃ fine careat atq; principio diuinus amor: excellenter ostẽdit. veluti circulus quidam sempiternus: propter bonum/ex bono/in bono/& ad bonum certa et nusq̃ oberrante glomeratione circuiens. & in eodem/ac secundum idem: & procedens semper et manens ac remeans. Ista et inclytus noster in sanctis litteris institutor: in amatorijs hymnis/diuinis afflatibus exposuit. quæ profecto in memoriam reuocare non indignum fuerit/et veluti sacrum quoddã caput nostro de amore sermoni inserere.

Sacra Pauli pietas

61

Zelus

V

61

X

Y

Z

A ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Eorum deniq; gratia. Eorũ: eorum diuinæ totius

B bonitatis radiorum. ¶ Et vt diuina lex dictat. Diuina lex est atq; ordinatio: vt superiora inferioribus prouideãt. vt æquales: societatis inuiolata iura custodiãt. vt inferiora: ad superiorum prouidẽtiã se conuertãt. Hinc orbium giratus/solis ad nos accessus & abscessus/imbriũ a superioribus eleuationes/spirituũ flatus: rigores mortificã tabem pestiferumq; afflatũ ex fluctuãtis materiæ cõtagione reprimẽtes/fœcũdum lumen/viuificusq; calor: in sinus nutricis terrę receptus/omnia germinare/pullulare/repubescereq; faciẽs. Hinc leones inuiolato societatis iure viuũt cum leonibus: æqualitatis suæ fortem amantes. vrsi/cum vrsis/& efferatissima quæq; animalia ius societatis: sua feritate in seipsa nõ violant. Hinc aduenẽte sole pertenui quidem totius vniuersitatis boni vestigio: omnia quæ in deteriori nota luce damnata non sunt/ad ipsum se cõuertunt/vapores sustollun-

tur/flores aperiũtur/herbæ arbuſtaq; & arbores comã erigũt/et animalia a ſomno mor=
tis imagine ſoluũtur:oculos ad boni ſimulacrum cõuertentia.Solũ impuræ mẽtes/cali=
gantes/exoculatæ peccato:hoc ſanctum & inuiolabile diuinitatis fœdus corrumpunt.et
ſemper emortuis ſimiles:nũq̃ precioſum illũ oculum ad verũ ſolem verũq; bonum ape
riunt/nũq̃ conuertũt/diuinæ legi factæ rebelles.Et q̃uis hæc diuina lex rebus ipſis inſcri
pta ſit:eandẽ tamen & ſacræ litteræ mandãt ac præcipiunt.patres(inquit)educate filios Coloſ.3.
in diſciplina & correctione domini.filij obedite parentibus veſtris in domino.Domini
quod iuſtum eſt & ęquum/ſeruis præſtate:ſciẽtes quoniam & dominũ habetis in cœlo.
ſerui obedite per omnia dominis carnalibus:in ſimplicitate cordis timẽtes dominũ.viri Ephe.5.
diligite vxores veſtras:ſicut & CHRISTVS dilexit eccleſiã.mulieres viris ſuis ſubditæ
ſint ſicut domino:quoniã vir caput eſt mulieris.Fraternitatẽ diligite.et cætera id genus 1.petri.2.
diuinæ legis interpretatiua/de prouidẽtia boni ſuperiorũ ad inferiores.de conuerſione
et obediẽtia inferiorum ad ſuperiores.de æqualiũ vicitudine & æqualitatis ſorte ſeruan
da ad totius boni & eorum quæ ab eo ſua ſola præmotrice bonitate proceſſerũt/indita
ſibi naturali lege:harmoniã. Quæ cũ in ſua origine/ſuoq; principio reſpicitur:lex diui=
na dicitur.cũ vero in ipſis rebus oculo deiecto cõſideratur:eadem/lex naturæ nuncupa=
tur.& ſi audacius loquẽdũ eſt:nichil eſt in vniuerſa naturæ ſerie/ſi oculum ipſum exeri=
mus/quod non ſit diuinũ.& qui aliter iudicat:oculum in tenebris figit/a ſole ob oculi in=
firmitatẽ auerſus. ¶Et a qua vt in ſeipſis exprimerent occultã bonitatem.In ſeipſis:in C
ſeipſis angelis.vbi ſacra notetur analogia ſanctorũ puerorum qui accenſa lumina ante
ſancta ſanctorum/ſacrumq; adytũ deferũt/pontifice quidem in conſpectũ nõ prodeũte:
ad ipſos angelos.tẽplum:cœlum eſt.ſummus autẽ ſacerdos:ipſe eſt deus/qui occultus
et velatus colitur ſecretius in cœli ſilẽtio. ¶Et quęq; alia in ijs quæ de anima ſcripſimus D
enumerauimus.Librum de anima ſcripſit beatus pater:qui deſideratur/& quẽ deus re=
ſtituat. ¶Sicut enim tranſcendẽtis omnia deitatis bonitas.Ab hoc loco ad particulam E
vſq;/ita profecto & liquida diuinæ bonitatis imago:ſententia ſuſpenſa eſt.Et pleriſq; in
locis apud hunc ſanctiſſimum patrem ſententiæ longo tractu ſuſpẽſæ ſunt:veluti cuiuſ=
dam lucidæ mentis/continuatos radios procul iaculantis.ſed attentis lectoribus:hi lon=
giores iactus nichil oberunt.pertinent enim ad orationis maieſtatẽ & ad ſtili grauitatẽ:
qua nulla quo ad materiam poteſt eſſe grauior/quam nullus ſtilus aſſequi poteſt. ¶Ipſa F
eſt enim ea lux:etſi tũc erat informis(quod & diuinus Moſes ait)quæ primam diſtinxit
et diffiniuit dierum noſtrorũ trinitatẽ.Ex cap.primo Geneſeos:lux primo die creata eſt.
ſecundo firmamẽtũ/& tertio omnis herba virens & arbor.quarto autem die duo lumina=
ria magna & ſtellæ creatæ ſũt.Tres igitur primos dies:lux informis/indiſtincta/ nõdũq;
formata diſcreuit/atq; diuiſit.quarto autẽ die:in ſolẽ formata eſt.Ex hiſtoria igitur ſacra
intelligitur:cur beatus dixerit pater.ipſa eſt enim ea lux:etſi tunc erat informis(quod et
diuinus Moſes ait)quæ primam diſtinxit & diffiniuit dierum noſtrorũ trinitatem. ¶Bo= G
numq; illud eſt(vt ſacra teſtãtur eloquia)ex quo ſubſiſtũt õnia.Paulus prima ad Corin=
thios epiſtola cap.octauo.Nobis tamẽ vnus deus pater:ex quo omnia.quod & alias ſæ=
pius adductum eſt. ¶Sed q̃ inuiſibilia dei a creatura mundi.Sententia hæc eſt diuini H
Pauli/epiſtola ad Romanos cap.primo.Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea
quę facta ſunt/intellecta conſpiciuntur:ſẽpiterna quoq; eius virtus & diuinitas. ¶Verũ I
iſta quidẽ in ſignificatiua theologia plenius diximus.Hic liber ſignificatiuæ theologiæ
dictus eſt non haberi. ¶Et copia vberiore lucis infulgeat:quia dilexerũt multum.Allu= K
dit ad id Lucę cap.ſeptimo de amatoria Magdalena:quæ & cõtemplatiuæ vitæ typum De amatoria Magdalena.
gerit.de qua dictum eſt a domino/dimiſſa ſunt ei peccata multa:quoniam dilexit multũ.
Et adeo diuinis inſert9 eſt amor:vt verorũ amorũ dominus/noſtrũ(quãuis ex defectio=
ne ad ipſũ reuertamur)non dedignetur amorem.& quanto amplius amor in nobis intẽ=
ditur quẽ ipſe agricola & amoris hortolanus ſolus plantat & inſerit:tanto magis nobis
illabitur/& ſuo illapſu cogit fortius amare/& amantes languere.& hic lãguor nõ men=
tis eſt morbus:ſed beneficus eſt.& eſt purgatio quædam quæ diuinas præuenit illumi=
nationes/diuinaſq; perfectiones:vt floris odor ſuauiſſimus ſapidiſſimum pręuenire ſolet
fructum.& qui ſcit philoſophiam amoris:nichil vnq̃ niſi puriſſimũ in amore cogitabit.
et impuro cum lachrymis maledicet amori/quia ſe mentitur amorem:vt angelus ſa= 2.corin.11.
thanæ ſe mẽtitur angelũ lucis/& maiore mendacio.et mendacia rebus inſperſa ex tunc
odiet:& percipiet quia omnis prolapſio a patre mendacij eſt.ſi tamen cum impuro ali=

quando pollutus est amore: nõ audet ad purissimũ amorem oculos attollere. sed plorat
ad pedes domini amoris: & lachrymis suis pedes eius irrigat. et dominus amoris ei di-
mittit/ defẽdit/ cõsolatur & confortat: & effugata mendaciorum turba ad delicias excitat
L verissimi amoris. benedictus sit semper diuinus amor. ¶ Qz superne extenta sit et cũctis
M excellẽs. Extẽta: ipsa lux ĩtelligibilis/ & lucis effusio. ¶ Bonũ præterea istud: vt pulchrũ
quoq; a theologis sãctis prædicatur/ & vt pulchritudo. Vt pulchrũ. Cãticorũ cap. primo.
Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Et psal. 44. Speciosus forma præ filijs hoim:
diffusa est gratia in labijs tuis/ propterea vnxit te deus in eternũ. Vt pulchritudo. Hiere
mias cap. tricesimo primo. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ/ mons sanctus.
Vt dilectio. Paulus ad Colossenses cap. primo. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ &
transtulit in regnũ filij dilectionis suæ: in quo habemus redemptionẽ & remissionẽ pec-
catorum. Vt diligibile. Mattheus cap. tertio. Et ecce vox de cœlis dicẽs: hic est filius me-
N us dilectus/ in quo michi complacui. ¶ Quia ex ipso/ & per ipsum/ et in ipso/ atq; in ipsũ
omnia sunt. Ex Paulo ad Romanos cap. vndecimo. Quoniã ex ipso/ & per ipsũ/ et in ipso
O sunt omnia. ¶ Nequaq̃ ipsum in seipso manere infœcũdũ permisit. Ipsum: ipsũ bonum.
P ¶ Ama illam (inquit) & seruabit te. circunda illã tibi: & exaltabit te. honora illam: vt cõ-
plectatur te. Sic nunc legitur prouerbiorum cap. quarto. Dilige eam: et conseruabit te.
arripe illã: & exaltabit te. glorificaberis ab ea: cũ eam fueris amplexatus. Et in amatorijs
canticis. Cãticorũ cap. secundo. Fulcite me floribus/ stipate me malis: quia amore lan-
gueo. Et cap. quĩto. Adiuro vos filiæ Hierusalẽ/ si inueneritis dilectũ meũ: vt annũcietis
ei quia amore lãgueo. Et interpretes promiscue diligere pro amare: & contra frequẽter
posuere/ neq; vsq; adeo exactã curauerũt expressionẽ: & in sacris litteris eandẽ habent
Q intelligẽtiã. ¶ Atqui visũ est plerisq; ex tractatoribus nostris. Hi tractatores nostri (quos
diuinus pater vocat sacriloquos) sancti illi erãt: qui tẽpestate sua/ pia & sacra scribebant.
inter quos diuinus Ignatius vnus erat: cuius ex epistolis hic testimoniũ citat/ & quæ in
fine operis adijciẽtur. & epistola ex qua hic testimoniũ affert: ea est quã scripsit ad Ro-
R manos/ & ponetur in ordine vndecima. ¶ Et in primis scripturarũ institutionibus: quẽ-
dam de sapientia dixisse cõperies. In primis institutionibus: in præintroductionibus. Et
has præintroductiones appellat librum sapientię: in cuius cap. octauo. quod hic adducit
pius pater/ legitur. Hanc amaui: et exquisiui eã a iuuẽtute mea. & quesiui sponsam mi-
chi eam assumere: & amator factus sum formæ illius. Et liber sapiẽtiæ reuera videtur an-
tiquior: q̃ nõnullorũ ferat opinio. ex quo etiã & videtur Paulus vt & de alijs sacris litte-
ris testimoniũ desumere. et beatus pater hoc in loco ex eo testimoniũ sumit. Vnde parũ
valuerit authoritas Hebræorum a quibus Hieronymus audiuerat opus illud esse Phi-
lonis. libẽter enim Iudęi hunc librũ refutãt: q nimis apertũ capite secundo continet te-
stimonium de iusto quẽ dissimilẽ vijs eorũ/ grauem illis ad videndũ/ contumelia & tor-
mento interrogantes/ morte tandẽ turpissima cõdemnarũt. Qz autem Philonis hebræi
omnino non sit/ videtur: quãdoquidem neq; rex/ neq; iudex/ neq; tẽpli dei extructor fue-
rit Philo. Et cap. nono legitur. Tu autem elegisti me regẽ populo tuo & iudicem filiorũ
tuorum & filiarũ. & dixisti me ędificare tẽplum in monte sancto tuo: & in ciuitate habita
tionis tuæ altare similitudinẽ tabernaculi sancti tui/ quod præparasti ab initio. & tecum
sapientia tua: quæ nouit opera tua. quæ & affuit tunc cum orbẽ terrarum faceres: et scie-
bat quid esset placitũ oculis tuis/ & directum in præceptis tuis. mitte illam de cœlis san-
ctis tuis: & a sede magnitudinis tuæ. Quis non videat Philonẽ & quicũq; vir bonus sit:
nolle tam impudenter alteri emẽtitum opus ascribere? Et Hieronymus ipse cum libros
Philonis annumerat: nichil libri sapientiæ mentionis facit/ vt quẽ plane iudicaret non
esse Philonis. Satius tamẽ visum fuisset in illo prologo (siue Hieronymi sit siue alterius)
propter infirmos qui plurimi sunt: ex facilitate iudicandi nõnullorũ/ posteritati phanta-
siam non fecisse. Et quãuis tamen Philonis esset: potuisset sacratus pater id opus vidisse.
Nam et Philo memoratur sub Claudio Petrũ Romæ cõuenisse/ & eius magnifecisse ami-
citiam: libros quoq; in nostrorũ cõmendationẽ scriptos reliquisse. Sed non idcirco michi
S persuasum fuerit: esse Philonis. ¶ Cecidit enim (ait quidã) dilectio tua super me: sicut di-
lectio mulierũ. Nunc secundo regũ verba Dauid Ionatham ex morte desiderãtis: ita le-
guntur. cap. primo. Doleo super te frater mi Ionatha: decore & amabilis super decorem
T mulierum. sicut mater vnicũ amat filium suũ: ita ego te diligebã. ¶ Idcirco & Paulus ille
magnus cũ diuino amore flagraret. Epistola ad Galatas cap. secundo. CHRISTO

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cõfixus sum cruci. viuo autem iam: nõ ego. viuit vero in me CHRISTVS. q̄ autẽ nunc
viuo in carne/ in fide viuo filij dei: qui dilexit me/ & tradidit seipsum pro me. ¶ Quocir- V
ca zelotem illũ ij qui diuina probe callent: appellant. Exodus cap. vicesimo. Ego sum do
minus deus tuus fortis zelotes: visitans iniquitatẽ patrum in filios in tertiã & quartam
generationem/ eorũ qui oderũt me. & faciens misericordiam in milia ijs qui diligũt me/
et custodiunt præcepta mea. Et cap. tricesimo quarto. Noli adorare deum alienũ. domi-
nus zelotes nomen eius: deus est ęmulator. ¶ Quid autem sibi volũt Theologi: qui ali- X
quando amorẽ ipsum ac dilectionẽ vocant. Ipsum: ipsum deum. Vocãt quidẽ amorem:
vt de Ignatio adductũ est. amor meus/ crucifixus est. Dilectionẽ. vt ex Paulo ad Colos-
senses cap. primo in scholio paulo superiore adductũ est. Et Ioãnes cap. decimoquinto.
Si præcepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione mea. sicut & ego patris mei præ-
cepta seruaui: & maneo in eius dilectione. Vt amabilẽ. cum dicitur deuteronomij cap.
vndecimo. Ama itaq; dominũ deum tuũ: et obserua præcepta eius. Et vt diligibilẽ. cum
dicitur deuteronomij cap. sexto. Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo/ & ex tota
anima tua/ & ex tota fortitudine tua. Et cãticorũ cap. quarto. Anima mea liquefacta est:
vt dilectus locutus est. dilectus meus cãdidus & rubicũdus: electus ex milibus. ¶ Alteri- Y
us nẽpe author & veluti productor/ & genitor: alter vero ipse est. Duę enim species amo
ris sunt. vnus quidẽ primarius est & amorum princeps: qui deus est. alter vero secunda-
rius: qui genitus & productus est/ et primarij amoris imago. Ille primitiuus: hic deriua-
tus. Ille absolutus: hic contractus/ a summis ad ima quæq; pertingens. Illic enim syncę-
rus & purus: hic vero obscurus & permixtus. Et est vniuersum vt vnũ speculũ: cui præ-
sens astans amor suum afformat idolũ. et id: amor naturæ est/ sed vniuersus. particula-
ris vero: in partibus. & si speculum vniforme esset/ leue/ syncærũ/ perpolitũ & mundissi-
mum: omnia profecto essent in amore transformata. Et ex secundario amore: multæ ex-
cuduntur reflexæ amoris scintillæ. qua in reflexione nisi ad debita dirigãtur specula: fieri
solent amorũ degenerationes/ prolapsionesq;. et quæ multos (qui nesciũt quid sit amor/
et quid sit amare) adigunt ad insaniã: & ad extremam trahunt perniciem. et talẽ sępenu
mero experiũtur amorem: qualem ferme descripsit poeta. Virgilius.
Nunc scio quid sit amor: duris in cautibus illum
Ismarus aut Rhodope/ aut extremi Garamantes
(Nec nostri generis puerum/ nec sanguinis) edunt.
Seuus amor docuit natorum sanguine matres:
Commaculare manus. Sed is amor procul facessat. qui cum sit crudelitas/ impietas/
et mera demẽtia: se mentitur amorẽ. & nullius nos rei præcipua cupido teneat: nisi eius
qui in summitatibus cœlorum rex pręsidet: per se/ verus/ absolutusq; amor. ¶ Ista et in- Z
clytus noster in sanctis litteris institutor in amatorijs hymnis. Inclytus ille institutor: di- Liber diui-
uinus Hierotheus. Et liber ille diuini Hierothei de amatorijs hymnis desideratur: quem norũ hym
deus verus amor et eos qui beati patris non extant/ nobis restituat. norũ Hie-
39 ¶ PRIMAE PARTIS QVARTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM. rothei.

NVnc tandem ad specialẽ diuinorum nominũ explicationem descendit
sacer Dionysius: imprimis nuncupationẽ boni determinandam propo
nens. quam deiloqui patres prophetæ & apostoli: ex nominibus om-
nibus præsertim summæ deitati attribuunt/ ipsam diuinã substantiam
(vt nobis insinuetur) appellantes bonitatẽ. quia ob id solũ q̄ ipsa sum-
me est bonũ & substantiale bonum/ non autẽ per accidentariã qualita-
tem: in omnia quæ sunt/ deriuat & effundit suam bonitatẽ. Sicut enim
sol iste sensibilis/ non proposito deliberatione aut electione spontanea/ sed eo ipso quod
est & secundũ suã substantiã illuminat omnia corpora: quæ pro suo captu luminis consor
tium recipiunt. ita & summũ illud ac supersubstantiale bonum/ solem istum corporalem
superans: non aliter q̃ primitiua forma excellenter excedit obscurã & imperfectã imagi-
nem (est enim sol iste: remota solũ dei imago) per suam substantiã atq; naturam cõmuni-
40 cat suæ bonitatis radios omnibus quæ sũt/ et visibilibus & inuisibilibus: cuiq; scilicet pro
suo captu. ¶ Declarat quod modo generatim est dictũ/ in singulis rerum generibus: et
primum in cœlestibus angelicisq; virtutibus. Eorum (inquit) diuinæ bonitatis radiorum
gratia subsistunt intellectuales et spirituales angelorũ substantiæ/ naturales eorum virtu
tes et propriæ actiones. & per eos radios substantię illæ cœlestes sunt et viuunt/ vitamq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4 pars 1

habent interminabilem et finis neſciam/liberæ ab omni corruptione/morte/materia/et generatione tēporanea atq; naturali. procul itidem remotæ ab omni mutatione ſenſibili et corporali/inſtabili ac fluida:& nūc hoc/nūc vero alio modo ſe habente. Per eos itidē diuinæ bonitatis radios/angelicæ ipſæ ſubſtantiæ dinoſcuntur eſſe incorporales:atq; ab omni materia ſeiuges ac alienæ. et tanq̄ ſpirituales ſubſtantiæ:intelligunt diuina altiore q̄ quæ in hoc mundo degunt modo. diuinarūq; rerum & diſpoſitionū cauſas diſcunt per diuinas reuelationes/ſuis viribus accōmodas:quas ſuperne hauriunt. & quæ didicere: rurſus ad vicinas propinquaſq; cœleſtes ſubſtantias transfundūt. habent itidē angeli ex diuina bonitate conſtantiā:ſtabilitaſq; eorum in bono & firmitas/non aliunde prouenit. Ex ea ſane conſeruantur atq; ſaluātur:exinde eis naſcitur bonorū exuberantia ac copia. appetenteſq; ipſam dei bonitatē:ex ea habent vt ſint & vt bene ſint. Deniq; ad illam ſe pro viribus cōponentes ac efformātes:ipſius etiam diuinæ bonitatis præ ſe ferūt imaginem. & quemadmodū diuina lex ordinat ac ſancit:inferioribus angelicis ſpiritibus donorum a ſummo bono in ſeipſas manantiū participationē benigne concedūt. ¶ Ex eadem quoq; dei bonitate aſſunt ipſis cœleſtibus ſubſtātijs ordines & chori mūdo iſto ſenſibili ſuperiores/coniunctiones amoris & beniuolētiæ adinuicem/mutuæ in ſeinuicē progreſſiones:ſuperiorū ſcilicet ad inferiores in donorum cōmunicatione/& inferiorum ad ſuperiores in promotione & ſubuectione ad deum. Inconfuſę inſuper diſtinctiones earū abinuicem/& ſpirituales virtutes:quæ inferiora ſuperioribus cōiungūt/ac firma cōpage ligant. Rurſum ex eadē dei bonitate eſt priorum cœleſtiū ſpirituum ad ſequētes multiplex prouidentia:in purgationis/illuminationis & perfectionis officio/propriarū itidē cuiuſq; angeli virtutum illabefactæ conſeruationes/mutui illorū in ſeinuicem & nunq̄ faſciſcentes circuitus:ſuperiorū ſcilicet in inferiores per deriuationem bonorū/et ediuerſo inferiorum ad ſuperiores per promotionē in deum/circa ſummi quoq; boni deſiderium immutabilis ac ſūmus amor. & quęcūq; alia in libro de cœleſti hierarchia āgeliciſq; proprietatibus a ſacratiſſimo patre ſunt dicta. Præterea quæcūq; cœleſtis hierarchiæ ſunt illuſtrationes ſupernæ: angelicis ſubſtantijs cōgruētes/quæcūq; idētidem ſupra mūdum hunc ſenſibilē ſpirituales ſunt illuminationes/deniq; quæcūq; totam perfectionē angelicam cōplent ac peragūt:ex diuina bonitate omniū authore proficiſcūtur. ex qua etiam illis angelicis ſpiritibus boni ſpecies & effigies eſt indulta/et a qua itidem hanc cōſecuti ſunt ſortem:vt in ſeipſis repræſentēt abſtruſam in occulto dei bonitatem/& vt ſint illius nuncij atq; interpretes tanq̄ diuinū nunciātes ſilentium atq; ſecretū/et extra occultam dei ſedem prodeuntes:quaſi lucida lumina ſubſtātialia/deum qui in adytis eſt & penitiſſimis ſuæ maieſtatis penetralibus/manifeſtātia ac declarantia. ¶ Oſtendit dehinc & animas rationales ac humanas a diuina bonitate pēdere atq; ſubſiſtere/dicēs ꝙ poſt ſupramundanos ſpiritus angelicos quæcūq; ſunt animarū rationalium bona:per ſummā conſiſtunt dei bonitatē. ꝙ ſcilicet intellectu ſunt preditę/ꝙ habent propriā & immortalē vitam/ꝙ exiſtūt & poſſunt ad angelorū aſpirare vitam ac cōſortiū:et per illos tanq̄ benigniſſimos & optimos duces ad dei bonitatē omnium bonorū authorem prouehi/atq; ex ea indeſinenter & exuberāter manantiū ſpiritualium fulgorū pro ſua cōditione ac ſorte participes fieri/& deniq; ipſis angelis accedere cōſortes in diuinæ bonitatis imagine ac ſimilitudine/& quæcūq; alia animarū rationalium propria:in libro de anima a beato patre ſunt enumerata. ¶ Monſtrat deniq; bruta animalia plantas & inanima omnia:a ſuprema dei bonitate ortum habere & ſubſiſtentiā. De ipſis(inquit) irrationalibus animabus/animalibuſve brutis ſiue quæ aera peruolant vt aues/vel ſuper terrā progrediuntur vt quadrupedia/aut in terram extenta repunt vt ſerpentes/aut in aquis vitā degūt vt piſces/vel quæ in terris & aquis viuunt vt anſeres/fluuiales anates & holores/quæ itidem terris obruta & glebis terreſtribus preſſa:quaſi tenebris dānata vitam ducunt vt talpę/quinimmo quęcūq; vitā & animam ſenſitiuā acceperunt:omnia per ipſum ſumme bonum vt animata ſint/vita participēt et ſenſu vigeant/id ſunt adepta. Inſuper omnes plantæ:ex ipſo ſupreme bono nutritiuam vim & motricē ad maius incrementū acceperunt. Deniq; quæcūq; ſubſtantia eſt animæ & vitæ expers:propter ipſum ſūme bonū eſt/a quo etiā habuit ſubſiſtendi vim atq; qualitatē. ¶ Declarat deinceps quomodo ſummum ipſum bonum eſt omnium aliorū ſuperexcellens et eminētiſſima cauſa. Si(inquit) ſummum illud bonum eſt eminenter ſuper omnia/ſicut profecto eſt:reuera eius quod in rebus conditis informe eſt/ipſum eſt forma formans et abſoluta/idq; non in exterio-

ribus & a se manātibus substātijs: sed in seipso solo. Eius itē qđ substantiā non habet: ip=
sum summū bonū est substantiæ excellentia. illius etiā quod vitam appetit: est excellen=
tissima vita/ & eius quod mente non vtitur aut ratione: suprema est sapientia. Et vt pau
cis agantur multa/ quæcunq; in ipso summe bon o existunt: ipsorum informiū & imperfe
ctorum sunt excellentissima forma. Quinimmo si & id dicere liceat/ etiā id quod non est:
appetit illud bonū quod omnes substantias superat. & ipsum quod nequaq̄ est: quodā
modo & negationis assimilatione enūciationisq; similitudine contendit esse in ipso bo=
no vere supersubstantiali: per omniū ablationē atq; priuationē opposito tamē modo. nā
in eo quod non est: omniū est ablatio per defectū & carētiā. in ipso autem summe bono:
omniū esse ponenda est priuatio per superexcellentiā/ quia omnia quæ sunt eminentissi=
me superexcedit. Veruntamen ea est ipsius non entis cum deo similitudo/ proposito cō=
ducēs: φ sicut de deo cū per omniū ablationē quæritur/ negātur ōnia. ita & de eo quod
non est/ omnia auferūtur: vt φ nō est cœlū/ non est terra/ non est lapis/ neq; aliquid eo=
45 rū quæ sunt. & in hoc/ eo modo quo potest: gerit similitudinē cū deo. ¶ Orbes indē cœ=
lestes & eorū motus: hic ostēdit etiā a suprema dei bonitate in suo tenore ac gradu sub=
sistere. Cœlestiū inquit orbiū (quod fere in ipso orationis decursu prętermissū fuerat) pri=
cipia magnitudinū & fines: ab ipso summe bono vt causa prima pēdent. cū ipsa cœlorū
substātia nec augeri possit nec minui: neq; omnino a sua conditione variari. Causa iti=
dē motuū cœlestiū sine sono & harmonia aut strepitu suas seruantiū vicissitudines/ am=
plissimi etiā cœlestis spacij quod orbiū illorū vertigine absoluitur: venustatis itē & decē
tiæ sidereorū ordinū admirādo decore seruatę/ & deniq; luminū ipsorū astrorū & stabili=
tatū eorundē/ qua fixa cœlis hærent: causa nō aliūde est q̄ ab ipso summe bono. Demum
φ quorundā siderū (quos planetas & erraticos vocāt) multiplex fiat motus/ φ duorū lu Gene. 1.
minariū solis atq; lunæ (quæ magna a scriptura in Genesi appellātur) ex eisdē pūctis ad
eadē pūcta semper regrediatur circulus. quo duorū siderum motu: dies nostri & noctes
aguntur ac determinātur/ mēses quoq; cōcludunt & āni. diurnū enim spaciū & āni cur=
riculū: sol diffinit. luna vero noctu lucet: & mēstruū distinguit interuallū. quæ etiā duo
sidera terminātur/ continent & metiuntur reuolutiones motusq; in orbē actos temporis: &
eorum sensibiliū corporū quæ sunt in tēpore. omniū inquam horum causa: ab ipso sum=
46 me bono proficiscitur. ¶ Deinceps cōprobat solē istū sensibilē & eius lucē visibilem: esse
imaginē admodū propinquam ipsius diuinæ bonitatis. Quid (inquit) dicendum de ip=
so solari radio in se considerato censebitur? Ex ipso enim summe bono/ lux est sensibilis:
& ipsa est imago supremæ bonitatis. Ideo in sancta scriptura appellatione ac nomine lu
cis prædicatur ipsum summe bonum: velut archetypum/ primitiua forma & veritas/ ex=
pressa in sua imagine ac figura. Nempe sicut eminentissimæ deitatis bonitas a summis
& perfectissimis substantijs vt cœlestibus spiritibus/ ad infimas vsq; et postremas vt ter=
ram ipsam et materiam/ per intermedia omnia pertingit/ inuisibili suæ virtutis expansi=
one atq; extensione: nichilominus eadem supra omnes est substantias. quia neq; su=
periores dignioresq; substātiæ: ipsius diuinę bonitatis attingunt eminētiā. neq; inferio=
res imperfectioresq; substantiæ effugere queunt: quin ab ipsa dei bonitate contineantur
et compræhendantur. sicut etiam eadem suprema bonitas illuminat spiritualiter om=
nia quæ lucem intellectualem admittunt: creat etiam vniuersa/ viuificat/ conseruat ac
perficit. mēsura quoq; omniū est subsistentiū: φ cuiq; eorū suos præscripsit fines. sæculū
etiam est et duratio rerū/ & numerus et ordo: φ ōnibus suū determinauit numerū et or=
dinē. demū continētia rerū est et causa et finis: φ omnia conseruet/ producat atq; ad se
reuocet. ita plane sol iste sensibilis: mole/ claritate et luce continua insignis/ claraq; ad=
modum diuinæ bonitatis imago: secundum aliquantam (quā præfert) boni similitudinē/
omnia quæ ipsum solē percipere possunt atq; suscipere illuminat. habetq; sol ipse lucem
conspicuā: excellenter in omnia effusā atq; explicatā. quā in omnē hunc mundum visi=
bilem late expandit: et supra se ad cœlestia corpora/ infraq; ad sublunaria elemētariaq;
aut ex elementis coalita corpora vibrat et iaculatur suos radios. Qz si quid est in hoc to
tius mundi ambitu quod radios illos solares non hauriat/ vt opaca corpora in parti=
bus suis interioribus: id non est imputandum imbecillitati solaris radij aut contractio=
ri eius effusioni/ quæ luminosa distributione pertingere non queat ad illa corpora. sed
id solum ijs corporibus est impingendum quæ percipiendæ luci non sunt idonea: neq;
se ad lucis participationem aut societatem adaptāt. Deniq; radius iste spectabilis nostri
solis mūdani/ cōplura permeans corpora perspicua vt cœlum/ ignem/ aerem: proxima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4 pars 1 illis corpora vt aquã vt terrã etiã illuminat. et nichil in toto orbe est visibile: quod ille
solaris radius nõ penetret ingenti suæ lucis exuberãtia et copia. Insuper et sol iste sensi-
bilis ad ipsam sensibiliũ corporũ generationẽ mirifice conducit/ipsaq; corpora ad vitam
mouet/ educat/ adauget/et ad cõpletũ perducit crementum: purgat itẽ corpora labefa-
cta/et renouat ad vitales operationes. Pręterea lux ipsa solaris est mensura et numerus
horarum et dierum et totius temporariæ durationis/ continua partium successione la-
bentis: q horarum/ dierum /et temporum distinctio potissimum ab ea pendeat. Ipsa
enim lux solis/secundum rem ipsam atq; substantiam ea est lux: quæ tres primos mũda-
Gene. 1. næ productionis dies distinxit. quemadmodũ diuinus Moses in Genesi cõtestatur. Ve-
runtamen toto illo triũ primorũ dierũ curriculo: lux illa dierũ discretiua/ informis erat/
nõdũq; ad plenũ formata atq; cõpleta. sed quarto die perfecta oino est illius formatio:
cum ex ea solare formatũ est(vt sentiunt oẽs)corpus. ¶ Rursum sicut summa dei boni-
tas oĩa ad se cõuertit vt finẽ optimũ/et quæ dissipata sũt cogit in vnũ: veluti ipsius vni-
tatis amor et virtus diuina/oĩa in vnũ colligẽs ac cõstringens. immo oĩa ipsam supre-
mã bonitatẽ vt productricẽ oĩm/ vt cõseruatricẽ/atq; ad se oĩm reductricẽ desiderãt. Et il-
1. corin. 8. lud sũme bonũ est/ vt scribit beatus Paulus ad Corinthios: ex quo subsistunt oĩa/ suntq;
ab eo velut prima et suprema causa producta. in quo etiã õnia cõstant: ac tanq̃ in secre-
to quodã omnipotentis virtutis cõditorio/asyloq; cõseruãtur. ad quod itidẽ bonum om-
nia cõuertũtur veluti ad suum præcipuũ finẽ/et qđ appetũt oĩa: quodq; pro suo modulo
& cõditione. Spiritualia quidẽ et rationalia/ vt ãgeli et hoĩes: appetũt ipsum bonũ scie-
ter et rationaliter. Sensibilia vero/ vt aĩalia bruta: sensibiliter atq; passibiliter. Quę vero
sensus sunt expertia & vita participantia/ vt plantæ: desiderãt ipsum bonũ vitaliter/&
per insitũ sibi vitalis motus desideriũ. Quæ autem vita carent & solũ subsistũt/ vt inani-
mata omnia: substantialiter & essentialiter atq; per solã participandæ subsistentiæ aptitu-
dinẽ. Secundũ eundẽ ferme modũ quo clara imago ad veritatẽ referri potest/ & figu-
ra ad exemplar: lux solis huius mũdani ad se colligit omnia sensibiliter & cõuertit/& ea
quæ videt vt animalia/ quæ mouentur/ quæ illuminãtur/ quæ incalescunt/& quæ in vni-
uersũ ab illius radijs collustrãtur & seruãtur. Ideo & sol græca appellatione dicitur heli-
os hãc ob causam: quia omnia in suo statu seruat illabefacta/& colligat ea quæ sunt dis-
persa. Siquidẽ helios nomen a verbo græco heloo deducitur: quod iungo & figo signifi-
cat. Iuncta autem/ counita & fixa: seruari solent diutius. Omnia itidẽ corpora sensibilia
appetunt naturaliter ipsum solẽ: aut sicut videre cupientia/aut moueri/illuminari/calefi-
eri: aut quoquo modo ab eius luce saluari atq; conseruari. Neq; id quispiã de sole dictũ
putet/secundũ antiquitatis errorẽ iam explosum & abolitũ: ponentis superstitiose/ q cũ
sol iste corporalis esset deus & huius mundi sensibilis conditor: ipsum propria ac singu-
lari virtute sua gubernaret & moderaretur. sed quia intellectualia & inuisibilia dei pro-
pria: vt eius potentia/sapientia/bonitas/vnitas/perfectio: conspiciuntur intellecta a cre-
atura mundi/intelliguntur q; ab homine(qui hic mundi creatura dicitur: quia omnis cre-
aturæ & corporalis & spiritualis nexus est ac vinculũ/atq; cum omni etiã creatura con-
sortiũ atq; conuenientiam habet: aut in existentia/ aut vita/ aut sensu/ aut intellectu)per
ea quæ facta sunt atq; a deo creata. sempiterna etiam dei virtus & diuinitas: intelligi-
tur conspecta a creatura mundi/ per ea quæ facta sunt & condita. Quare per solem
istum mundanum potest per assurrectionem eius optimus author intelligi: & idcirco hic
dicũtur sensibilia oĩa solem appetere/ vt per hoc manuducamur ad deum cognoscendũ.
¶ Deinceps ipsũ sũme bonũ sacratissimus pater hic cõcelebrat vt lucẽ itellectualẽ: a cor-
porali luce iã explicata ad spiritualẽ nos subuehens. Quę modo(inquit)adducta sunt: in
libro de significatiua theologia latius sunt pertractata. nũc autẽ oportunũ est & cõgru-
um: laudare ipsius summe boni spiritualẽ nuncupationem/a luce sumptã. rationẽq; assi-
gnare: quare in sanctis scripturis deus sæpenumero lux appellatur. Sane ipsum supre-
me bonum dicitur lux intellectualis: quia omnem spiritum angelicũ spirituali implet lu-
ce/ vt sol oculos mortaliũ suo radio. omnemq; pellit ignorantiã & errorẽ veluti tenebras
ex animabus oĩbus humanis: quibus pro sua gratuita dignatione se infundit. Ipsis itẽ
animabus/sacræ lucis incorporalis tradit participationẽ: & spirituales illarũ oculos pur-
gat a peccato & crassis ignorãtię nebulis. obductãq; illis caliginẽ errorũ aut malitię de-
tergit: & graui tenebrarũ dẽsitate obtusos ac pene excęcatos mẽtis humanę oculos reno-
uat & exuscitat. Et primũ quidẽ summũ illud bonũ vt lux primaria/ tradit aĩabus huma-
nis participationẽ exigui luminis: q maioris adhuc non sint capaces. postq̃ vero animę

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

illæ subrutilā percepere lucem & flagrantiore afficiuntur desiderio illius amplius hauriē-
dæ: tunc se lux illa superdiuina largius ipsis infundit/ & affluentiore luminis copia illis
infulget/ quia dilexerunt eam multū. vt dilectio & vehementior animi ad lucē illam af-
fectus: causa fuerit illius vberius percipiēdæ. Eadē quoq; lux suprema/ animas ipsas sic
illustratas semper in anteriora maioraq; virtutū incrementa conuertit: quantū ipsæ pro
49 sua capacitate ad ea contendere possunt. ¶Bonū itidē illud dicitur lux spiritualis: om-
nem superans lucem creaturis indultam. & tanq̄ principalis radius/ a nullo scilicet depē-
dens & omnes lucis opes a se dependentes habens/ & copiosa lucis spiritualis exunda-
tio: illustrat sua plenitudine omnē spiritū. aut mūdo supereminentē: vt sunt cœlestes spi-
ritus supremi & deo iugiter proximi/ atq; assistentes. vel spiritū agentem circa mūdum:
vt postremos āgelicos ordines circa hominū custodiā & regionū administratorios. aut
spiritū agentē intra mundū: vt animas humanas degentes in corporibus. Eadem quoq;
spiritualis & diuina lux: omnes ipsorū spirituū renouat atq; in vigorē reuocat vires. oēs
etiā transcendit & continet ipsorū vires: q̄ illis desuper extenta sit & supereffusa. cūctis
itē excellit illorū viribus: q̄ longe omnibus supereminet. omnē deniq; illuminantis vir-
tutis ambitū/ vigorē & vim/ tanq̄ fons præcipuus lucis & omnē exuperans lucē in immē-
sum: in seipsa vnice & singulariter cōpræhendit & excellenter habet. creaturas omnes
spirituales & rationales ad se simpliciter colligens: & inmortales eas per gratuitā con-
iunctionē cū luce superna (quæ etiā vita est perpetua) reddēs. Nēpe sicut ignorātia dei &
eorū quæ vera sunt/ eos qui seducti sunt separat a deo & via veritatis: ita ediuerso præ-
sentia lucis intellectualis eos qui superne illuminantur colligit ad deū/ coniungit ac per-
ficit. atq; a multis erroribus falsisq; opinionibus illos ad id quod vere est & summe bonū
conuertit. variasq; apparētias veri & inutiles phantasias/ incertas opinationes & existi-
mationes diuersas: in vnicā dei scientiā verā & perspicuā colligit/ atq; illos lumine vni-
50 fico in vnūq; cuncta colligente desuper implet. ¶Deinde declarat sacratus pater quo-
modo ipsum summe bonū in scripturis etiam pulchrū appellatur: & quæ nominis illius
propria sit ratio. Illud (inquit) bonū quod nomine lucis modo celebratū est: etiā a deilo-
quis viris ac authoribus sacris laudatur vt pulchrū/ & vt pulchritudo/ etiam vt dilectio
& vt diligibile. & siquæ aliæ sunt diuinæ appellationes honestissimæ: illius pulchritudi-
nis supremæ/ & omnia pulchra facientis/ atq; omni gratia formæ/ plenissimæ. Cæterum
pulchrum & pulchritudo in deo/ suprema omniū causa & cuncta in vnū constringente:
re ipsa & secundū substantiā distinguenda nō sunt/ tametsi aliquantā habēt rationū di-
uersitatem. In subsistentibus autem & rebus ad ortū a deo deductis/ ista duo pulchrum
inquam & pulchritudo distinguūtur secundū rem: in accidens quod participādo habet/
& in subiectā substantiā: illius accidētis a quo pulchrū dicitur/ participem. Dicitur enim
id esse pulchrū: quod pulchritudinis est particeps. vt sol/ flos/ ager. Pulchritudo vero
est participatio diuinæ venustatis atq; speciei: quæ pulchrorū omniū primitiua est cau-
sa. vt species solis/ floris et agri. Porro deus supersubstātiale pulchrū/ dicitur in scriptu-
ris pulchritudo: propter illam decentissimam pulchritudinem quā tradit omnibus sub-
sistētibus. & quoniam vt author congruentiæ atq; concinnitatis omnium rerum/ instar
lucis & sicut de luce modo dictum est: communicat atq; immittit omnibus distributio-
nes sui radij venustifici. qui primitiuus est: atq; omnia reddens specie ac pulchritudi-
ne insignita. & huiusmodi effusione radij pulchrifici: omnia subsistentia ad se vocat &
inuitat. In cuius rei argumentum: pulchritudo græco vocabulo dicitur calos/ a vocan-
do. Deniq; ipsa tota subsistentia/ in alijs totis collocata: ad vnum et idem scilicet seip-
sum totius pulchritudinis apicem coadunat/ multitudinem omnē ad vnitatem colligēs
atq; in se constringens. At vero supersubstantiale illud bonū dicitur pulchrum: quia per
omnia tale est & supreme pulchrum/ & quoniam semper secundum eadem & eodē mo-
do est pulchrum: sine ortu & occasu/ cremēto suæ formæ aut interitu. Non enim est mo-
re istorū corporū sensibilium/ summū illud bonum in vno quidē loco pulchrū/ in alio ve-
ro deforme: sed vbiq; pulchrū. neq; vno tēpore pulchrū/ alio vero non: sed semper. neq;
ad vnū collatum est pulchrum/ ad aliud vero fœdū: sed ad quæcūq; cōparetur/ eandem
semper & eximiam præfert pulchritudinē. Neq; illud pulchrū in vno quidem loco adest/
alio vero abest: quasi quibusdam sit pulchrum quibus scilicet adest/ & quibusdā non sit
pulchrum quæ videlicet eius præsentia et participatione destituantur. sed vt ipsum
pulchrū in seipso primitiue & supetexcellēter/ atq; secū maxime vniforme/ singulare et

Cap. 4 pars 1

simplex: semper est pulchrũ. & vt omnis pulchri in rebus subsistentibus/primariã & pręcipuã habẽs in seipso pulchritudinẽ: excellentissime/antecedẽter atq; vnice. Omnis enĩ rerũ subsistentiũ pulchritudo varia & multiplex/& omne pulchrũ participatione: vniformiter & secundũ causam præexistit in ipsa simplici atq; præcellenti pulchrorũ omnium natura/ipso videlicet deo summe pulchro. cui vnice pręassunt secundũ causã oĩa: quę in rebus inferioribus sparsim & diuerso modo per participationẽ conspiciuntur. ¶Ex hoc 51
itaq; summe pulchro/õnibus quæ sunt id cõceditur: ꝙ sint pro sua conditione & gradu pulchra. Efficitq; illud supreme pulchrũ/rerũ omniũ inter se cõuenientias/fœdera & societates: vt totorũ ad tota & partiũ eiusdem totius inter se. & isto singulariter pulchro: indissolubili amicitiæ nexu coniunguntur omnia. Idem quoq; pulchrũ: est rerũ omnium initiũ atq; principiũ velut efficiẽs causa. õnia itidem mouet & continet in suo statu: virtute pulchritudinis propriæ/velut causa omniũ conseruatiua. & deniq; est finis omniũ diligibileq; vt causa finalis: quandoquidẽ pulchri gratia desiderãtur et fiunt oĩa. Demum ipsum vnice pulchrũ etiã est exemplar omniũ: quia secundũ id determinantur & diffiniũtur omnia/quæ sunt velut illius exẽplaris imagines. Proinde manifestũ est ipsũ pulchrũ idẽ esse quod bonũ secundũ rem ipsam: licet aliqua sit rationis discrepãtia. oĩa enĩ et in omni causarũ genere: ipsum pulchrũ et bonũ desiderãt. neq; quicq̃ assignabitur in toto subsistentiũ rerũ numero: quod ipsius pulchri et boni non sit quoquo modo particeps. Quinimo et illud citra præsumptionẽ adijciatur atq; fidentius astruatur: ꝙ idipsũ etiã quod non est/ipsius pulchri et boni vtcunq; est particeps. tunc enim id quod nõ est/pulchrũ esse dicitur et bonũ: cũ ipsum in deo laudatur et prædicatur per omniũ ablationem supersubstantialiter. Enimuero ipsi deo cõuenit omniũ rerũ priuatio: per supereminentiã. Ei itidẽ quod nõ est/omniũ conuenit rerum priuatio: sed per defectũ. Verũ quia ei quod non est cõuenit eadẽ generali et cõmuni ratione priuatio et ablatio sicut deo: licet modus specialis sit diuersus et oppositus/ideo etiã id quod nõ est dicitur aliquo modo dei particeps. Cæterũ neq; absurda etiã loci huius esset intelligẽtia: si nõ esse hic per supereminẽtiã solũ dici intelligatur et nõ per defectũ. et celebrať illud in deo: quãdo dicitur deus nõ esse/et quidem supersubstantialiter: quia est supra omne esse et substantiã. Et huiusmodi nõ ens ita per superexcellentiã dictum/etiã pulchri et boni est particeps: 52
immo ipsi summe pulchro et bono idẽ õnino/atq; coincidens. ¶Præterea istud vnum: multorũ est singulariter causa. ipsum bonũ: itidẽ causa oĩm bonorũ. & pulchrũ ipsum: omniũ causa pulchrorũ. Ex hoc quoq; pulchro/oĩa quæ sunt: suas habent essentias/coniunctiones inter se & discretiones abinuicem/idẽtitates ad seipsa/ alteritates diuersitatesq; ad alia/ similitudines ad ea quæ eiusdẽ sunt speciei aut qualitatis/ dissimilitudines ad ea quæ diuersæ. Ex eodẽ etiã pulchro sunt societates & fœdera cõtrariorũ: vt elemẽtorũ in vniuerso/& qualitatũ elemẽtariũ in corpore animalis/& eorũ quæ adinuicẽ vniuntur inconfusę distinctiones: vt formarũ ad materiã/accidentiũq; ad subiecta/& diuersarũ qualitatũ ad idẽ subiectũ. Sunt & ex eodẽ pulchro superiorũ ad inferiora prouidẽtiæ/æqualiũ mutua adinuicẽ & alterna obsequia atq; officia: vt hoĩm inter se/ inferiorũ ad superiora conuersiones/omniumq; in seipsis status et permanẽtiæ quibus cõseruanť. Rursus oĩm in alijs societates/ cõueniẽtiæ & placidæ amicitiæ pro singulorũ natura ac cõditione: in toto vniuerso & partibus eius. Quæ præterea in mũdo sunt cõtẽperãtiæ rerũ/indissolubilesq; corporũ a suis locis cõtinẽtiæ atq; cõseruationes/indeficiẽtes nascẽtiũ rerũ in earũ quæ intereũt locũ successiones/status oẽs ac motus spirituũ cœlestiũ aĩarũ & corporũ: ex ipso pulchro habent ortũ & vim. Illud enim omnibus est effectiue & causaliter status & motus: quod super oẽm statũ ac motũ collocatũ secundũ suã substantiã/vnumquodq; in naturali sua conditione firmat ac stabile seruat/ & ad proprium motum operationẽq; natiuam agit ac impellit. ¶Quoniam autem motum omnem a pulchro 53
ipso prodire modo dictum est: hic diffinit beatus pater triplices spirituum itidem & animarum rationalium motus. Spiritus quidem cœlestes moueri dicuntur: aut circulariter/aut recte/aut reflexe. Motus eorum circularis est: quando iugi contemplatione æternis illis pulchri & boni radijs (quibus nec principium adest nec finis) coniunguntur. sic dictus: ꝙ spirituali animorum agitatione in circulum agi videatur/ & a deo auspicando: in ipsum peracto circo regredi. Motus eorum rectus dicitur: quando cœlestes spiritus ad inferiorum prouidentiam benigne prodeunt/ recta via quasi a seipsis ad exteriora progressi per lineam a superioribus ad ima ductam. Reflexus autem cœlestium

ſpirituũ motus eſt:quo inferiorum agentes prouidentiam/ in ſua identitate ſubſtantiæ
virtutis & operationis perſtant:nuſq̃ a propria functione aut dei viſione diſcedendo(di Math,18.
cit enim ſumma veritas de paruulorum cuſtodibus angelis:ꝙ ſemper vident faciem pa
tris qui in cœlis eſt)perpetuaq; circuitione circa ipſum pulchrũ & bonũ totius identita=
tis authorẽ verſantur. Et is motus reflexus dicĩt:ꝙ ab imis ad ſumma reſilire videatur.
Porro animæ rationalis etiã triplex eſt motus: circularis/obliquus/ & rectus. Motus eius
circularis dicitur eſſe ingreſſus ipſius animæ in ſeipſam per ſui abſtractionẽ ab exterio=
bus:& ſpiritualiũ ipſius animæ viriũ vt memorandi/ intelligendi ac volendi/ vniformis
recollectio. largiens ipſi animæ veluti in orbẽ actæ: ꝙ nuſq̃ oberret/ ad exteriora ſe fun=
dendo. illam itidem ab exteris rebus & perniciofis erroribus conuertens:& colligẽs pri=
mũ in ſeipſam. deinde eandẽ vt vniformẽ in ſe factã/ cœleſtibus iungẽs virtutibus: quæ
ſingulariter & ſuperiore q̃ anima modo atq; ſimpliciore/ adinuicem ſunt coniunctæ. de=
num eandem altius ſubuehendo: ad bonũ illud atq; pulchrũ ducẽs quod ſuper omnes
eſt ſubſtantias/ neq; principiũ ſui eſſe neq; finẽ habẽs. Motus autẽ animæ rationalis ob=
liquus eſt:quo anima ſecundũ conuenientẽ ſibi proprietatẽ diuinas haurit notiones. nõ Roma,11.
quidem ſingulariter & ſpiritualiter: ſicut cœleſtes ſpiritus ſimplicem habentes cognoſ=
cendi modum ac rationem. ſed rationaliter & diffuſe: ratiocinando ſcilicet & diſcurren=
do ex notis ad ignota/ & veluti per actiones quaſdã promiſcuas & tranſitorias. quibus
anima permiſcetur rebus quas intelligit/ percipiendo earum ſpecies:& de vna in aliam
ratiocinio tranſit ac mouetur. Poſtremo motus animæ rectus eſt; quãdo ipſa non in ſe
per viriũ ſuarũ glomerationẽ ingrediens/neq; mota per vniformẽ ſui ſingularitatem in
virtutẽ ſpiritualẽ(cũ enim id fit: tunc dicta eſt ſuperius in orbẽ moueri)ſed ad ea obiecta
quæ extra ſe ſunt per cognitionem progrediens: ab exteris ipſis rebus tanq̃ quibuſdam Eccl,13.
ſignis ſenſibilibus diuerſis & multifarijs/ ad ſimplices ſingulares & vnicas intelligẽtias
54 promouetur/& quaſi a multis ad vnũ reuocatur. ❡Quomodo autẽ pulchrum & bonũ:
omniũ ſtatuũ & motuũ quinimmo omniũ in mundo conſonantiarũ/ ordinũ/ ac diſpoſi=
tionũ eſt cauſa: latius hic proſequitur. Ipſum(inquit) pulchrum & bonum cauſa eſt etiã
horũ triũ motuũ ſenſibiliũ in hoc mũdo corporali: ſcilicet motus circularis/ obliqui/ &
recti/qui fiũt in corporibus tũ cœleſtibus tũ elemẽtaribus. immo etiã ipſũ multo potius
eſt cauſa permanentiæ/quietudiniſq; & ſtatus rerũ naturaliũ. eſt enim in rebus iſtis ſub=
lunaribus quies potior motu: cũ motus ipſe ad quietẽ tanq̃ ſuũ finẽ ordinetur. Neq; ſo=
lũ horũ omniũ/ipſum pulchrũ & bonũ cauſa eſt efficiẽs: ſed & continens ſiue cõſeruãs/
& finus optimus. Et cũ ipſum ſupra omnem ſtatum & motũ eſt per excellentiã: per ipſũ
ſimul omnis ſtatus rerũ & motus eſt per efficientiam. & ex eo vt primo principio/ & in
ipſo vt omnia conſeruante/& ad ipſum vt finem vltimũ/ipſiuſq; gratia: ſunt omnia ſub=
ſiſtentium rerum genera. Nempe ex ipſo vt effectiuo/& per ipſum omniũ productiuũ:
omnis eſt rerum ſubſtantia/ vita/ ſenſus/ & intellectus: quatuor ſcilicet rerũ gradus gene
rales. omnes itidem animæ ſpecies: vegetatiuæ/ſenſitiuæ & intellectiuæ ex ipſo prode=
unt. totius itẽ naturę diminutiones/æqualitates in ſtatu/& augmentationes: quæ potiſſi
mum in vegetibus/animalibus brutis/ & hominibus ſecundũ corpus conſpiciũtur. Rur
ſum ex ipſo pulchro & bono ſunt oẽs rerũ menſuræ & determinati limites/ proportiões
earũ adinuicem/cõgruentiæ atq; vnius ad aliã rẽ cõuenientiæ/contemperamenta quali=
tatũ vt in hominibus potiſſimũ/brutis & plantis/integritates & cõplementa rerũ/ par=
tes & totũ/ vnũ & multitudo in quibuſq; rebus creatis. Ad hæc/ ex eodẽ & per idẽ ſunt
cõpaginationes et nexus partiũ in toto/oẽs multitudinis in vnũ cõiunctiones/integrita
tũ atq; totorũ pfectiones/qualitates/q̃titates/ordines et infinitudo: ĩdeterminataq; nu=
mero cõgeries rerũ. cõparationes etiã rerum adinuicem/earum diſcretiones atq; abiun=
ctiones/omnis ĩdefinita rerũ moles aut numerus/ finis omnis et termini atq; limites re=
rum/ ordines ipſarũ in vniuerſo et vnius ſupra aliã eminentiæ aut in ſitu aut perfectiõe/
elementa primaq; rerũ et ſimplicia principia/ſpecies omnes atq; ſecũdũ ſpeciem ſũptæ
rerum differentiæ. Deniq; ex ipſo pulchro et bono eſt oĩs rerũ ſubſtãtia/naturalis virtus
cuiuſq;/et propria operatio. omnis quoq; qualitas firmiter hærens/oĩs virtus ſenſitiua/
omnis elocutio mentiſq; notio: omnis corporũ tactus/oĩs ſcientia/et vnio rerũ adinui=
cem. Et vt paucis oĩa abſoluantur/quicquid exiſtit: ex pulchro et bono eſt vt efficiente/
in pulchro & bono cõſiſtit vt conſeruante/& ad pulchrũ bonũq; cõuertitur vt omniũ fi
nẽ. Et quæcunq; in tota rerũ vniuerſitate ſunt & fiunt: omnia ob pulchrũ & bonũ ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

& fiunt/& ad ipsum conuertuntur omnia/naturalemq; suũ obtutũ dirigunt. Ab ipso iti-
dem pulchro & bono mouentur omnia ad suas actiones: continentur etiã & conseruan-
tur omnia/ ipsiusq; gratia fiunt vniuersa. Per ipsum etiã subsistunt omnia/ & in ipso vt
primo exemplari est principiũ omne: a quo in rebus subiectis exempla ducuntur/ effor-
mataeq; ad illius speciẽ imagines. Ab ipso deniq; est in hoc toto mundi ambitu principiũ
consummans ac finale/principiũ efficiens formale ac materiale: quoniã hęc quatuor cau-
sarum genera ab ipso pendent. Immo ab ipso pulchro & bono est omne in rebus ipsis
principiũ: omnis cõtinẽtia atq; cõseruatio rerũ/itidẽ & omnis finis. Atq; vt paucis mul-
ta perstringantur/omnia quaecunq; sunt: ex pulchro & bono sunt. & quae non sunt: om-
nia etiam supersubstantialiter in pulchro & bono sunt. siquidẽ nõ secundum substantiã
in eo sunt/cũ necdũ subsistant: sed secundũ diuinã & aeternã rationẽ/ qua omnia etiam
anteq̃ sint: in deo prȩexistunt/& qua vocãtur ea quae non sunt tanq̃ sint. Deniq; ipsũ pul
chrũ & bonũ/omniũ rerũ initiũ est & finis: omne tamẽ principiũ & finẽ superãs. quia ex
ipso vt effectiuo/& per ipsum vt productiuũ/in ipso etiã vt cõseruatiuo/& in ipsum vt fi 55
Roma.11. nẽ vltimũ sunt omnia: vt scribit beatus Paulus ad Romanos. ¶ Deinceps deum omni
nomine superiorẽ/nomine amoris laudandũ praedicat sacratus pater: dicens ipsum pul-
chrũ et bonũ propter supradictas eius proprietates omnibus esse desiderabile/amabile
& diligibile. et id quidẽ per ipsummet pulchrũ et bonũ/ excitans omnia in sui desideriũ
et amorem: et gratia ipsius pulchri et boni tanq̃ vltimi finis/ et non propter aliquẽ finẽ
extrinsecum. Siquidẽ authore ipso pulchro et bono: inferiora in hoc pulchro vniuersi or
dine per hoc ꝙ cõuertuntur ad superiora/a quibus directionẽ suscipiũt ac prouidentiae
munera: amant ipsa praestãtiora. aequalia vero: sociali iure et nexu sibi paria diligũt. om
Ecci.13. ne enim animal(dicit scriptura) diligit simile sibi. Et superiora inferioribus quibus pro-
uident et benefaciunt: etiã amore coniunguntur. omnia itidem subsistẽtia/ seipsa amãt:
ratione suae conseruationis et saluationis. et quaecunq; faciunt et volunt: oĩa ipsius pul
chri et boni desiderio faciunt ac volunt. Insuper et id cõfidenter est astruendum: ꝙ ipse
deus author omnium/ secundum suae bonitatis exuberantiam & abundantiam omnia
produxit ad esse/omnia ad perfectionẽ ducit/omnia cõseruat atq; ad se cõuertit/& amat
Sapi.11. omnia. quemadmodum dicit scriptura. Diligis omnia domine: & nichil odisti eorũ quae
fecisti. Ipse itidem amor dei in creaturas: & bonus est immo superbonus/ & ipsius boni
(nam creatura omnis si naturam attendas: bona est/ sicut & a bono orta) & propter bo
num: quia propter salutem & perfectionẽ creaturarũ/immo propter ipsũ summe bonũ.
Ipse enim beneficentissimus omnium rerum author & amor omniũ supersubstantialis
cum ante mundi productionem in ipsius boni sufficientia & immensitate excellẽter etiã
ab aeterno esset/sine aliqua indigẽtia: nequaq̃ permisit ipsum bonũ in seipso manere in-
foecũdũ q̃tũ ad exteriora/atq; alijs incõmunicatũ. sed mouit ipsũ supreme bonũ ad agẽ-
dũ hãc mũdi productionẽ: per excellentiã suae bonitatis cũcta producentẽ ad ortũ/vt es 56
sent ea quibus suae bonitatis dona cõmunicaret. ¶ Quoniã autẽ nõnulli cõtenderũt no-
mẽ amoris nullo pacto ipsi deo rebusve diuinis attribui debere: ꝙ putarẽt id nomẽ solũ
pro amore carnali & mũdano sumi posse/istorũ falsã sentẽtiã cõfutat hoc loco beat9 pa-
ter. Nemo(inquit) putet nosipsos cõtra scripturae sanctȩ authoritatẽ & vsũ: ipsius amo-
ris nomẽ inducere/aut deo ascribere. Est eni illud absurdũ in disciplinis & irrationabile:
nõ ipsam significationẽ dictionũ attẽdere aut rem ipsam/sed duntaxat in verbis ipsis &
vocabulis haerere/& ad ea cõtentiosum esse aut difficilẽ. Et id sane hominũ est nõ cupiẽ
tiũ intelligere diuina mysteria: sed nudos haurientium sonos dictionum sine significati
intelligentia. & ita sonos illos aure corporali continentiũ: vt nequaq̃ permittant eos pe
netralia animi subire ad insinuandam rem quae designatur. neq; etiã cupiẽtiũ scire quid-
nam rei/huiusmodi verba significẽt: & quomodo oporteat vnũ verbũ obscurius per a-
liud apertius declarari. Qui enim ita affecti sunt homines: solis affiguntur & adhȩrẽt lit
teris & syllabis/nichil intellectui significationis ingerẽtibus. verbis item ignotis addicti
sunt: ipsam mentis intelligẽtiã nequaq̃ subeuntibus/ sed ad exteriora solũ circa loquen-
tiũ labia & audientiũ aures perstrepentibus. quasi nõ liceat: vnũ nomen per aliud cla-
rius & tantundẽ valens explicare. vt quaternarium per bis duo/aut simplices lineas &
quae in priores resolui non possint: per lineas rectas/aut maternã humum in qua scilicet
mater nos in lucẽ ȩdidit: per patriã significare/aut in alijs partibus orationis vbi duȩ di
ctiones idẽ prorsus signãt: nõ liceat vnã quae subobscurior videtur/per alterã dilucidio-

57 rē explanare. ¶In quo & id animaduertēdū/ꝙ nō res ipsæ propter dictiones sunt & no
mina: sed e diuerso litteris syllabis & dictionibus vtimur propter significationes rerū/&
res ipsas quæ signantur nostro intellectui. Cum vero anima nostra intellectualibus ope=
rationibus ad spiritualia & incorporalia promoueri cœperit per abstractionē a sensibili=
bus: tunc superflui sunt nobis ad disciplinam capessendā & sensus ipsi corporales/& sen
sibilia. quēadmodū adueniente eo quod perfectū est: nō amplius in vsu est quod imper=
fectum/& prius propter imbecillitatē fuerat necessariū. Quēadmodū etiā intellectuales
nostræ mentis operationes tūc vacare & cessare dicūtur: quādo anima nostra diuinæ spe
ciei susceptione iā digna habita/atq; gratuita dei dignatione ad illā percipiēdā admissa:
per incomprænhensibilē & ignotā coniunctionē illius ad mentē nostrā/lucis diuinę & in=
accessibilis radios hauserit per iactus luminū supercœlestiū: nequaq̃ corporeo sēsu per=
ceptibiliū. Cū vero mens nostra rerū sensibiliū adminiculo studuerit ad intelligibiles ꝓ=
uehi notiones: illi omnino sensus corporei honore & dignitate præferuntur/ qui effica=
cius & clarius nostrā mentē ad intelligendū adiuuant. quales sunt visus potissimum &
auditus: ambo nobiles & perfecti disciplinæ sensus. quemadmodū apertiores sermones:
obscurioribus merito præferuntur. & quęcunq; ex rebus visibilibus clariora sunt: ijs quę
minus sunt lucida iure præponuntur. Si enim ea quæ sensibus obijciuntur & proponun
tur obscura sint quidnā designant: nequaq̃ poterūt ipsi intellectui nostro subministrare
sensibiliū quæ significātur intelligentiā. quare huiusmodi sensus minus tūc erūt idonei:
58 vt suppeditent auxiliū & adminiculū intellectui ad scientiæ consecutionē. ¶Deinde cō=
probat sacer Dionysius testimonio sacræ scripturæ: ꝙ nomē amoris ipsi deo & rebus di=
uinis recte & crebro attribuatur. Ne (inquit) ista quæ proposita sunt dicendo/violen=
tia & extorta interpretatio sacræ scripturæ videatur inferri: audiāt ipsam sacram scriptu
ram qui nomē amoris accusant/tanq̃ indignū quod deo ascribatur. Dicit enim ipsa per
Salomonē in prouerbijs. Ama sapientiā & seruabit te/circūda illam tibi & exaltabit te: Prouer.4.
honora illam vt cōplectatur te. & quæcunq; alia in sacris litteris amatoria cantica prędi=
cantur. In illis enim frequēs etiā est amoris nomen: diuinis accōmodatū. Quinimmo nō=
nullis sacriloquis & diuinarū rerū tractatorib⁹ viris: diuinius videtur & sacratius nomē
amoris q̃ dilectionis. Scribit enim diuinus Ignatius in sua ad Romanos epistola. Amor Ignatius.
meus: crucifixus est. Et in primis scripturarum instructionibus librisq; introductorijs: in=
ducitur quidam de diuina sapientia ita loquens. Amator factus sum formæ illius. Non
igitur metuendum est cuiq̃ hoc amoris nomen tanq̃ obscenū: neq; quēpiam vllus pertur
bet aduersariorū sermo/aut timore concutiat. Nam deiloqui patres prophetę & aposto=
li/nomen amoris & dilectionis videntur omnino pro eodē sumpsisse: cōmuneq; fecisse et
mundano & supramundano amori. Verū visi sunt ipsi theologi verū amorē atq; nomen
amoris ideo magis diuinis assignare voluisse: vt vanā huiusmodi hominū temeritatem
damnarent/contendentiū amorē deo et supramūdanis substātijs nequaq̃ applicari de=
bere. Cum enim verus et primitiuus amor nō solū a beato patre in hoc loco/ sed etiam a
sacris litteris prædicetur: imperitorū turba nequaq̃ capiens vniformē illam & simplicem
in deo amatoriā nūcupationē/secundū suæ mentis infirmitatē ad diuisibilē carnalem et
mundanū prolapsa est amorē. qui tamē verus amor non est: sed remota solum veri amo
ris imago/aut potius a vero amore prolapsio. quippe diuinus ille/ singularis & simplex
amor: non potest ab ipsa capi multitudine. Proinde nomen illud amoris multis inul=
sum ac odiosum/ diuinæ ascribitur sapientiæ/et in sacra scriptura ponitur: ad illos pro=
mouendos erigendosq; ad veri amoris notionem/ atq; eo quo tenebantur errore libe=
randos. Vbi autem de rebus humanis fit sermo/et locus occurrit vbi carnales homines
aliquid lasciuum aut petulās suspicari possent: honestiore vocabulo scilicet dilectionis
scriptura vtitur/ex industria nomē amoris subticēs: ne prolapsionis det materiam. vt cū
Dauid deplorans mortē Ionathę amici sui: dicit. Cecidit dilectio tua super me: sicut dile 2.regū.1.
59 ctio mulierū. ¶Id tamen dilectionis nomē apud eos qui diuina recte intelligūt/tantun=
dem valet: atq; nomē amoris. neq; a diuinarum rerum scriptoribus et expositoribus no=
men amoris et dilectionis vt diuersa significet ponitur: sed omnino indifferenter sumi=
tur. Estq; nomen illud significatiuum virtutis cuiusdam diuinæ/omnia in vnum colli=
gentis ac connectentis/omniaq; distincte et inconfuse adunātis: quę in ipso pulchro et
bono et propter pulchrum et bonum longe ante res omnes pręextitit. et ex eodem
pulchro & bono gratia pulchri & boni tanq̃ suiipsius & omnium aliorū finis: emanat ad

nos atq; deriuatur. conſeruatq; in rebus ſubiectis omnibus æqualia: pari amicitiæ ſocie-
tate. ſuperiora vero ad inferiorũ mouet prouidentiã: & inferiora ſuperioribus per con- 60
uerſionem ad ea/ſtabiliter coniungit. ¶Declarat deinde vnam diuini amoris proprieta-
tem/vtpote ꝙ extaſin & mentis exceſſum in amãte facit: non ſinens ipſos amatores il-
lo diuino ſuccenſos igne eſſe ſui iuris aut arbitrij/ſed eos in illa quæ amãt omnino trãſ-
ferẽs. Eſt enim id amoris propriũ: ipſum amantẽ/ſecundũ affectũ traducere in amatũ/
vt ignis in ſe ferrũ. Hanc porro amoris conditionẽ declarãt ſuperiora: quæ tanq̄ ſui ob-
lita/inferiorum prouidẽtiæ omnino ſe addixerunt/eãq; continue exercent. Declarant &
æqualia: ꝙ ſe mutuo conſeruant/& ſociali connexione adinuicẽ ſunt deuincta. Similiter
& inferiora idem patefaciunt: quia ad priora & ſuperiora conuerſione quadam ſubiecti-
onis & obediẽtiæ aſpirãt. Ideoq; beatus Paulus cum diuino amore totus inardeſceret:
exceſſiuæ illius virtutis (quam amatoria inducit flãma) factus particeps/ait ad Galatas.
Gala. 2. Viuo ego/iam non ego: viuit vero in me CHRISTVS. In quibus verbis tanq̄ verus &
feruidus amator/mentis ſeceſſum patiens: non ſibi (vt ait) ſed deo vixit. & nõ ſuam ſed
CHRISTI hominũ amatoris vitã patiens/vt valde diligibilem: hãc in ſe vigere conte- 61
ſtatus eſt. ¶His & illud pro veritate adijciendũ eſt: ꝙ ipſe deus author omniũ/per pul-
chrũ & bonũ amorẽ quo omnia proſequitur: ſecundũ amatoriæ ſuæ bonitatis excellen-
tiam & exuberantiã extra ſe fit/transfferturq; ad amata omnia per ſuorũ donorũ elargi-
tionem. pertingendo ad omnia quæ ſubſiſtunt: per multiplicẽ ſuæ prouidentiæ rationẽ
ac modũ. Ipſeq; ſola ſua bonitate amoreq; & dilectione delinitur ac mouetur ad benefa-
ciendum. & ex ſupremo illo faſtigio/quo ſupra omnia & ab omnibus eſt eminenter exce-
ptus: ſeipſum ad id demittit & inclinat/vt inter omnia ſit per ſuorum bonorum gratuitã
cõmunicationem. Facit autem hoc: ſuperexcedens omnia/ſua virtus immẽſa: qua nuſq̄
a ſe progreditur/quia ſemper manet in ſeipſo occultus. & tamen ad omnia ſe diffundit:
quoniam cunctis ſui participationem indulget. Quocirca ſacri patres diuinorũ interpre-
tes/ipſum deum appellant zelotem: vt vehementẽ ad omnia quæ ſunt benigniter aman-
da. & vt excitantẽ ſeipſum ad zelum & ardorẽ illius diuini deſiderij: quo cuncta diligit.
vt etiã demonſtrantẽ: ꝙ ipſum amoris deſideriũ ſit apprime appetibile. Siquidẽ per ip-
ſũ deũ/quæcunq; deſiderantur: ſunt expetenda/& ipſius gratia. & ipſe ſane vere zelo-
tes eſt & acerrimus amator eorum quæ ſuperna prouidentia reguntur/& illa ipſi ſynce-
ro ſunt amore connexa. Eſt namq; id boni & pulchri propriũ: vt ſit amabile & amor ve-
rus. & in pulchro & bono: amor ipſe ſedem etiã ante mundi conſtitutionẽ fixit/& domi- 62
ciliũ. & pulchri & boni gratia: omnis amor eſt & fit/tanq̄ primi ac præcipui finis. ¶Po-
ſtremo rationem reddit: quare a ſacris authoribus deus aliquando dicitur amor & dile-
ctio/aliquando vero amabilis ac diligibilis. Amor quidem & dilectio dicitur effectiua ra-
tione: quia ipſius amoris author eſt & veluti productor. Amabilis autẽ & diligibilis dici-
tur ratione potius paſſiua: quia reuera talis eſt/qui amari diligiq; ſit dignus. Et quate-
nus amor eſt & dilectio: mouetur ad alia diligenda/ferturq; ad amanda ſingula. Quate-
nus vero amabilis eſt et diligibilis: mouet alia ad ſe amãdũ et diligẽdũ. Inſuper & alia
de cauſa deiloqui patres vtrãq; dictarũ appellationũ deo accõmodãt: quia ipſe ſuiipſius
prouocator eſt et incitator ad alia amandũ/et ſibiipſi etiã eſt impulſor et promotor: ad
vniuerſa quæ cõdidit diligẽda. Sola enim bonitate ſua amatoria mouetur/vt cũcta quæ
cõdidit amet: et alia itidẽ mouet/vt ipſum diligãt reciproco et alterno amore. Propter il-
lud autẽ/recte amor et dilectio dicitur. ꝑpter hoc vero/amabilis et diligibilis. Et ipſi di-
uiniloqui ſcriptores deum diligibilem et amabilem vocant: quatenus pulcher et bo-
nus eſt. Eundem autem vocant amorem et dilectionem: quoniam ipſe eſt mouens vir-
tus et prouehens alia ad ſeipſum amandum/eo ꝙ ſolus ipſe: ſumme pulchrum et bo-
num eſt. immo ipſe etiam eſt ſuimet expreſſio et explicatio in rebus conditis per ſeip-
ſũ. ꝙ in vniuerſis et ſingulis creaturis ſemet per ſeipſum inſinuauit et declarauit. eſt etiã
eximiæ illius coniũctionis ſui ad res amatas et rerũ amantiũ ad ſeipſum amatum: beni-
gnus proceſſus atq; ad extera profuſio. Similiter et ipſe/motus eſt amatori9/quo ad res
omnis amãdas progreditur: et quo res omnes ad ipſum amoris reciprocatione reuocã-
tur. motus inquã ſimplex ſine multiformitate/per ſe mouẽs ſine admixtione aduentitię
cauſę: et per ſe operãs ſine alicuius extrinſeci adminiculo. Qui quidẽ motus anteq̄ etiam
mundus ſubſiſteret/ab æterno erat in ipſo bono: deinde ex eo in ſubſtantias conditas
emanans/et deniq; ex illis rurſum ſe ad bonũ ipſum quaſi completo circulo conuertẽs.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

In quo quidem sempiterno motu luculenter & aperte diuinus amor ostēdit/ꝙ principio
et fine careat: tanq̄ circulus quidā æternus circūgyrationē faciens perpetuā/propter bo-
num tanq̄ finem vltimū/ex bono tanq̄ principio & termino a quo proficiscitur huius-
modi motio. in bono vero tanq̄ spacio intellectuali & proprio illius diuinæ circuitionis/
et ad bonum tanq̄ terminū ad quem tendit illa circulatio. Est & circulus ille diuini amo-
ris/in eodē semper & secundum idē progrediens: manens/et regrediēs. nā iugiter in ip-
so summe bono: nusq̄ ab eo digrediēdo. perpetuo itidē secundū eandē eius & indemuta-
bilem bonitatē: procedit ad ea quæ bonitate participāt. manet & in ipso bonitatis fonte:
et in ijs quæ eius percipiunt scaturiginē. remeat vero a rebus subsistētibus: in suum prin-
cipium et originē. Porro supradicta diuini amoris sacramenta sacratissimus Hierotheus
sacrato spiritu afflatus luculenter pertractauit in libro quem conscripsit de amatorijs
hymnis. quæ hic operæpreciū erit in memoriā reducere/& tanq̄ præcipuum quiddam
et singulare: huic nostræ de amore determinationi adijcere.

¶Hierothei sanctissimi ex amatorijs hymnis Cap. IIII. pars II.

63 AMorem(siue diuinum/siue angelicum/siue spiritualem/siue
animalem/ siue naturalem dixerimus)insitiuam quandam A
intelligamus/ commiscentemq́ʒ virtutem: superiora quidem
mouentem ad inferiorum prouidētiam/æqualia vero rursus
ad socialem sui inuicem communionem/ac postremo loco
inferiora vt ad potiora & sublimiora cōuertātur: adigētem. A

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Siue naturalē dixerimus: insitiuā quandā intelli-
gamus/cōmiscenteq́; virtutē. Insitiuā virtutē/ vnitiuā/cōiūctiuā/associatiuā/adunatiuā.

¶SECVNDAE PARTIS QVARTI CA. COMMENTARIVS AD LITTERAM.

63 DIuini Hierothei ex amatorijs hymnis verba hic affert sacer Dionysi9:
quibus ille amorem in multas diducit species/eūdem diffinit/& tria
eius præcipua depromit opera. Diuidit quidē amorē in quinq́ʒ mēbra/
scilicet amorē diuinū: quo deus seipsum & omnia amat. angelicū: quo
cœlestes spiritus ardēt. spiritualē: quo homines spiritualia amāt bona.
animalē: quo bruta secundū appetitum sensitiuū quæ cōuenientia vi-
dentur affectāt. et naturalem: quo plantæ & inanimata omnia ferūtur
inclinatione naturali ad ea quæ suæ naturæ sunt cōsentanea. Diffinit autem amorē esse
virtutem quandā vnitiuam: atq́ʒ cōiungentē amatum cū amante. Nam sicut odiū diui-
dit & separat: ita amor astringit/cōnectit & agglutinat. Tria vero principalia amoris of-
ficia sunt. Primū. mouet priora & superiora ad posteriorū ac inferiorū prouidentiā. Se-
cundum. impellit æqualia ad placidā & æquabilem adinuicē societatem. Tertium. adigit
inferiora vt ad superiora & perfectiora a quibus dirigantur/iugiter cōuertantur.

¶Eiusdem ex eisdem amatorijs hymnis. CAP. IIII. pars III.

64 QVoniam plurimos amores ex vno profluētes disposuimus:
diximusq́ʒ deinceps cuiusmodi sunt mūdanorum/eorumq́ʒ
qui supra mundum sunt amorum cognitiones ac virtutes.
quibus supereminent iuxta assignatam orationis intentio-
nem spiritualium atq́ʒ intelligibilium amorum ordines atq́ʒ
distinctiones. post quas qui per se intelligibiles sunt ac diui-
ni: pulchri ibi veraciter amores antistant/et a nobis pro viribus: proprie sūt
celebrati. Nunc rursus resumentes/omnes in vnum & conglobatum amo-
rem/ipsorumq́ʒ omnium parentem colligamus simul atq́ʒ congregemus: B
ex multis primum in duas omnino ipsum contrahentes amatorias vires.
ex quibus obtinet/atq́ʒ dominatur omnibus causa illa absolutissima amo-
ris omnis/omnia longe antecellens: & ad quā intenditur pro modo cuiusq́ʒ
substātię amor ille integer/atq́ʒ vniuersus: qui ex ijs quę sūt ōnibus nascitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4 pars 3 4

B ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Ex multis primū in duas omnino ipsum contrahentes/amatorias vires. Vna quidē est: quæ a summis ad ima deriuatur amatoria prouidentia: perinde ac lux solis in omnia transfunditur subiecta corpora. altera vero amatoria vis/ex imis rursum colligitur ad summa: haud secus ac lumen per omnia subiecta ad primitiuæ lucis originem resilit corpora. Non est enim sub luce subiectum cōtentū corpus: aquo resilitio non fiat/& quasi tacita quædam rerum omnium genitricis lucis veneratio/& luminū omnium cōuersio. et ea quā circa densa & opaca corpora cernimus: crassior est. et idcirco crassiori sensui peruior atq; manifestior. quæ vero circa lympidiora/et puriora: lympidior ac impermixtior. et talis est in rebus/naturalis naturāq; sequens/et suis initijs consentaneus amor.

¶TERTIAE PARTIS QVARTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM. 64



Rursum diuini Hierothei verba ex supradicto opere adducit beatus pater: quibus et amorē primum in diuersa dissecat mēbra/deinde omnia illa in vnum reuocat atq; simplicē amorē. quoniā (inquit) ostensum est plurimos & diuersos amores ex vno amore tanq̄ fontano profluere/dictumq; est deinceps quę & quales sunt mundanorū amorum conditiones: quibus huius mūdi delectabilia & bona aut a brutis animantibus aut hominibus carnalibus amātur. quales itidē sūt cognitiones & virtutes amorū supramūdanorum: quibus spirituales homines supercœlestia bona & quæ vere bona sunt/magno animi ardore ābiūt. Illis autē duobus amoribus iuxta factā prius determinationē superemnēt dignitate & perfectione angelicorū spirituum amores/illorumq; decētissimi ordines & gradus/quibus superdiuina et intelligibilia bona longe perfectius q̄ homines amant. Supra quos cœlestiū substātiarum amores: multo præcellunt primitiui & veri amores diuini/ab alijs non pendentes sed per se & supersubstantialiter in deo sedem habentes: qui a sanctis patribus et diuinarū rerum scriptoribus honestissime & potissimū laudati sunt ac prædicati. Nunc igitur omnes isti multiformes amores in vnum supremū ac primarium sunt cōglobandi/& in deum ipsorum amorū omnium parentē colligendi. atq; ex multis diuersisq; amoribus in duas potissimū vires amatorias contrahendus est amor ipse: vtpote in eam quæ a summis ad ima profluit/per prouidētissimam in omnes beneficentiā. & in eam quæ reflexo motu ab imis rursum ad summa resilit ac recurrit. Istis autem duabus viribus/sicut & amoribus omnibus: dominatur ipse deus absolutissima & primitiua causa omnis amoris/omnia longe præcellens. et ad quē conuertitur totisq; aspirat viribus secundū rationē & modum substātiæ cuiusq; rei: amor ille totus integer & cōpletus totius vniuersi/qui ex omnibus rebus quæ subsistunt enascitur. & ex singulis in vnū amoris globū collectus: ad ipsum amoris fontē recurrit.

¶Eiusdem ex eisdē amatorijs hymnis. CAP. IIII. pars IIII. 65



Age itaq; & has rursus in vnum colligentes dicamus: vt vna
quædā est simplex virtus seipsam mouens ad insitiuā quan-
dam concretionē ex summo bono ad extremā vsq; substan-
tiam. a qua rursus deinceps per omnia ad bonum ipsum: ex
C seipsa & per seipsā/et in se ipsa seipsā circuiens/atq; in seipsa 66
semper eodē modo remeās. ¶Atqui dixerit quispiā. si omni-
Hactenus ex diuino Hierotheo bus et pulchrum & bonum amabile est et desiderabile ac diligibile (deside-
rat enim ipsum: & quod non est/vt antea diximus/et in ipso ferme esse con-
De malo. tendit. ipsumq; est/quod speciem etiā informibus facit. & in ipso etiā quod
non est: supersubstantialiter dicitur & est) quo modo dæmonū turba pul-
Tenatio mali. chrum ac bonū non desiderat? sed affixa materiæ & circa bonum expeten-
dum angelica identitate delapsa: malorū omnium causa & sibi ipsi/& alijs
(quæq; maliciæ dederūt manus) esse dicitur? Quo item pacto cum ex bono
deducta sit dæmonica cohors: boni speciē nequaq̄ pręfert? Aut quomodo
bona ex bono facta: mutata est? & quid est quod ipsam efficit malā? et om-
nino quid est malum? & ex quo initio subsistit/et in qua substantiarum est?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

et quą ratione qui ſumme bonus eſt/ipſum producere voluit? vel ſi voluit:
potuit? & ſi alia ex cauſa dicitur malũ: quænã alia ijs quæ ſunt/pręter ſum-
mum bonũ eſt cauſa? Quomodo vero prouidentia cum ſit: malum eſt/aut
omnino ſit/aut certe non tollitur? & quo pacto ipſum/aliquid ex ijs quæ
67 ſunt (bono omiſſo) deſiderat? ¶ Iſta quidẽ forte dicturus eſt quiſpiã/huiuſ-
modi dubitationibus motus: at nos contra orabimus vt in rerũ aſpiciat ve-
ritatem. Ac primũ quidem iſtud cõfidenter dicemus: ꝙ malum ex bono Malum ex bono nõ eſt
nequaq̃ eſt. & ſi ex bono ſit: malũ profecto non eſt. Neqꝫ enim proprium
eſt ignis/refrigerare: neqꝫ boni/non bona producere. et ſi quæ ſubſiſtunt:
omnia ex bono ſũt. natura eſt enim bono: producere atqꝫ ſeruare. malo au- Malũ non eſt ex malo
tẽ: corrũpere ac perdere. nulla igitur ſubſtãtia ex malo eſt. Neqꝫ quidẽ ex
malo ipſum erit malũ: ſi quidem ſibiipſi ſit malũ. Quod niſi ita ſit: malum
nõ omnino erit malũ/ſed boni quãdam ſecundũ quã ſubſiſtat habebit por- Malũ inter ſubſtantias non eſt.
tionẽ. Et ſi quæ ſunt: pulchrũ bonumqꝫ deſiderant. & omnia quæcũqꝫ faci-
unt: propter id quod videtur bonũ faciunt. omniſqꝫ ſubſtantiæ deſtinatio:
principiũ habet ac finẽ/bonũ illud (neqꝫ enĩ quicq̃/mali naturã aſpiciẽs: ea
facit q̃ facit) quo modo ergo erit inter ſubſtãtias malũ? aut quo pacto ſub-
ſtãtia eſt: cũ ſit iſtiuſmodi bono appetitu deſtitutũ? Et ſi quæ ſunt õnia: ex
bono ſũt/bonũqꝫ ipſũ õnia ſuperat: eſt quidẽ in bono/& quod non eſt ſub- D
ſtãtia. Malũ vero neqꝫ ſubſtãtia eſt (alioqui non õnino malũ eſt) neqꝫ non
ſubſtãtia eſt. nã nichil erit quod õnino ſubſtantia non ſit/niſi in ſummo bo-
no per ſubſtãtiæ ſuperexceſſum dicatur. Igitur bonũ quidẽ erit longe prius:
et eo quod ſimpliciter eſt/& eo quod non eſt/atqꝫ excellentius fixũ. malum
vero neqꝫ in ijs quæ ſunt eſt: neqꝫ in ijs quæ non ſunt. ſed ipſo quoqꝫ quod
68 non eſt/a bono alienius eſt malum: multoqꝫ a ſubſtantia remotius. ¶ Vnde Obiectiões ꝙ ſit malũ.
ergo malũ eſt dicet quiſpiã? niſi enim ſit malum: virtus & viciũ idem erit.
omniſqꝫ virtus: ipſũ erit quod tota vicioſitas. et quæ particularis eſt virtus:
hoc erit quod vicium itidẽ particulare. aut neqꝫ quod virtuti aduerſatur: erit
malum. Atqui contraria caſtitati luxuria eſt: iuſtitiæqꝫ iniuſtitia. neqꝫ pro-
fecto dixerim: iuſtũ & iniuſtũ/caſtũqꝫ & luxurioſum idem eſſe. Verũ et an-
teq̃ foris appareat virtutis aduerſus improbitatẽ diſſidentia: in ipſa longe
prius anima prorſus diſtant a virtutibus vicia/perturbationeſqꝫ contra ra-
tionem rebellant. atqꝫ ex his neceſſe eſt dare aliquod contrariũ bono: malũ.
Neqꝫ enim ſibiipſi aduerſatur bonũ: ſed veluti ex vno initio vnaqꝫ cauſa ge-
nitum/ſocietate & coniunctione et amicitia gaudet. & neqꝫ minus bonum:
maiori cõtrariũ eſt. quia nec minus calidum aut frigidũ: amplius calido ad-
uerſatur aut frigido. eſt igitur inter ſubſtãtias/atqꝫ ſubſiſtit: oppoſitũqꝫ ad-
uerſatur bono malũ. Et ſi corruptio ſubſtantiarũ eſt: non id excludit a ſub-
ſtantia malũ. ſed erit ipſum quoqꝫ ſubſtantia: & ſubſtantias generans. An
vero non ſæpe alterius corruptio: alterius generatio fit? eritqꝫ malũ ad toti-
us perfectionẽ cõferẽs: atqꝫ vniuerſo (ne ĩperfectũ ſit) per ſeipſum præſtãs.
69 ¶ Dicet ad hæc vera ratio. malum qua parte eſt malũ: nullã ſubſtantiã aut Malũ nichil producere.
generationẽ facere/ſolũqꝫ violare atqꝫ corrumpere (quoad in ipſo eſt) ſubſtã-
tiã rerum. Qꝫ ſi quis ipſũ dicat generationis authorẽ: ꝙ alterius corruptio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ne/alteri generationē largiatur.respondebimus verissime/ ꝙ non qua parte corrumpit:tribuit generationem.sed qua corruptio & malū est:corrumpit/ ac violat solū.generatio vero atq; substantia:propter bonū fit.& erit malū ex se quidē corruptio:generationis autem efficiens propter bonum.et qua parte quidē est malum:neq; substātia est/neq; substantiarū efficiēs.propter bonum autem & substantiā:& bonum et bonorū efficiens erit.immo vero neq; erit idem in eodem & bonū et malum:neq; erit eiusdē corruptio & generatio/eadē secundū idem virtus/neq; ipsa virtus aut ipsa corruptio.quod enim ipsum malū est:neq; substantia/neq; bonū/neq; generās/neq; substātiarum aut bonorū efficiens est.Bonum vero quibuscūq; se perfecte insinuauerit:perfecta facit/& mera atq; integra bona.quæ vero minus ipsi participant:per defectum boni & imperfecta sunt/et mixta bona.neq; est omnino malum:neq; bonū/neq; beneficū.sed quod magis aut minus appropinquat bono:pro modo suo erit bonū.Nam quæ per omnia pergit perfecta bonitas:non ad eas solū quæ circa se sunt eximie bonas substantias penetrat/verum ad extremas quoq; pertingit/alijs penitus præsens/alijs inferiore modo/atq; alijs in fine:vt singula capere possūt.atq; alia omnino participant bono:alia vero magis eo/minusve priuata sunt.alia autem perexiguam habēt participationē:atq; alijs extremo modo adest bonum.Nā nisi pro captu cuiusq; singulis adesset bonū:augustissima quæq; et ātiquissima/ extremorū profecto tenerent ordinem.& qui fieri posset/vt vno modo omnia bono participarent:cum non sint idonea omnia ad eius participationē exactissimā prouehi?at nunc ista est excellens magnitudo virtutis boni:ꝙ ea quoq; quæ priuata sunt/& sui ipsius priuationem sustentat/vt integre ad ipsius participationem admittātur.et si confidentius astipulari oportet veritati:etiam quæ illi repugnāt/ipsius virtute & sunt et repugnare possunt. 70

¶Immo vt breuius loquar/quæ sunt omnia:inquantū sunt/& bona et ex bono sūt.inquantū vero priuata sunt bono:neq; bona sunt/neq; subsistūt. nam sub alijs quidem affectionibus subsistunt:puta calore aut frigore.vt quæ calefacta sunt:perstant etiam vbi ea deseruerit calor.& vitæ ac sensus pleraq; expertia:sunt.Et substantiā supereminet deus:& est supersubstan-
E tialiter/atq; simpliciter.in alijs quidē omnibus iam aliquanto labessente/ neq; omnino indito habitu substātiæ:sunt/& subsistere possunt.Quod autem per omnem modū bono priuatum est:nusq̃ nequaq̃/neq; fuit/neq; est/ neq; erit/neq; esse potest.verbi gratia/impudicus etsi per irrationabilē concupiscentiam bono priuatus est:in eo quidē non est/neq; concupiscit ea quæ sunt.iuxta tamen ipsam coniunctionis/atq; amicitiæ vel tenuē imaginem: est particeps boni.Et ira itē boni est particeps ex ipso motu:quo appetit q̃ videntur mala adid quod videatur bonū dirigere/atq; conuertere.Et ipse qui deterrimā appetit vitā(vt qui omnino vitā desideret:etiā quæ sibi videatur optima)ex eo ꝙ desiderat/vitāq; desiderat/& ad optimā aspicit vitā: boni est particeps.Et si omnino sustuleris bonum:neq; substantia erit/neq; 71 vita/neq; desiderium/neq; motus/neq; aliud quicq̃.¶Itaq; & ꝙ ex corruptione fiat generatio:nō est mali virtus/sed minoris boni præsentia.Sicuti

Manuductio ex morbo.

et morbus defectus est ordinis:non omnis.nam si hoc sit:neq; morbus iste subsistet.manet autem & est morbus:substantiam habens minimū ordinē/ et in ipso fere subsistēs.Nam quod est omnino expers boni:ipsum neq; est/ neq; inter substātias est.Quod autē mixtū est in rebus:boni causa secundū id quoq; inter substātias est/atq; subsistit inquātū est particeps boni.immo vero quæ sunt omnia:intantum magis/minusve erunt/inquātum ad boni consortium accedunt.Nam & in eo quod esse ipsum est/quod nusq̄ nulloq; modo est:ne erit quidem.quod autem alicubi est/alibi vero nō est:inquantum quidem ab eo quod semper est decidit/non est.inquātum vero vt esset accepit:intantum est.& eo ipso/id totum quidquid ipsius est/et etiam quod ipsius non est:tenetur atq; seruatur.Nēpe malū id quidem quod bono penitus excidit:neq; inter magis/neq; inter minus bona erit. quod autē alicubi bonū/alibi non bonum est:aduersatur quidē bono cuidam/non autē integro & absoluto bono.teneturq; et ipsum participatione boni:substātiāq; addit bonū ipsum etiam priuationi suæ aliqua participatione sui.Nam si bonum prorsus abscedat:neq; omnino bonū erit/neq; mixtum/neq; ipsum malum.Nam si malū/imperfectū est bonum:per vniuersam absentiā boni/ et imperfectū & perfectum aberit bonū.tuncq; solum erit atq; apparebit malum:cū alijs quidem est malū quibus aduersatur/ab alijs vero tanq̄ bonis exceptū est.pugnare enim adinuicē eadem secundū eadem in omnibus: Iterū malū in entibus non esse.

72 possibile non est.Non igitur substantia est malū.¶Sed neq; est in substantijs/malū.Nam si quæ subsistūt:omnia ex bono sunt.& in omnibus substātijs est:& omnia continet bonum.non igitur erit malū in substantijs:aut in bono erit malum.Atqui in bono nō erit:quippe neq; in igne frigidum est. Neq; quidem erit malū:eo ipso q; bonū efficit malū.si igitur erit:quomodo erit in bono malum?Si quidē ex bono esse dicatur:ineptū simul id est et impossibile.neq; enim potest(ait veritas)arbor bona fructus malos facere: F neq; item ecōuerso.Si autem ex ipso non est:ex alio profecto principio/et alia ex causa erit si est.nam aut malū ex bono erit/aut ex malo bonum/aut G (si & idipsum possibile nō est)ex alio initio & causa erit et bonum & malū. nulla enim dualitas:principiū est.vnitas vero:dualitatis erit initium.ac fieri non potest:vt ex vno atq; eodem duo penitus contraria prodeant/et vt sit ipsum principium non simplex & singulare:sed diuisum et præferens dua-

73 litatem/contrariūq; sibi ipsi atq; immutatū.¶Nempe neq; duo rerum contraria principia esse possibile est:& ea in se mutuo et in mūdo esse repugnātia.Nam si hoc detur:erit deus quoq; non exors difficultatis atq; molestiæ: si quidem sit aliquid quod ipsum quoq; perstringat.deinde cuncta erunt inordinata/semperq; pugnantia:cum certe bonum ipsum/quæ sunt omnia H amicitiæ fœdere copulauerit/ipsaq; pax & pacis largitor celebratur a theologis sanctis.Quocirca & bona omnia amicitiæ nectuntur fœdere/sibiq; cōsentiūt:vna ex vita progenita/atq; ad vnum compacta bonū/& placida atq; similia/& pari appellatione coniuncta.Itaq; non est in deo malum:et Ex deo nec in deo esse malum.

74 malum/diuinū non est.¶Sed neq; est ex deo malum.aut enim bonus non est:aut bona facit/& bona producit.neq; aliquādo quidem atq; aliqua:ali-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quando vero non/& non omnia, pateretur enim in hoc mutationem ac variet atem etiam circa id quod est omniū augustissimū atq; causa, sin autem in deo bonū substantia est/et in eo malū: erit quidē transiens ex bono deus/aliquando ens: aliquando vero non ens. Q; si participatione bonū habet: et ab alio habeat necesse est, sicq; aliquando habebit: aliquando vero non. Non igitur ex deo malum est/neq; in deo: neq; simpliciter/neq; secūdū tempus. ℂ Sed ne in angelis quidem est malū. Nam si enūciet diuinam bonitatem boni speciem præferens angelus/illud per participationē existens secūdo loco/quod secundū causam est id quod enunciatur primo: imago dei est angelus/manifestatio inuisibilis lucis/speculum purū/lucidissimū/nitidum/incoinquinatū/immaculatum, suscipiens in se totam (si fas est dicere) pulchritudinē diuinæ speciei preclare insignitæ: & in seipso syncære insinuans (vt possibile est) secretioris adytorum silentij bonitatem, itaq; neq; in angelis est malum. An vero ideo sunt mali: ꝙ puniant peccatores? Ea ratione et qui peccātes plectūt/mali erunt: et qui de sacris ordinibus prophanos a diuinis mysterijs arcent. Atqui nō plecti malum est: sed dignū supplicio fieri/neq; pro merito sacris arceri: sed scelestū et prophanū fieri/et indignū qui ad sacramēta admittatur. ℂ Sed neq; dæmones natura mali sunt. Nā si sūt per naturam mali: neq; ex bono sunt/neq; inter substantias sunt, neq; item ex bonis mutati: si per naturā seperq; mali sūt, deinde sibi an alijs sūt mali? Si quidē sibi: etiā seipsos perdūt, si autē alijs: quomodo corrūpūt? aut quid corrūpunt: substantiā/an virtutē/aut operationē? Si substātiā: primū quidē non vltra naturam. Nam quæ per naturā sunt incorruptibilia/nequaq̄ corrumpunt: sed quæ corruptionē admittūt. Deinde ne istud quidē omnibus/et omnino malū est, sed neq; quicq̄ corrūpitur ex ijs quæ sunt/inquātum substantia & natura est, sed defectu naturalis ordinis/congruentiæ & commensurationis infirmatur ratio: cum eodē modo manere debeat, infirmitas vero: perfecta non est, nam si perfecta esset: & corruptionem perimeret/atq; subiectum, essetq; huiusmodi corruptio: fuimet quoq; corruptio, atq; istiusmodi nō esset malum: sed deficiēs bonum. Nam quod omnino expers boni est: neq; inter substātias erit. Eadem & de corruptione virtutis atq; operationis/ratio est. ℂ Deinde quonā modo dæmones a deo facti: mali sunt? bonum enim bona producit/& statuit. Ac mali dicūtur/dixerit quispiam: sed non secūdum ꝙ sunt, ex bono enim sunt/bonamq; sortiti substātiam. I sed ex eo ꝙ non sunt: ꝙ iuxta sacra eloquia infirmati sunt ad seruādum suum principatū. In quo enim obsecro malos fieri dæmones dicimus: nisi in vacatione diuinorū bonorum habitus/atq; operationis? Præterea si natura mali sunt dæmones: semper ergo mali, atqui malum: instabile est, itaq; si semper eodē modo se habēt: non sunt mali, semper enim idē esse: boni proprium est. Si autem non semper mali: non natura mali sunt/sed angelicorū bonorum indigentia, neq; tamen omnino exortes boni sunt: quia & sunt/et viuunt/& intelligūt, estq; in eis quidā desiderij motus. Mali vero esse dicūtur: ꝙ circa naturalem operationē infirmentur, auersio itaq; est illis malum/ꝙ exciderint/potitiq; non sint naturalibus bonis: imperfectioq; et imbecil-

In angelis nō esse malum.

Dæmones natura malos nō esse.

In dęmonibus malū/neq; natura neq; vt quid exñs adesse.

litas/& infirmitas/ac fuga & prolapsio virtutis conseruantis eis inditã per=
78 fectionem. ¶ Ad hæc/quidnã est in dæmonibus malũ: furor irrationabilis/
demens concupiscẽtia/imaginatio præceps atq; proterua? Verũ ista quãq̃
in dæmonibus sunt: non prorsus/neq; in omnibus/neq; ipsa secũdũ se ma=
la sũt. Nãq; in alijs animãtibus non ista habere/sed his carere: potius corru
ptio est animãtis & malum. sicuti contra/his niti: saluat/& esse facit istis sub=
nixam animãtis naturam. Non itaq; mala est dæmonũ gens/qua parte se=
cundum naturã est: sed qua parte non est. Neq; immutatũ est/traditũ illis
totum bonum: sed ipsi dato sibi toto bono exciderũt. neq; indulta illis ange
lica munera/immutata dicimus: verũ sunt & integra et lucidissima perstat.
licet ipsi non videãt occlusis scilicet viribus/quibus bona sua intueri possint.
Itaq; ꝙ sunt: & ex bono sunt/& boni sunt/et pulchrũ bonumq; desiderant.
vt sint/& viuant/et intelligant quæ subsistunt: desiderantes. cæterum priua=
tione atq; effugio/prolapsioneq; conueniẽtiũ eis bonorum: mali dicuntur.
et sunt mali: in quo non sunt. & quod non est/appetentes: malum profecto
79 desiderãt. ¶ Ac animas quispiã esse dixerit malas: si quidem ideo quia at=
tendunt/inuigilantq; malis/vt prouideãt atq; saluent. hoc malum non est
sed bonum/& ex bono proueniens: quod malum etiam efficit bonũ. Et si
malas fieri animas dicimus: in quo fiunt malæ? nisi in bonarum qualitatũ
operationumq; defectu/atq; proueniẽte ex infirmitate propria priuatione/
ac prolapsione fruendi bonis suis. Nam & circũfusum nobis aerem offun=
di tenebris dicimus: defectu atq; absẽtia lucis. ipsa vero lux semper lux est:
quæ etiã illuminat tenebras. Itaq; neq; in dæmonibus neq; in nobis est ma
lum quasi existens: sed vt defectus ac desertio cõsummationis propriorum
80 bonorum. ¶ Sed ne in mutis quidẽ animantibus est malum. Nam si sustu=
leris iram & concupiscentiã et cætera quæ dicuntur (et non sunt simpliciter
per sui naturam) mala: leo fortitudine & ferocitate amissa/leo esse desistet.
blandus item omnibus effectus canis: canis non erit. quippe latrare/canis
proprium est: & domesticos admittere/alienosq; propellere. itaq; naturam
non corrumpi: malum non est. naturæ vero corruptio: infirmitas est/ac
defectus naturalium qualitatum/& operationũ atq; virtutum. Et si cuncta
quæ nascuntur/perficiũtur in tempore: ne imperfectũ quidem omnino per
81 vniuersam cõperias naturã. ¶ Sed neq; in tota natura est malum. Si enim
omnes naturales rationes ab vniuersali natura ducũtur: nichil est quod illi
aduersetur. Porro singulari naturę partim secũdum naturã erit: partim nõ.
est enim pręter naturã alij/aliud. et quod huic secũdum naturã: alteri præter
naturã est. naturæ vero vicium: quod præter naturã est/ipsaq; priuatio na=
turalium. Nõ est itaq; natura: mala. sed hoc est naturæ malũ: ꝙ naturæ suæ
82 propria nequit efficere. ¶ At enim ne in corporibus quidẽ est malũ. fœdi=
tas enim & morbus: defectus speciei est/et priuatio ordinis. hoc vero non
vsquequaq; malũ: sed minus pulchrum est. Nã si fiat omnino pulchritudi=
83 nis et speciei/ordinisq; solutio: peribit ipsum quoq; corpus. ¶ Qđ autẽ neq;
maliciæ causa sit corpus animæ/ex eo cõstat: ꝙ etiam sine corpore malicia
possit irrepere/sicuti in dæmonibus. Est enĩ hoc/& spiritibus & animabus

Quid in dæmonibus malum.

K

In animabus nõ esse malum vt qd existẽs.

Itidẽ neq; in brutis animãtibus malũ esse.

In tota natura non esse malũ.

In corporibus malum non esse.

L

Cap. 4 pars 4

Materia inq̃tũ materia malum nõ est: neqꝫ quidẽ in ea malum est.

et corporibus malũ: si infirmẽtur/ & excidãt bonorũ suorum habitu. ¶ Sed 84
ne in materia vulgatissimũ quidem est (vt aiũt) malum: inq̃tum materia est.
Et ipsa enim: ad ornatus/ & pulchritudinis/ et speciei accedit consortium. Si
autem extra hæc materia existẽs/ in seipsa qualitatem speciemqꝫ desiderat:
quo pacto facit aliquid materia/ quæ nec vt pati possit secundum seipsam
habet? Præterea quomodo malum est materia? Nam si quidẽ nusq̃ nulloqꝫ
pacto est: neqꝫ bonum profecto est/ neqꝫ malũ. Sin autem quomodolibet
est/ et quæ sunt omnia ex bono sunt: & ipsa ex bono sit necesse est. et aut bo-
num mali efficiens erit/ aut malum quasi ex bono sit: bonũ erit. aut malum
erit efficiẽs boni: siue etiam bonum (vt ex malo ductũ) malum erit. aut duo
rursus erunt principia: & hæc alio quodam dependentia capite atqꝫ princi-
pio. Si autem asserunt materiam ad perfectionẽ mundi totius fuisse necessa-
riam: quomodo erit materia malum? aliud est enim malum: aliud neces-
sarium. Qua enim ratione: bonus ex malo aliqua ad generationem ducit?
aut quomodo malũ bono necessarium? fugit sane boni naturã: malũ. Quo-
modo item gignit ac nutrit naturã materia: si mala est? malum enim eo quo
malum est: nullius est gignens/ aut nutriẽs/ aut omnino efficiens/ aut seruãs. 85
¶ Qz si dixerint ipsam quidem in animabus maliciã non facere/ verum eas
attrahere: quomodo hoc verum erit? plurimæ namqꝫ ex his bonum intuen-
tur. at id qui fieri posset: si eas materia ad malum prorsus attraheret? Non
itaqꝫ ex materia malum animabus prouenit: sed ex inordinato/ & delin-
quente motu. Si autem & hoc asserant omnino materiã sequi/ estqꝫ necessa-
ria instabilis materia ijs quæ in seipsis figi nõ valent: quomodo malum est
necessarium/ aut quomodo necessarium malum? At neqꝫ id quod dicimus
priuationẽ: viribus proprijs reluctatur bono. nam priuatio si vniuersa po-
nitur: viribus omnino destituitur. singularis vero/ non ex eo ꝙ priuatio est/
vires habet: sed quia priuatio perfecta non est. Nempe enim si priuatio bo-
ni particularis sit: non vsquequaqꝫ malũ est. qua abeunte/ simul & mali na- 86
tura discedit. ¶ Atqꝫ vt paucis expediam/ bonum ex vna & tota causa: ma- 87
lum ex multis/ particularibusqꝫ proficiscitur defectibus. ¶ Nouit deus ma- 88
lum vt bonũ: atqꝫ apud ipsũ malorũ causæ/ virtutes beneficæ sunt. ¶ Quod
si malum: sempiternum est/ et creat/ & potest/ et est/ & agit: vnde sibi ista? an 89
ex bono/ an bono ex malo/ an vero ambobus ex causa alia? ¶ Omne quod
secundum naturam est: ex definita nascitur causa. si autem malum causa ac
definitione caret: secundum naturam nõ est. Neqꝫ enim naturæ inest: quod 90
est præter naturam. neqꝫ inertiæ: in arte est ratio. ¶ Num ergo anima/ ma-
lorum est causa: sicuti calefaciẽdi ignis? et omnia quibus se insinuarit: mali-
cia replet? An vero bona est quidem animæ natura: operationes vero suas
aliquãdo sic peragit/ aliquãdo non sic? Nempe si per naturã/ est animæ ma
la substãtia: vnde illi substãtia est? an ex causa illa bona: conditrice omniũ?
M Sed si ex ea: quomodo per substãtiã mala? Bona sane sũt õnia: quæ ab illa
progenita sũt. Sin autẽ per operationes: neqꝫ istud est immutabile. alioqui
vnde illi virtutes inessent: nisi boni hausisset speciẽ? Restat igitur vt malũ: in- 91
N firmitas sit/ atqꝫ a bono defectio. ¶ Bonorũ causa: vna est. & si bono malũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

contrarium: mali causæ sunt plurimæ. non tamen efficientes malorum/ra-
tiones atqꝫ virtutes: sed impotentia/ & infirmitas/ & dissimiliū incongrua
permixtio. Neqꝫ vero immobilia & eodem modo se semper habentia/ma-
la sunt: sed infinita & indeterminata/ & in alijs aliter peruagantia/ & ipsis
92 quoqꝫ infinitis. ¶ Omniū etiam malorū initiū & finis: bonū erit. Boni eni
gratia/omnia sunt: & quæqꝫ bona/ & quæqꝫ contraria. & hæc enim: appeti-
tu boni aggredimur. nemo etenim in malū intuens: agit quæ operatur. Id-
circo neqꝫ substantia nititur malū/sed substantiæ simulacro: dū boni gra-
93 tia/ & non suiipsius geritur. ¶ Malo secundū accidens est applicanda sub-
stantia/ & propter aliud: non ex initio proprio. vt quod cū fit: rectum quidē
esse videatur/ quia boni gratia fit. reuera autē rectum non sit: quia quod bo
94 num non est/arbitramur bonū. ¶ Ostensum est aliud esse quod expetitur:
aliud vero quod agitur. Itaqꝫ malū est præter viam/ præter intentionē/prę-
ter naturā/ præter causam/ præter initiū/ præter finem/ præter diffinitionē/
pręter voluntatem/præter substantiā. Est igitur malū priuatio/ & defectio/
infirmitas/inconuenientia/atqꝫ frustratio: destinatione/ pulchritudine/ vita/
sēsu/ ratiōe/ perfectione/ ac sede/ & causa priuatū: indefinitum/ infœcundum/
ociosum/ imbecillum/ inordinatū/ dissimile/ infinitum/ tenebrosum/ carensqꝫ
95 substantia: & ipsum nullo modo/ nusq̄ & nichil existens. ¶ Quomodo po-
test omnino aliquid/malū? Permixtione boni. quod enim boni prorsus ex-
pers est: neqꝫ est quicq̄/ neqꝫ quicq̄ potest. Nā profecto si bonū substātia est:
& cōsilio/ ac valentia/ & actione præditū: quomodo quod huic aduersatur
aliquid poterit/ substantia/ prudentia/ virtute atqꝫ operatione priuatum?
96 ¶ Non omnia omnibus/ & prorsus eadem secundum idem mala sunt. ve-
rum dæmoni malum est: ꝙ boni specie insignē/ animum reppulit. animæ:
97 ꝙ a ratione defecit. corpori vero: ꝙ a natura desciuit. ¶ Si prouidentia est:
quomodo omnino sunt mala? Non est malum qua parte malum: neqꝫ sub-
stantia/ neqꝫ inter substantias. nichilqꝫ in rebus: prouidentiæ gubernatione
deseritur. neqꝫ enim malum: substantia est conspicua/ & in aperto in bono
subsistens. Et si nichil in rebus existentibus boni participatione caret/ malū
vero est a bono defectio (nichil reuera in substantijs: bono vsquequaqꝫ pri-
uatum est) in omnibus quæ subsistunt: diuina prouidentia est/ nichilqꝫ ex
ijs non prouidentia agitur. sed ijs quoqꝫ qui fiunt mali: benigne prouidētia
vtitur ad illorum/ siue aliorū cōmunē/ seu priuatā vtilitatē: & proprie cuiqꝫ
substantiæ prouidet. Ideo & absurdam plane multorum rationem nō ad-
mittimus: qui asserunt oportuisse prouidentiā inuitos etiam nos ad virtu-
tē ducere. Neqꝫ enim est prouidētię: violare naturā. Quocirca vt prouidētia
cuiusqꝫ naturæ est seruatrix: eis quæ per se mouenť (vt libero aguntur arbi-
trio) ꝓuidet. oībusqꝫ & singulis ꝓprie: vt oīm/ singulorūqꝫ natura capit. & to
tius/ ac vniuersę prouidētiæ: pro modo cuiusqꝫ ꝓuidētissimas bonitates im
98 partit. ¶ Nō igitur est substantia malū: neqꝫ est inter substātias malū. nusq̄
enim malum est: qua parte malū. & fieri malum: non virtutis/ sed infirmita-
tis est. Atqꝫ dæmonibus quod sunt quidem: & ex bono simul & bonum
est. malum vero illis est: a proprijs bonis prolapsio/ atqꝫ defectio. & im-

mutatio identitatis atq; habitus: infirmitas eſt (quæ illis conſentanea eſſe
debet) perfectionis angelicæ. atq; expetunt bonũ: qua parte eſſe/ & viuere/
& intelligere appetunt. & non appetunt bonũ: dum quod non eſt/ appetũt.
Q neq; eſt illud appetitio: ſed verȩ fruſtratio appetitionis. ¶ Eos autem in ſci- 99
entia peccantes ſcriptura vocat: qui circa boni notionem haud eos laten-
tem/ atq; actionem infirmantur. & qui ſciunt voluntatem: & non faciunt.
qui audierunt quidem: ſed infirmantur circa fidem/ aut operationem boni.
cum nolint quidam intelligere/ vt bene faciant: ex peruerſione/ ſiue infirmi-
tate voluntatis. Prorſuſq; malum eſt/ vt ſæpe iam quoq; diximus: infirmi-
tas & imbecillitas/ ac defectus: vel ſcientiæ/ vel notionis/ vel fidei/ vel appe- 100
titionis/ vel operationis boni. ¶ At dixerit quiſpiam/ non puniri meretur
infirmitas: ſed contra veniæ digna eſt. Nempe niſi licuiſſet obſiſtere: non
R ignaua eſſet ratio. Si autem bonum illud ſuppeditat vires (quod iuxta
ſcripturæ fidem: dat omnibus omnino congrua) laudandũ nõ eſt: ſi ex bo-
norum noſtrorum habitu a ſummo permanente bono fruſtremur/ & auer
S tamur/ & effugiamus/ atq; decidamus per ignauiam noſtram. Sed hæc in
ijs quæ ſcripſimus de iuſtitia/ iudicioq; diuino: ſatis pro viribus dicta ſunt.
Liber de iuſto diuinoq; iudicio. quo in ſacro opere: ſcripturæ veritas/ ſophiſticas & iniuſtitiã/ ac menda-
cium contra deum loquentes rationes: vt ſtolidas omnino confutauit/ 101
& reppulit. ¶ Nunc autem pro captu noſtro ſatis laudatum eſt bonum:
vt vere admirandum/ vt principium omnium ac finis/ vt quod cõtineat om-
nia. vt ſpeciem ijs faciens quæ non ſunt: vt bonorum omnium cauſa/ vt
malorum non cauſa. vt prouidentia & abſoluta bonitas: & quæ ſunt/ &
quæ non ſunt omnia ſuperans. & mala ſecũdum boni priuationem: in bo-
num conuertens. omnibus expetendum/ & amabile/ ac diligibile: & quæq;
alia in ſuperioribus verax (vt reor) oratio demonſtrauit.

C ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Atqui dixerit quiſpiam: ſi omnibus & pulchrũ &
bonum/ amabile eſt. Hactenus ex amatorijs diuini Hierothei hymnis dictum ſit: hic ve-
ro propriam beatus pater reſumit determinationem. Et hoc in loco per opacam tene-
brarum ſiluam venatur malum: & epicherematis/ & ſyllogiſmis omni ex angulo extru-
dit/ explodit/ confodit: omnes ſentes in quibus habitare videatur vellicans. Et primum
queſtiunculas quaſdam (quas ferme facere ſolent ipſius mali & ſuæ noctis defenſores)
1 præmouet/ quaſi defenſorias partes agẽs. ¶ Prima queſtio. Quomodo dæmonũ turba:
pulchrũ/ ac bonũ non deſiderat/ ſed ſibi & alijs omnium malorum cauſa eſt: ſi omnibus
2 pulchrũ/ & bonum: amabile/ deſiderabile/ ac diligibile eſt? ¶ Secũda. quo pacto dȩmo-
3 nica gens/ dæmonũq; turba: cũ ex bono proceſſerit/ nequaq̃ boni ſpeciẽ præfert? ¶ Ter-
4 tia. quomodo bona ex bono facta/ mutata eſt: & quid eã efficit malã? ¶ Quarta. quid om-
5 nino malũ eſt? ex quo & in quo ſubſiſtit? ¶ Quinta. qua ratione ille qui ſumme bonus
6 eſt: ipſum producere voluit? & ſi voluit: quo modo potuit? ¶ Sexta. ſi alia ex cauſa pen-
7 det malum: quȩnam ea cauſa præter ſummũ bonum eſt? ¶ Septima. quo modo ſi pro-
8 uidentia eſt: malũ eſt aut fit/ & quo modo non tollitur? ¶ Octaua. quomodo aliquid eo-
rũ quæ ſunt/ malũ deſiderat: omiſſo boni deſiderio? Et alias pleraſq; infra mouebit. qua-
rũ quidẽ & harũ ſenticoſis nodis/ diuina luce radiatus beatus pater (ſuperata ſophiſtica
ſphynge/ & multicipite echidna) diſſolutis: noctis victor euadet. Et operȩpreciũ eſt vi-
dere boni & pulchri militẽ: malũ boni & pulchri hoſtẽ aggredientẽ/ & velut latis appe-
tentem venabulis: omni ex latibulo prodẽtem/ ineluctabiliter vrgentẽ/ extrudentẽ/ buc-
cinantemq; tandem (victo malo) boni pulchriq; victoriam. Et gaudet mens pia non tam
de inuentione mali (quod in priuatione/ de lucis et entiũ regione profugũ/ fragile/ infir-
mũ/ miſerũ: latitare depræhenſum eſt) q̃ de victoria boni et pulchri. Et victori deo gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tias agit: ꝙ non in tenebris sed in luce eã statuerit/ꝗq; ad horrẽdas & multiplices pri-
uationũ tenebras & nõ entium (ipso sustinente) lapsa non sit: aut lapsam sua benignita-
te rursum erexerit. Sed audite iã diuinũ patrẽ: singula quæq; magna dignitate persequẽ
tem. ¶ Est quidẽ in bono: & quod non est substãtia. Quod non est substantia: quod non D
est simpliciter ens/ vt materia. & sensibilia supramundanis cõparata: etiã nõ entia dicũ-
tur. ¶ In alijs quidẽ omnibus iã aliquanto labessẽte neq; omnino indito habitu. Omnia E
alia a supereminẽte illa substantia quæ deus est: subsistunt quidẽ/ iã non nichil labesseri-
te & non omnino indito substantiæ habitu. hoc est subsistunt: ab illa sũma entitate & en
titatis plenitudine deficientia. verũtamen hic defectus & hæc plenitudinis substãtię ab-
sentia/ non proprie malũ diceretur: ꝙ non sit eorũ bonorũ priuatio quæ illis secũdũ eo-
rũ naturã debentur. immo vero vnũquodq; quantũ sua natura capax est: & entitate &
bonitate plenũ est/ nisi alieno errore/ naturæ pendeat peruersitas: vnde malũ & sui bo-
ni priuatio irrepat. A bono enim (vt neq; a lumine tenebræ: & a calore rigor) malũ non
est. & aliunde/ & alienum est. & proinde sacra scriptura dicit. ab alienis parce seruo tuo. Psal. 18.
¶ Neq; enim potest (ait veritas) arbor bona fructus malos facere: neq; itẽ ecõuerso. Mat F
theus cap. septimo. Nunquid colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis ar
bor bona fructus bonos facit: mala autẽ arbor malos fructus facit. Nõ potest autẽ arbor
mala bonos fructus facere: neq; arbor bona malos fructus facere. ¶ Nam aut malum ex G
bono erit: aut ex malo bonũ. Si ponimus & bona & mala esse/ et ex eodẽ pendere prin-
cipio: si principiũ id bonũ est/ proculdubio ex bono malũ erit. & si principium malũ esse
ponitur: & bonum quoq; ex malo erit. At id quidẽ vtrumq;/ impossibile. nam neq; bona
arbor malum fructũ: neq; mala bonũ facit. Et si omniũ bonorum vnũ est principiũ/ ma-
lorũ autem alterũ est: iam cum duo sint/ vt principiũ habeant necesse est. binarius enim
principium esse non potest: sed ante binarium/ natura et est et intelligitur monas prin-
ceps. Sed id rursus impossibile. nã id quatenus bona produceret: bonũ esse intelligeret:
et quatenus mala: malũ/ diuiduũq; esset. neq; fieri vllo pacto potest: vt ab eodem et sim
plicissimo et immutabili fonte tam varia prodeant/ bonũ dico et omnino malũ. vt neq;
ab eodẽ sensibili et immutato fonte: liquor dulcissimus pariter et amaricatissimus pro-
fluere. et ab eodẽ lucidissimo corpore: insignis et vndiquaq; exuberans lucis effusio/ et
densissimæ tenebræ. ¶ Ipsaq; pax et pacis largitor celebratur a theologis. Vt pax enim H
celebratur: cum ad Ephesios cap. secundo dicitur. Ipse est pax nostra: qui fecit vtraq;
vnum. Vt deus pacis: frequenter. Epistola ad Hebræos capite decimo tertio. Deus autẽ
pacis (qui eduxit de mortuis pastorẽ magnum ouiũ/ in sanguine testamenti æterni dñm
nostrũ IHESVM CHRISTVM) aptet vos in omni bono: vt faciatis eius voluntatẽ. Et
ad Romanos & Corinthios similiter. Vt pacis largitor. Ioannes capite decimo quarto.
Pacem relinquo vobis: pacem meã do vobis. non quomodo mũdus dat: ego do vobis.
¶ Qꝛ iuxta sacra eloquia infirmati sunt ad seruandum suum principatũ. Epistola Iudæ I
cap. primo. Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum/ sed dereliquerũt suũ
domicilũ: in iudicium magni dei vinculis æternis sub caligine reseruauit. ¶ Siquidẽ K
ideo quia attendũt/ inuigilantq; malis: vt prouideãt/ atq; saluent. Ferme tota et attentis
sima cura animarũ in legibus ponendis/ et eorum qui in actiua vita et rebus gerundis
versantur: est vt aduersus mala solicite prouideant/ et ab illis liberẽt et saluent. et id qui-
dem: malum non est. Veruntamen primum præcipuumq; eorum propositum/ et prima
intentio esse debet: vt homines ad diuinæ vitæ effigiẽ dirigant/ et secundum diuina ex-
emplaria/ quæ bonæ sunt dei voluntates. vt capite sequenti ex beatissimo patre cogno-
scetur. Prima enim & præcipua agricolæ cura & intẽtio est/ ad annonæ necessitatẽ opor
tuna fruges: non nocentium herbarum radicitus euulsio. attamẽ fieri non potest vt red
datur fertilis ager: nisi fiat solicita huiuscemodi fertilitati aduersantiũ herbarũ extirpa-
tio. Ita quoq; neq; respublica virtutum ad deiformem vitam referet fructum: nisi solici-
ta fiat malis eradicandis inuigilatio. ¶ Qꝛ etiam sine corpore malicia possit irrepere. L
Dæmones sine corpore esse: hic ex beato patre habes. Idem ex beato Ignatio: cuius
epistolæ / diuini patris operibus adijcientur. Ex domino item saluatore nostro/ sapi-
entia/ & veritate. Lucæ capite vicesimo quarto. Stetit IHESVS in medio eorum:
& dixit/ pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero & conterriti: existima-
bant se spiritum videre. & dixit eis. quid turbati estis et cogitationes ascendunt in
corda vestra? Videte manus meas & pedes: quia ego ipse sum. palpate & videte quia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4 pars 4

ſpiritus carnē & oſſa nō habet: ſicut me videtis habere. Et ſi ſtatuis inſunt/ſi arreptitio- 66
rū corpora neq; clauſi neq; excluſi occupant: quis nō perceperit naturali ratione effectū
eſſe, corporeos nō eſſe? quādoquidē ea quæ corporea mole obruta ſunt: ſe nequeāt vlla
ratione/natura occupare. At vero tā bonorum āgelorum intimas inſinuationes (ſeu cō-
præhenſiones/ſeu inſilitiones/ occupationeſve benignas dicamus) q̄ malorum eſſe ma
1. regū. 16. leficas: quas nunc arreptiones/ nunc inuaſiones dicunt (inuaſit inquit ſpiritus dei ma-
lus Saul) ſacræ litteræ indubitatā fidē præſtāt. Eſtq; aīa cū a bono cōpræhēditur āgelo/
perſimilis vitreæ pilæ in aeris medio pendulę. bonus autē angelus: infuſo & circūfuſo lu
mini. & malus angelus (vbi inuadit) eſt infuſæ & circūfuſę horrētes tenebræ. Et ſuſpicari
& credere dęmonas corporeos eſſe: gentilitiū eſt/et eorum qui ſe potius gētiles & Pla-
tonicos: q̄ Chriſtianos dici malunt. Sed neq; Plato (dum vixit: veritatis q̄tum aſſequi va
luit/amicus) eorum mēdacia probabit/neq; refrigerium eorum animę dabit: neq; dęmo
nes ipſi quicq̄ ſuos pręcones leuabunt. CHRISTVS enim ſolus refrigerium eſt anima-
rum noſtrarum/& vita æterna in ſe credētium: qui faciat oro vt reſipiſcāt (& talia queq;
tenues vaneſcāt in auras) ſi qui erūt illa vanitate luſi. Illiq; proſtrato corde: CHRISTO
Pſal. 118. domino authori vitę liberati concinant. narrauerunt michi iniqui fabulationes: ſed nō
Pſal. 11. vt lex tua. q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo. Eloquia dn̄i eloquia ca
Pſal. 17. ſta: argētum igne examinatum/probatum terræ/purgatum ſeptuplum. Eloquia domini
M igne examinata: protector eſt ōnium ſperantium in ſe. ¶Bona ſane ſunt omnia: quæ ab
illo progenita ſunt. Geneſis cap. primo. Vidit deus cuncta quæ fecerat: & erāt valde bo
N na. ¶Et ſi bono malum cōtrarium: mali cauſæ ſunt plurimæ. Si cōtrarium/ſi prorſus op
poſito ſeſe habēs modo: multæ mali erunt cauſæ/cum bonorū vna ſit cauſa. vt vel in
O hoc/malum bono contrarium & diſſimile ſit. ¶Oſtenſum eſt aliud eſſe quod expetitur:
aliud vero quod agitur. Oſtēſū eſt: paulo ante. nā quod expetitur/& nos natura mouet:
P bonū eſt. quod autē agitur: propter ignorātiā plerūq; malū/& lapſū eſt. ¶Deſtinatione
pulchritudine/vita/ſenſu. Deſtinatione: intentione/propoſito & ſigno ad quod vere di 67
Q rigat. Et huius vocabuli deſtinatio: varius eſt īterpretis nūc hic/nūc alibi vſus. ¶Eos
aūt in ſciētia peccātes ſcriptura vocat. Lucas cap. duodecimo. Quis putas eſt fidelis diſ
penſator & prudens: quē cōſtituit dn̄s ſupra familiā ſuā/vt det illis in tēpore tritici men
ſurā? beatus ille ſeruus: quē cū venerit dn̄s/ īuenerit ita facientē. Vere dico vobis: quo-
niā ſuper ōnia quæ poſſidet conſtituet illū. Qz ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo/ morā fa
cit dn̄s meus venire: & cœperit percutere ſeruos & ancillas/& edere & bibere & inebria-
ri: veniet dn̄s ſerui illius in die qua nō ſperat/& hora qua neſcit/& diuidet eū/partemq;
eius cū infidelibus ponet. Ille autē ſeruus qui cognouit volūtatē dn̄i/ & nō ſe præpara-
uit/& nō fecit ſecundū voluntatē eius: vapulabit multis. qui autē non cognouit/ & fecit
digna plagis: vapulabit paucis. Et de eiſdē qui in ſciētia peccāt & circa boni notionem
haud latentē infirmantur: pſalmus triceſimus quintus. Dixit iniuſtus vt delinquat in ſe-
metipſo: nō eſt timor dei āte oculos eius. quoniā doloſe egit in cōſpectu eius: vt inueni-
atur iniquitas eius ad odiū. verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene
R ageret. ¶Qđ iuxta ſcripturæ fidē dat oībus oīno cōgrua. Epiſtola Iacobi cap. primo. Si
quis autē veſtrū indiget ſapientia: poſtulet a deo qui dat omnibus affluenter/& nō im-
S properat. & dabitur ei. ¶Sed hæc in ijs quæ ſcripſimus de iuſtitia/iudicioq; diuino. Li-
ber de iuſto/diuinoq; iudicio: nō habetur. deus iuſtꝰ ſæculorū iudex vt reſtituat tribuat.

¶QVARTE PARTIS QVARTI CAP. COMMENTARIVS AD LITTERAM 65



Roſequitur & hoc loco ſacer Dionyſiꝰ verba diuini Hierothei de amo
ris excellētia & dignitate: quibus omnes amoris vires & multiplices
formas in vnā ſimplicē virtutē amatoriam coadunat. Supradictas (in-
quit) duas amoris vires quarū modo facta eſt mentio/par atq; rationa
bile eſt in vnū colligere/atq; id animaduertere/ꝙ vna quedā eſt ſim-
plex virtus amatoria ſeipſam abſolute mouēs ad vnitiuā quandā oīm
ad ſe cōnexionē: ex ſūmo bono per intermedia oīa ad poſtremā vſq;
& infimā rerū ſubſtātiā pertingens. a qua reciproco motu iterū per omnia rerū genera:
ad ipſum ſumme bonū remeat. Virtus inquā diuina/irrequieta circuitione & infatigabi-
li/ex ſeipſa vt termino inchoationis huius intellectualis circuitionis: & per ſeipſā vt ſpa
ciū intelligibile per quod circūfertur/ & in ſeipſa vt ābitu & ſpacio talis giratiōis a quo
nuſq̄ digredit̄: ſeipſā circuit/ambit & circūuoluitur. quoniā ſua amatoria bonitate ſeip-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ſam mouet ad omnia: atq; ex omnibus in ſeipſā eodē ſemper & indemutabili modo re-
66 greditur. ¶Hactenus diuini Hierothei verba adducta ſūt. Nūc repetit beatus pater ꝓ-
priā determinationē: mouens primo dubitationē occaſione ſupradictorum exortam. Di
ctū enim eſt ſuperius: ꝙ pulchrum & bonū / omnibus eſt amabile / deſiderabile & diligi-
bile. nam & id quod nō eſt / etiā ipſum bonū & pulchrū deſiderat: & in ipſo eſſe ſubſiſte-
req; laborat per illius participationē ad quā inclinatur. Ipſum itidē pulchrū et bonū eſt:
quod venuſtatē et formā etiā informibus et natiuo decore deſtitutis prēſtat. et id quoq;
quod nō eſt: ſuperſubſtantialiter in ipſo pulchro et bono eſſe dicitur / ꝙ nō ſecundū ſub-
ſtantiā et rē ſed aptitudinē ſolā naturaliter inclinatur: vt eius euadat particeps. aut de
eo quod per ſupereminentiā nō eſt / id accipiatur: quod haud dubie ſuperſubſtantialiter
pulchrū eſt et bonū. Quomodo igitur dęmonica turba: ipſū pulchrū et bonū nō deſide
rat: ſed ab illius deſiderio ad malitiæ appetētiā eſt prolapſa? Nēpe ipſa rerum materia-
liū cupiditati addicta: vt honorū ab hoībus exhibitorū illis et ſacrificiorū / delapſaq; ab
angelica perfectione et firmitate circa id quod vere bonū eſt expetēdū: dicitur eſſe oīm
malorū cauſa et ſibiipſi et alijs omnibus / qui malitiæ manus victas dederunt et ſuccu-
buerūt. Quo etiā modo cum ex bono principio ad eſſe deducta ſit dęmonū turba: ipſius
boni effigiē nequaq̄ in ſe gerit & exprimit? Aut quomodo eadē cohors / bona primū cre
ata & a bono authore: mutata eſt in deterius? & quid eſt quod eā efficit malā / atq; mali-
tiæ affixā? Quinimmo & id interrogatione hic dignū cēſetur: quidnā eſt malū / & ex quo
principio ac primo authore malū ſubſiſtit: & in qua rerū ſubſiſtentiū tanq̄ ſuo ſubiecto
eſt? Inſuper qua ratiōe deus ipſe qui ſumme bonus eſt: malū ipſū producere voluit? aut
ſi voluit illud producere: quomodo id potuit? cū nequaq̄ poſſit contrariū vnū producere
ſuū cōtrariū: vt neq; calor frigiditatē. Qz ſi ex aliqua alia cauſa q̄ ex ipſo ſumme bono di
citur eſſe malū: quænā alia poſſet rebus ſubſiſtētibus præter ſummū bonū aſſignari cau-
ſa? nulla profecto: nā ipſum ōnibus author eſt. Deniq; cū diuina ſit prouidētia hūc mū-
dū ſapientiſſime gubernās: quomodo malū hic locū habet aut cōmittitur? aut quo pacto
ipſū hinc non tollitur? & qui id fit vt aliquid ex ijs quæ ſunt deſideret ipſū malū: omiſſo
67 boni deſiderio / quo ſuperius teneri dicta ſunt oīa? ¶Iſtis dubitationibus reſpondet ſa-
cratiſſimus pater in toto hoc capite: ample / copioſe & diffuſe. Poteſt (inquit) quiſpiā iſta
quæ modo propoſita ſunt obijcere: & hiſce dubitationibus non irrationabiliter moueri.
Verū orandus eſt ille: vt ſyncęrā rerū veritatē attētius inſpiciat / & ſolerti indagine per-
quirat. Et primo loco illud cōfidenter aſſerendū: ꝙ malū nequaq̄ ex bono eſt tanq̄ pro-
ductiuo principio. & ſi quicq̄ ex bono eſt: protinus conſequēs eſt id malū nō eſſe. Neq;
enim propriū eſt ignis: inducere frigiditatē. neq; boni propriū eſt: producere nō bona. &
quęcunq; in rerū natura ſubſiſtūt: oīa ex bono vt ſuo authore ſunt. Ipſi enim bono natu
ra eſt: producere atq; ſeruare. malo vero natura eſt: ediuerſo corrūpere & deſtruere. Nul
la igitur ſubſtantia eſt ex malo: vt productiuo principio. Neq; etiā ex malo ipſū erit ma
lū: tanq̄ authore & cauſa. nā malū ipſū etiā ſibi ipſi eſſet malū & pernicioſū: ſuiq; ipſius
deſtructiuū. cū propriū ſit mali: corrūpere & deſtruere. quomodo ergo alterū ex ſe pro-
ducet malū? cū productio rei cuiuſpiam / ita aduerſetur malo: ſicut luminis effuſio tene
bris. Qz ſi quis dicat ipſū malū ſibi ipſi nō eſſe malū: nō erit igitur illud ōnino malū / ſed
aliquā boni habebit portionē & particulā / ſecundū quam ſibi ipſi erit vtile & accommo-
dū / ſuiq; cōſeruatiuū. Rurſum cū quæcūq; ſunt: omnia pulchrum & bonū deſiderent. &
cuncta quæ faciunt: propter id quod eis apparet bonū faciūt. & omnis ſubſtantiæ ad ali
quod opus determinatio & deſignatio: habet ipſum bonū vt ſuæ operationis principiū /
itidē & finē vltimum. quādoquidē nichil in rerū natura / ſolā habens mali rationē & illi9
attendens naturam: ſua facit opera aut mouetur in actionem. quomodo igitur malum
erit de numero eorum quæ ſunt / & rerum ſubſiſtentium? aut quomodo malum eſt ſubſi-
ſtens: cū ſit naturali appetitu & deſiderio boni deſtitutum? Et cum quæcunq; ſunt: om-
nia ex bono ſint / & bonum ipſum ſuperſubſtātiale oīa ſubſiſtētia eminēter ſuperet: etiā
& id quod non eſt ſubſiſtēs / natū tamen ſubſiſtere / eſt in ipſo bono per aptitudinem par
ticipationis. Malū verū neq; ſubſtantia eſt: quia tunc non eſſet omnino malum / ſed ali-
quam haberet boni participationē ex eo ꝙ ſubſiſteret. neq; etiā malū eſt nō ſubſtātia. nā
nichil eſt quod omnino eſt non ſubſtātia / per ſubſiſtendi priuationē: niſi illud in ſummo
bono eſſe dicatur per ſubſtantiæ ſuperexceſſum atq; ſuperſubſtantialiter / vt ſępius ante
dictū eſt. nō enim eſt tale in ſumme bono per ſubſiſtendi actū / cū necdū ſubſiſtat: ſed ſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

periore quodã modo atq; gradu/scilicet per diuinã rationẽ/etiã ea quæ nõ sunt in se cau saliter præhabentẽ. Quare bonũ ipsũ longe prius est & antiquius: & eo quod simpliciter est/& etiã eo quod nõ est sed esse natũ est. sublimiusq; collocatũ est ipsum bonũ: q̃ vtrũq; istorũ. Malũ vero neq; inter ea quæ sunt locũ habet & sedẽ: neq; inter ea quæ non sunt. sed alienũ magis est a bono q̃ idipsum quod nõ est/ atq; multo a substantia distantius.
¶Obiectiones deinde ponit aduersariorũ: contendentiũ ostẽdere q sit malum. Si (in- 68
quiunt) inter substantias non est malũ/ vt modo ostensum est: vnde ergo originẽ habebit malũ? Nisi enim ponatur malũ esse: virtus & viciũ/ idẽ erit. nã viciũ tunc erit bonũ: cũ per hypothesim nullum erit malũ. quare viciũ/hoc ipsum erit quod virtus: quę etiã est bonũ. & oĩs ac tota virtus oẽm cõplectens virtutis speciẽ: hoc ipsũ erit/quod tota viciositas/ oẽs cõpræhendẽs viciorũ partes. et quę particularis est et specialis virtus/vt fortitudo/tẽperãtia aut liberalitas: hoc idẽ erit quod viciũ particulare/timiditas/intẽperantia aut illiberalitas. aut neq; id quod virtuti aduersatur/erit malũ: cũ nullũ tũc prorsus in rebus esset malũ. Id autem: manifeste falsum est. quia contraria castitati luxuria est: quæ vicio datur/et iustitiæ contraria est iniustitia: quæ merito damnatur. Neq; dicere quispiã recte posset: iustũ et iniustũ idem esse/castũ similiter et luxuriosum esse idẽ/cũ rationes habeãt inter se pugnantes. Quinimmo & anteq̃ appareat in propatulo & operibus exterioribus virtutis aduersus malitiã cõtrarietas: in ipsa multo prius anima & interiori habitu/omnino dissident a virtutibus vicia/& perturbationes appetitus sensitiui cõtra rationẽ rebelles insurgunt. atq; ex huiusmodi rebellionibus & pugnis: necesse est dare malũ aliquod bono contrariũ. Neq; enim bonũ: sibiipsi cõtrariari ponendũ est. sed veluti ex vno principio/vnaq; productrice bonorũ omniũ causa progenitũ: societate cum quouis alio bono/cõiunctioneq; & amicitia gaudet. Neq; etiã minus bonũ: maiori bono cõtrariũ est. quia nec minus calidũ/amplius calido aduersatur: nec remissius frigidũ/magis frigido. Est igitur malũ inter substãtias atq; subsistit: ipsiq; bono aduersatur ac oppositũ est. Qz autẽ corruptio ipsis cõueniat substantijs/sustineantq; substãtiæ ipsæ corruptionẽ: nõ id excludit a rerũ subsistentiũ numero/ ipsũ malũ. sed eo ipso potius erit ipsum quoq; malũ substantia: & substantias producẽs. Nẽpe plerũq; cũ vnius rei fit corruptio: simul alterius rei fit generatio. corruptio autẽ fit a malo: quare & illi cõiuncta generatio etiã a malo proficiscetur. eritq; malũ ad totius mundi perfectionẽ cõferẽs: cum res ipsas deducat ad ortũ. præstabitq; malũ sua virtute ipsi vniuerso: ne sit imperfectũ. quia per 69
rerũ generationẽ quã efficiet: tollet ab vniuerso imperfectionẽ. ¶His obiectionibus respondet beatus pater. q malũ ea ratione & parte qua malũ est: nullã prorsus substantiã gignit/aut generationem facit. sed solum violat & corrũpit/quantũ in ipso est: substãtiã rerũ. Qz si quis dicat ipsum malũ esse causã generationis/quia per vnius rei corruptionẽ: alteri rei quæ simul oritur/generationẽ præstet. vt cũ corrũpitur lignũ: simul gignit ignis. Respondendũ illi est secundum veritatẽ/q non qua parte corrũpit malum: tribuit generationem. non enim secundum eandem prorsus rationẽ corrũpere posset & generare: cũ sint opposita. Sed qua parte malũ est & corruptio: corrumpit/violat/ac destruit solũ. generatio vero atq; subsistentia rerũ: propter bonũ atq; ex bono prouenit. Et malũ quidẽ ex se atq; per se: est corruptio. generationẽ autẽ efficiet: propter bonum illi cõiunctum. Et qua parte malũ est: neq; substãtia est/neq; substantiã efficiens. propter bonum autem & substantiam illi pariter coniunctam: bonum erit & efficiens bona. Quinimmo neq; idem in eodem erit bonum & malum: cum aduersanter & contrarie illa se habeãt. neq; eadem virtus secundum idem erit corruptio & generatio/aut amborũ effectiua: cũ sint inter se contraria. Neq; ipsa virtus/atq; per se virtus: erit malum. cum ea sit absolutum bonũ. neq; itidem ipsa corruptio siue per se corruptio erit ipsum malũ. nã si ipsa esset absolutũ malũ: haud dubie esset summo bono contrariũ/ essentq; duo principia prima rerũ: vnũ bonorũ & alterũ malorũ/quod est absurdum. Et sane ipsũ malũ quatenus tale: neq; substãtia est neq; bonũ neq; generãs/neq; subsistentiũ rerũ aut bonorum effectiuũ. Bonũ vero ediuerso quibuscunq; perfecta participatiõe se cõmunicauerit: pfecta facit & impmixta malo/atq; ĩtegra bona. quæ vero minus ipsi bono participãt ex naturę suæ cõditione: aliquãtulũ a bono deficiũt/& ĩperfecta sũt ac mixta bona/aliquã boni priuationẽ sustinẽtia. vt plãtæ & inanima. At vero quod oĩno malũ est: neq; bonũ est neq; beneficum alijs. sed quod inter subsistentia magis aut minus appropinquat bono per maiorẽ aut minorẽ illius participationem: pro modo & gradu suo erit aut magis aut mi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nus bonũ. Perinde atq; magis propinquans lucido corpori: resplendet clarius. quod ve
ro distãtius est ab eo: minori impletur claritate. Siquidẽ diuina bonitas omnia permeãs:
nõ eas solũ attingit angelicas cœlestesq; substãtias quæ circa se sunt/ eximia bonitate re
fertas: verũ etiã & ad postremas vsq; substãtias rerũ & infimas penetrat. Et nonnullis
substãtijs õnino & perfectissima sui cõmunicatione præsens est: vt angelis. alijs vero in-
feriore modo & minori bonorum elargitione adest: vt hominibus & brutis animãtibus.
Alijs vero infimo & postremo modo præsens est: vt quibus elargitur exiguã sui partici-
patione/ qualia sunt inanimata. Singulis autẽ præsens est: vt ipsa capere possunt & per-
cipere perfectæ bonitatis consortiũ. Idcirco aliqua ex subsistentibus omnino participant
ipsi bono: vt angelicorũ spirituũ agmina. aliqua vero magis/ & aliqua minus ipso bono
priuata sunt. vt hoies ãplius illi participant q̃ bruta/ & bruta q̃ plãtæ. aliqua vero admo
dũ exiguã habent boni participationem: vt inanimata cæteris natura præstantiora/ cor
pora cœlestia/ ignis/ aer/ aqua. Demũ alijs postremo & ĩfimo loco adest bonũ vt omniũ
abiectissimis: quẽadmodũ terræ/ & materiæ rerũ. Nisi enim pro cuiusq; subsistẽtiũ captu
ipsis adesset ipsum bonũ: perfectissima & præstantissima entiũ genera/ ipsorũ postremo-
rũ & nouissimorũ tenerẽt locũ/ gradũ & ordinẽ. vt angeli/ ipsius terræ. nã cum æqualiter
ipsi bono participarent: ęquã etiã inter se sortirentur & parẽ naturæ sortẽ ac cõditionẽ/
quo nichil absurdius. Sed quomodo id fieri posset vt oia subsistentia ipsi bono/ vno eo-
dẽq; modo participarent: cũ nõ sint omnia idonea vt ad perfectissimã eius participatio-
nẽ prouehantur? sicut nec oculi oẽs animaliũ apti: vt clarissimã solis in se effulgentiam
percipiant. At vero nũc ista est excellẽs magnitudo diuinæ bonitatis: ꝙ etiã ea quę ipso
bono partim priuata sunt sustẽtat & fulcit. quinĩmo & suiipsius cõtinet ac saluat priua-
tionẽ: vt ea paulatim abiecta/ ipsa integre & plene ad ipsius summe boni participationẽ
perducantur. quẽadmodũ rudes adhuc puerorũ animos sciẽtiæ & virtutis expertes cõ-
seruat ipsa dei bonitas in sua pro ętatis illius statu/ ruditate: vt demũ per sacrarũ rerũ no
tiones & virtutis habitũ/ perfectius deo participẽt. Immo cõfidẽtius & illud pro verita-
tis assertione est pronũciãdũ: ꝙ ea quæ ipsi summo bono moribus & actibus suis impro
bis repugnant/ vt dæmones & illorũ ęmuli homines: ipsius etiã virtute continẽte & sũt
& repugnare possunt. Nisi enim illa cõseruaret in esse/ & sineret obluctari suæ bonitati:
neq; profecto essent neq; repugnare possent. In quo sane admiranda dei benignitas ma
gnopere est attendẽda: ꝙ eos qui suæ bonitati pro viribus contranituntur/ & erigũt se
insolẽter ac superbe cõtra omnipotentẽ ipsius maiestatem: tolerat æquanimiter & con-
seruatrice sua virtute fulcit ne intereãt/ quos posset in momento ad nichilum deducere.
70 Permittit itẽ eos irritis & improbis conatibus repugnare potẽtificę suę virtuti ac bonita
ti: quorũ praua molimina posset et impedire/ & dissipare ac destruere. ¶ Declarat latius
assignatã modo responsionẽ/ & ad propositarũ questionũ dissolutionem conducentia dis
serit: dicens ꝙ vt breuius aperiatur rei propositæ materia/ sentiendũ est omnia quę sũt
inquantũ sunt: & bona esse & ex bono. inquantũ vero priuata sunt bono: neq; bona sũt
neq; subsistunt/ sed solã boni sustinent carentiã. Siquidẽ quæ alias in se habent affectio-
nes/ vt caliditatẽ aut frigiditatẽ: subsistunt etiã vbi tales affectiones fuerint deperditæ.
vt aqua prius calefacta/ etiã perstat & perseuerat subsistẽs: vbi calor ipsius abierit & in-
terierit. & nõnulla subsistentiũ neq; sensum neq; vitã sortita: suũ habent esse & subsistũt/
vt inanimata. Porro deus ipse omnẽ supereminet substantiã: & est supersubstantialiter
propter summã suã excellentiã. est & simpliciter & vnice: propter insignẽ suã singulari-
tatẽ. Aliæ autẽ res omnes: & in suo quæq; gradu sũt/ & subsistere quidẽ possunt. Habitus
tamen & perfectio substantiæ iam labitur in illis ad quandã imperfectionẽ & deficiẽtiã:
neq; omnino eis inditus est in ea plenitudine ac perfectione/ secũdum quam est in deo.
ꝙ omnia ab eminentissimo illo subsistendi fastigio quod habet deus: deficiũt/ labũtur &
discedunt. Quod autẽ oĩno & secundũ oẽm participandi modũ bono priuatum est: neq;
fuit vsq̃/ neq; est/ neq; erit/ neq; esse potest. Quod vero partim bono priuatum est & par-
tim illius adhuc est particeps: non omnino malum est/ sed mixtum. Exempli gratia.
impudicus qua parte per irrationabilem concupiscentiam bono priuatus est/ & ordine
excidit: in eo quidẽ neq; est/ neq; ea quæ sunt concupiscit. caret enĩ ea ratione recto sub-
sistẽdi modo: & q̃ bona videtur ꝓsequẽs/ decidit a recta cõcupiscẽtia. Scd͂m tamẽ exiguã
imaginẽ et modicã speciẽ cõiunctionis & amicitiæ quã seruat ad id cui vehemẽter affi-
citur: est quoquo pacto particeps boni. nã huiusmodi coniunctio affectionis/ ipsius con-

cupiscentis ad id quod cōcupiscitur: est remotissima quædā veri amoris imago/ prolapsa
tamē in vmbrā & tenebris fere obducta. Similiter & ira imoderatū habens vindictę ap=
petitū: excidit a recto ordine & in malū procūbit. nichilominus eadē est boni particeps
ex eo motu animi: quo appetit dirigere & cōuertere ea quæ videntur mala/ ad id quod
videtur bonū. nā perpetrata ab alio mala vult per punitionis & animaduersionis seue=
ritatē: in rectitudinē reducere. Deniq; qui deterrimā appetit vitā: manifeste a bono deci
dit/ q malū sinistro prosequatur affectu/ & inordinato motu feratur ad illud. Quoniā ta=
men vitā desiderat/ etiam eā quæ sibi videtur optima: ex eo quidem q desiderat/ & vitā
desiderat/ & ad optimā sua opinione vitā animū intendit: boni quoquo modo est parti=
ceps. Qz si omnino sustulerit quispiam bonū: neq; substantia erit in rebus neq; vita/ neq; 71
desideriū neq; motus/ neq; aliud quicq̄ naturā cōsequens. ❡Qz itaq; simul in corrupti=
one vnius rei/ fiat generatio alterius: quemadmodū paulo ante obiecerūt aduersarij/ id
non contingit ob ipsius mali virtutē/ sed ob minoris boni præsentiā quæ facit generati=
onem. Sicut & morbus: defectus est ordinis debiti contemperamenti qualitatū/ non ta=
men omnis ordinis & cuiuscunq; est carentia. nā si omnimoda esset disproportio qualita
tum corporaliū: interiret ipsum subiectū vt homo aut equus simul cū morbo/ neq; mor=
bus ipse amplius subsisteret. Manet autem & est morbus: subsistendi sedem in corpore
habens/ modicū qualitatū naturaliū a sua debita proportione non immutatarum ordi=
nem/ & in eo exiguo ordine subsistens. Quod enim omnino participatione boni destitu=
tum est: ipsum neq; est/ neq; iter subsistētia locū habet. Quod autē mixtum est in rebus/ 78
partim quidem boni particeps & partim bono priuatū/ vt corpus ægrotū aut anima vi=
ciosa: attendendo id boni quod sortitur/ inter substantias est atq; subsistere dicitur/ quate
nus est boni particeps. considerando vero priuationē boni: ea ratione neq; est neq; sub=
sistit. Quinimo omnia quæ sunt in rebus: intantum magis aut minus sunt/ inquantū am
plius aut minus ad boni participationē accedunt. Quæ enim vberius ipsi bono partici=
pant: magis esse dicuntur. quæ vero imperfectius & obscurius: dicuntur minus subsiste=
re. Siquidē illud quod nullo loco/ nulloq; modo est per participationē in ipso ente & ve=
re existente: neq; id quidem est/ neq; erit vnq̄/ neq; esse poterit. Quod vero secundū ali=
quam partē est & secundū aliquam non est/ vt homo cæcus: secundū eā rationē qua ab
eo quod semper & vere est decidit/ non est. inquantū vero participationem ipsius esse
accepit: ea ratione tantum est. Et in eo ipso quod habet entis participationem: id to=
tum quicquid illius rei est vt in cęco natura humana/ & etiā id ipsius quod non est vt cę 74
citas visusq; priuatio/ continetur atq; seruatur. nam cæcitas ipsa perdurat in illo: per to
tum vitæ spacium. Quippe malum illud quod penitus a bono prolapsum est atq; dis=
cessit/ nullam illius habens participationem: neq; inter magis bona neq; minus bona cō
numerabitur/ quia inter bona locum habere non poterit. Quod autem secundū vnā par
tem bonū est & secundum alterā non bonum/ vt homo ęgrotus aut viciosus: contraria=
tur quidem alicui bono particulari/ vt sano aut studioso. non autem opponitur absolu=
to & integro bono: quia aliquam habet illius participationem. Et continetur illud atq;
fulcitur participatione boni: & bonum ipsum præstat quoquo pacto subsistentiam & su=
stentationem suæ priuationi particulari/ per aliquā sui participationem. Nam si bonum
prorsus abscedat per priuationem omnimodæ participationis: tunc neq; erit omnino bo
num/ neq; mixtum ex bono & malo/ neq; omnino malum. Porro si malū sit imperfectū
bonū vt malus homo/ mala actio: per vniuersam/ totam & integram boni absentiā atq;
priuationē/ & imperfectū tolletur bonū pariter & perfectū. Vbi enim omnimoda est boni
deficientia: neq; illic perfectū aderit bonū neq; imperfectū. quare tūc etiā tolletur et ma
lū: quod dictū est esse imperfectū bonū. Tunc itaq; solum erit atq; apparebit malū: quā=
do illud in cōparatione ad aliqua bona est malum/ quibus contrariatur. ab alijs autem
bonis distinguitur & separatur: tanq̄ bonum a bono. Quemadmodū in animæ viciosita
te spectatur malum: quia ibi viciositas est. quæ ad virtutem collata cui aduersatur: re=
uera malum est & perfectionis priuatio. est etiam ibidem anima/ quæ ad alias animas
comparata: ab eis tanquam bonis excipitur/ dirimitur & segregatur. Impossibile est
enim aliqua duo/ secundum eadem in omnibus habere contrarietatem: cum debeāt sal=
tem in ipsa entitate conuenire. Non igitur malum ea ratione qua malum/ substantia est 72
atq; subsistens: sed solum existentiæ atq; perfectionis rerum priuatio. ❡Ostendit dein=
de beatus pater: malum in entibus atq; de existentiū numero non esse. Quæcunq; enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

subsistunt: omnia ex bono sunt. & bonū ipsum in omnibus est rebus subsistētibus: atq;
omnia seruat. Non igitur erit malum in rebus subsistentibus: aut in eo quod bonum est/
erit malū. Hoc autē īpossibile est: in bono scilicet esse malū. quia nō potest vnū cōtrariū
in suo esse cōtrario: queādmodū in igne nō est frigidū/ neq; in lucido tenebrosū. Neq; re=
cte quispiā dicere poterit esse malū hāc ob causā: quia bonū efficit atq; producit idipsum
quod est malum. quoniam vnū contrariū nunq̄ per se efficit suum contrariū: vt neq; lux
tenebras/ neq; calor frigora. Si igitur erit malū: quomodo ipsum erit in bono vt suo sub=
iecto? Et certe si ex bono vt authore & effectiuo/ dicatur esse malū: illud & absurdum est Matth. 7.
pariter et impossibile. Non enim potest (vt summa in euangelio testatur veritas) arbor
bona fructus malos facere: neq; etiam ediuerso arbor mala/ fructus bonos. Itaq; si malū
non est ex ipso bono: ex alio principio & causa productrice erit malum/ si ponatur esse.
nam aut malū ex bono erit: aut bonū ex malo. aut si vtrūq; illorū impossibile est: ex alio
principio & causa vna productiua erit bonum et malum. Nulla enim dualitas: primū est
rerum principiū. nam vnitas: ipsius dualitatis natura debet esse principiū. est enim ante
omnem binarium: monas constituta. Atqui id fieri non potest vt ex vno eodemq; prin=
cipio: duo omnino contraria bonum inquā & malum proficiscantur. esset enim tunc tale
principium/ non simplex vnicum & singulare/ vt esse deberet: sed diuisum et quandam
in se gerens dualitatem. immo esset illud quodam modo sibi ipsi contrariū: atq; permu=
tatum de bono in malum aut econuerso. quandoquidem cum bona produceret: esset bo
num. & cum mala proferret: mutatum esset in malum/ & idem foret nunc bonum nunc
78 malum. ¶ Neq; sane possibile est duo adinuicem contraria esse rerum prima principia:
& ea inter se & in hoc mundo esse repugnantia. nam si hoc admittatur: tunc deus neq;
difficultate carebit neq; molestia. quandoquidem aliquid tunc daretur/ quod ipsum vi
adigeret aut violentia impelleret ad quippiam agendum: scilicet alterum illud primū
principium. deinde omnia in vniuerso subsistentia essent inordinata atq; inter se dissi=
dentia: propter illorum duorum principiorum inter se repugnantiam atq; in rerum gu=
bernatione discordiam. cum cōtra videamus omnia: placido pacis fœdere ab ipso bono
esse copulata. quod proinde pacis nomine atq; vt pacis author: laudatur a sacris patri=
bus. Certe bona omnia in toto mūdi ambitu consistentia: amicitiæ naturalis vinculo ad=
inuicem connectuntur/ & mutua iunguntur concordia. tanq̄ ex vno vitæ perennis fonte
progenita atq; ad vnum sociata bonum: placida pace/ simili naturæ compage/ simul et
eadem nominis appellatione coalita/ vtpote boni. est enim boni nomen: rebus omnibus
commune. Non est igitur in deo malum: neq; malū ipsum/ diuinitatis habet titulum aut
74 conditionem. ¶ Deinceps per omnia subsistentium genera progrediendo: ostendit bea=
tus pater singulatim in nullo eorum prorsus esse malum. & primū a deo auspicatus exor
dium: comprobat ex deo nō esse malum/ hac ratione. Nam aut deus/ bonus nō est: aut
bona facit atq; producit. neq; quidem aliquādo producit bona/ aliquando vero non: sed
semper. neq; itidem aliqua producit bona & aliqua nō: sed prorsus omnia. alioqui deus
ipse sustineret varietatem & mutationem etiam circa id quod in ipso est omnium præstā
tissimum atq; vniuersorum causa: scilicet circa suam bonitatē omnium effectricem. esset
enim bonus: cum bona produceret. & secus se haberet: cum illa nō faceret. Qz siquis di=
cat bonum in deo substātia esse/ itidem & malum in eodem: tunc ex bono in malū transi=
ret deus/ sicut aer de lumine in tenebras. et esset aliquādo quidem ens: cum scilicet esset
bonus/ aliquando vero non ens: vtpote cum foret malus. Id autem absurdum. nam et
semper ens & semper bonus/ est deus. Porro si quis dicat q̄ deus bonum habet non ex
se & natura sua/ sed participatione sola: tūc necesse est q̄ bonū habeat ab alio illius elar
gitore. quare aliquādo quidem habebit bonum/ aliquādo vero non: scilicet cum illo non
participat. Quicquid enim participatione quippiam habet: aliquādo illud habet/ et ali=
quando non. nam ante mūdi constitutionē ne cœlestes quidem spiritus quippiā habue=
runt per participationem: cum necdū subsisterent. Id autē quod colligitur: est inconue=
niēs. nam deus sēper habet bonū: immo est sēpiterna bonitas. Nō igitur ex deo est malū/
neq; itidem in deo malum est: neq; perpetuo atq; in æternum/ neq; ad tempus siue tem=
57 poraliter. ¶ Manifestat deinde nec in ipsis cœlestibus spiritibus esse malum. Cum enim
angelus eximiam & clarā boni effigiem in se gerens atq; boniformis: diuinā bonitatem
in deo occultam & abditam enunciet. et illud existat per participationem secūdo loco/
deriuationeq; quadam; quod deus ipse qui enūciatur forisq; depromitur/ est per causam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 4 pars 4 ac naturam primo loco: vtpote bonitate prçditus/& bono plenus. ipse certe angelus est
imago dei expressa & lympida/manifestatio et declaratio diuinæ lucis quæ in deo inuisi-
bilis est & inaccessibilis/speculũ purũ lucidũ & nitidũ: recipiens in se integrã speciẽ di-
uinam supernosq; fulgores/speculũ etiam immaculatũ & incoinquinatũ: nullã in se ha-
bens malitiæ aut erroris labẽ. suscipiens in se totam & integram (quantã capere potest)
pulchritudinẽ diuine imaginis/insigniter in ipso & luculẽter efformatæ. et in seipso itidẽ
pure et mere declarans supremã diuini secreti bonitatẽ/& arcanorũ mysteriorũ deitatis:
quæ in silentio tantũ cessante iam omni voce percipiũtur. Non est igitur in angelis ma-
lum: vt neq; in deo/quẽ propemodũ referũt & exprimunt. Q2 si quis dicat angelos ideo
2. regũ. 24 esse malos/quia puniũt peccatores: vt de angelo percutiẽte populũ peste sub Dauid re-
4. regũ. 19 ge/et eo qui exercitũ Sennacherib graui afflixit plaga/refert scriptura: irrationabilis est
illa responsio. Nam eadem ratione qui peccãtes puniunt secundũ sanctiones iuris/vt iu-
dices & magistratus: erũt mali. quod vtiq; falsum est. et ministri sacrorũ ordinũ partici-
pes qui prophanos a diuinis mysterijs conspiciẽdis arcent/vt in libro prçcedẽte dictum
est: etiam erũt mali. quod non minus absurdũ est: cũ in hoc obeũdo munere/suo fungã-
tur officio. At vero plecti pro cõmisso crimine/malũ non est: cum sit opus iustitiæ. sed di-
gnum supplicio fieri: reuera malũ est. pro merito itidem sacris arceri: nõ est malũ. sed sce-
lestum & prophanũ fieri/et indignum haberi vt ad sacra quis admittatur: malũ & per- 76
uersum est. ¶ Deinceps multis cõuincit rationibus dæmones natura non esse malos. Nã
si sunt (inquit) per naturã mali: neq; ex bono sunt principio producti/neq; inter subsistẽ-
tia sunt. Non enim potest ex bono progigni malũ: neq; inter substantias locum habere.
Ioan. 1. Vtrũq; autem illorũ est falsum. nã ex deo ortũ habẽt: cũ oĩa per ipsum facta sint. et vere
subsistũt: vt scriptura liquido prodit. Similiter neq; essent dæmones ex bonis in malos
demutati: si per naturã & semper mali forent. Quod enim cuiq; natura cõuenit: semper illi
et indemutabiliter adest. Atqui falsum est & sacrarũ litterarũ fidei cõtrariũ: ꝙ dæmones
Lucæ. 10. non sint permutati de bono in malũ. cum cõtestetur euangeliũ ꝙ sathanas de cœlo sicut
Ioan. 8. fulgur cecidit: et ꝙ in veritate nõ stetit. Insuper si dæmones natura sũt mali: aut sibi ipsis
sunt mali/aut alijs. Si dicãtur sibi ipsis esse mali: tunc etiã seipsos perdũt. cũ propriũ ma-
li sit: perdere & corrũpere id cui est malum. Illud autẽ est falsum. Si autem dentur alijs
esse mali: inquirendũ tũc est quomodo corrumpũt alia/aut quid corrũpunt: an substan-
tiam aliorũ an virtutẽ/vel operationẽ. Si corrũpunt substãtiam: primo quidẽ non id fa-
ciunt præter naturæ ordinẽ/aut vltra naturam rebus inditã. Nam dæmones ea quæ per
naturam sunt incorruptibilia vt corpora cœlestia & materiã rerum nõ corrũpunt: sed ea
dũtaxat quæ corruptionẽ admittũt/vt corpora naturalia. Deinde neq; ipsum corrumpi:
est omnibus & omnino malum. nõ enim illis: quibus suapte natura et ex propriæ natu-
ræ conditione corruptio cõuenit. Insuper nichil ex ijs quæ sunt corrumpitur: in quãtum
substãtia aut natura est. sed defectu naturalis ordinis/debita proportio cõtemperamẽti
et cõmẽsurationis qualitatum naturaliũ debilitatur. cum ad illius rei conseruationem:
huiusmodi ratio & temperies eodẽ modo manere deberet. Illa autẽ infirmitas & dispro-
portio qualitatũ: nõ est perfecta/tota & integra. Nã si esset plena et omnimoda infirmi-
tas/vt nullarum maneret adinuicẽ qualitatum proportio: tunc ipsã quoq; particularem
aliquarum qualitatũ corruptionẽ perimeret et etiã subiectum ipsum. quod nequiret sub-
sistere: soluto omnimodo qualitatum omniũ contẽperamento. essetq; huiusmodi corru-
ptio: suimet quoq; quãtum ad vnã sui partẽ corruptio. nã tota illa & vniuersalis corrup-
tio destrueret particularẽ corruptionẽ: quæ in imperfecta est infirmitate Deniq; istiusmo-
di corruptio nõ esset proprie malum: sed deficiẽs bonum/habẽs quidẽ cum bono aliquid
infirmitatis & defectus permixtum. Nã quod omnino expers boni est/et secundũ perfe-
ctionẽ accidentariã & secundum naturã: inter subsistẽtia esse nequit. Eodẽ penitus mo-
do de corruptione virtutis naturalis & operationis propriæ ducenda est ratio: sicut de 77
corruptione substantiæ dicta est. ¶ Alia ad idem cõprobãdum ratio est. Natura boni est:
bona producere & statuere. Dæmones autẽ: a deo facti sunt. non sunt igitur natura ma-
li: et taliter producti. At vero recte dixerit quispiam & vere/ꝙ mali dicuntur dæmones:
non quidẽ secundum ꝙ sunt. nam ex bono sunt principio: & bonã natura sortiti substan-
tiam. sed mali sunt: ex eo quod nõ sunt/ꝙq; debita sua perfectione per suã carent igna-
Iudę. 1. uiam. et iuxta scripturæ testimonium/imbecilles facti sunt & infirmi ad seruãdum suum
principatum: & insignem angelicæ dignitatis sublimitatem in qua conditi sunt. In quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

enim dixerit quis dæmones esse factos malos/nisi in carētia atq; priuatione firmitatis di-
uinorum bonorū eis indultorū/atq; in propriæ operationis defectu: quia non perstiterūt
in bonitate indita? Insuper si natura mali sunt dæmones: semper ergo mali sunt. Quod
enim natura alicui cōuenit: semper eidē adest. Malum autē omne/instabile est varium et
inconstans: nullā habens in recto firmitatē. Itaq; si dæmones semper eodē se habēt mo-
do: nō sunt natura mali. quādoquidē semper esse idem: est ipsius boni proprium. Si vero
non semper sunt mali/ vt neq; sunt: natura igitur nō sunt mali/sed angelicorū bonorum
quæ ipsis inesse deberēt/priuatione & carentia. Neq; tamen dæmones ipsi: omnino bo-
ni sunt immunes. quia et sunt/& viuunt et intelligunt: estq; in illis quidam voluntatis
proprius motus. Mali autem esse dicūtur: q circa naturalem operationē sunt infirmati/
atq; ab ea sponte sua exciderunt prolapsiq; a perfectione sunt. Itaq; auersio a suo princi-
pio/est illis malum: quia deciderunt a suis naturalibus bonis/neq; illa sunt(vt debuerūt)
consecuti. similiter imperfectio ob naturalium bonorū defectum/infirmitas/discessio et
prolapsio a virtute conseruāte perfectionē eis inditam: est eis malū. sicut ægritudo et cę-
78 citas cōtingunt in corpore: ob lapsum a virtute natiua. ¶ Alia insuper ad idem proposi
tum ostendēdū ratio. Sciscitandum est præterea diligētius: quidnā in dæmonibus dica-
tur esse malum. an furor irrationabilis: quantū ad partem irascibilē ratione nō frenatam/
an demens concupiscētia: quantū ad concupiscibilem non moderatam consilio & pru-
dentia/an imaginatio præceps ac proterua: quātum ad partem rationalē veritate et ra-
tione non subnixam. Cæterum ista tria q̃uis in dæmonibus ob lapsum sint: non tamen
ipsa omnino mala sunt. nam omnibus illis subest natura: quæ bona est. neq; etiam illa in
omnibus mala sunt. non enī in illis: quibus naturali conditione indita sunt & assūt. Neq;
etiam ipsa secūdum se & suapte natura sunt mala. nempe in animalibus brutis ista tria
supradicta habere: nō est malū. sed his carere: inducit potius corruptionem animāti. si-
cut e diuerso illis fulciri & sustētari: saluat et integram cōseruat animalis bruti naturam/
illis suffultam affectibus atq; sustentatam. Quocirca dæmonū turba non mala est secū-
dum eam partē/qua secūdum naturā degit & subsistit: sed ea ratione qua non est secun-
dum naturam. Neq; totum bonū illis traditum est permutatū: cum natura eorum māse-
rit illabefacta. sed ipsi a dati sibi boni perfectionibus & gratia exciderūt sua spōte & igna
uia: cum debuissēt se ad summe bonū cōuertere. Neq; præstita illis in prima productio-
ne naturalia dona ad angelicā naturā & integritatem spectātia/permutata sunt: vt mēs
perspicax/libera volūtas/memoria tenax/incorporalis substantia. sed hæc omnia in ipsis
dæmonibus integra sunt/& perspicacissima permanēt. licet ipsi talia in se bona non lym-
pide dinoscāt/occæcatis scilicet & clausis spiritualibus eorum oculis: quibus bona sua
possint syncære cōtueri. quemadmodū humanus oculus perpetuis damnatus tenebris:
suam videndi virtutem haud valet agnoscere. Itaq; dęmones quatenus sunt: & ex bono
sunt/et boni sunt. & pulchrum bonūq; natura expetūt: desiderātes vt sint/ vt viuant/ vt
intelligāt ea quæ subsistūt. Verum priuatione atq; defectu bonorū spiritualium ipsis na-
tura conuenientium: dæmones mali dicūtur. et sunt mali eo ipso in quo non sunt: quia
scilicet non sunt præditi bonis ad suam perfectionem cōgruis. Ipsi quoq;/id quod nō est
appetentes: vtpote inordinationē/lapsum/& quod vere bonū nō est quare nec subsistēs/
79 licet tale videatur: malum desiderāt. ¶ Ostendit deinde in animabus rationalibus non
esse malum: vt quid existens. et primū reijcit rationē falsam quam nōnulli assignare pos-
sent: ad comprobādum animas humanas esse malas. Diceret enim fortasse(inquit)quis-
piam/animas esse malas: quia curam gerūt & prouidentiam circa malos/ vt eos a malis
retrahāt/ad bonūq; conuertāt & saluēt. vt præceptor circa prauos inuigilat discipulos:
et pater circa filios improbos. Respondet autem huic rationi: interimendo eam. quia in-
uigilare circa malos & attendere ad illorum emendationem: non est malum/immo bo-
num & salutare/et quod prius malum: facit deinde bonum. quare ex hoc non recte col-
ligitur/animas dici debere malas: sed potius bonas. cum & deus malis etiam prouideat
et inuigilet: vt emendentur in melius. sicut et ipse(quemadmodum paulo superius de
angelis dictum est)peccatores & malos punit. Ex neutro tamen illorum: recte intuleris
deum esse malum. Qz si animæ rationales dicantur esse malæ/in nullo alio possunt fieri
aut dici tales: nisi in defectu bonarum qualitatum & operationum/ad earum perfectio-
nem requisitarum. similiter ex priuatione propriæ perfectionis: proueniente ex infirmi-
tate & imbecillitate sua. deniq; ex prolapsione bonorū sibi naturalium: quibus frui et po-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tiri deberent, ſicut oculus dicitur cæcus: quia caret vidēdi perfectione ad quā factus eſt. Namq; aerem nobis circunſtātem tenebris oppleri dicunt omnes: priuatione & carentia luminis / non autem ob aliquid exiſtēs in aere. Ipſa autem lux ſemper ſua natura lux eſt / et vere exiſtens: quæ etiam tenebras prius infuſas propellit ab aere / & clarum illi ſuum lumē immittit. Quocirca neq; in dæmonibus neq; in hominibus eſt malū / quaſi quiddā
reipſa exiſtēs: ſed vt defectus ac priuatio perfectionis propriorū bonorum, quibus cum 90
adeſſe deberent / carentes: merito dicuntur mali. ❡In brutis itidem animalibus declarat beatus pater non eſſe natura malum. Nam ſi ſublata ab eis fuerit ira / truculētia / concupiſcentia / et ſimilia (quæ dicuntur quidem in eis mala: quia ſunt hominibus noxia et infeſta, non tamen ſimpliciter & per ſui naturam ſunt mala: quia ſunt naturæ brutorum conſentanea et congruētia) non permanebit in ipſis propria natura in ſua integritate et propria conditione. Vt leo deperdita feritate ſua: deſinet eſſe leo, et canis iam factus talis vt omnibus ablādiatur: amplius non erit canis, eſt enim aliis allatrare / ipſius canis proprium: et domeſticos vt notos admittere / alienos autem & extraneos latratu arcere. Itaq; naturā non corrumpi ſublatione affectionum neceſſariarū / & eam in ſua integritate conſeruare: non eſt malum. Sed naturæ corruptio / eſt priuatio & defectus naturalium qualitatum virtutū atq; operationum: quæ ad ipſius perfectionē & complementū ſunt neceſſariæ. Et quoniam cuncta quæ naſcūtur / perficiuntur in tempore / paulatim ſecundum tēporis decurſum ad perfectionē peruenietia: non poteſt quicq̄ imperfectū per vniuerſam naturā & totum ſubſiſtētiæ ſpaciū in quauis etiam naturæ ſpecie cōperiri. Nam ſi detur imperfectū huiuſmodi: illud temporis ſucceſſione nō deductū fuerit ad perfectū / quod eſt iam poſiti oppoſitū. Proinde neq; animalia bruta quis recte dixerit imperfecta /
q̄uis alijs vt hominibus ſint inferiora: quoniā in ſuo gradu atq; ſtatu ea habent / quę ſuā 91
naturam integrant & cōplent. ❡Deinceps cōprobat in tota vniuerſaliq; natura non eſſe malum. Quoniā ſi naturales omnes conditiones ſumantur / quæ rebus omnibus cōditis et vniuerſali conſideratis ratione cōueniunt: nichil eſt quod illi vniuerſali naturæ aduerſetur. Sunt enim in vniuerſa natura / ōnia placida pace ligata: neq; dederis quicq̄ illi vniuerſitati rerum contrarium aut repugnās. Particulari autem naturæ & in vna re ſingulari conſideratæ / vt in igne aut aqua: aliquid eſt partim ſecundū naturam / & aliquid præter naturam, et diuerſis / diuerſa ſunt præter naturā. et quod vni rei particulari eſt ſecundum naturam / vt caliditas igni: eſt alteri vt aquæ præter naturā. Naturæ autem vicium et malum: eſt id quod præter naturam eſt / et priuatio qualitatū naturalium, vt caliditatis in igne / et frigiditatis in aqua defectus. Non eſt igitur natura aliqua particularis: de ſe mala. ſed hoc eſt ipſius naturæ malum: q̄ propria ſua opera ob infirmitatē & defectū
nequeat efficere. vt ipſius pedis vicium eſt / q̄ non poſſit ambulare: & ipſius oculi / q̄ vi- 92
dere nequeat. ❡Oſtendit deinceps in corporibus natura non eſſe malū. Nam deformitas ipſa & morbus in corpore: defectus eſt naturalis pulchritudinis / & priuatio ordinis humorum corporaliū. Atqui quod deforme eſt & a ſpeciei gratia decidit: non eſt propter hoc omnino malū / ſed dūtaxat minus pulchrū. quādoquidē in aliquibus corporis illius partibus: adhuc ſeruatur debita mēbrorum cōmenſuratio. Ita quoq; quod a recta diſcedit humorum proportione & temperie: non eſt omnino malum atq; viciatū / ſed minus ſanum. cum ſaltem in aliquibus qualitatibus: adhuc debita ſeruetur proportio. Nempe ſi omnimoda fiat pulchritudinis priuatio / vt ne vnū quidē membrū alteri apte reſpondeat aut cohęreat: interibit totum corpus. Similiter ſi tota & integra fiat ſolutio ordinis qualitatum naturaliū / vt nulla amplius vnius ad aliam maneat proportio: ſoluetur et ip-
ſum corpus / neq; ſubſiſtere poterit. Quare hæc aſſignata corporis incommoda / non ſunt 93
omnino & plene mala: ſed ſolū partim / et commixta. ❡Q; itidem corpus nō ſit ipſi animæ / cauſa maliciæ per ſe & in vniuerſum: ex eo liquet / q̄ etiam ſine corpore malicia poteſt ſubire ſpiritualem naturam. Siquidem dæmones natura ſunt incorporei / ſicut & cœleſtes ſpiritus: & tamē ipſis obrepſit malicia. Eſt plane illud & ſpiritibus angelicis / et ani-
mabus hominum et corporibus ipſis malum: ſi infirmentur circa ſuam perfectionem / et 94
priuentur perfecta ſuorum bonorū acquiſitione atq; cōſecutione. ❡Deinde declarat q̄ in materia inquantum materia eſt / non eſt ponendum malum: vt vulgatiſſima fuit multorum philoſophorum ſentētia / inſectantium materiam tanq̄ malum quoddam. Nempe ipſa materia quia formarum ſubſtantialium eſt ſuſceptaculum: accedit ad participationem ſocietatemq; ornatus / pulchritudinis & decoris / qui præſertim a forma ſpecifica

rebus adest. quare & boni obtinet consortium. Et quoniam materia extra ornatū & spe-
ciem existens(vt cum forma substantiali est destituta)in seipsa qualitatum decentiam et
speciem desiderat/inclinaturq; natura ad formā in se recipiendā: quonā modo poterit ma
teria aliquid facere? quæ etiam ex seipsa nō habet: vt quicq̄ pati possit/atq; in se suscipe-
re, siquidem idipsum non secundū se: sed a forma sibi inhęrente habet. Qz si materia nō
potest quicq̄ facere: consequēs est ipsam nō esse malum. Nam mali proprium est: mala
producere/perdere bona & corrumpere: quare et agere. Insuper quomodo quis recte di
xerit: materiam esse malum? Nam si ipsa omnino nō est/neq; in aliquo loco neq; quoquo
modo subsistēs: ipsa neq; bonū est neq; malū. Si autem materia aliquo modo est/et om-
nia quæ sunt/ex bono sunt: cōsequens est & materiam ex bono esse/quare & esse bonam.
Qz si malā eā esse dixeris: tūc aut bonū erit mali effectiuū. aut malū quasi ex bono produ-
ctum: erit bonum. aut ediuerso malū erit boni effectiuū: siue bonum tanq̄ ex malo profe
ctum/erit malū. aut duo iterum erunt rerum principia: vnū bonū & alterum malū/et illa
ambo: ex vno eodēq; principali fonte atq; principio exorta atq; dependētia. Vnūquodq;
autem horum quinq; iam adductorū: ostēsum est esse incōueniens. Porro si dixerint ad-
uersarij contendētes materiam esse malū/ipsam ad totius mundi perfectionem esse ne-
cessariam/vti certe est: non poterit igitur materia esse malum. Aliud enim est malum: et
aliud necessarium. quinimmo nullū malum/ad vniuersi integritatē(vt quod totum sit bo-
num)est necessariū. Enimuero nō potest bonus ex malo ducere aliqua ad ortum et ge-
nituram: vt neq; calidū ex frigiditate quicq̄ efficit. ex materia autem deus corpora sensi-
bilia et naturalia produxit ad esse. nullo etiam modo malum est ipsi bono necessarium.
Fugit enim malū naturā boni: sicut cōtrarium sui contrarij conditionē & statum. Deniq;
si materia est mala: non potest sustentare/gignere/& nutrire naturā rei genite. nam ma-
lum quatenus malū est: nullius est effectiuū/generatiuum aut nutritiuum. Atqui mate-
ria ipsa sustentat formā substantialem/vt sedes eius ac receptaculum: et educat eam vt
85 mater/parēs et nutrix rerum sensibiliū. Non est igitur materia malum. ¶ Diluit deinde
obiectionē aduersariorum dicentiū pro subterfugio: ꝙ materia quidem in animabus nō
facit maliciam: sed eas attrahit suis illecebris ad praua. Cæterum nō potest hoc veritati
cohęrere. Nam si materia ex natura sua allicit ac inducit animas ad malum: necesse esset
animas omnes ipsius materiæ incitamētis ad malū perpelli ac pertrahi. Illud autem est
falsum. nam plurimæ animarum rectā sequētes rationem/illecebras & voluptates mate-
riæ spernunt: & virtutem ipsam/rectamq; viuendi viam amplectuntur. Non igitur malū
ipsis animabus ex materia prouenit: sed ex inordinato ipsius animę motu & declinante
ad deteriora. Cum enim deberet anima secundum rectæ rationis precepta moueri: victa
concupiscentijs ad turpe trahentibus/sponte sua maliciæ manus dat victas. Qz si dicant
aduersarij/id omnino materiæ esse impingendum & ascribendū: ꝙ anima pelliciatur et
inclinetur ad malum. cum ipsa materia/instabilis & indeterminata de se/quia ad omnem
formā indifferens: sit necessaria substantificis rerū naturaliū formis/quæ in se ipsis firma-
ri/collocari & sustentari non possunt: quomodo id fieri potest ꝙ malū sit necessariū/aut
id quod necessariū est: sit malum? Aut igitur necessaria non est materia: aut nō est mala.
Est autem ipsa necessaria: non est igitur mala. Cæterū neq; illud quod dicitur boni priua-
tio: per propriā agēdi vim & efficaciā obsistit bono. Nam si vniuersa/perfectaq; ponitur
priuatio/nichil relinquens quod non priuet: illa omnino vires amittit & imbecillis est/
quare nec vires habet aliquas ad reluctandū bono. Particularis vero priuatio/vt vnius
virtutis aut operationis non autē omniū/aut virtutū priuatio nō autē naturę: vires qui-
dem habet ad resistendū. non tamen ex eo ꝙ priuatio est: cum ea ratione solū infirmitas
sit & impotentia. sed quia non est perfecta priuatio & omnimoda/relinquens aliquid re
ipsa existens & efficax: quod huiusmodi habeat obluctandi vires. Si enim priuatio solū
sit boni particularis/vt vnius virtutis & non alterius/aut virtutis solū et non naturæ: nō
est id ōnino & vniuersaliter malū. Et abeūte illa particulari priuatione per iteratā indu-
ctionem deperditæ virtutis: simul & mali illius natura discedit/per bonum illi contrariū
expulsi. vt abscedente priuatione sanitatis ope naturæ aut medicinæ: deperditur ipse
86 morbus. ¶ Ostendit dehinc beatus pater/malum ipsum nequaq̄ ex bono produci vt tale
est: præmittens nonnulla ad id elucidandū conducentia. et primo ꝙ bonum ex vna est
et integra causa: malum vero ex multis & particularibus defectibus. vt pulchritudo ex
perfecta membrorū omnium totius corporis cōmensuratione & decentia consurgit: de-

Cap. 4 pars 4

formitas vero ex defectu debitæ cōmensurationis huius vel illius mēbri ad aliud. Sani-
tas itidem ex tota & plena qualitatū omniū naturalium proportione exoritur: ægritudo
vero ex disproportione & defectu contēperamenti huius vel illius qualitatis ad aliam. 87
Hebræ. 4. ¶ Neq; malū ipsum latet deum: qui non minus malū nouit atq; bonū / cuius oculis nuda
et aperta sunt omnia. & apud ipsum deū causæ malorū: sunt beneficæ virtutes / bonūq;
operantes & facientes. vt mens et voluntas libertasq; arbitrij: siue humana siue angeli-
ca. Istæ enim virtutes: a deo ordinatę sūt ad bene agēdū / exercendūq; bonū. Eædem ta-
men vt deficiūt a suo ordine & deflectūtur ad deteriora: sunt causæ malorū. ¶ Q; siquis 88
astruat malum esse sempiternū / & creare / et posse / & esse / et agendi vim habere: percon-
tādum est ab illo / vnde ista omnia iam dicta conueniunt ipsi malo? an ex bono: quod illi
tantam dederit virtutē? Id autem falsum. nam bonū est ipsius mali destructiuū. Vel vtrū
ediuerso ista quinq; / esse sempiternū / creare / posse / esse / agere: cōueniant ipsi bono ex ma-
lo / quod author omniū horum fuerit in bonū? Et id non minus falsum est: nam malū eti-
am est boni corruptiuū. quomodo igitur dabit ipsi bono: esse sempiternum / & creare / et
reliqua? Vel vtrum supradicta quinq; scilicet esse sēpiternū / creare / posse / et cætera / con-
ueniāt ambobus et malo & bono: ex aliqua alia tertia causa. Et illud etiā est absurdū. nā
illa ipsi malo nequaq̄ cōueniūt: vt quod nec creādi vim nec agēdi habeat / sed solā infir- 89
mitatē & impotētiā. ¶ Ad hæc. Quicquid secundū naturā est: ex definita determinataq;
nascit̄ causa. vt triticū ex semine tritici / oliua ex semine oliuæ & ignis ex igne. Malū autē
causa determinata & definitione certa caret: in sola inordinatione & prolapsione a per-
fectione consistēs. Non est igitur malū secundum naturā. Quod enim præter naturā est:
non inest ipsi naturæ. vt neq; inertiæ & defectus artis ratio: in ipsa est arte / cum adinuicē
opponantur. Malū autem est præter naturā. ¶ Nunquid ergo anima rationalis est causa 90
malorū naturalis: sicut ignis causa per se calefaciendi? eo quidē pacto vt omnia quibus
se anima infūdit / malicia repleat: quēadmodū ignis omnia quibus adest / calore cōplet?
Certe respōdendū est in promptu / animā nō sic esse malorū causam: sicut ignis ipsius ca-
loris. nam hic: natura est talis / illa vero: nequaq̄ causa mali natura / sed potius ex disces-
sione a natura. Deinde inquirit an bona quidē sit animæ natura: operationes vero suas
interdū sic peragit vt sua natura & perfectio exigit / aliquādo vero secus. Et id profecto
tribuēdū & admittēdū est. et quādo aliter q̄ natura eius efflagitat operatur: tūc animā
malā esse / et hāc precipuā maliciæ eius esse rationē. Nēpe si per naturā est substātia ani-
mæ mala: vnde illi tanq̄ a causa productrice est substantia? vtrū ex illa prima causa: rerū
ōniū creatrice? Et plane si ex ea causa esset animæ substantia: non esset ipsa anima per
Gene. 1. substantiā mala. quandoquidē bona sunt omnia / vt testatur scriptura: quæ ab illa prima
rerum causa sūt producta. Sin vero anima per operationes suas sit mala: nō est illud in
anima immutabile. sed sicut ex bonis operationibus in malas delapsa est: ita ediuerso
poterit ex malis actibus reuocari in bonos. Non enim essēt in anima ipsa virtutes et bo-
ni habitus: nisi ipsa boni induisset effigiem / et specie boni foret insignita. quare neq; sic
anima est naturaliter mali causa. Reliquū est igitur: vt malum in anima non sit nisi infir-
mitas quædā pertingendi ad perfectionē / et a bono quod inesse deberet defectio atq; di-
scessio. ¶ Rursum. bonorū causa vna est: integra scilicet & tota eorū quæ ad perfectionē 91
exiguntur / plenitudo. Ipsi autem bono / malū contrariū est: & opposito se habens modo.
Sunt igitur causæ mali plurimæ & multiplices: particulares scilicet defectus aut hi / aut
illi / ab illa plena & integra perfectione. vt dissonātia in harmonijs musicis: ex multipli-
cibus emergit causis. consonātia vero ex vnica: scilicet vna omnium chordarum cytha-
ræ aut vocum cōcordia. Proportiones tamen ipsæ rerum / rectæ rationes & virtutes: non
sunt effectiuæ malorum. sed sola impotentia / infirmitas / defectus a ratione: et incōcinna
eorum quę dissimilia sūt commixtio. vt calidorū cum frigidis / & humidorū cum siccis in
corpore humano intēperata mixtura: ipsius morbi est causa. Neq; mala ipsa / suapte na-
tura immutabilia sunt: et semper eodē modo se habentia / id enim boni potius est pro-
prium. sed indefinita sunt & indeterminata: in diuersis alio et alio modo accidentia. non
quidē in ōnibus subiectis: quoniā non in cœlo & ijs quę imutabilia sūt. sed solū in ijs rerū
generibus quæ sūt obnoxia mutabilitati / instabilitati et inconstātiæ: vt corporibus sensi- 92
bilibus & spiritibus ratione prędítis et libertate. ¶ Insuper omniū malorum initium pro-
ductiuū & finis gratia cuius: bonū est. Nēpe malum omne: ab aliquo quod subsistit / cō-
mittitur & fit. Illud autem: natura bonū est. omniū igitur malorum principiū: bonū est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Boni item gratia omnia sunt:et quæcũq; sunt bona/et quæcũq; bonis cõtraria siue ma-
la.nam & ipsa bonorũ contraria aggrediuntur homines:appetitu ac desiderio boni.Ne-
mo etenim ad malum intuens/qua parte malũ est:agit ea quæ perpetrat.Idcirco malũ
non fulcitur nec sustentatur ipsa boni substãtia aut re vere subsistente:sed dũtaxat ima-
gine & specie substãtię atq; boni.quãdoquidem malũ ipsum non suipsius gratia agitur:
sed alicuius boni.et illud plane non vere bonũ est:sed solũ apparens/et boni simulacrũ.
93 ¶Idcirco ipsi malo per accidens applicãda est & attribuenda subsistentia/atq; propter
aliud:et non ex propria sua conditione siue habitudine/vtpote propter bonũ illud gra-
tia cuius fit.Nempe cum fit malum:rectum quidem esse videtur/quia fit gratia alicuius
boni.Secundum rei autem veritatem/illud quod fit non est rectũ:quia quod non est bo-
num/errore decepti homines arbitrantur esse bonum.Similiter et illud gratia cuius fit
94 malũ:habet quidẽ boni speciẽ/non tamen est bonũ. ¶Porro ostensum est superius:aliud
esse quod expetitur/& aliud esse qđ agitur.nã quod expetitur:finis est & bonũ/aut quod
tale apparet.Quod vero agitur & opus ipsum:est malũ/et plerũq; cognitũ esse tale.Itaq;
malum est præter viam & rectam deductionẽ mediorum in finem/præter intentionẽ re-
ctam/præter naturam & contra eam/præter causam definitã & subsistentem/præter ini-
tium recte ordinatum/præter finem debitum/præter definitionẽ certam/præter volunta
tem rectam/præter substantiã & subsistẽtiam.Est itaq; malum priuatio propriæ perfecti-
onis & defectus/infirmitas et impotentia/incongruẽtia operationũ/atq; frustratio a de-
bito fine.Malum insuper priuatum est intentione & directione in suum finẽ/priuatum
etiam pulchritudine/vita/sensu/ratione/perfectione/firmitate/& causa per se atq; subsi-
stente:nam hæc omnia tollit.Malum itidem est indefinitum/infœcundũ & ociosum:va-
cat enim fœcunditate et exercitio propriarum naturæ operationũ.Est & imbecille/inor-
dinatum/dissimile:ꝙ nullam summe boni gerat similitudinẽ.tenebrosum & luce rectę ra
tionis destitutum/carensq; substantia/et nullo subsistẽdi modo nullo etiam loco & nichil
95 eorum quæ sunt existẽs:ꝙ eius ratio in sola consistat priuatione ac defectu. ¶Qz siquis
percontetur/quomodo igitur malum aliquid potest efficere:cum modo dictum sit ipsum
esse infirmum & inualidum? Respondendũ illi est malum aliquid posse/non simpliciter
quidem & per se solum:sed permixtione boni sustinentis in se tale malũ.vt priuatio vir-
tutis:in anima est/ægritudo in corpore/et cæcitas in oculo.hæc autẽ tria/anima/corpus/
oculus:bona sunt suapte natura/quibus mala sunt coniuncta.Quod enim boni omnino
est expers:neq; est aliquid/neq; aliquid efficere vnq̃ potest.Cum enim bonum substan-
tia sit/et prudentia virtute ac operatione præditum:necesse est malum quod illi aduersa
tur/nichil omnino posse:vt quod sit substantia/consilio/virtute/& operatione priuatum.
96 ¶At vero non omnia omnibus/eodẽ modo & secundum idem sunt mala:sicut neq; bo-
na.Diuersarum namq; rerum:diuersæ sũt natura virtutes/ operationes ac perfectiones.
quare & illarum priuationes(quæ mala esse dicuntur)sunt diuersæ.Verũ dæmoni id ma-
lum est:ꝙ a se sponte reiecit animum/boni specie insignitum.neq; in ea perstitit boni-
tate:quam in productione sui acceperat.Animæ vero rationali id malum est:ꝙ a recta
ratione deficit/et declinat ad desideria carnis ac mundi.Corpori vero id est malum:ꝙ
a naturali dispositione prolabitur per ægritudinem/ deformitatẽ/cæcitatem aut alia na-
97 turæ incommoda. ¶Deinde dissoluit hanc dubitationem/inter cæteras in huius capitis
exordio propositã:si est diuina prouidentia/quomodo est malum? Et respõdet ꝙ malũ
ea ratione qua malum est:neq; subsistens est/neq; de numero subsistentium.nichilq; in
rebus subsistentibus:gubernatione diuinæ prouidẽtiæ destituitur.Malũ autem neq; res
subsistens est/spectantiũ oculis occurrens:atq; in propatulo tanq̃ quippiam re ipsa con
sistens/in ipso bono repositum.cum solummodo sit priuatio propriæ virtutis & actiõis:
quæ deberet adesse.quare non id mirum cuiq̃ videri debet/si malum sub ratione proui-
dentiæ quæ tantum ad bona & ordinata porrigitur:qua parte malum est/non compræ-
hendatur.cum enim nichil in rebus subsistentibus boni participatione careat(nam si a
supremis substantiis per intermedias vsq; ad infimas & postremas decurrreris substan-
tias:nullam earum comperies omnino bono priuatam)malũ autem est a bono defectio/
ipsiusq; priuatio:quid igitur incommodi fuerit/si malũ præter prouidẽtiam & extra pro-
uidentiæ fines ponatur? Et plane cum in õnibus quæ subsistunt diuina conspiciatur pro-
uidentia/nichilq; sit omnium rerum subsistentium quod prouidentissima dei gubernati-
one non agatur:etiam & malum ipsum si subiectam attendas naturam/non subterfugit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ipſam dei prouidentiam. Nam & iis qui mali ſunt dæmonibus & hominibus/ benigne
diuina vtitur prouidentia: ad propriam ipſorum malorū vtilitatē/ ſiue ad cōmunem aut
priuatam aliorū vtilitatem. aut vt benignitate dei conuertantur ad bonum/ aut vt eorū
exemplo alij a malo deterreātur: aut vt malorum improbitate exerceatur bonorum pa=
tientia/ et oppreſſa moleſtijs virtus accreſcat: quemadmodū in beato Iob & inuictis mar
tyribus liquido conſtat. Idcirco non eſt admittenda multorū in deum ſtulta obiectio et
abſurda penitus: qui dicunt id conuenientius fuiſſe & congruentius/ ꝙ diuina proui=
dentia nos etiam inuitos adegiſſet ad bonum: et tales produxiſſet ꝙ in malum prolabi
non potuiſſemus/ ſed neceſſitate naturali virtutem fuiſſemus amplexi. Quippe non eſt
ipſius prouidentiæ munus ac officium/ ipſam rei naturam violare aut corrumpere: ſed
conſeruare prorſus & integram ſaluare. Si autem deus inuitos homines ad virtutē du=
xiſſet: iam violata fuiſſet hominis natura/ et adempta illi libertas arbitrij & libera volun=
tatis poteſtas. neqꝫ fuiſſet tunc homo ob virtutem: aut laude aut præmio dignus. Proin=
de quoniam prouidentia dei propriæ cuiuſqꝫ naturæ rerum eſt ſeruatrix: eis quæ per ſe
et ex inſita eis libertatis virtute mouentur/ ſcilicet hominibus & angelis qui libero agū=
tur arbitrio/ ſapientiſſime prouidet. omnibus etiam & ſingulis rebus vt earū natura expo
ſtulat: prouidentiæ curā impendit. totiuſqꝫ & vniuerſæ prouidentiæ quæ toti rerum vni=
uerſitati reſpōdet: pro modo & captu cuiuſqꝫ rei particularis/ munera & partes quibuſqꝫ 98
benigniter impartit. ¶ Ex his omnibus tanꝗ totius propoſitę quęſtionis ſummā ac de=
terminationem colligit ſacratiſſimus pater: ꝙ malum quatenus malum eſt/ neqꝫ ſubſtan
tia eſt neqꝫ inter ſubſtātias. ipſum enim vt tale: nuſꝗ eſt. et malum fieri: non virtutis eſt
ſed infirmitatis/ vt & ęgrotū fieri & cęcum. Et dęmonibus quidem/ ꝙ ſunt: et ex bono eſt
ſcilicet deo/ et bonum eſt. malum vero illis eſt: a proprijs & naturalibus bonis ſpōtanea
prolapſio/ et per propriam culpam defectio. permutatio quoqꝫ identitatis ipſorum in di=
uerſitatem quantum ad accidentariam diſpoſitionem/ et habitus boni in prauū: eſt infir
mitas & defectus perfectionis angelicæ/ quæ illis adeſſe & conuenire deberet. ipſi etiam
dæmones expetunt bonum: quatenus eſſe/ viuere/ et intelligere expetunt/ quæ ipſorum
naturæ competunt. Non autem appetunt bonum: cum id quod non vere eſt appetunt/
ſcilicet corruptelam virtutis/ confuſionē/ inordinationem & omnē maliciam. Neqꝫ illud
proprie eſt appetitio: ꝙ non ſit vere boni deſideriū/ ſed fruſtratio eſt & deficientia veræ 99
appetitionis. ¶ Diffinit poſtea eos qui in ſcientia ſiue ſcienter dicuntur peccantes: illos
eſſe ſecundum ſcripturæ ſententiā dictitās/ qui infirmantur & imbecilles ſunt circa boni
cognitionem quæ ipſos non latet ſimul & actionem. ſcientes quidem bonū quod agere
debent: et non faciētes. et qui ſciunt voluntatem domini ſui: non autem faciunt. qui au=
dierunt quidem & intellexerunt quid agere debeant: ſed infirmātur circa fidem aut ope=
rationem boni. quoniā aut non credunt ea ſibi eſſe facienda: aut non exequūtur illa ope=
Pſal. 35. ra. cum ſecundū pſalmi teſtimonium/ nolint quidā intelligere vt bene faciant: ex peruer
ſitate ſiue imbecillitate volūtatis/ affectantis dedita opera id quod malum eſt. Itaqꝫ ma=
lum in communi ſua ratione eſt (vt iam ſæpius dictum eſt) infirmitas/ priuatioqꝫ & defe
ctus: vel ſcientiæ vel notionis/ cum ignoratur ex propria culpa quod faciendum eſt. vel
fidei: cum ſcitur quidē quid agi debeat/ ſed nō creditur id fieri oportere/ ꝙ concupiſcen=
tia ſuadeat oppoſitū. vel imbecillitas appetitionis: cum ſcilicet id appetitur quod nō eſt
appetēdū/ aut id non appetitur quod eſt appetendū. aut deniqꝫ imbecillitas operationis 100
boni: cū nō ſit illud bonū quod agi debeat. ¶ Reſpōdet obiectioni: quæ occaſione ſupra=
dictorum poſſet adduci a quopiam. Poſſet enim aliquis dicere/ ꝙ pœnam & punitionem
non meretur infirmitas prolabens in culpā: ſed potius venia eſt digna. Cum igitur ma=
lum/ ob infirmitatē & imbecillitatē proueniat: nō deberet pro malo admiſſo irrogari pœ
na. Reſpondet beatus pater/ ꝙ ſi illi infirmitati & malo non datum fuiſſet reſiſtere: obie=
ctio illa locum habere videretur. Quoniam autem ſummū illud bonum ſubminiſtrat relu
Iaco. 1. ctandi vires poſcentibus (quod ſecundum ſcripturæ teſtimonium: dat omnibus congrua
ad ſalutem) id ſane vicio dandum eſt: ſi a perfectione & firmitate bonorū noſtrorum per
ignauiā noſtrā decidamus/ ſi ab ipſo ſummo bono/ torpore & deſidia deficimus & auerti=
mur: cum in nobis ſitum ſit/ ad ipſum cōuerti. Cęterum hæc in libro ſacratiſſimi patris de
iuſtitia iudicioqꝫ diuino: latius declarata ſunt. in quo quidem opere/ ipſa ſcripturæ ſacræ
veritas confutauit & reiecit ſophiſticas rationes: loquentes contra deum impietatem 101
ac mendaciū/ tanꝗ ſtolidas irrationabiles & abſurdas. ¶ Poſtremo ponit epilogum eorū

omnium: quæ in hoc capite diffusius sunt pertractata. In quo quantum capere po-
test humana infirmitas/ satis diffuse laudatum est ipsum bonum: vt reuera admira-
tione dignum/ vt principium omnium per efficientiam/ & finis per omnium in se re-
ductionem/ vt quod contineat & seruet omnia. vt pulchritudinem & venustatem in-
ducens ijs quæ non sunt: nam illa in suo decore deducit ad ortum. Laudatum est etiã
sub ea ratione ꝙ sit bonorum omnium causa: ꝙ malorum non sit causa nec author.
ꝙ sit prouidentia omnium & absoluta bonitas: superans omnia & quæ sunt & quę
non sunt. & quæ mala sunt ex boni priuatione/ in bonum conuertens: cum ex malis
elicit bona. ꝙ deniq; ipsum bonum sit omnibus expetendum/ omnibus amabile ac di-
ligibile. & quæcunq; alia/ in superioribus huius capitis locis determinatio ante posita/
& sine hæsitatione veritati consona: demonstrauit.

¶De ente: in quo etiam de exemplaribus. Cap. V.

102 TRanseũdum iam ad eminentissimam eius qui vere est/ sub-
stantialemq; appellationem: iuxta theologiæ fidẽ explican
dam. si prius admonuerimus nos nequaq̃ intendere/ supre-
mam illã ineffabilemq; substãtiam qua parte est supersub-
stãtialis: exponere. id enim & ineffabile est: & cognitionem
nostram omnino expositionemq; refugit/ & ipsam vnionẽ
antecellit. sed substantificum diuinæ/ principalisq; substantiæ: ad ea quę
sunt omnia laudare progressum. Nam boni quidem diuina appellatio/ Bonitas.
causæ omnium processus omnes exponens: & ad ea quæ sunt/ & quæ non
sunt extenditur. & super omnia quæ sunt & quæ non sunt: eminet. Porro
vitæ denominatio ad viuentia cuncta porrigitur: & supra viuentia est. Vita.
sapientiæ quoq; appellatio ad spiritualia omnia & rationalia/ sensibi- Sapientia.
liaq; pertenditur: & super hæc omnia est. has itaq; laudare nostra cupit
oratio (quæ prouidentiam explicent) diuinas appellationes. Neq; enim
ipsam eminentem substantijs omnibus bonitatem/ & deitatem/ & sub-
stantiam/ vitamq; ac sapientiam supersubstantialis ipsius deitatis pollice-
tur eloqui: quę super bonitatem/ deitatem & substantiam vitamq; & sa-
pientiam in occultis (vt scriptura ait) superne locata est. sed patentem be- T
neficamq; prouidentiam/ supremamq; bonitatem/ & bonorum omnium
celebrat causam: & quod est/ & vitam & sapientiam substantię effectricem/
& causam viuificam/ sapientięq; indultricem: ijs quę substantię/ ac vitę/ &
103 mentis/ & rationis/ & sensus capacia sunt. ¶Non autẽ aliud esse bonum Idem: ens/
docet/ *aliudq; quod est/ & aliud vitam/ siue sapientiã: neq; plures causas/ &* bonum/ vi-
aliorum alias effectrices deitates superiores & inferiores. sed vnius dei bo- ta/ sapiẽtia
nos processus omnes/ & eas *(quæ celebrantur a nobis)* diuinas appellatio-
nes. & hanc quidem omnino vnius dei prouidentiæ esse enũciatricem: ali- V.
104 as vero generaliorũ/ & alias magis particulariũ eiusdẽ iterpretes dici. ¶Ac
dixerit quispiam. cuius rei gratia cum esse: vitam/ vitaq; antecellat sapiẽti-
am/ & ijs quæ sunt solum: ea quę viuunt/ & viuentibus sensibilia/ & ijs: quę
rationalia/ & rationalibus angelici spiritus præcellunt: & circa deum sunt
magis/ quæ illi plus appropinquant. attamen oportebat quæ maiora mu-
nera a deo acceperunt: præstantiora quoq; esse/ cæterisq; præeminere. At-
qui si quidem substantia & vita carere spiritualia quispiam poneret: recte
istud diceretur. sin autem & sunt diuini spiritus supra reliqua quæ subsi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

stunt/& viuunt supra viuentia reliqua/intelliguntq; & agnoscũt supra sen-
sum/supraq; rationem: & super omnia quæ sunt/ pulchrũ ac bonum desi-
derant ac capiunt: ipsi magis circa bonũ sunt/ vt qui eo vberius fruuntur/
maioraq; ex ipso dona percipiunt. sicuti & rationalia sensu præditis emi-
nent/vincuntq; rationis excellentia: & vltra sentiendi facultatem/ ea quoq;
superãt & alia vita. estq; vt reor equidem hoc verissimũ/ q̃ quæ vnius & in-
finitis muneribus præditi dei participatione fœliciora sunt: illi & viciniora 105
X sunt & diuiniora/ q̃ quę minus illud perceperunt. ¶ Quoniam vero & de
Ens siue q̃ est. his satis dictũ est: age bonum ipsum vt veraciter ens et omnibus quæ sunt
substantiam largiens/laudare pergamus. Ipsum qui est: essentiæ totius su-
persubstantiali virtute fundatrix causa est atq; opifex. existẽtis subsistẽtiæ/
substãtię/essẽtię/naturæ principiũ: et mensura sęculorũ/atq; tẽporũ entitas/
et æternitas entium/et tempus eorum quæ fiunt. esse autem ijs quę quomo-
dolibet sunt: et generatio ijs quæ quomodocũq; gignũtur. Ex eo enim qui
est: sæculum est/et essentia/et ens/et tempus/et generatio/et quod gignitur/
et ea quæ in existentibus sunt/et quæ quomodolibet subsistunt atq; extãt. 106
¶ Nã deus nõ quoquo pacto est ens: sed simpliciter et incircũscripte totũ
Y in se esse pariter ambit/ et præambit superappræhendens. Idcirco etiã rex
Rex sæculorum. sæculorum dicitur: vt in quo/et circa quem totum esse/et ens/subsistensq;
versetur. Et neq; erat/ neq; erit/neq; fuit/neq; fit/ neq; fiet: immo vero neq;
est. sed ijs quæ sunt: esse ipse est. neq; ea quæ sunt solum: verũ ipsum quoq;
eorum esse/ex eo est qui est ante sæcula. ipse vero est sæculum sæculorum: 107
qui ante sæcula est. ¶ Resumentes itaq; dicamus vt ijs quæ sunt omnibus/
et sęculis esse: ab eo est qui ãte est, et õne quidẽ sęculũ ac tẽpus: ex eo est. om-
nis autẽ sæculi/ac tẽporis/ et omnis quod quomodolibet est: is qui ante est/
initiũ et causa est. omniaq; ipso participant: et a nullo existente discedit. ip-
seq; est ante omnia: et omnia in ipso consistunt. prorsusq; si quid quomo-
dolibet est: in eo qui ante est/ et est/ et noscitur atq; seruatur. ¶ Et ãte alias 108
ipsius participationes: esse prępositũ est. et est ipsum per se esse/antiquius q̃
Z ipsam vitam/ipsamq; sapiẽtiã/et ipsam similitudinem diuinam esse. alijsq;
quibuscunq; participantia: ante hæc omnia ipso esse participant. immo et
ipsa per se õnia quibus ea quæ sunt participant: ipso per se esse participãt.
Nullũq; ens est/cuius non sit substantia et sæculum: ipsum/atq; per se esse.
Merito igit̃ reliquis alijs prĩcipalius vt qui est: deus ex antiquiore alijs ipsius
donis celebratur. Etenim ipse præesse & superesse ante habẽs/& superemi-
nenter habens: idipsum (dico ipsum per se esse) præeminere fecit. atq; per 109
idipsum esse: quicquid quomodolibet est/vt subsisteret effecit. ¶ Enimuero
& rerũ principia omnia: ipsius esse participatione & sunt/& principia sunt.
& prius quidẽ sunt: & subinde principia sunt. Et si velis vitã ipsã viuẽtiũ: vt
viuẽtiũ initiũ dicere/& similiũ: vt similiũ similitudinẽ ipsam/& cõiũctorũ:
vt cõiũctorũ ipsã per se vnionẽ/& ordinatorũ: vt ordinatorũ per se ordinẽ/
& aliorũ quæq; huius vel illius vel amborũ vel pluriũ participatione gau-
dent: & hoc/aut illud/aut ambo/vel multa/per se participata. inuenies pro-
fecto ipsas participationes: primum ipso esse participare. & eo ipso esse/pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mum exiſtentes:mox vero huius aut illius principia eſſe.& ipſo eſſe parti-
cipando:& exiſtere/& participatas eſſe. Si autem iſta/participatione ipſius
110 eſſe ſunt:multo magis & ea/quæ ipſorũ participia ſunt.¶ Primũ igitur ip- z
ſius eſſe munus cæteris præponẽs ipſa ſuprema bonitas:ipſo eſſe/antiquio
re quidẽ & prima participationũ celebratur.eſtqꝫ ex ipſa & in ipſa & ipſũ
eſſe & principia rerũ:& quæ ſunt omnia/& quæ quomodocunqꝫ ab ipſo eſ-
ſe ſunt contenta.idqꝫ immenſurate/inuolute/atqꝫ vnice.Namqꝫ in monade
omnis numerus vniformiter præeſt: habetqꝫ monas omnẽ in ſe numerum
vnice.& omnis numerus:complicatus quidẽ in monade eſt.quantum vero
a monade progreditur/tantũ diſcernitur & multiplicatur.Et in centro om- qq
nes circuli lineæ/in vnitione præextiterunt:habetqꝫ punctum omnes in ſe-
ipſo rectas lineas vniformiter iũctas ad ſe inuicem & ad vnũ initiũ/ex quo
proceſſere.atqꝫ in ipſo quidem centro perfecte coniunctæ ſunt. modice ve-
ro ab ipſo diſcedentes:modice quoqꝫ diſcernuntur.magiſqꝫ recedentes:ma
gis.prorſuſqꝫ quanto centro viciniores ſunt: tanto plus & illi & ſibiinuicem
iunguntur.quo vero ſe ab illo dimouent magis:eo etiã abinuicem diſtant.
Sed & in tota ipſa vniuerſorũ natura/omnes naturæ cuiuſqꝫ rationes colle
ctæ ſunt:per vnã inconfuſam vnionẽ.& in anima vniformiter virtutes par
tiũ omnium totius corporis gubernatrices:conglobatæ atqꝫ cõplicatæ ſũt.
Nichil itaqꝫ alienum a noſtro inſtituto facimus: ſi per exiles imagines ad
authorem omniũ cauſam aſcendentes/ purgatiſſimis & mundo ſuperiori-
bus oculis inſpiciamus omnia in omniũ cauſa/ & adinuicem cõtraria:vni-
111 formiter atqꝫ counite.¶ Eſt enim principium rerum ex quo eſt & ipſum eſ-
ſe/& omnia quæ quomodolibet ſunt/omne initium/omnis finis/omnis vi-
ta/immortalitas omnis/omnis ſapiẽtia/omnis ordo/harmonia omnis/om-
nis virtus/omnis cuſtodia/firmitas omnis/omnis diſtributio/omnis intelli-
gentia/omnis ratio/omnis ſenſus/habitus omnis/omnis ſtatus/omnis mo-
tus/omnis vnio/temperamentũ omne/omnis amicitia/ omnis continentia/
diſcretio omnis/ omnis diffinitio/ & alia quæqꝫ ab ipſo eſſe cum ſint: quæ
112 ſunt omnia exculpunt.¶ Ex eadem quoqꝫ omnium cauſa ducuntur ange-
lorum ſanctorum intelligibiles ſpiritualeſqꝫ ſubſtantiæ: & animarum to-
tiuſqꝫ mundi naturæ.& quæ quoquo pacto vel in alijs ſubſiſtere:vel ſecun-
dum intelligentiã eſſe dicuntur.Deniqꝫ ſanctiſſimæ illę antiquiſſimæ virtu
tes/cũ veriſſimę ſint & veluti in valuis ſuperſubſtãtialis trinitatis collocatę:
ab ipſa & in ipſa vt ſint & ad dei effigiẽ ſint acceperunt.& quę poſt illas in-
feriores ſunt:inferiore quoqꝫ modo vt ſint habent.extremęqꝫ extremo mo-
do:quantum ad angelos.quantum ad nos autem:excellenter & ſupermun
dane.Animæ itẽ & alia quæqꝫ ſunt omnia:eadem ratione et vt eſſent & vt
bene eſſent acceperunt.ſuntqꝫ & bene ſunt:ab eo qui ante eſt vt & ſint & be
ne ſint conſecuta.atqꝫ in ipſo ſunt & bene ſunt:et cum ex ipſo initium cœ-
113 perint/in ipſo ſeruantur/atqꝫ in ipſum finiuntur.¶ Ac munera quidem ip-
ſius eſſe honorabiliſſima præſtantioribus ſubſtantijs diuidit: quas etiam rr
æternas ſcriptura vocat.ipſũ vero eſſe:ijs quæ ſunt õnibus nunq̃ õnino de-
ſtituit.& ipſũ quoqꝫ eſſe:ex eo qui ãte eſt ducit.et ipſius eſſẽtia eſt:nõ ipſe/

Manuductio monadis et cẽtri circuli.

essentiæ.atq; in ipso essentia:non ipse in essentia est.ipseq; essentiã:non ipsũ
habet essentia.& ipse est ipsius esse sæculum/& initium & modus atq; me-
sura:qui & ante essentiam est.& entis & sæculi & omnium:substantificum 114
ss principium/& medium/ac finis est. ¶ Ideoq; in sanctis litteris qui vere an-
te est: per omnem rerum multiplicatur intelligentiam. atq; in ipso: & erat/
& est/& erit/& fit/& fiet/proprie laudantur.Hæc enim omnia/ijs qui con-
uenienter intelliguut: per omnem intelligentiam ipsum supersubstantiali-
ter esse significant.& eorũ quę sunt vbilibet/causã.Nã pfecto nõ istud qui-
dẽ est:illud vero nõ ęst.neq; alicubi est:alicubi non est.sed omnia est:vt om
niũ causa.& in se omnia initia/omnes conclusiones & terminos rerum om
niũ cõtinens & ante habẽs.& super omnia est:vt qui ante omnia per sub-
stantiæ eminentiam præest.Idcirco & omnia ipsius sunt/simulq; prædicã-
tur:& nichil est omnium.omni figura/& omni specie præditum: formaq;
carens/ac specie.principia & media & fines rerum: immense & eminenter
in se ante compræhendit. omnibusq; esse per vnam & supreme coniunctã
Manuductio solis. causam:sine contaminatione insulget/ atq; infundit. ¶ Si enim visibilis sol 115
sensibilium substantias & qualitates/ permultas licet atq; differentes: ipse
tamen vnus cum sit/& vniformem infundendo lucem: renouat/ nutrit/ fer-
uat/perficit/discriminat/ coniungit/ refouet/fœcundat/auget/ immutat/ fir-
mat/implet/sustollit/ viuificatq; oĩa.& quodlibet ex omnibus modo sibi cõ
gruo:vnius eiusdẽq; solis est particeps.plurimorũq; participãtiũ sol vnus i
seipso causas/ante vniformiter cœpit.multo magis omnium exemplaria re-
rũ:vna supersubstantiali vnitate in solis & oĩm causa/ante subsistere est con
Exẽplaria quæ & paradigmata cedendum.quia & substantias producit:secundum quod a substantia exce
dit. ¶ Exẽplaria vero esse dicimus/rationes in deo substantificas rerũ/& sin 116
tt gulariter ante subsistentes:quas prædestinationes theologia vocat/ & bo-
nas diuinasq; voluntates/eorũ quæ sunt definitrices atq; effectrices.secun-
vv dum quas ipse supersubstantialis deus:quæ sunt omnia prædestinauit atq; 117
xx produxit. ¶ Si autem & philosophus Clemẽs vult etiã ad aliquid dici exẽ-
Clemẽs philosophus. plaria/quæ sunt in rebus magis principalia: procedit quidẽ illi oratio non
per propria & absoluta & simplicia nomina. Cæterum vt concedamus &
yy hoc recte dici:meminerimus quid sacra protestentur eloquia.quia nõ ea ti-
bi ostendi vt post illa incederes:sed vt per rationalẽ horum scientiã/ad om-
zz niũ causam prout possumus prouehamur.Oĩa igitur ipsi/quę sunt secũdũ
vnicã omnibus eminentem vnitatẽ:accepta sunt referenda. quãdoquidem
ab essentia substantifici processus atq; bonitatis inchoãs/ & per omnia per-
gens/& cuncta ex seipsa/essentia implens atq; in omnibus quæ sunt exul-
tans:omnia quidem in se ante complectitur/per vnã simplicitatis excellen-
tiã omne renuẽs duplex.cũcta vero similiter cõtinet secũdũ superexpãsam
simplicem infinitatem suam: atq; ab oĩbus vnice participatur. queadmo- 118
dum & vox vna cũ sit/atq; eadẽ:a multis auribus vt vna percipitur. ¶ Oĩm
itaq; initium & finis rerum est: qui ante est.initium quidẽ vt author:finis
vero vt alicuius gratia.finisq; omniũ atq; infinitas totius infinitatis/& fi-
nis excellenter/quę velut opposita sunt.imo enĩ(vt sæpe iã dictũ est)quę sũt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

omnia:& ante habet/& ſubſiſtere facit/omnibus & vbiq; præſens.& ſecun
dum vnum atq; idem:& ſecundum idem eſſe.& ad omnia prodiens:& ma
nens in ſeipſo.& ſtans/& ſe mouens:& neq; ſtans/neq; ſe mouens. neq; ini
tium habens:aut medium/vel finem. neq; in aliquo ſubſiſtentium eſt:neq;
aliquid eſt ſubſiſtentium.& neq; ei vlla ratione competit: aliquid eorũ quæ
æterne ſunt/aut quæ temporaliter ſubſiſtunt. ſed tempore & ſæculo & ijs
quæ in tempore & ſæculo ſunt/omnibus eminenter excipitur.quia & ipſũ
ſæculum/ & quæq; ſunt/& menſuræ rerum/& quæq; ſub menſuras cadũt:
per ipſum & ab ipſo ſunt.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶In occultis (vt ſcriptura ait) ſuperne locata eſt. T
Pſalmus decimus ſeptimus. Et aſcendit ſuper cherubim et volauit: volauit ſuper pẽnas V
ventorum.et poſuit tenebras latibulum ſuũ. ¶Et hanc quidẽ omnino vnius dei proui-
dentiæ eſſe enunciatricem. Hanc:hanc dei appellationẽ ſcilicet bonitatem. Et quæ ſint
vniuerſaliores dei nuncupationes/quęve particulariores:ſequentia monſtrabunt. Vnũ
enim/verũ/bonũ/eſſentia:latiſſime ſe fundunt. vt etiam in materia(quæ eſt ſubſtantiarũ
vltima/infimaq; linea)ſe inſinuent. illa ſiquidem et vna/et vera/ et bona eſt: et ſenſibi-
lium deniq; eſſentia.et quantum vna/vera et bona:et ipſa quoq; tantũ eſt, Deinde vita.
deinde ſenſus.deinde ratio.deinde ſapientia/et intellectus.ita vt inferior ente nũcupa-
tio ſit vita: ſed ſenſu latior/vniuerſaliorq;. et ſenſus vniuerſalior ratione: particularior
autem vita.et rurſus ratio:latior intellectu. Intellectus autem iam fit nuncupationum
dei(ad quas noſtræ mentis penetrat obtutus)contractiſſima: poteſtate autem et efficien
tia/ vniuerſaliſſima. Et ex ijs quę proxime ſequũtur numero 104 habes modũ ea refellẽ Platonici.
di quæcunq; adducuntur a Platonicis ad ſuũ æterna lite impacatũ problema confirmã-
dum: vnum eſſe ſupra ens ipſum/ſupra bonum/& pulchrum. Sed hic illa inſerere ideo
conſiliũ non fuit: q̃ ijs qui veritatem videre poſſunt/triſtis ſit omnis intelligentiæ prola
pſio: ipſa veritate (vt peregrinantes plano/rectoq; calle) contentis. tũ q̃ his religioſis di
uini patris diſcuſſionibus/non aliter q̃ prophana ſacris: ammiſcenda talia profecto neq;
ſint/neq; cenſuerim. ¶Quoniã vero & de his ſatis dictum eſt. Idem intelligendum eſt X
per ens/ipſum ens/ ipſum eſſe/ qui eſt. ¶Idcirco etiam rex ſæculorum dicitur. Paulus Y
prima ad Timotheum epiſtola cap primo. Regi autem ſæculorũ/immortali/inuiſibili/ſo
li deo:honor & gloria in ſæcula ſæculorũ. ¶Alijſq; quibuſcũq; participantia. Alijs: vt ip- Z
ſo ſenſu/appetitu/motu/ratione. Ita enim ordo a rebus ipſis diuinos proceſſus expli-
cantibus:ſumptus eſſe videtur. Eſſentia/vita/ſenſus/appetitus/motus/ ratio ſeu prudẽ-
tia/intellectus ſiue ſapientia. Et vnicuiq; diuina ſimilitudo adeſt: quantum ipſi diuinæ
imitationis participatio indulta eſt. ¶Primũ igitur ipſius eſſe munus: cæteris præponẽs z
ipſa ſuprema bonitas. Eſt enim ipſa ſuprema & ſuper omnia locata bonitas: a qua ipſũ
eſſe latiſſime profluit/beneficum in omnia munus. deinde vita minus commune. dein-
de ſenſus/deinde ratio/deinde intellectus:ea quidem proferens de æternitatis ſuæ the-
ſauro vt noua & vetera. Et hic primordialium participationum ordo non in eis ipſis
putandus eſt. nam reciproca ſunt adinuicem omnia/ & in ſumma æqualitate & mu-
tua conuerſione omnia. ſed in contemplatione noſtra attendendus eſt: atq; in contu-
itu animi / primordiales rerumq; effectrices omnium diuinas participationes ex re-
rum ipſarum veſtigijs perueſtigantis ſapienter. ¶ Et in centro omnes circuli lineæ:in qq
vnitione præextiterunt. Vt enim numerus/ euolutio quædam eſt & explicatio mona-
dis:qua id quod indiuiduum eſt & ſimplex/diuidue ſe explicat. Ita linea/euolutio quę-
dam eſt puncti/& puncti explicatio:qua indiuiduum diuidue explicatur/& ſimplex com
poſite/& vnũ multipliciter. vnitas enĩ in numero/punctũ in magnitudine/deus in vni-
uerſo. Intelligibilia numerus/ſenſibilia magnitudo/vniuerſũ deiforme.& numer9: vni-
tas eſt euoluta.& linea:euolutus punctus. vniuerſũ autẽ:deus euolutus. Et rurſus vni-
tas:numerus cõplicatus. pũctus: cõplicata linea. deus autẽ: cõplicatũ vniuerſũ. ſed neq;
numerus vnitas/ neq; linea punctus/ neq; vniuerſum deus:aut contra. Sic enim deus
omnibus præeſt & præcellit. ſpiritualibus quidem: vt ſpeculo aſtãs/ſuæ imagini. corpo-
ralibus autem: vt corpora ipſa ſuæ vmbræ corporali. immo vero perinde omnibus: vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

rr ens per defectũ non enti. ¶Quas etiam ęternas scriptura vocat. Paulus secunda ad Co
rinthios epistola/capite quarto. Quæ enim videntur: temporalia sunt. quę autem non
ss videntur: ęterna sunt. ¶Ideoq; a sanctis litteris: qui vere ante est. Apocalypsis capite
primo. Gratia vobis et pax ab eo qui est/& qui erat/& qui venturus est. Et Ioannes ca
tt pite primo. Omnia per ipsum facta sunt. ¶Quas prędestinationes theologia vocat/et
bonas diuinasq; voluntates. Paulus epistola ad Romanos capite octauo. Scimus: quo-
niam diligentibus deum/omnia cooperantur in bonum ijs qui secundum propositum
vocati sunt sancti. nam quos sciuit: & prędestinauit conformes fieri imagini filij sui, vt
sit ipse primogenitus in multis fratribus. quos autem prędestinauit: hos & vocauit. et
quos vocauit: hos & iustificauit. quos autẽ iustificauit: illos & magnificauit. Et ad Ephe
sios capite primo. Qui prędestinauit nos in adoptionem filiorum per IHESVM
CHRISTVM/in ipsum secundum propositum voluntatis suæ/in laudem gloriæ
De para gratiæ suę. ¶Et hoc in loco pius & profundus contemplator: eleuatur ad diuinas præ-
digma scientias laudandas/ad diuinas prædestinationes adorãdas. quia illæ sunt primordialia
tis. exẽplaria rerũ: prima (vt beatus vocat pater) paradigmata/prædiffinitrices & bonæ dei
voluntates. quinimmo illæ sunt sempiterna illa ratio/sapientia & verbum: in quo om-
Ex quibus nia priusq̃ fierent prædiffinita & prædecreta sũt/& per quod facta sunt omnia. Et vt pa-
præscientia radigmata colligamus in quibus salus viuentium & vita saluandorum sita est: primum
et p̃destina est dei filius/deinde primordialis bonitas/primordialis amor/obedientia/munditia/iu
tio cogno- stitia/clementia/mansuetudo/misericordia/prouidentia/intelligentia/& similia: quæ fa
scuntur. cile per ista intelliguntur. Primum enim prædestinati vocantur per regenerationis lauа-
crum in filialem adoptionem. Hæc prima sanctificatio ad diuinam in se viuendo effor-
mandam bonitatem/ad geminum amorem complendum/ad præceptorum obedienti-
am/ad cordis munditiam/ad iustitiam/clementiam/mansuetudinem/prouidentiam/
sapientiam: secundum cuiusq; captum atq; sortem. Itaq; qui regenerationis est filius/bo
nitati inuigilans: quia deus bonus est. deum amans: quia optimus est. & quia filius sem
per patrem diligit: cuius nos factura in ipso & per ipsum in adoptionem reformata su-
mus. & proximum: quia eundem spiritualem patrem habet/& eius frater est/adde eti-
am quia dei filius fieri voluit noster frater & proximus. præceptorum obedientiam ser-
uans: quia deus dei filius (in quo prædestinati & filij sumus) semper facit voluntatẽ pa
tris. munditiam colens: quia deus summa puritas est & sanctificatio nostra. iustus/cle-
mens/pacificus/misericors/prouidus/intelligens: quia deus iustus/clementissimus/pa-
cis largitor/miserator/omnibus prouidens/& omnia in semetipso cognoscens. talis prę-
destinatus est: & nomen eius in cœlo scriptum est. & scriptura illa sunt diuina paradig-
mata/in quibus deus omnia nouit/& prænouit: & bonæ eius voluntates. ¶Et reuera
Matt.26. cum dominus vitæ/orat patrem. veruntamen non mea voluntas/sed tua fiat. & cum
Lucę.6. in loco campestri (qui huius inferioris mundi figura est) turbas edocet/discipulos &
apostolos. diligite inimicos vestros/benefacite/& mutuum date nichil inde sperantes/
& erit merces vestra multa/& eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos
& malos. estote ergo misericordes: sicut & pater vester misericors est. Hæc tota paradig
matum est/& vniuersa (qui inspicere valet) sacrosancta euangelica doctrina. Et cũ ma-
Colos.3. gnus Paulus clamat ad Colossenses. Viri diligite vxores vestras: sicut & CHRISTVS
dilexit ecclesiãm. Mulieres viris suis subditæ sint/sicut domino: quoniã vir caput est mu
Colos.4. lieris. Domini quod iustum est & ęquum seruis pręstate: scientes q̃ dominum habetis in
Ephe.4. cœlo. Et ad Ephesios. Estote autem inuicem benigni/misericordes/donantes inuicem:
Ephe.5. sicut & deus in CHRISTO donauit vobis. Estote ergo imitatores dei: sicut filij cha-
rissimi. hæc omnia: sancta paradigmata respiciunt. sed ex paucis multa intelligite. ¶Et
qui regeneratus non fuerit/in libro vitæ scriptus non est: vtpote in quo soli filij in primo
filio scripti sunt. Qui autem scriptus non est: iam iudicatus est & reprobus. & ita quoq;
qui malus/odiens/inobediens/immundus/iniustus/crudelis/immansuetus/auarus/im
prouidus/insipiens. Non enim habet huiusmodi assimilationes: in quarum primordijs
& exemplaribus præcogniti sumus & prędiffiniti ad vitam & salutem/sed eorũ priuati-
ones. Deletum igitur est de libro viuentium nomen eius: & iam iudicatus est & re-
probus. Qz si eius obscuræ vitæ & priuationum boni plenę/pœnitentia ducatur: & eius
rei potestatem a deo petat (cui proprium est misereri semper/& manum porrigere la-
pso/& ad reconciliationis admittere gratiam) et a deo petat bonitatem sibi indulgeri/et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

amandi perfectionē/et mandatorum intranſgreſſibilitatē.et fiat vir ille reconciliationis
filius:ſubinde bonitati ſtudēs/geminam charitatē pro poteſtate ſua amplectēs/diuinis
præceptis obſequēs/& per alia diuinorū paradigmatū veſtigia pro captu ſuo/ſuaq; for=
te incedens/prædeſtinatus eſt/& ſcriptus in libro vitæ: qui prius ſcriptus non erat/ ſed
iudicatus & reprobus. ¶Et in æterna ſapientia(quæ eadē & præſcientia & prædeſtina=
tio eſt)non eſt altera pro electis/& pro ijs qui in reprobū ſenſum dantur/ſcriptura: ſed &
electorū & reproborū eadē eſt ſcientia.& nulla illic cōtingentia/nulla varietas/nulla mu
tabilitas(notæ enim ſapientiæ: ſcriptura ęterna)ſed in nobis contingentia/varietas/mu
tabilitas.vt qui interdum deo indultore a quo ſolo omne bonū: diuinas in nobis expri=
mimus imagines/quantū ipſe dat/& largitur. & tunc ſignati ſumus. & illa ſignatio no=
ſtra/illa ſcriptura: ſumma eſt ſuis veſtigijs reddita veritas. Humana enim ſcriptura ima
gines reſtituit veritati: diuina autem veritatē imagini. ¶Aliquando vero ex inconſtan=
tia & mobilitate noſtra/aut obſcuræ mendacis turbę impulſu cadimus/& illis diuinis ve
ſtigijs priuamur:& tunc noſtra nomina deleta ſunt (& ſponſus æternus neſcit nos) & ni
chilominus tamen ſemper ſcripta: ſi nobis reſurgere ſit curæ/& poſſumus. ex ſe enī po
teſt nullus: ſed deus eſt erector & qui poſt caſum firmat/& ſtantiū & reſurgentiū fortitu
do & virtus. ¶Quo fit vt idem ſit in primordijs ſcientia & neſciētia: ſi ita dicere poſſu=
mus.apud nos vero diuerſa: vt lumen et tenebræ/ vt gaudiū et pœna/vt vita & mors.
Eam enim ſcientiā: in nobis tandem ſequitur immenſa lux/immenſa gloria/ et vita ęter=
na.neſcientiam vero: tandem immenſus tenebrarum horror/ et confuſio/ et intermina
ſupplicia/morſq; ſecunda. ¶Et cui deus videre permiſerit quo modo liber ille in quo ſi=
gnata ſunt omnia/purus ſit: et omnis in eo ſcriptura/ et omne nomen cum alio conuer=
tatur/in vnoq; coincidant omnia/immo omnia ſint vnum/idemq; et ſimpliciſſimum inef Iaco.2.
fabile nomen: pariter intelliget cur qui in vno deliquit/factus eſt omniū reus. Et nō ex=
pauefcet/non trepidabit ad præſcientiæ et prædeſtinationis ſancta nomina: quin potius
laudabit toto gaudio effuſus diuinas præſcientias/prædiffinitiones/et bonas dei volun=
tates.et concinet adoptiuus/ſanctum altū et ſublime carmē filij. Ecce domine tu cogno= Pſal.138.
uiſti omnia nouiſſima et antiqua: tu formaſti me et poſuiſti ſuper me manum tuam. mi=
rabilis facta eſt ſcientia tua ex me.et beatus eſt: qui poteſt hoc ſanctum carmen canere.
et gaudebit tota mentis religioſa humilitate conſtratus ante deum: cognoſcere nomē
ſuum in cœlo/nomen verum/nomen nouum quo nullus eſt dignus: ſed deus habenti=
um eſt dignitas/et ſufficientia.nomen de quo dictum eſt. vincenti dabo calculum can= Apo.2.
didum/et in calculo nomen nouum ſcriptum: quod nemo ſcit/niſi qui accipit. Et ſi religi
oſa humilitas/et ſacrarum litterarum veneratio quæ nos docent quia nemo ſcit/ an ſit Eccēs.9.
amore an odio dignus: non ſinit ipſum audere cogitare nomē ſuum ſcriptum eſſe in cœ
lis: ſuſpirat tamē et ſperat nō ex ſuo curſu/non ex ſua voluntate/ſed ex ſola miſerentis
dei præordinatrice bona voluntate/partem tandem ſe habiturū cum fidelibus. Non enī
quia currimus aut volumus: prædeſtinati ſumus. ſed quia prædeſtinati ſumus: et curri=
mus hoc ſanctum et pulchrū vitæ certamen/et volumus. immo et currere poſſe/et vel=
le poſſe: accipimus. Perinde atq; non quia ambulo aut viuo: deus eſt motionum mo=
tus/et viuentium omnium vita/ quare et vitæ meæ vita. ſed quia deus eſt primordia=
lis motus/et prima vitalis/viuentiumq; vita: ego et ambulo et viuo/et vt ambulē atq; vi
uam: poſſe accipio. ¶Vnde fit vt deus nō æque cauſa eſſe dinoſcatur reprobationis ma=
lorum: et proborum electionis. quin reprobi ipſi ſibiipſis ſuæ reprobationis cauſa ſunt:
ſua illicita deſideria ſectantes et multipliciter ſuam imitationē euertendo diuina ſpecie
ſe priuantes(ad quas quidem diuinas ſpecies percipiendas: quiſq; pro captu ſuo vitam
hanc temporalem/communemq; cum cæteris hominibus lucem acceperat) non æter=
na/bonaq; dei voluntas. Verum probi ſuę electionis non cauſa ſunt/niſi admodum exi=
lis et parua: ſed diuina bonitas. neq; enim quicq̄ ad diuinorū paradigmatum partici=
pationem agere quiſquā poteſt: cuius ipſa/ præcipua cauſa non ſit et author/ et quod
ex bona eius voluntate non pendeat. Malos enim deus odit: quos non nouit. illos au=
tem non nouit: qui ęternaliter/ſempiterniſq; rationibus ſcripti non ſunt. at ꝙ illos odit
ꝙ non noſcit/ ꝙ ſcripti non ſunt: cauſa non eſt. ſed ipſi/et eorum: ad priuationes/ ad nō
eſſe/ et malum degenerantes voluntates. Qui hoc enim ignorat: philoſophiam et amo
ris/et ſcientię/et caloris ignorat. amor enim per ſe non odit: neq; ſcientia per ſe neſcit/
neq; calor infrigidat. Et deus bonos amat quos cognoſcit: illos autē cognoſcit/ quorum

nomina in æterna sapientia scripta sunt. Et illius amoris/illius scientiæ/ & primordialiũ
nominum: deus tota causa est. Opera autem nostra quæ facimus & quicquid possumus/
immo potius quæ in nobis fiunt: idolum sunt in speculo. deus enim in bonis se specula=
tur: & illos videt. a malis autem faciem suam auertit: & speculum tetrum sine luce & si=
ne imagine manent. ¶ Et cum duplex in hac nostra huius mũdi per viam arctam pere=
grinatione callis sit/tramesq; bifidus: vnus quidem agendi/ & alter contemplandi: vtri=
usq; profecto vitæ atq; semitæ sua exemplaria sunt. Et hæc: pater/ filius/ spiritus/ domi=
nus/seruus/rex/subditus/ bonum/ verum/ pulchrũ/amor/obedientia/ fortitudo/tempe=
rantia/largitas/misericordia/magnificentia/humilitas/ patientia/modestia/ mansuetu=
do/benignitas/iustitia/amicitia/ prudentia/ & omnino prouidentia: in agendo/ ammi=
nistrandoq; sunt actiuæ vitæ paradigmata. & illa intelligere oportet supramundane. Et
hæc quoq; eadem in contemplando/contemplatiuæ: & pleraq; alia. vt vnũ/ens/viuens/
mouens/intelligens/æternum/potens/fœcundum/plenum/trinũ/superens/superbonũ/
superuiuens/& reliqua diuina nomina quæ beatissimus pater colligit non plane negan=
tia. & contẽplatrix vita super paradigmata ascendit: cum id quod incognoscibile est per
omnia cognitum/laudat per infinitum/immensum/incõprehensibile/inuisibile/ inacces=
sibile/ĩcognitũ/& similia. de quibus est theologia negatiua/& diuina ignorãtia: et quo=
rũ deo digna contẽplatione/contẽplatoris animus fœlix euadit. ¶ Et hic (fateor) multã
aquã in angusto vasculo constringere molitus sum: quã rẽ materia ipsa refugiebat/ iccir
co quoq; factus contra propositũ prolixior. Perstricta tamen sunt hæc quanta breuitate
nobis donatum est: vt labentes erigantur intelligentiæ/& ad sacra primordialiũ rerum
spectacula admittantur. Sed opus fuisset (ingenue fateor) ad hæc sublimia pręstantiore
duce: & deus det/ vt secula nostra illuminentur. & operarios mittat suæ lucis capaces:
quia eius supereminens lux per omnia sæcula irradiat/sed obscura natura non cõprehẽ
dit. ¶ Et vt adiectis paucis finẽ faciamus/id attenta animaduersione dignũ est: idẽ hoc
in libro esse exempla/exemplaria/ paradigmata/ scientias/præscientias/ prædestinatio=
nes/bonas dei voluntates/diffinitiones/prædiffinitionesq; rerũ. Non ꝙ plures putandũ
sit in deo esse voluntates/plures scientias/præscientias/sapientias/& huiusmodi similia.
hæc enim omnia: vnum sunt/& superexcellenter vnũ. Sed hæc multitudo ex processu
rerũ ad ipsum superexcellenter vnum(vt ex lineis ad circuli centrũ)intelligitur. omnes
enim in centro sunt vnum. Ex quibus intelligere possis: quæ ea sunt exẽpla/ de quibus
cap. quarto numero 54. legitur. Et ipsius gratia/ & per ipsum/& in ipso est principium
omne: a quo exempla ducuntur. ¶ Id etiã silentio prætereundũ non est/idiotas quosdã
de his prædiffinitionibus rerũ/cõtra deum stulta loqui interdũ solere: & eum ex magno
benignitatis eius munere(ꝙ liberã nobis fecerit voluntatis potestatẽ)accusare. Et non
minus inter litteratos hæc procella cadere solet: & statim ex incõpositione studiorũ in=
ter ephebos/& impuberes(quorũ infirmæ vires vix adhuc lacte fouendæ sunt)hæc ma=
teria ventilari. & ex contingentia nonnullarũ propositionũ/ protinus sine amminiculis
(vt ferme fabulantur Pyreneũ: sine alarũ ope post musas volare voluisse)ad cœli sum=
ma conscendere/& an ipsi cœnaturi sint: circa semper adorãdã dei pręscientiã multa de=
lirare. Meminerint Pyreneũ stultę pręsumptionis dedisse pœnas: si fabula potius moneã
tur q̃ veritate. Et hęc profecto licentia/hæc vero nomine impudentia: in studijs repri=
menda/atq; arcenda est. sinite studia illuminari. in lumine enim saluamur: in lumine ne=
mo offendit. discãtur logica in logicis/in naturalibus naturalia/in moralibus vitę institu
ta/& diuina in diuinis. Assurgere tamen in naturalibus/et moralibus: interdũ modeste &
reuerenter licet. amminiculatiuę autẽ disciplinę: id põdus non ferunt. earũ enim officiũ
solum est: vt in alijs sint instrumenta. in diuinis autẽ assurrectiones: & naturales/& pro=
Mala. 1. prię sunt. ¶ Et ante idiotas sacramentũ de dilectione Iacob/& odio Esau magnum apud
Roma. 9. Paulum mysteriũ: nõ proferatur. & eis quoq; interdicatur: ea de re quicq̃ temere loqui.
non autem eos decet. Iacob enim electorum multitudo: Esau autem multitudo repro=
borum. diuina quidẽ semper bonitate vt boni fiãt(seruatis rerũ numeris/ & inditis pro=
prietatibus)benignissime procuratrice. Et multi ex Esau veniunt ad misericordiæ fontẽ:
Oseę. 2. & salui fiunt. Verũ non intelligunt ex Esau fieri Iacob: & ex Iacob Esau. neq; quod per
prophetam dicitur. Miserebor eius qui fuit absq; misericordia. dicam non populo meo/
populus meus es tu: & ipse dicet/deus meus es tu. Dicatur potius talibus: quo modo be
nignissimus deus nunc similis solicito pro liberis patri/ nunc similis importune et supra

modum vehementer amanti: Esau/et reprobos vt electis inserat & saluandis/per suos
præcones prophetas dulciter inuitat. Per Esaiam cap. 44. Reuertere (inquit) ad me:
quoniam redemi te. Et cap. 55. derelinquat impius viam suam/& vir iniquus cogitatio-
nes suas/et reuertatur ad dominum & miserebitur eius: et ad deum nostrum/quoniam
multus est ad ignoscēdū. Per Hieremiam cap. tertio. Vulgo dicitur/si dimiserit vir vxo-
rem suam/et recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltra?
nunquid nō polluta erit/et cōtaminata mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatoribus
multis: tamē reuertere/dicit dominus: & ego suscipiā te. Et iterū. Frons mulieris meretri Hiere. 3.
cis facta est tibi: noluisti erubescere. ergo saltem amodo voca me: pater meus es tu/dux
virginitatis meæ tu es. Et per Malachiā cap. tertio. Ego enī deus/et non mutor. Reuerti-
mini ad me & ego reuertar ad vos. Et iterum. Et attēdit dominus & audiuit: et scriptus Mala. 3.
est liber monumenti coram eo timentibus dominū/et cogitantibus nomen eius. et erūt
michi (dicit dominus exercituū) in die qua ego facio in peculiū. et parcā eis sicut vir par-
cit filio suo seruienti sibi. et conuertimini: et videbitis quid sit inter iustum & impium/
et inter seruientem deo & non seruientem ei. Hæc & similia poterunt eos cōsolari: quæ
prima sui intelligentia purgant/et dei benignitates & bonas eius in nos voluntates de-
clarant. ¶Et ad eos qui in re litteraria versantur dicendū: vt meminerint non ex instabi
litate semper fluctuantiū rerum/non ex euentu rerum incerto indeterminatoq; ad æter-
nas præscientias stabilissimas/certissimas & rerum omnium prediffinitrices causas esse
ascendēdū. sed pietate/religione/veneratione/et sobria oratione: ad diuina paradigma-
ta esse viam. quæ semper a nobis & ab ijs quæ supra nos sunt sint benedicta. Et hæc pro vv
introductione diffusius q̄ par sit: dicta esse videbuntur. ¶Quæ sunt omnia prædestina-
uit/atq; produxit. Prædestinauit: præscripsit/prædiffiniuit. ¶Si autē et philosophus Cle- xx
mens. Hunc volunt esse Clemētem qui tertius a Petro sedit pontifex. et de quo Paulus
ad Philippenses cap. quarto. Etiam rogo & te germane cōpar: adiuua illas quæ mecum
laborauerunt in euangelio cum Clemente/et cæteris adiutoribus meis: quorum no-
mina sunt in libro vitæ. Et exemplaria in rebus principalia quædam nominabat: vt my-
sterialia. sed illam significationē minus in proposito congruentē: non approbat beatus
pater. Neq; quidē illa diuina signa: principalissima sunt/præcipueq; sequēda: sed ea quæ
per illa intelliguntur/quæ & vera sunt exēplaria. Vbi autem Clemēs id dicat: non con-
stat. Et in deuteronomio cap. vicesimo nono ita scribitur. Custodite ergo verba pacti hu yy
ius/et implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. ¶Meminerimus quid sacra prote
stentur eloquia: quia non ea tibi ostendi vt post illa incederes. Id ex decimotertio cap.
Osee prophetæ desumptū putatur. vbi septuaginta interpretum tralatio sic habet. Ego
autem dominus deus tuus formans cœlum & creans terram: cuius manus creauit om-
nem militiā cœli/et non ostendi ea tibi vt ambulares post ea. et eduxi te de terra Aegy-
pti: et deum præter me non cognosces/& saluator non est præter me. Nunc vero id solū
legitur. Ego autem sum dominus deus tuus ex terra Aegypti: et deū absq; me nescies/ zz
et saluator non est præter me. ¶Omnia igitur ipsi quæ sunt secundum vnicam. Ipsi: ipsi
omniū causæ. Et quod paulo post infra subiungitur. atq; in omnibus quæ sunt exultans.
id est quod per prophetam dicitur: psalmo centesimo tertio. Sit gloria domini in sæcu-
lum: letabitur dominus in operibus suis.

¶QVINTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

102 SVscipiendam nūc esse determinationem diuinæ appellationis/qua is
qui vere est: ens/substantia/atq; subsistēs nominatur: et id quidem se-
cūdū scripturæ sacræ sentētiā/proponit sacer Dionysius. Prius tamen
admonet non esse suæ intētionis/explicare ipsam diuinam substantiā:
vt in seipsa supereminenter subsistit/et quatenus supersubstātialis est.
Ea enim/ineffabilis est: et cognitionem omnē atq; explanationem hu-
manam trāscendit. quinimmo & ipsam coniunctionē mentis cum deo
per infusionem diuini radij (quæ sane vnio: dicta est cognitionem intellectualē antecel-
lere) supergreditur. sed sui esse propositi: laudare benignā diuinæ & primitiuæ substan-
tiæ progressionem ad ea omnia quę sunt/subsistentię rerum omnium causam & authorē.
Siquidē ipsa diuina boni appellatio/beneficos omnes ipsius dei (qui omniū est causa)
processus declarās & expromens: tā ad ea quæ sūt q̄ ad ea quæ non sunt protenditur. et
super omnia quæ sunt & ea etiam quæ non sunt expansa: sublimiter eminet/vt in prima

parte quarti capitis huius libri sæpius dictum est. Entis vero siue substantiæ nūcupatio:
solum ad ea quæ sunt omnia extenditur/ et illis omnibus superfunditur. quæ enim non
sunt: ipso esse nequaq̄ participant. Quocirca latior esse cognoscitur ambitus ipsius boni-
tatis & ad plura profusus: q̄ ipsius entis. At vero vitæ denominatio/ad viuētia cuncta cū
sensibilia tum intellectualia porrigitur: et supra omnia viuentia est/in deo principaliter
collocata. Deniq; sapientię appellatio a deo primū profecta: ad omnes cœlestes spiritus/
homines/et animalia rationis expertia ꝙ sentiendi habeant facultatem pertenditur: et
super hæc omnia eminēter est. Has itaq; diuinas appellationes/bonitatē/entitatem/vi-
tam/sapientiam (quæ diuinam in ea quæ condita sunt explicant prouidentiam/atq; bo-
norum cōmunicationem) præsens determinatio proponit eloqui. Neq; enim ipsā super-
diuinam bonitatem substantijs omnibus eminentē/atq; substantiam/vitam & sapienti-
am supremæ ipsius deitatis: promittit effari. quādoquidem ipsa summa deitas: super bo-
nitatem omnem a creaturis participatā/etiam & super substantiam vitam & sapientiam
rebus cōmunicatam: in abditis & abstrusis diuinitatis recessibus eminentissime est collo-
cata. Sed hæc oratio atq; pertractatio laudat in aperto conspicuā & beneficiorum largi-
tricem prouidentiam ac bonitatē diuinam: in omnia/suæ bonitatis munera effundētem.
ipsam itidem supremā substantiam: vt omnis substantiæ est effectrix. sic & vitam ipsam:
omnium quæ viuūt causam viuificam. et deniq; ipsam sapientiā: ijs quę mentis rationis 103
et sensus capacia sunt sapientię indultricem ac authorem. ¶ Ostēdit deinde diuinus pa-
ter/idem esse re ipsa: bonum/ens/ vitam & sapientiam in deo. Neq; nostra (inquit) oratio
docet aliud esse bonū/aliud ipsum ens/aliud item vitam/et aliud sapientiam. neq; itidē
docet plures esse primas causas/& alias deitates aliorum effectrices/alias vero aliorum.
vt sint inter eas aliquæ superiores deitates: quæ plus habeāt virtutis aut ad plura se pro-
fundant. et aliæ deitates inferiores: quæ minus habeant authoritatis/et ad pauciora se
porrigāt. Sed edocet hæc oratio omnes huiusmodi bonos processus vnius esse dei/atq;
ab vno eodemq; profectos: qui & summa bonitas est/et ipsum esse & vita et sapientia.
et has omnes quæ prędicantur in hoc opere & laudātur diuinas appellationes: non plu-
rium sed vnius & eiusdem dei esse nuncupationes. Docet item vnam supradictarū ap-
pellationum vtpote bonitatem/omnium vnius dei prouidentiarum esse enunciatricem:
atq; omnium amplissimam & latissimā. Alias autem diuinas appellationes esse & dici in-
terpretes generaliorum eiusdem dei prouidētiarum: quæ scilicet ad plura se extendunt.
vt substātia. Alias vero explicatrices esse magis particulariū eiusdem dei prouidētiarum
et participationum: quæ scilicet ad pauciora porrigūtur/& rarioribus conueniunt. vt vi- 104
ta/et sapientia. ¶ Deinde obiectionē dissoluit ratione supradictorū suborietem. Diceret
enim fortasse aliquis/cum ipsum esse præcedat antiquitate & generalitate vitam: et vi-
ta eo etiam modo antecedat sapientiam. pluribus enim cōuenit esse q̄ viuere: et pluribus
itidem conuenit vita q̄ sapientia. cum itidem ea quæ viuūt: præstantiora sint natura ijs
quæ sunt solum/et sensibilia: solum viuētibus sint perfectiora/et sensibilibus: rationalia/
et rationalibus: angelici spiritus pręcellant. et ea entium genera magis circa deum sint:
quæ illi proprietatum excellentia & perfectione propinquiora sunt atq; similiora. vt an-
gelici spiritus: cæteris omnibus deo viciniores. cur animalia bruta substātiam habent vi-
tam & sēsum: homines autem sortiti sunt substantiam/vitam/sensum & rationem. cœle-
stes autē spiritus illis carent: subsistendi inquam sorte/viuendi/sentiendi & ratione vten-
di/solamq; habēt sapientiæ participationem. et tamen animalibus brutis & hominibus
longe habentur præstātiores & perfectiores? cū potius oporteret ea entia quę maiora et
plura a deo munera acceperūt/vt bruta & homines: prestantiora etiā esse & cæteris an-
tecellere ¶ Respondet beatus pater ꝙ si quispiā poneret aut admitteret ipsos cœlestes
spiritus carere substātia & vita: ista obiectio locum haberet ac robur/recteq; formaretur.
At vero id falsum est. nam spiritus ipsi angelici sūt perfectiore modo: q̄ reliqua quę subsi-
stunt. et viuunt perfectiore vita: q̄ reliqua viuentia. intelligunt etiam & agnoscunt subli-
miore ratione: q̄ quę sensum habent & rationem. et longe excellētius q̄ cętera quæ sunt:
ipsum pulchrum & bonum desiderant. et illius copiosiorem habent participationem/ꝙ
exuberantius eo perfruūtur: et maiora ex ipso dona ob propinquitatē & similitudinem
cognatiorem suscipiunt. quemadmodum & rationalia pręeminent perfectione: sensu so-
lum prẹditis/et exuperant ea/rationis natura inditæ excellentia. et supra sentiēdi facul-
tatem ipsa rationalia vincunt sensibilia: etiam alia vita/vtpote spiritus & rationis: quan-

longe prĕſtat vitĕ ſẽſus. Et vt paucis agantur õnia: id omnibus indubitatũ eſſe debet/ ꝙ
ea quæ vberiore ipſius vnius dei/ infinitis perfectionibus prĕditi participatione cumu-
lata ſũt atqꝫ locupletata: viciniora illi ſunt & diuiniora/ q̃ illa quĕ minus dei participatio-
105 nẽ et in paucioribus perceperũt. ❡Deinde dignis laudibus cõcelebrat deũ ſub entis ſi-
ue eius qui eſt/ nũcupatione. Quoniam (inquit) de his ſatis iam dictum eſt: laudãdũ nũc
eſt bonum ipſum ſupremũ vt vere ens/ et omnibus quĕ ſunt ſubſiſtentiã impartiens. Sa-
ne ipſe qui eſt: totius exiſtentiæ in creaturis ſuperſubſtãtiali ſua virtute cauſa eſt ac opi-
fex/ omnis ſubſiſtentiæ/ ſubſtantiĕ/ eſſentiæ naturĕqꝫ principium. eſt & menſura duratio-
num/ entitas temporũ/ æternitas entium/ et determinatio tẽporis eorum quĕ fiunt. Ipſe
itidem qui eſt: author eſt ipſius eſſe ijs quĕ quouis modo ſunt/ et author generationis ijs
quĕ quouis pacto gignuntur. Nempe ex eo qui eſt: menſura durationis rerum profluit/
et eſſentia & ens omne/ et tempus & generatio/ et quod gignitur. Ex eodem item ſunt ea
omnia quæ inter exiſtentia ſunt: et quĕ quouis modo ſubſiſtunt/ atqꝫ in rerũ natura con-
106 ſtant. ❡Non enim deus aliquo particulari exiſtendi modo eſt ens: ſicut ea quæ ab ipſo
condita ſunt. ſed vnice/ ſingulariter & indefinite totum in ſe eſſe pariter complectitur
et ante comprĕhendit: omne genus entis & ſubſiſtendi modum omnem in ſe eminenter
et ſimpliciter ambiẽs. Et idcirco in ſcripturis ſanctis etiam rex ſĕculorum dicitur/ quoniã I. timo. I.
in eo & circa ipſum: totum eſſe/ et vniuerſaliter omne ens & ſubſiſtẽs/ abſolute verſatur.
quocũqꝫ tempore/ loco & modo: illud exiſtat. Et deus ipſe quia ab omni particulari mo-
do ſubſiſtendi abſoluitur/ eminẽterqꝫ excipitur: neqꝫ erat/ neqꝫ erit/ neqꝫ fuit neqꝫ fit neqꝫ
fiet. immo vero neqꝫ eſt: quoniã omni illi quod eſt/ longe ſupereminet. ſed ipſe eſt eſſe:
ijs quæ ſunt. Neqꝫ ſolum ea quĕ ſũt: ſed etiam ipſum eſſe eorum & quod participatur ab
ijs quæ ſunt/ eſt ex eo qui eſt ante ſæcula. Ipſe vero deus eſt ſĕculum ſæculorum & de-
107 finitio atqꝫ determinatio durationũ omnium: qui eſt ante ſĕcula. ❡Supradictis & illud
eſt adijciendum. ꝙ eſſe ſiue exiſtentia/ eſt omnibus quæ ſunt & etiam ſĕculis: ab eo qui
ante eſt & duratione et excellẽtia. ꝙ & omnibus eſt antiquitate prior: et perfectione emi-
nẽtior. et omne ſæculũ/ tempus & euum: ex eo vt authore eſt. Inſuper & is qui ante om-
nia eſt: initium eſt & cauſa omnis ſĕculi et tẽporis/ et cuiuſlibet etiam entis/ quod quouis
modo ſubſiſtit. et omnia ipſo qui eſt participant/ et ipſe a nullo diſcedit exiſtente: ſui
participationem ſubtrahendo. Ipſe itidem eſt ante omnia: & cuncta in ipſo vt continẽte
et conſeruãte conſiſtunt. Et in ſumma/ ſiquid aliquo modo eſt: illud & eſt & intelligitur &
108 conſeruatur in eo qui ante omnia eſt/ tanq̃ fonte primitiuo cuiuſcũqꝫ eſſentiæ. ❡Poſtea
comparat ſacratus pater ipſum eſſe/ ad alias dei participationes illud conſequentes ac
poſteriores: vt vitam/ ſapientiam & conſimiles. dicens ꝙ ipſum eſſe præpoſitũ eſt ordi-
ne & antiquitate ante cæteras õnes ipſius dei participationes. et ipſũ per ſe eſſe/ ſimpli-
citer & abſolute dictum: antiquius eſt & natura prius q̃ ipſam vitam eſſe/ ipſam ſapienti-
am eſſe/ et ipſam ſimilitudinem diuinam eſſe. Et alijs quibuſcũqꝫ diuinis perfectionibus
participantia/ vt virtute/ pace/ vnitate & conſimilibus: ante has omnes/ ipſo ente parti-
cipant/ quod in cæteris omnibus prĕſupponitur ac includitur. Quinimmo & ipſa per ſe
omnia diuina munera: vt ipſa vita/ ipſa ſapientia/ ipſa perfectio/ ipſa vnitas (quibus ea
quæ ſubſiſtunt in rerum vniuerſitate/ participãt: ſuntqꝫ ab illis viuentia/ cognoſcentia/
perfecta/ et vnum) ipſo etiam per ſe eſſe participãt. nam & ipſa ſapiẽtia eſt/ ipſa vita eſt:
ipſa perfectio eſt/ ipſa deniqꝫ vnitas eſt. Nullumqꝫ dari poteſt ens in rerum natura: cuius
ipſum eſſe & per ſe eſſe/ non ſit ſubſtantia/ ſæculum/ et cauſa. Non ab re igitur deus ipſe
ab ea nũcupatione qui eſt/ celebratur principalius & potius q̃ a reliquis alijs: tanq̃ a do-
no antiquiore/ priore & ãteriore/ q̃ ſint reliqua ipſius in creaturas diffuſa dona. Enimue-
ro ipſe deus habens ante creaturas omnes/ præexiſtere et ſuperexiſtere: et quidem ſu-
pereminenter (nam ante omnes eſt: et ſuper omnes excellẽter eſt) ipſum per ſe eſſe fecit
cæteris ſuis muneribus quæ rebus conditis cõmunicauit/ præeminere & ſupereminere.
109 atqꝫ per idipſũ per ſe eſſe: vt quicquid aliquo exiſtendi modo eſt ſubſiſteret/ effecit. ❡Si-
quidem & omnia rerum principia: quæ rebus ipſis dãt aliquo modo eſſe (vt vnitas: eorũ
quæ vnum ſunt principiũ/ et perfectio: eorum quæ ſunt perfecta/ et ita de cæteris) ipſius
eſſe participatione & ſunt et principia ſunt. et prius quidem naturæ ordine ſunt: deinde
vero principia ſunt. vt exiſtendi in ipſis ratio prior ſit: q̃ principij. Cæterũ nomine prin-
cipiorum hoc in loco omnia intelligũtur principia: et particularia/ vt rerum particulares
formæ & materiæ et efficientes/ fineſqꝫ particulares. et vniuerſalia vt cœlorum virtutes/

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

et ipsa per se bonitas/entitas/sapiētia/vita: et similia id genus. Qꝫ siquis velit ipsam vitam viuentium/ dicere vt initium viuētium. et ipsam similitudnem deo similium: dicere vt principium eorum quæ deo sunt similia. similiter ipsam per se vnionem coniunctorum: esse vt principium coniunctorum. et per se ordinē ordinatorum: asserere esse vt initium ordinatorū. et similiter alia per se talia/esse principia aliorum: quę vnius/vt vnitatis. vel alterius: vt vitæ. vel amborum vt vnitatis & vitæ. vel plurium vt vnitatis vitæ et sapientiæ: habent participationem. ponatq; idem aut hoc/ vt vnitatem / aut illud vt vitam/aut ambo vt vnitatem & vitam/aut multa: vt vnitatem vitam & sapiētiam/per se a rebus participata: is certe inueniet ipsas participationes vt per se similitudinē vnionem/et ordinem/vnitatem/vitam/sapientiā: primum ipso esse participare. et propter hoc ipsum: illas primū existere/deinde vero huius aut illius principia esse. est enim primus similitudo: deinde similium est principium. et oportet vnionem ipsam esse: vt coniunctorum sit initium. et ipse per se ordo primum est: postea vero ordinatorum est causa et exordiū. Vnde istæ participationes & consimiles per hoc ꝙ ipso esse participant: et sunt et a rebus participatæ sunt. vt quoniam vita participat ipso esse: ipsa & est/et a viuentibus participatur/estq; viuentium principium. Cum autē ipsæ participationes: ipsius esse participatione ostensæ sint esse. et ipsa participātia vt similia/coniuncta/ordinata/viuentia/cognoscētia: ipsis participationibus similitudine/vnione/ordine/vita/ sapiētia sint posteriora/nam illarum participatione sunt talia: consequens est potiori iure & ipsa participātia/ipsius esse participatione subsistere. Quicquid enim est participās participātis: participans est & participati. Constitutis siquidem tribus terminis iam propositis: ipsum esse solum participatum est/et in supremo collocatur fastigio. Participationes ipsæ (quæ rerum per se sunt principia: vt vita & sapientia) medium occupant locum. et respectu ipsius esse/participantia sunt: collatione autem facta ad alterum extremū/sunt participata. Postremo vero loco & infimo: sita sunt solum participantia/vt viuentia & cognoscentia/quæ & vita et sapientia participāt. Itaq; hoc loco a minori ad maius progrediendo: sic nectitur ratio. Ipsa participantia vt similia/coniuncta & ordinata: ipsis participationibus scilicet similitudine vnione & ordine participant/ac talia sunt. Et ipsæ participationes/ipso esse participant: nam per ipsum esse subsistunt. Igitur & ipsa participantia: ipso esse participant. Quicquid enī posterius est posteriore: posterius est & priore. et quicquid dependet a causali: depēdet itidem et ab eius causa. ¶ Nunc vero ipsam bonitatem ad alias diuinas appellationes confert: et quatuor exemplis sensibilibus manuducit ad diuinæ entitatis simplicitatem & eminentiam intelligendā. dicens ꝙ ipsa suprema dei bonitas ipsum esse (vt dictum est) antecedens/et ipsius esse munus cæteris dei donis entitatem comitantibus præponens: laudatur ac prædicatur ipso esse tanq̄ antiquiore cæteris participationibus/et reliquarum participationum post entitatem primo. Estq; ex ipsa summa dei bonitate & in ipsa: ipsum esse & principia rerū/vt vita/sapiētia/vnitas/perfectio. et omnia quæ sunt/& quæ quouis modo ab ipso esse contenta sunt: ex ipsa itidem suprema dei bonitate & in ipsa sunt. non quidem definite sed incircūscripte/non expanse sed complicate/non multipliciter sed vnice. Quod primū declaratur in monade & numero. Siquidem in monade/omnis numerus vniformiter & vnice præest: virtute & potestate in ea compręhēsus. habetq; numeralis vnitas omnem in se numerum vnice/indiuidue & simpliciter: et omnis numerus cōplicatus est & inuolutus in vnitate. et quantum a monade progreditur numerus: tantum euoluitur/explicatur & in multitudinem surgit. Inde numeri propinquiores vnitati: minus ad pluralitatem labuntur/et ad monadis simplicitatem propius accedunt. vt binarius & ternarius. Qui vero distantiores sunt ab vnitate/principio & fonte numerorum: magis decumbūt ad multitudinem/et ab indiuidua vnitatis singularitate magis elongātur. Secundo idem declaratur in centro circuli & lineis ab eo progredietibus. Sane in ipso centro omnes circuli lineæ anteq̄ e centro protraherentur ad circūferentiā/in vnitione præextiterūt. habetq; punctum illud in meditullio circuli cōstitutū/omnes in seipso lineas rectas: vniformiter simpliciter et vnice coniunctas ad se inuicem & ad vnum principium ex quo processere/vtpote punctum illud mediastimum. Atq; in ipso quidem centro: lineæ omnes indistāter & immensurate coniunctæ sunt. Modice autem discedentes a centro/per protractionem & descriptionē sensibilem: modice etiam discernūtur. magis vero recedentes a centro: magis secernuntur. Et omnino quanto lineæ illæ egredientes a centro/ipsi centro sunt propinquiores:

tanto et ipsi centro & adinuicem indistantius iunguntur. quāto vero lineæ illæ amplius
seipsas a centro dimouent: tanto maior est earum a centro & abinuicem intercapedo/&
diffusius interstitium. Tertio idem manifestatur exemplo naturæ vniuersalis & particu=
laris. quoniam in ipsa tota vniuersarum rerum natura(quæ generali ratione explicatur;
omnem particularem rerum naturam ambiente)omnes cuiusq; particularis naturæ rati=
ones speciales/collectæ sunt. vt naturæ inanimatorum/viuentium/sentientium/rationa=
lium/et spiritualiū: per vnam sine aliqua confusione/rationis vnionē. Quarto idem osten
ditur in anima: potissimum sensitiua/appetitiua/et motiua. in qua virtutes particulares/
gubernatrices partium totius corporis: vt virtus visiua/auditiua/tactiua/progressiua/et
cæteræ: conglobatæ sunt & complicatæ. quasi delitescentes in ea/anteq̄ explicētur in sin
gulas corporis partes: & ab anima egrediantur ad functiones corporis. Neq; putet quis=
piam id alienū ab officio diuina pertractandi esse: si per tenues & exiguas rerum sensibi=
lium imagines ad deum authorem omnium paretur ascensus animis. qui demū lympi=
dissimis & cœlo sublimioribus oculis conspiciant hisce manuductionibus: omnia rerum
111 genera etiam ea quæ adinuicem sunt contraria/esse in omniū causa vniformiter et con=
iunctæ. ❡Siquidem ipsum rerū omnium principiū(ex quo est & ipsum esse quod partici
patur a rebus : et omnia quæ quouis modo existunt)est omne initium/omnis finis/om=
nis vita/immortalitas omnis: quoniā hæc omnia in eo ante existūt singulariter & vnice/
et ab eo in ea quæ sunt emanāt. Est etiam idem principiū/omnis sapientia/omnis ordo/
omnis proportio atq; cōmensuratio: omnis virtus/omnis custodia ac cōseruatio rerum/
omnis firmitas & stabilitas. quod ista supereminēter & simpliciter in eo sunt: causaliterq; et
effectiue ab eo prodeunt. Insuper ipsum rerum principium est omnis distributio ac elar=
gitio diuinorum munerū quæ fit rebus/ cuiq; pro suo captu: omnis intelligentia ac men
tis cognitio/omnis ratio ac discurrēdi per ratiocinationem virtus/omnis sensus/omnis
habitus ac firma qualitas naturæ rei competens. nam singula horum in eo singulariter
præexistūt ac superexcellenter: et ab ipso vt authore deriuantur in ea quę condita sunt.
Deniq; idem rerum principiū est omnis status ac quies rerum/omnis motus/omnis vnio
ac coniūctio rerum adinuicem/temperamentū omne saluti rerum cōgruens: omnis ami=
citia/omnis continentia compræhensioq; rerum/omnis discretio & inconfusa distinctio
rerum/omnis diffinitio ac determinatio rerum/et alia insuper talia munera. quæ cū sint
ab ipso esse/atq; a deo qui vere est: effigiant ac efformant omnia quę sunt. quoniā tanq̄
sculpturę quædā & signacula: ab ipso primo ente rebus omnibus indita sunt & insculpta.
112 ❡Deinde ostendit sacratus pater omnes rerum existētium gradus pendere ac proficisci
ab ipso esse: tanq̄ suo fonte ac principio. Ex eadem(inquit)suprema omnium causa ex=
ortum suum habent cœlestium spirituum intellectuales substantiæ/animarū itidem om=
nium naturæ/et totius mūdi. immo & omnia: quæ aliquo modo in aliis subsistere/vel se=
cundum rationē intelligendiq; modum esse dicuntur. vt caliditas frigiditas & huiusmodi
accidentia: in suis subiectis subsistunt. humanitas autem animalitas & talia vniuersalia:
secūdū rationē cōmunē & animi notionē recte esse dicūtur. Insuper ipsæ inter angelicos
spiritus/supremæ distinctionis virtutes/cū verissime omniū subsistāt/et ipsi superdiuinæ
trinitati proximæ sint/et immediate sub illa collocatę: ab ipsa omniū causa acceperunt/
et in ipsa vt conseruātę habent quod sint/et quod ad dei effigiē cæteris expressius & lympidius
formatę sint. Deinde medię distinctionis cœlestes substātię quæ supremis illis inferiores
sūt: inferiore etiā modo habēt vt sint. Demū postremæ distinctionis & infimæ/cœlestes
spiritus: postremo etiā & infimo modo habēt vt sint/sumpta cōparatione ad angelicas
spiritualesq; substātias. nam facta eorū collatione ad nos homines: ipsi postremi ordines
angelorū habent vt sint. excellenter & supermundane/quod longe excellentiorem & præ=
stantiorem habeant q̄ homines subsistendi modum. Animę itidem vegetatrices/sensiti=
uæ & rationales/et alia omnia quæcūq; subsistunt: cōsimiliter ab ipsa suprema omnium
causa/et vt essent secundū substātiam & vt bene essent secundū naturales proprietates/
acceperunt. suntq; & bene sunt omnia: consecuta vt & sint et bene sint/ ab eo qui ante
omnia est. atq; in ipso qui ante est vt continente & seruante: et sunt & bene sunt. Et cum
ex ipso qui ante est/vt efficiēte initiū ceperint omnia: in ipso vt continēte etiam seruan=
tur/atq; in ipsum vt finem optimū reducuntur & finiuntur. vt ratione triplicis causæ/om
113 nia ex eo qui ante est dependeāt: ab ipso/in ipso/et in ipsum. ❡Insuper & ipse qui ante
est/præstātioribus substantijs scilicet angelicis dispartit munera ipsius esse perfectissima:

Psal. 23. quas quidem angelicas substantias scriptura sacra vocat æternas/cum ait. Attollite por-
tas principes vestras/et eleuamini portæ ęternales: et introibit rex gloriæ. Et merito sa-
ne excellentioribus substantijs pręstantiorem subsistendi modum largitur: ꝙ rectissima
prouidentiæ ratio dignioribus semper digniora dona distribuit. Ipsum autem esse/nūq̄
omnino deseritur aut subtrahitur ab ijs quæ sunt. nam si ipsius esse participatione essēt
destituta: protinus interirent. Quinimmo & ipsum esse quod rebus in participationem
distribuitur: ex eo qui ante omnia est/proficiscitur & ducit ortum. Et ipsius vt efficientis
est essentia: non autem ipse est essentiæ tanq̄ effectricis. nam omnis essētia rerum ab ipso
producta est: non autē ediuerso ipse productus ab essentia. In ipso itidem vt conseruāte
est essentia: non autem cōtra ipse in essentia est vt conseruatrice. nam ipse deus essentiā
rerum conseruat: & non cōseruatur ab ea. Deniq; ipse essentiam habet vt a se contentam
et conseruatā: non autem econtrario ipsum habet essentia tanq̄ cōtinens eum. Ipse nāq;
continet essētiam: et non cōtinet ipsum essentia. Pręterea ipse qui ante est/est ipsius esse
distributi in rebus/sæculū ac initium/modus & mensura: qui sane ante omnem est essen-
tiam. ipse itidem substantificū est principium & mediū et finis: cuiuslibet entis/duratio-
nis rerum/et omnium existentiū. ¶ Idcirco in sancta scriptura ipse qui vere ante omnia 114
est: multipliciter exprimitur/et per omnē existendi rationē ac notionem. atq; in ipso hæ
temporū differētię: erat/est/erit/fit & fiet: apte/accōmodeq; laudātur. Quippe hęc ōnia
temporum motionūq; discrimina significāt ijs qui recte intelligunt: ipsum supersubstan-
tialiter esse per omnē subsistendi modū/omnemq; essentiæ rationem ipsum ambire atq;
in se cōplecti/ipsumq; eorū omniū quę quouis in loco & tēpore sunt: esse causam. Siqui-
dem ipse qui vere ante est: non vnum est/et aliud non est. neq; vno in loco est: et alio in
loco non est. sed omnia est: vt omnium causa. et omnem locum pariter & tempus præ-
ambit/circumplectitur & cōpręhendit. Ipse itidem omnia rerum initia/limites omnes &
terminos continens ac ante habens: super omnia est/quoniam ante omnia per substan-
tiæ excellentiam præest. Ideo & omnia ipsius sunt/ simul & dicuntur: & tamen nichil est
omniū. ipse itidem omni figura & specie præditus prædicatur: pariter & forma carēs &
specie. Deniq; idē principia media & fines rerū incircūscripte ac immēsurate in se ante
compræhendit: & omnibus ipsum esse sine cōmixtione aut confusione impartit ac infun- 115
dit per seipsum/qui vnica est & supreme cōiuncta et simplex rerum omniū causa. ¶ De-
clarat autē quod modo dictū est beatus pater per manuductionē solis. Cū enim (inquit)
sol iste visibilis vnicus sit/et vniformē omnibus lucem infundens: ipse tamen omnes re-
rum sensibilium substantias & qualitates licet multiplices/varias ac differentes/reno-
uat/nutrit/seruat/perficit/distinguit ac discernit/cōiungit/refouet/fœcundat/adauget/
permutat/firmat/implet/sustollit in altum/ac viuificat omnia. et vnūquodq; corporum
sensibiliū modo suæ naturę conuenienti ac congruo vnius eiusdemq; solis est particeps.
plurimorumq; participantiū causas ac virtutes: sol vnus in seipso ante vniformiter acce-
pit. multo valentiore iure concedendum est: omnium exemplaria/primitiuas causas ac
veritates rerum/secundum vnam supersubstantialē vnitatem in deo (qui ipsius solis et
rerum omnium est causa) ante subsistere. quia & ipse substātias producit secundū ꝙ su-
persubstātialis est: et ab omni substantia supereminēter excipitur/vt qui substantijs om-
nibus sit superior. Non enim inferioris est eminentius producere: sed contra eminētio-
ris producere æquale & inferius. Aequale quidē patri gignēti: verbū dei est. inferius au-
tem producente deo omnis est substantia: et tanto magis omne substantia imperfectius. 116
Merito igitur deus omni substātię supereminere dicitur. ¶ At vero quoniā exemplaria
iam nominauit sacratissimus pater: quid hic exēplaria dicātur nūc diffinit. dicens ea esse
rationes in deo substantiæ rerum effectrices/et singulariter ante rerū productionem sub-
sistētes in eo. quas sancta scriptura præordinationes/præconstitutiones ac prædestina-
tiones appellat & bonas dei voluntates: eorum omnium quę sunt definitrices atq; deter-
minatrices. secundum quas ipse substantia superior deus: quę sunt omnia prædefiniuit
atq; produxit. quēadmodum ipsa vita in deo: omnium viuentiū est exemplar/sapientia 117
omnium sapientium/et perfectio perfectorum. ¶ Porro Clemens philosophus conten-
dit etiam ea quæ in rebus conditis sunt magis principalia atq; pręstantiora: dici exem-
plaria ad aliquid/vtpote ad inferiora & minus pręstantia. vt supercœlestes spiritus esse
exemplaria ad homines & corpora sensibilia: ob eximiam illorum super hæc excellētiā.
Verum hæc oratio atq; assertio non procedit illi per propria exemplarium nomina/neq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

absoluta/neq; simplicia. q exemplariū nomē de illis neq; proprie dicitur/neq; absolute
neq; simpliciter: sed de solo deo & iis quæ dei sunt propria. Sunt enī exēplaria: ad quorū Quid sunt
exēplū/speciē/et similitudinē alia formata sunt/nō ex alijs dependentia: sed primitiua et exēplaria.
ex quibus omnia alia pendēt. Ea vero quæ inter creaturas præcipua sunt vt angelici spi
ritus: non hoc pacto primaria sunt neq; absoluta/neq; omnino simplicia/quādoquidem
a primo & sūmo ente suā ducunt originē. Non igitur recte neq; proprie debēt dici exem
plaria. Sed esto(inquit Dionysius)admittatur & id recte dici quod vult Clemens/vtpote
magis principalia quæ sunt in rebus/ad aliquid dici exemplaria: meminisse tamen de-
bent omnes quid sacra contestentur eloquia/cum dicunt homini de sole luna & astris ac
alijs corporibus superne eminentibus. Non ea tibi ostendi: vt post illa incederes/cultum
scilicet illis vt dijs exhibēdo: et aliquod deitatis numen adorandū illis attribuendo. sed
illa lucida corpora creata sunt in ministerium cūctis gentibus/sicut ait dominus per Mo- Deute.4.
sem filijs Israel: vt per rationalē horum corporū cognitionem prouehamur vtcūq; pos-
sumus/ad cognoscendā omnium causam ex suo opificio. Non igitur huiusmodi corpora
aut alia quæuis creata: recte vocari possunt exemplaria/ vt quæ omnino prima non sint
neq; summa. Cæterum quod hic ex sacris litteris affert beatus pater/scilicet. non ea tibi
ostendi vt post illa incederes: desumptū est ex decimotertio capite Osee prophetę. vt in
scholijs amplius annotatū est. Simile quiddā habetur Deuteronomij quarto capite: vbi
Moses ad filios Israel ait. Nō vidistis aliquā similitudinē in die qua locutus est vobis do-
minus in Oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinē aut
imaginem masculi vel fœminę/similitudinē omniū iumentorū quæ sunt super terrā/vel
auium sub cœlo volantiū atq; reptilium quæ mouētur in terra/siue pisciū qui sub terra
morantur in aquis. ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas solē & lunam et omnia astra
cœli: et errore deceptus adores ea & colas/quæ creauit dominus deus tuus in ministeriū
cunctis gentibus quę sub cœlo sunt. ¶ Ex supradictis autem colligit sacer Dionysius/q
omnia quæcūq; existunt: ipsi qui est accepta sunt referenda/& ab eo esse cognoscenda:
secundum vnicā omnibus eminentem vnitatē. quoniā ipsa suprema omniū causa/a be-
nefico processu bonitatis & essentiæ omniū substantiarum authore inchoans/& per om-
nia entiū genera means/& cuncta quę sūt essentiæ dono implens/atq; in omnibus quæ
sunt exultās(quēadmodū ait psalmus: letabitur dominus in omnibus operibus suis)om Psal.103.
nia plane singulariter in se ante cōplectitur/per vnā simplicitatis excellentiā & singula-
ritatē/omne in se renuēs cōpositum & duplex. Cuncta itidē vnice continet & collectim:
secundū supereffusā omnibus simplicē infinitatē suam. atq; ipse deus ab ōnibus quæ sūt
vnicę & simpliciter participatur. quēadmodū & vox loquētis cū sit vna et eadē: a multis
auribus vt vna ac integrą percipitur. et ad vnāquāq; aurem audientiū: plena/perfectaq;
118 defertur & non per partes. ¶ Demū paucis cōstringēs quasi epilogo quæ ante dicta sūt/
colligit q ipse qui ante omnia est: omniū rerū initiū & finis est. Initiū quidē vt author ac
efficiens: finis vero vt cuius gratia sint omnia. immo finis est omniū atq; infinitas: quæ
velut opposita sunt/& cōtrario modo se habere vidētur. finis quidē; excellenter ad se re-
uocans omnia. infinitas vero: totius infinitatis ac immēsitatis. Insuper(vt sępe iam dictū
est)ipse ante in se habet/et subsistere facit omnia quæ sunt: omnibus et vbiq; præsens.
non quidem diuersis secundum diuersas sui partes: sed secundum vnum atq; idem/et
secundum idem esse. & ad omnia effusione donorum prodiens: et manens in seipso sine
digressione. et stans per quietam ac indemutabilem stabilitatem: et se mouens per suas
beneficas progressiones munerumq; communicationes. et neq; stans neq; se mouens:
quia est super omnem statum ac motum. neq; initium habens aut medium aut finem:
quia incircūscriptus est/immensus et æternus. Neq; in aliquo subsistentium est/ neq;
aliquid ęst subsistentium: quoniam super omnia eminenter est et ab omnibus superne
exceptus. Neq; illi quoquo pacto conuenit aliquid eorum quæ perpetuo sunt ac euiter-
ne/aut eorum quæ temporaliter subsistunt: sed a tēpore et sæculo/et ab omnibus quæ
in tempore et sæculo sunt eminēter excipitur. quoniam et ipsum sæculum et quæcūq;
sunt/mensuræ itidem rerum et quæcūq; sub mensuras cadunt: per ipsum et ab ipso sunt.

119 ¶ De vita. CAP.VI.


Ed de his quidem in alijs oportunius dicatur. nunc vero celebran A Vita.
da laudibus est vita æterna: ex qua ipsa vita/et vita omnis est: & a

qua in omnia quæ vitam quomodolibet hauriūt/viuere pro modo cuiusꝗ
diffūditur. Nempe & ipsa immortalium angelorum vita/et immortalitas
et constātia illa angelici sempiterni motus nunꝗ̄ deficiēs: ex ipsa & per ipsa
est atꝗ subsistit/quocirca viuentes semper immortalesꝗ dicūtur. et rursum
non immortales: quia non ex se habēt vt immortales sint & sempiterne vi-
B uant/sed ex viuifica/& vitę omnis efficiente atꝗ continente causa. Et sicuti
in ente dicebamus: ꝙ ipsius quoꝗ esse/ ipsa est sæculum. ita & hic rursus: ꝙ
vitę ipsius quoꝗ/supereminēs illa & diuina vita/vitæ est author atꝗ sub-
stantiæ. Et vita ōnis/ac vitalis motus ex vita illa ducitur: quę est supra omnē
vitam/& omne totius vitæ principiū. Ex ipsa: et animæ inmortalitatē ha-
bent. et animantes omnes/& plantæ: iuxta extremam vitæ harmoniam/vt
C viuant acceperūt. qua sublata: iuxta eloquiū ōnis deficit vita. et ad quā ipsa
quoꝗ quę participandæ ipsius infirmitate defecerunt: si rursum conuertan
tur/rediuiua fiunt. ℂ Ac largitur primum quidem ipsi per se vitę: vt sit vita.
et ōni vitæ et particulari: vt sit vnaquæꝗ idipsū proprie quod esse a natura
habet. Atꝗ supercœlestibus quidē vitis spiritualem & diuinam/immutabi
lemꝗ immortalitatem: & nusꝗ̄ vergentem aut inclinantē sempiternum mo
tum/sese etiam per bonitatis copiam ad dæmonum vsꝗ vitam superexten-
dens. Neꝗ enim vita illa: ab alia prouenit causa. sed ex ipsa: & ꝙ sit vita/et
ꝙ perseuerās sit/habet. Sed & viris quoꝗ vt promiscuis ꝗ̄tum licuit ange-
licam condonās vitam: superabundantia pietatis/a se auersos nos conuer-
tit atꝗ ad se reuocat. ℂ Quod vero longe diuinius est: nos totos (animas
dico & socia corpora) ad perfectam vitam et immortalitatem trāsferre pol-
licetur. quod veteribus quidem: præter naturam fortasse videatur. michi ve-
ro/tibiꝗ/& veritati: et diuinum/& supra naturam (vt est) videtur. supra na-
turam nostram dixerim visibilē: non supra omnipotentem/illi per se & di-
uinæ vitæ ęqualem. Ipsi quippe (vt quæ sit vitarum omnium natura: maxi
D meꝗ sacratiorum) nulla vita præter naturam/aut supra naturam est. Itaꝗ
Simon magus. demētissimi Simonis hac de re contradictorij libri: procul a choro diuino/
tuaꝗ sancta anima pellātur. Fugit enim illum puto (et quidem/cum sapi-
entem se existimaret) non oportere eum qui recte sentiat: manifesta sensus
E ratione inniti adiutrice/contra inuisibilem omnium causam. et hoc est quod
ei dicēdum: id esse præter naturam dicere. ipsi enim: nichil contrarium est.
ℂ Ex ipsa viuificantur & confouentur: et animātes cunctæ/atꝗ arbores.
et siue spiritualem dixeris/siue rationalem/siue sensitiuā/siue nutritiuam/
siue vegetatiuā/siue quālibet vitam/aut vitæ initium/aut vitæ substantiam:
ex ipsa & viuit et viuificat/quę supra omnem vitam est/et in ipsa secundum
causam vniformiter ante subsistit. Nam vita illa suprema & principalis: et
vitæ omnis est author/& fœcūdat/et replet/& diuidit vitam. et omni ex vi-
ta prædicanda est: pro omnium fœcūditate vitarum. vt omnigena/omnisꝗ
vita: intelligentia compręhensa/laudataꝗ. vt nullius egens: immo vitæ af-
fatim plena/per se viuens. et vt supra omnem vitam/vt vitam viuificans/
vitaꝗ superior: siue quomodocūꝗ ineloquibilem vitam quisꝗ humano
more laudare velit.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Nũc vero celebranda laudibus eſt vita æterna. A
Deus & vt vita/& vt vita æterna frequenter in ſacris litteris celebratur. Vt vita. Deute
ronomium capite triceſimo. Ipſe eſt enim vita tua/& longitudo dierum tuorum. Et pri
ma epiſtola Ioannis capite primo. Quod fuit ab initio/quod audiuimus/ quod vidimus
oculis noſtris/ quod perſpeximus: & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ/ &
vita manifeſtata eſt. Vt vita æterna. Epiſtola Ioannis eodem in loco. Et vidimus et te-
ſtamur/ et annunciamus vobis vitam æternam: quę erat apud patrem/et apparuit no-
bis. Et capite quinto. Hic eſt verus deus/et vita ęterna. ¶Et ſicuti in ente dicebamus. B
Capite pręcedente numero 113. ¶Qua ſublata: iuxta eloquium omnis deficit vita. Pſal C
mus centeſimus tertius. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes ſpiritum eo-
rum et deficient/et in puluerem ſuum reuertentur. ¶Itaq; dementiſſimi Simonis hac D
de re contradictorij libri. De huius Simonis magi dementia: Clemens/ Egeſippus/ Iu-
ſtinus/ Hireneus/ et Euſebius ſcripta reliquere. qui ſe deum ementiebatur: et qui nite-
batur ſententiam apoſtolorum dei/ Petri et Pauli de futura reſurrectione cum corpori-
bus/ euertere. Inquit enim diuinus Paulus prima ad Corinthios epiſtola capite deci-
mo quinto. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpirituale. Oportet enm corru-
ptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Et hanc
regenerationem noſtram ex mortuis negabat Simon perditionis filius: poſſe cum cor-
poribus fieri/quia id eſſet contra naturam. ¶Et hoc eſt quod ei dicendum. Id Simoni E
dicendum eſt: velle contra incomprehenſibilem dei potentiam ex ijs quę naturę curſu/
potentiaq; ſurgunt atq; cognita ſunt/inniti et contendere: id profecto contra naturam
eſſe. non autem illam ipſam omnium omnipotentem cauſam ea operari: quę ſunt ſu-
pra noſtram naturam.

¶SEXTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

119 TErtiam dei appellationem ex his quæ ante digeſtæ ſunt ſcilicet vitã/
hoc loco concelebrat ſacer Dionyſius: dicens imprimis ꝙ de his quæ
in calce præcedentis capitis diſcuſſa ſunt/oportunior alio loco facien-
da eſt determinatio. nunc vero debitis laudibus prædicanda eſt vita Vita.
æterna: ex qua/ipſa vitæ participatio emanat in omnes propagata/&
omnis itidem vita ſuum habet exortum. a qua etiam æterna vita/ip-
ſum viuere pro modo cuiuſq; diffũditur in omnia: quæ quomodocũq;
vitam percipiũt. Siquidẽ ipſa cœleſtiũ ſpirituũ immortalitate præditorũ vita & immor-
talitas/& iugis illa perſeuerantia angelicæ motionis & operationis nunq̃ deficiens: ex
ipſa vita æterna atq; per ipſam eſt atq; ſubſiſtit. Quapropter ipſi ſpiritus angelici/ſem-
per viuentes dicuntur atq; immortales: ꝙ nunq̃ deſituri ſunt. Rurſum etiã dicũtur ijdẽ 1. timo. 6.
non immortales/cum ſoli deo immortalitas a beato Paulo tribuitur dicẽte. qui ſolus ha-
bet immortalitatem: & lucem habitat inacceſſibilem. quoniam non ex ſe aut propria ſua
virtute habent ꝙ immortales ſint & ſempiterne viuant: ſed ex cauſa ipſa viuifica/ om-
nis vitæ effectrice atq; conſeruatrice. Et quemadmodũ in determinatione facta de ente
cap. præcedenti dictũ eſt/ꝙ ipſa ſuprema cauſa/ipſius eſſe diffuſi in omnia quæ ſunt/ſę-
culũ eſt ac menſura: ita & hic rurſus dicendũ eſt ꝙ ſupereminens illa atq; diuina vita/ip
ſius vitæ in omnia quæ viuunt propagatæ author eſt/& cauſa viuifica atq; ſubſtãtifica.
Et vita omnis rebus indulta/ & vitalis omnis operatio: ex illa oritur æterna ac diuina vi
ta quæ eſt ſuper omnem vitã/& ſuper omne totius vitæ principiũ. quoniam omne in re
bus principium vitę: ex vita illa diuina oritur ac proficiſcitur. Ex ipſa quoq; diuina vita:
animę rationales habent immortalitatem. & animalia bruta & plantæ: ſecundum poſtre
mam vitæ rationẽ ac modũ vt viuant acceperũt/ ꝙ in plantis ſit poſtremũ & infimũ vi-
tæ veſtigiũ. qua quidẽ diuina vita ſubſtracta per participationis ſublationẽ: ſecundũ ſcri
pturæ ſanctæ ſententiam deficit omnis rerũ inferiorũ vita. & ad quã ſi rurſum cõuertant Pſal. 103.
per participationis cõmunionẽ/quæ ab ipſius participatione ob infirmitatẽ defecerũt:
vt plãtæ emortuę et ſteriles/arbores/frutices & herbę/itidẽ & aĩalia ꝓpemodũ extincta:
120 ad priſtinã redeũt vitã/& vitæ munus rurſum accipiũt. ¶Proſequitur deinde ipſius di-
uinæ vitę vim viuificã & exuberantiã munerum: quæ in omnes viuentiũ gradus abũde
diffundit. Et primum quidem (inquit) ipſa æterna diuinaq; vita elargitur ipſi per ſe vitę/
participationiq; vitæ in omnia viuentia gratuito dei indultu emananti: vt ſit vita. largi-
tur item omni vitæ in vniuerſum & ratione generali comprehenſæ/necnõ & vitæ par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ticulari/in his aut illis viuentium gradibus ac speciebus existenti: vt vnaquæq; sit illud
ipsum/quod suæ conuenit sorti ac naturæ. quemadmodum vitæ hominum quod illi cō-
gruit/& vitæ brutorum: quod ei conueniens est/similiter & vitæ plantarum. Porro su-
percœlestibus & angelicorum spirituum vitis ipsa diuina vita indulget spiritualem/di-
uinam/indemutabilemq; immortalitatem/sempiternamq; & iugem operationem nusq̄
a deo vergentem aut aliorsum inclinantem. quinimo & ipsa superdiuina vita sese etiam
per exuberantem bonitatis copiam ad dæmonum vsq; vitam conseruandam porrigit.
Neq; enim illa dæmonum vita: ab alia prouenit causa q̄ a diuina vita. sed ex ipsa habet
ꝙ vita sit/& ꝙ perseuerans atq; immortalis sit. Sed & hominibus vt inferiorum & supe-
riorum/sensibilium & intelligibilium naturam participantibus (nam esse/viuere/sentire:
cum sensibilibus/eis cōmunia sunt. ratiocinari: hominibus propriū. intelligere vero/me-
morari & amare siue velle: ipsis cum angelis sunt communia. & ita in homine promi-
scuę sunt naturę: sensibilis & spiritualis/mortalis & immortalis) ipsa sempiterna dei vita
angelicā quantū homo potest assequi: impartit vitam. suæq; benignitatis affluentia ho-
mines a se per peccatum auersos pientissime conuertit/ atq; ad se reuocat. multifariam
nos per prophetarum oracula & sacra eloquia exhortans vt reuertamur ad eum/& mi-
sericorditer nos suscipiet. ¶ Et quod supradictis longe augustius & sacratius est: ipsa di-
uina vita nos homines totos et itegros (scilicet animas nostras et illis vnita corpora no-
stra ad vitā resuscitata) promittit in scripturis ad perfectam vitam et immortalitatē trās-
ferre. Quod antiquis quidem præter naturam esse videtur et contra naturam: ipsum sci-
licet hominem iam vita defunctum/iterum ad immortalem suscitari/resurgereq; vitam.
Michi vero et tibi O Timothee/et ipsi veritati: illud diuinum esse et supra naturam (vt
vere est) videtur. Supra naturam inquam nostram visibilem et sensibilem: non autē su-
pra naturam dei omnipotentem/illi per se vitæ et diuinæ vitæ æqualem. Ipsi quippe di-
uinæ naturæ pariter et vitæ: nulla vita præter naturam aut supra naturam est. quando-
quidem ipsa est vitarum omnium natura: et maxime sacratiorum et spiritualium/vt an-
gelicarū aut animarum rationaliū. quoniam illæ vt cæteris rerum sensibilium vitis præ-
stantiores sunt: ita diuinæ vitæ propinquiores et similiores. Quocirca insipientissimi Si-
monis magi/ resurrectioni carnis futuræ contradicentes libri: ab omni fidelium cœtu et
anima Christianæ religionis pietatem colente/procul pellendi sunt. Ille enim cū pro sua
insolentia sapientem se existimet/ignorare profecto videtur ꝙ is qui recte de diuinis sen-
tire studet: non debet inniti sensuum experimento aut cognitioni/contra omnipotentē
dei virtutem. neq; existimare/id quod sensus percipere nequit aut natura nostra effice-
re: neq; deum illud præstare posse. quoniā non est metienda diuina virtus/ sensuum no-
strorū aut naturalis virtutis breuitate atq; infirmitate. Et hoc plane est: quod ipsi Simo-
ni mago dicendum est ac respondendum. scilicet ꝙ dicere quicquid sensus noster cape-
re non potest aut natura nostra operari/neq; inuisibilem quoq; omnium causam hoc ip-
sum efficere posse: id reuera est contra naturam/ impium et blasphemum. Ipsi enim
inuisibili omnium causæ nichil est contrarium: nichil itidem ea est superius aut potenti-
us. quare nichil contra suam ipsius naturam/aut contra eam: effici vnq̄ potest. ¶ Demū
ex ipsa diuina vita fouentur et viuificantur omnia animalia bruta: similiter et plantę. Et
vt in summa concludantur omnia/ siue spiritualis detur vita: vt in angelicis spiritibus/si-
ue rationalis: vt in hominibus/ siue sensitiua: vt in animalibus rationis expertibus/siue
nutritiua et vegetatiua: vt in plantis/siue quælibet alia assignetur vita/modo assignari
possit/aut quoduis detur vitæ initium atq; subsistentia: id omne et viuit quantum ad se
et viuificat alia/ex illa diuina vita quæ est supra omnē vitam/et in illa secūdum causam
viuificamq; vim vniformiter & vnice ante subsistit: q̄ sit in rebus ipsis existens. Enimue-
ro vita illa suprema & præcipua atq; absoluta: omnis vitæ in rebus subsistentibus est au-
thor ac causa/omnem etiam fœcūdat/replet & distribuit vitam. & ipsa omni ex vita lau-
danda est: secundum omnium fœcunditatem vitarū ex illa profluentē. Eadem quoq; re-
cte intelligentia cōpræhenditur & prædicatur: vt omne genus vitæ complectens in se
simpliciter & vt omnis vita. vt nullius egens vitæ: immo affluenter omnis vitæ plenissi-
ma/per se viuens & non ex alio/vt etiam supra omnem vitam: vt vitā ipsā in creaturas
distributā viuificans/& omni vita superior. sine quocunq; alio modo vitam ipsā diuinā/
ineffabilem plane & sermone inexplicabilem: quispiam laudibus extollere velit.

¶ De sapientia/sensu/ratione/veritate/fide. Cap. VII.



123 AGe vero ipsam si placet verã/perennemq; vitam:& vt sapiẽ- Sapientia.
tem/& vt sapientiam ipsam celebremus/immo vt toti sapien F
tię substantiã largientẽ/& supra oẽm sapientiã/intelligẽtiãq;
longe eminentẽ. Nõ enim solũ est sapiẽtiæ exuberãs deus/&
sapientiæ eius nõ est numerus:sed & supra sermonẽ oẽm/&
mentẽ/& sapientiã locatus eminet. Intellexit hoc mirabiliter G
profecto diuinus vir cõmunis noster/nostriq; præceptoris sol:qui stultũ dei Paul9 apl's Hierothei et Dionysij communis præceptor.
sapientius hominibus dixit. Nõ modo quia humana mẽs õnis firmitati &
stabilitati diuinarũ/exactissimarumq; intelligentiarũ cõparata:error qui-
dam est. verũ quia etiã solenne theologis est: passione reciproca/in deo quæ
sunt priuationis asserere. Ita & inuisibilem aiunt sanctæ litterę clarissimam H
lucem/eumq; qui celeberrimus est/& eum qui multis insignis nominibus
est:ineffabilem & sine nomine appellant. præsentemq; omnibus/& qui in-
uenitur ex omnibus:incompræhensibilem/atq; ininuestigabilẽ dicũt. Hoc
modo nũc quoq; diuinus apostolus stultitiã dei laudare perhibetur: quod
in ea irrationabile indignũq; videtur/ad ineffabilẽ rationẽq; omnẽ præcel-
124 lentem referens veritatẽ. ¶ Verũ (quod in alijs dixi) quæ supra nos sunt si I
more nostro accipiamus/familiaribusq; inuersemur/sensibus diuina no-
stris conferentes: fallimur/qui diuinum illud arcanum/iuxta visibilem spe-
ciem persequamur. Cum scire profecto debeamus animum nostrũ partim
habere intelligendi virtutẽ/per quã intelligibilia aspicit: partim vnionẽ mẽ
tis naturæ præcellentẽ/per quam ijs quæ sunt supra se iungitur. hac itaq;/di
uina oportet intelligamus non humano more:sed toti integre a nobis ipsis
excedentes atq; prorsus in deum transeuntes. Præstat enim dei esse: q̃ iuris K
125 nostri. Sic deniq; tradi diuina nobis poterunt: si cum deo fuerimus. ¶ Hãc
itaq; irrationabilem & amentem stultamq; sapiẽtiam/eminentia singulari
prædicantes: dicamus/omnis sensus & rationis/omnisq; sapientiæ & intel-
ligentiæ authorẽ esse. ipsius esse omniũ consiliũ: atq; ab ipsa omnem sciẽtiã
intelligentiamq; profluere/& in ipsa omnes esse thesauros sapientiæ & sciẽ L
tiæ absconditos. Atq; vt ab ijs quæ supra iã diximus non discedamus: cau
sa illa supreme atq; omnium omnino sapiens/sapientiam ipsam & totã &
particularem subsistere facit. Ex ea intelligibiles angelicorũ spirituũ intelle-
ctualesq; virtutes: simplices & beatas intelligentias habent. nõ in diuisibili-
bus aut a diuisibilibus/siue sensibus siue verbis latioribus diuinã colligen-
tes scientiam: dum neq; consortio aliquo ad hæc ipsa agglutinãtur/& mate
ria omni ac multitudine persistunt purę. spiritualiter/& extra materiã/vni-
ceq; intelligibilia diuina penetrant. estq; in eis spiritualis virtus/& operatio
impermixta/& immaculata irradiata munditia: contemplatioq; diuino-
rum sensuum indiuidua & spiritualis. & quæ augustiore illo singulari: ad
126 diuinum ac sapientissimũ & sensum & verbũ pro viribus formatur. ¶ Per
diuinam item sapientiã: & animæ ratiocinandi vim habent/discursione &
longo ambitu ad rerum veritatem annitentẽ. atq; in eo singularibus illis spi
ritibus inferiores: ꝙ diuiduis atq; omnigenis varietatis vtuntur signis. in
eo vero ꝙ plurima in vnum colligant: intelligentijs quoq; æqualibus ange-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

M lis (quãtum fas est animabus ad id aspirare) illustrari promerentur. Ac sen-
sus ipsos quoq; si quis sapientiæ aliqua ex parte dicat esse participes: nõ er-
rabit / extraq; propositum aget. Certe & dęmonicus sensus ex ipsa ducitur:
inquantum sensus est. inquantum vero sensus est irrationalis / frui eo quod
appetit nesciẽs / ac nolẽs: rectius a sapiẽtia defectio potest appellari. ¶ Sed
enim ꝙ sapientiæ ipsius & omnis mentis & omnis rationis / ac sensus om-
nis: diuina sapientia & initium / & causa sit / & substantia / & perfectio / & cu-
stodia / & finis: dictum sit. Verum deus ipse qui est plusq̃ superq; sapiens:
quo modo sapientia / sensus / & ratio / & cognitor laudatur? quomodo enim
intelligibile aliquid sentiet: cum intellectualibus operationibus careat? aut
N quomodo sensibilia noscet: qui sensu omni superior eminet? Atqui scire il-
lum omnia: scriptura testatur / nichilq; diuinam scientiam fugere. Verum
(quod sępius dixi) diuina digne deo sunt intelligenda. Sane animi / sensusq;
priuatio: excellentiam in deo / non defectum signat / sicq; accipi oportet.
quemadmodum etiam irrationale ei applicamus: qui supra rationem est.
& imperfectionem ei: qui summe perfectus est excellentia & duratione. et
intangibilem / inuisibilemq; caliginem inaccessibilis lucis: per excellentiam
visibilis luminis. ¶ Itaq; diuina mens omnia continet / cunctis superemi-
nente scientia: secundum omnium causam / omnium in se notionem ante
complexa. priusq̃ angeli fierent sciens: angelosq; producens. et alia omnia
in intimis / et ab ipso (vt sic loquar) initio noscens: atq; ad substantiam du-
O cens. Et hoc arbitror id signare quod dicitur: qui nouit omnia anteq̃ fiant.
Non enim ex ijs quæ sunt ea quidem discens / diuina mens nouit. sed ex se
et in se secundũ causam: omnium notionem et sciẽtiam atq; substantiã an-
ticipat / et ante compræhẽdit. nõ singula ex cuiusq; specie ducens: sed secun-
dum vnicam causæ complexionẽ omnia sciẽs et continens. sicuti et lux se-
cundũ causam in seipsa tenebrarum sciẽtiam præambit: non aliunde q̃ ex
luce tenebras noscẽs. ¶ Seipsam itaq; diuina sapientia noscens / omnia scit:
materialia sine materia / et indiuidue quæ diuisionem admittunt / et vnice
plurima: vno ipso cuncta sciens et proferens. Nam si secundum vnam cau-
sam deus omnibus esse impartit: vna eadẽ profecto causa sciet omnia / vtq;
ex seipso sint / et in ipso ante subsistãt. neq; ex ijs quę sunt / eorũ capiet notio-
nẽ: sed et ipsis singulis sue et aliorũ alijs sciẽtię erit idultor. Nõ habet itaq;
deus peculiarem scientiã sui: aliã vero cõmunem / omnia compræhendentẽ.
ipsa eni seipsam omniũ causa cognoscens: qua tandẽ ratione quę ab se sunt /
et quorũ est causa ignorabit? Hac itaq; deus cuncta cognoscit: nõ rerũ / sed
P sui profecto sciẽtia. Namq; et angelos ea scire quæ in terra sunt: scriptura
testatur. non ea sensu haurientes quæ quidem sunt sensibilia: sed propria
ad dei imaginem effictæ mentis virtute atq; natura. ¶ Ad hæc querendũ /
quomodo nos deũ scimus: qui neq; itelligibilis / neq; sensibilis / neq; omni-
no quicq̃ intelligibilium est? Forte id veraciter dicemus: nos deum non ex
ipsius natura cognoscere (id nempe ignotum est: omnemq; superat rationẽ
ac sensũ) sed ex creaturarũ omniũ ordinatissima dispositione vt ab ipso p-
ducta / & imagines quasdã ac similitudines diuinorũ ipsius exẽplariũ præ

Manuductio a luce.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

se ferente: ad id quod omnia trāscendit via & ordine pro viribus scandimus
in omniū eminētissima priuatione/ atq; in omniū causa. Idcirco & in oībus
deus agnoscitur: & seorsum ab omnibus. & per scientiā & per ignorationē
noscitur deus. estq; ipsius & intelligētia/ et ratio/ & notio/ & tactus/ & sensus/
& opinio/ & imaginatio/ & nomen/ & alia omnia: & neq; intelligitur/ neq;
dicitur/ neq; nominatur/ neq; est aliquid eorū quæ sunt/ neq; in aliqua crea
tura cognoscitur. & in omnibus omnia est: atq; in nichilo nichil. & ex om-
nibus/ cunctis agnoscitur: & ex nullo/ nemini. Enimuero & ista de deo re-
ctissime dicimus: & ex substantijs omnibus celebratur iuxta omniū ratio-
nē quarū est author. Et est itē augustissima dei scientia quę per ignorationē
scitur: in coniunctione illa quæ superat sensum. quādo mens ōnia alia trāsi-
liens/ & seipsam demum linquens: coniuncta fuerit lucidissimis radijs/ inde
atq; illic inscrutabili sapientiæ profundo illustrata. Et ex omnibus quidem
(vt dixi) ipsa noscenda est: ipsa enim est/ iuxta scripturæ fidem effectrix om Q
niū/ & semper cuncta coaptans/ ipsiusq; omnium indissolubilis conueniētię
atq; ordinis causa: semper priorū fines sequentiū initijs iungens/ vnāq; mū-
131 di conspirationē & congruentiā decentissime moliens. ¶Ratio quoq; deus R
dicitur in sanctis litteris: non modo quia & rationis & sensus & sapientiæ Ratio siue
indultor est/ sed quia & omnium causas in se vniformiter ante complexus verbum.
est/ & quia per omnia pergit penetrans (vt scriptum est) vsq; ad omnium fi- S
nem. Et supra hæc etiam/ quia supra simplicitatem omnem diuina expādi-
tur ratio: estq; ab omnibus supra omnia supremæ substantiæ ratione abso
luta. Hæc ratio est simplex/ vereq; subsistens veritas: circa quam vt liquidā T
& nusq̄ oberrantem scientiam omniū/ diuina fides est/ stabilis credentiū se- Veritas.
des. quæ hos in veritate locat/ in ipsisq; veritatē impersuasibili idētitate cer- V
132 tam: & simplicem veritatis notionem habentibus ijs qui crediderūt. ¶Nā
profecto si scientia cognoscentium & cognitorum coniunctrix est/ ignoran-
tia vero mutationis semper & ex se ignoranti suæ diuisionis est author: eū X
qui in veritate credit iuxta scripturæ fidem nichil remouebit a veræ fidei
authore/ in quo constantiam immobilis atq; immutabilis identitatis habe-
bit. Nouit enim penitus is qui veritati coniunctus est: q̄ bene se habeat/ eti-
am si plures illum corripiant/ quasi amentem & extra se factum. fugit enim
(quemadmodum & par est) illos: quomodo velut ex errore ille per inteme-
ratam fidem veritati vnitus extra se fit/ extasimq; patitur. Porro nouit ipse
seipsum veraciter/ nō (quod illi aiūt) insanire: sed ab instabili ac variabili cir
ca latissimam erroris varietatem motu/ per simplicem & semper secundum
eadem & eodem modo se habentem veritatem euasisse liberum. Ita deniq; Z
nostratis diuinæ sapientiæ principes ac duces/ pro veritate moriūtur: omni Testimonium martyrum.
die testimonium perhibentes (vt dignum est) & verbo & omni opere/ singu
lari Christianorum/ veræq; scientiæ: omnibus hanc esse & simpliciorem et
diuiniorem/ immo ipsam esse solam veram & vnicam & simplicem diuinā
notionem.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Non enim solum est sapientiæ exuberans deus. F
Psalmus centesimus quadragesimus sextus. Magnus dominus noster et magna virtus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

eius: et sapientiæ eius non est numerus. Et psalmus cẽtesimus quadragesimus quartus,
G Magnus domin9 et laudabilis nimis: et magnitudinis eius nõ est finis. ¶ Intellexit hoc
mirabiliter profecto diuinus vir. De diuino Paulo id intelligitur: qui beati patris et Hie-
rothei communis extitit præceptor. Epistola ad Corinthios prima/cap. primo. Nos autẽ
prędicamus CHRISTVM crucifixũ: Iudęis quidẽ scandalũ/gẽtibus autẽ stultitiã. Ipsis
autẽ vocatis: Iudęis atq; Gręcis/CHRISTVM dei virtutẽ/atq; sapientiam, quia quod
stultũ est dei: sapientius est hominibus. et quod infirmum est dei: fortius est hominibus.
H ¶ Ita et inuisibilem aiunt sanctæ litteræ clarissimã lucẽ. Deus qui æterna sapiẽtia est: vt
lux clarissima in sanctis litteris celebratur/ vt inuisibilis/ vt celeberrimi nominis/multo-
rũq; nominũ/vt ineffabilis/vt præsens õnibus/vt incõpręhensibilis/et ininuestigabilis.
Vt clarissima lux. Ioannes cap. primo. Erat lux vera: quæ illuminat omnem hominẽ ve-
nientẽ in hunc mundũ. *Vt inuisibilis. Prima* ad Timotheũ *epistola* cap. primo. Regi au-
tẽ sæculorũ/immortali/inuisibili/soli deo: honor et gloria in sæcula sæculorũ. Celeberri-
mi nominis. Psalmus centesimus duodecimus. A solis ortu vsq; ad occasum: laudabile
nomen domini. Et multorũ esse nominũ/ex his sine magno impendio cognoscitur: q̃ di
citur Exodi cap. tertio. Ego sum qui sũ: deus patrũ vestrorũ/deus Abrahã/ deus Isaac/
deus Iacob/hoc michi nomen *inæternum. Et cap. sexto.* Ego dominus qui apparui A-
braham/Isaac/& Iacob in deo omnipotẽte: & nomẽ meũ Adonai non indicaui eis. Et
cap. decimo quinto. Omnipotens nomen eius. Et Esaias cap. septimo. Et vocabitur no-
men eius Emanuel. Ego dominus: hoc est nomen meũ. Et quid molior multas dei nun-
cupationes adducere? Vt enim paradysus/vt cõsitus hortus verno tempore suaue spi-
rantibus floribus: ita quoq; sacræ litteræ passim veris & sanctis dei nominibus pictę/re-
spersæq; sunt. Ineffabilis. Psalmus centesimus tricesimus octauus. Et õnes semitas me-
as præuidisti: quia non est sermo in lingua mea. Et sapientiæ cap. nono. Quis enim ho-
minũ *poterit scire consilium dei: aut quis* poterit *cogitare* quid *velit* deus? *Vt præsens*
õnibus. Prouerbiorũ cap. octauo. Quando præparabat cœlos aderã: quando certa lege
& giro vallabat abyssos. quãdo æthera firmabat sursũ: & librabat fontes aquarũ. quãdo
circundabat mari terminũ suũ: & legẽ ponebat aquis ne transirent terminos suos. quan
do appendebat fundamenta terræ: cũ eo eram cuncta componens. & deliciæ meæ: esse
cum filijs hominũ. Et psalmus *centesimus tricesimus* octauus. *Si ascendero* in cœlũ tu
illic es: si descendero ad infernum/ades. si sumpsero pennas meas diluculo/& habitaue-
ro in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me/& tenebit me dextera tua. Vt
incõpræhensibilis & ininuestigabilis: sæpe ex sententia Pauli ad Romanos cap. vndeci-
mo adductũ est. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei: q̃ incõpræhensibilia sunt iu
dicia eius/& ininuestigabiles vię eius. Et Esaias cap. quadragesimo. Nec est inuestiga-
I tio sapientiæ eius. ¶ Verũ (quod in alijs dixi) quę supra nos sunt. cap. præcedente nume
K ro 123. in *Simonẽ* magũ. ¶ Pręstat enim dei esse q̃ iuris nostri. Sic enim Dauid secũdo re
gũ vicesimo quarto cap. Melius est inquit vt incidã in manus dñi (multę enim misericor
L diæ eius sunt) q̃ in manus hominũ. ¶ Et in ipso oẽs esse thesauros sapiẽtiæ & sciẽtię ab-
sconditos. Paulus epistola ad Colossenses cap. secũdo. Vt consolẽtur corda ipsorũ instru
cti in charitate: & in õnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitione mysterij dei pa-
M tris/& CHRISTI IHESV. in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & sciẽtię abscõditi. ¶ Ac
sensus ipsos quoq; si quis sapientiæ aliqua ex parte dicat esse participes. Nomine sen-
sus: intellectum/mentemq; intelligimus. hac enim significatione sæpe vtitur interpres/
1. Ioan. 5. & sacræ vtuntur litteræ. Scimus (inquit Ioannis eloquium) quoniam filius dei venit: &
N dedit nobis sensum vt cognoscamus deum verum. ¶ Atqui scire illum omnia: scriptura
testatur. Prima Ioannis epistola capite tertio. Quoniam si repræhenderit nos cor no-
O strũ: maior est deus corde nostro/& nouit omnia. ¶ Et hoc arbitror id significare quod
dicitur. qui nouit omnia anteq̃ fiant. Daniel cap. decimo tertio. Deus æterne qui ab-
P sconditorum es cognitor: qui nosti omnia anteq̃ fiant. ¶ Namq; et angelos ea scire quæ
in terra sunt: scriptura testatur. Et prophetæ et Apocalypsis id aperte monstrant. Apo-
calypsis capite secundo. Et angelo Ephesi ecclesiæ scribe. Hæc dicit qui tenet septẽ stel
las in dextera sua/qui ambulat in medio septem candelabrorũ aureorũ. scio opera tua
et laborem/et patientiã tuam. et quia non potes sustinere malos: et tẽtasti eos qui se di
cũt esse apostolos/et nõ sũt. Scio tribulationẽ tuã et paupertatẽ tuã/sed diues es: et bla
sphemaris ab ijs qui se dicunt esse Iudæos et nõ sunt/sed sunt synagoga sathanæ. Et ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

de ſeptem eccleſijs. Quæ enim dominus mandat: exequens præco & legatione fungẽs
non ignorat. ¶ Ipſa enim eſt iuxta ſcripturæ fidem effectrix omniũ/& ſemper cuncta co Q
aptans. Id ex prouerbiorũ capite octauo paulo ante adductũ eſt. Cum eo eram cuncta
cõponens. ¶ Ratio quoq; deus dicitur in ſacris litteris. Ioannes capite primo. In princi R
pio erat verbũ: & verbũ erat apud deũ. Pſalmus triceſimus ſecundus. Quia rectum eſt
verbum domini: & omnia opera eius in fide. diligit miſericordiã & iudiciũ: miſericordia
domini plena eſt terra. verbo domini cœli firmati ſunt. Et pſalmus centeſimus decimus
octauus. In æternũ domine verbũ tuum permanet in cœlo. Eſaias capite quadrageſi-
mo. Verbũ autem domini: manet in æternum. Et verbũ perq̃ frequenter in ſacris repe-
ritur litteris. Et ſancti theologi verbum/rationẽ/ſermonẽ: idem intelligunt/ verbiſq; illis
promiſcue vtuntur/& promiſcue vertunt interpretes/ q̃uis vſitatius legatur verbũ. Et
quod hic ratio/& in modo allegatis locis dicitur verbũ: verſum eſt in epiſtola ad Hebre
os capite quarto/ſermo. ¶ Per omnia pergit penetrans (vt ſcriptum eſt) vſq; ad omniũ S
finem. Sapientiæ capite octauo. Attingit ergo a fine vſq; ad finẽ fortiter: & diſponit om
nia ſuauiter. ¶ Hæc ratio eſt ſimplex/vereq; ſubſiſtens veritas. Deus vt veritas/ vt ve- T
rax/vt verus/ vt fidelis: a ſanctis theologis celebratur. Vt veritas. Ioannes capite deci-
mo quarto. Ego ſum via & veritas. Pſalmus centeſimus decimus ſextus. Quoniã confir
mata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas domini manet in æternũ. Vt verax. Pau
lus ad Romanos cap. tertio. Eſt autẽ deus verax. Vt verus. Prima Ioannis epiſtola/ca-
pite quinto. Et ſcimus quia filius dei venit: & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus deũ
verum/& ſimus in vero filius eius. hic eſt verus deus/& vita æterna. Et id quoq; iam ſu
pra adductũ eſt. & apocalypſis capite tertio. Hæc dicit ſanctus & verus: qui habet clauẽ
Dauid. Vt fidelis etiã celebratur. Deuteronomiũ capite triceſimo ſecundo. Deus fidelis
& abſq; vlla iniquitate: & iuſtus & rectus. Paulus ad Hebreos capite ſecundo. Nuſq̃ enĩ
angelos appræhendit: ſed ſemen Abrahæ appræhendit. Vnde debuit per omnia fratri-
bus ſimilari: vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad deũ. Et capite decimo. Fidelis enĩ
eſt qui repromiſit. Apocalypſis capite tertio. Hæc dicit amen/ teſtis fidelis & verus: qui
eſt principium creaturæ dei. Et ab illa ſumma & diuina fide: omnis fides ſurſum in ope
ribus & nutibus/& deorſum in verbis/ſermonibus & factis: tenorẽ/conſtantiamq; ſer-
uat. ¶ In ipſiſq; veritatẽ imperſuaſibili identitate. Imperſuaſibili: ſupra omnẽ perſuaſio V
nẽ/oẽmq; excedentẽ credulitatẽ. ¶ Eũ qui in veritate credit (iuxta ſcripturæ ſacræ fidẽ) X
nichil remouebit a veræ fidei authore. Contemplari licet diuinum Paulum ad Roma-
nos capite octauo vere fidelem/& fidelium omnium feruentiſſimum ſolicitatorẽ. Quis
ergo nos (inquit) ſeparabit a charitate CHRISTI? tribulatio/an anguſtia/ an fames/an
nuditas/an periculum/an perſecutio/an gladius? certus enim ſum: quia neq; mors/neq;
vita/ neq; angeli/ neq; principatus/neq; virtutes/neq; inſtantia/neq; futura/ neq; for-
titudo/neq; altitudo/neq; profundũ/neq; creatura alia: poterit nos ſeparare a charitate
dei: quæ eſt in CHRISTO IHESV domino noſtro. Ecce enim vera fides: hanc conſtã
tiam & inſuperabilem immobilitatem in cordibus vere credentium operatur. & hanc fi
dei inſuperabilitatẽ ſancti duces noſtri apoſtoli: in cordibus vere ſanctorum alte infige-
bãt. Qua inuicta conſtantia fideliſſimi CHRISTI milites armati: omnes olim hominũ
contemptus/ludibria/riſus/verbera/carceres/pectines/ accenſas ad teneriora membra
faculas/decerpentes vngulas/flagra/ferreas (quibus ſupra ardentes prunas verſaren-
tur aſſati) crates/frixorias ſartagines/aſperatas pice & plumbo accenſas fornaces/ ſcor-
pionũ ſagittas/rotas/nouaculas/eculeos/contemptibiles cruces/ leonum truculẽtiſſima
ora/& omnia tormentorũ machinamenta. quæ quis Mezentio & Buſyride crudelior no
ſtri generis ſuggerente hoſte excogitare poterat: contemnebant/ calcabant. omnibuſq;
demum ſuperatis per veræ fidei inuictam/ inſuperabilemq; conſtantiam euadebant vi-
ctores. quibus iam perpetuo ęuo fruenda: ſuperata tellus ſydera donat. O ſæcula noſtra
fœlicia: ſi pietas/ religio/& ſancta infractaq; fides (quæ cum illis ad cœli ſumma conſcẽ-
dit) pauliſper ad nos inclinaretur/ ſuoq; reditu corda fida firmaret. Et ab illis reuera &
ab eorum rege (in cuius manu: & fides/ et omnis poteſtas) iugiter petẽda eſt. ¶ Ita de- Z
niq; noſtratis diuinæ ſapientiæ principes ac duces. Illi noſtræ diuinæ ſapientiæ princi- Teſtimoni-
pes ac duces: ſanctiſſimi ſunt apoſtoli/quorum nomina ſunt. Petrus/Paulus/ Ioannes/ um marty-
Iacobus / Andreas / Philippus / Thomas / Bartholomeus / Matthæus / Iacobus Al- rum.
phei/ Simon / Thadeus. Et hoc in loco plus pater teſtimonium de ſanctis martyri-

bus affert. Et nemo eſt qui neſciat ſanctos duces noſtros precioſo martyrio(tanquã ſu- 124
auitatis incenſum)deo conſecratos. Petrus enim apoſtolorum caput/et(vt beatus pater
Petrus. ait)theologorum columen:in cruce appenſus innoxiam deo exoluit animam. Paulus
Paulus. omnium ſolicitudo eccleſiarum/gentium doctor (cuius in filio dei genitura ſumus) gla-
Ioannes. dio de mundo triumphat. Ioannes magnus mundi ſol exulat in Pathmo:cuius lumen
quo eo in exilio eluxit/mundi anguſtiæ non capiunt. dira venena ſorbet:ſed virgineum
cor/ſed ſacratiſſimum caput ſupra pectus IHESV reclinatum/dira venena damnare ne
queunt. neqꝫ efferuẽtiſſimũ oleum:ſacrata(quæ introrſus diuina charitas vrebat) mem-
Iacobus. bra violare. Et Iacobum(qui genua ad deum flectendo:callos inſtar camelorum con-
traxerat)cum Iudaica ſtultitia deorſum præcipitare conatur: ſudibus ſupra cœlum ele-
Andreas. uat. Andreas vero per crucem(mundo ſuperato)regem martyrum/ dominum gloriæ et
Philippus. ſuum glorioſum fratrem ad cœlos ocyus aſſequitur. Philippum Phryges per crucis tro
Thomas. pheum:cœli ciuibus adiungũt. Mirantur Indi Thomã:nunquã tã clarum ſydus intuiti.
quẽ dum ſacrificuli idolorum/cultris et lanceis crudeliter impetũt: clariſſimis intulerũt
aſtris. Ecce dum Armeni diuinum Bartholomeum(cui cum angelis familiare fuit in ter-
Bartholo- ris colloquium)mortali cute ſpoliant: immortalitatis veſte induunt. Mattheum autem 125
meus. poſt hoſtiæ laudis percepta ſacramenta: horridus æthiops martyrio deo ſacrat/ facitqꝫ
Matthæus. de terreno cœleſtem ſacerdotem. Et cum Iacobo Zebedei filio/de mortali trunco ca-
Iacobus. put diſiungitur:immortali capiti(qui CHRISTVS eſt)in vita æterna inſeritur. Simon
Simon. & Thadeus indiuidui fratres poſteaq̃ Pontum ægyptum/et Chaldaicas oras diu perua
Thadeus. ſere(terrificis monſtris magorum et dæmonum ſuperatis) dum a coniuratis nigræ co-
hortis cultoribus adoriuntur:ſocias animas/ candidiſſimas columbas de mortali carce-
Matthias. re ſoluentes/ad cœlũ euolare permittunt. Et ne ſilentio prætereamus:Matthias(qui ſa-
crum apoſtolorũ ſuppleuit duodenariũ)dũ ſaxis obruitur/ angulari lapidi CHRISTO
indiſſolubiliter agglutinatur. Et huic ſacro martyrũ ſuorũ choro/deus in ſanctis ſuis mi
Dionyſius. rabilis:ſuũ ſanctũ antiſtitẽ Dionyſiũ poſt flagra/poſt ferreas crates/poſt clibanos et for-
naculas accenſas/poſtqꝫ ſecures/ porrecta miſericordiæ ſuæ manu adiungens/ſupra cœ-
los euehit:locum vnde ad deum eleuatus eſt mitibus oculis ſemper aſpicientẽ/ et mo-
numenta ſui ad omniũ ſtudiorũ illuminationẽ in terris relinquentẽ. Vnde ſuæ et omnis
ſapientię ante omnia indultrici bonitati ſemper gratię ſint.

¶SEPTIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Vartam dei appellationẽ in ſuperioribus adductam ſcilicet ſapientiã:
cum nonnullis alijs nominibus in eandem fere conuenientibus ratio-
nem hic explanat ſacer Dionyſius. primum id proponens ꝙ ipſa ve-
Sapientia. ra & perennis vita modo laudata/nunc vt ſapiens & vt ipſa ſapiẽtia
celebranda eſt: immo vt toti ſapientiæ creaturis indultæ ſubſtantiam
largiens/& ſupra omnem ſapientiam & cognitionem longe eminens.
Non enim deus ſolum eſt exuberantiſſimæ ſapientiæ/vt ſecundũ ſcri-
Pſal. 146. pturæ teſtimonium ſapientiæ eius non ſit numerus:ſed etiã ſuper omnem ſermonem &
mentem & ſapientiam collocatus eminet. Quod ſane diuinæ & ſublimiter intellexit bea 126
tus Paulus/& ſancti Dionyſij & diuini Hierothei cõmunis præceptor ac illuſtrator:cum
1. corin. 1. ad Corinthios ſcribens ait ꝙ ſtultũ inſipienſqꝫ dei/ſapientius eſt hominibus. Et id pla-
ne ab eo dictũ eſt/ non ſolum hanc ob cauſam/ quia omnis humana mens & ſapientia
ad firmitatẽ & ſublimitatem diuinarum notionum & præſtantiſſimæ dei ſapientiæ com
parata: eſt velut quidam error/ ob improportionalem vnius ab altera diſtantiam. ſed
etiam ob iſtam cauſam/quia conſuetum eſt & vſitatum viris deiloquis:ea quæ priuati-
onis ſunt deo attribuere/contraria ratione atqꝫ oppoſita fere intelligentia/vt talia in eo
non defectum aut imperfectionem ſed ſuperexcellentiam & perfectionis eminentiam ſi
gnent. Ita enim ſacræ litteræ ipſam clariſſimam diuinãqꝫ lucem: vocãt inuiſibilem. eum
inſuper qui laudibus eſt celebratiſſimus:dicunt ineffabilem. ipſum etiam qui multis no
minibus eſt inſignitus:appellant ſine nomine. præterea præſentem rebus omnibus/&
qui ex omnibus inueniri poteſt & cognoſci:incognoſcibilẽ & ininueſtigabilẽ dicunt. Ea-
dem certe ratione in loco paulo ante adducto/deo dignus apoſtolus ſtultitiam dei lau-
dare dinoſcitur: referens idipſum quod in ea ſtultitia irrationabile & deo indignum vi-
detur/ad ineffabilẽ veritatẽ dei et quæ omnẽ præcellat rationem. Siquidem per ſtultum
ipſius dei intelligitur eiuſdem ſapientia:omni ſapientia mundi ſuperior ac eminentior.

124 ¶Verum & hic animaduertendū est quod in superiore dictum est capite/scilicet ꝙ si su=
pramūdana mysteria & quæ supra nos sūt/cōtēdimus more nostro humano adiutoreq;
sensu accipere: et humi serpētes versemur in familiaribus ac domesticis rebus/& diuina
sacramenta sensibus nostris conferamus/volentes ea virtute sensitiua metiri ac cōpræ=
hendere: profecto decipimur. ꝙ arcanum illud diuinum/ perinde atq; sensibilis esset spe=
cies/& eo modo quo quippiā sensibile: compræhēdere & assequi arbitramur. cum potius
scire debeamus/animū nostrum supra sentiendi virtutē habere partim quidem vim in=
telligendi: per quam ea quę intellectu capiuntur agnoscit. partim vero vnionem ad di=
uina/mentis natura superiorem: per quam ijs quæ supra se sunt vt angelis & deo/ani=
mus noster iūgitur. Hac itaq; vnione & cōiunctione mentis nostræ ad deum/oportet vt
diuina intelligamus. nō quidem humano more: sed toti perfecte plene & integre a nobis
ipsis cōtemplatione discedentes/super nosmetipsos eleuati/atq; omnino in deum trāse=
untes atq; traducti. Satius enim & potius est nos dei esse atq; illi penitus inseri: q̃ nostri
iuris esse/nostræq; naturę relinqui. quemadmodū perfectiori modo est ferrū cum absor=
ptum est ab igne & totum candēs: q̃ cū igni destitutum suam seruat conditionē. Sic sane
diuina nobis mysteria tradi & communicari poterunt: si cum deo fuerimus/per suæ lucis
125 radiationem arctius illi cōiuncti. ¶Nunc vero diuinam beatus pater laudat sapientiam:
a propagatione donorum eius in ea quæ illorum sunt capacia. Ad prædicandā (inquit)
insigni excellentia hanc irrationabilē/stultam/amentemq; (vt Paulus ait) diuinā sapi=
entiam. quæ hisce nominibus appellatur non per defectum sed supereminētiam: ꝙ super
omnem sit rationem/super omnē sapientiā/& mentem. imprimis operæpreciū est dice=
re: ipsam omnis sensus authorem esse & rationis/omnis item sapientiæ et cognitionis.
ipsius etiam esse omne consilium & agēdorum prudentiam: atq; ab ipsa diuina sapientia
omnem sciētiam & agnitionem in creaturas profluere/et in ipsa esse omnes thesauros
scientiæ & sapientiæ (vt Paulus ait) absconditos. Atq; vt ab ijs quæ superius dicta sunt Colos. 2.
non discedatur/causa illa prima supreme ac super omnia sapiens ipsam sapientiā & to=
tam: in omnes scilicet participationis eius capaces diffusam/& particularem: in hos vel
illos sapientiæ participes vt angelos aut homines distributam/subsistere facit. Enimuero
ex ipsa diuina sapientia vt fonte primario: intellectiuę cœlestiū spirituū virtutes/habent
notiones ac intellectiones simplices & indiuiduas. neq; diuinam colligūt sciētiam in re=
bus diuisibilibus vt subiectis/neq; a rebus diuiduis vt obiectis: neq; a sensibus tanq̃ ipsi=
us mentis adminiculis more humano/neq; a verbis diffusioribus tanq̃ explicātibus rem
obscuram: quemadmodum mens humana ob imperfectum cognoscendi modū his indi
get præsidijs. Nam nullo consortio ipsi spiritus cœlestes vt cognitiones hauriāt/ad hæc
materialia aut externa obiecta coniungūtur: sed ab omni materia liberi & ab omni mul=
titudine specierū alieni persistunt. penetrantq; diuina arcana quę ipsis intelligenda pro=
ponūtur: spiritualiter/extra materiam/vniceq; & simpliciter. Et est in ipsis/spiritualis in=
telligendi virtus & operatio/materiæ speciebusq; exteris impermixta/et incoinquinata
puritate irradians. simul & contemplatio diuinorum mysteriorum in eis est indiuidua et
spiritualis: quæ per singularem & simplicem vnitatem disponitur ac efformatur ad diui=
num sensum hauriendum/& sapientissimū dei verbum ac eloquium in se pro viribus su=
126 scipiendū/haud aliter q̃ oculus ad lumen solis superne emicās in se traducēdum. ¶Per
eandem quoq; diuinam sapientiam/animæ rationales vim habent intelligēdi: anniten=
tem ad rerum veritatem discursione ratiocinationis/& longo deducēdi rationes ambitu
atq; tractu. Vnde ipsę in eo sunt cœlestibus spiritibus inferiores: ꝙ diuisibilibus & cuius=
libet generis vtuntur signis visibilibus/vt eorum adiumento manuducātur ad intelligi=
bilia. In eo vero ꝙ animæ rationales etiam plurima prius sparsim agnita in vnam col=
ligunt notionem/& multitudinem in vnum conglobant: promerentur illustrari cognitio=
nibus/quę angelorum scientijs sunt æquales. et id quidem quantū fas est animabus hu=
manis ad id aspirare: vt angelorum assequantur notiones. Insuper sensus ipsos & virtu=
tes sensitiuas vt visum auditum olfactum & in hominibus & brutis/siquis dicat esse sa=
pientiæ participes: is profecto a veritate non exorbitabit neq; errore ducetur. Est enim
sensus/quoniam cognoscendi vim habet: extremū & vltimū sapientiæ vestigium rebus
impressum. Quinimmo & dęmonica mens/ex ipsa est diuina sapiētia vt authore et cau=
sa: inq̃tum mens est/et eam sortita naturā. Inquātum vero mens ipsa dæmonica/irratio=
nalis est & minime rationi rectę parens: eoq; quod naturaliter appetit bono frui nesci

ens ob cęcitatem inductã/& nolens ob peruerſitatem volũtatis:rectius appellari debet
defectio ac prolapſio a ſapientia/quæ ab ipſis ſolum dæmonibus eſt. ¶Cæterũ iam ſatis 127
dictum eſt:ꝙ ipſa diuina ſapientia eſt initiũ & cauſa/ſubſtãtia & perfectio/continentia
et finis ipſius ſapientiæ creaturis cõmunicatæ/& omnis mentis in angelicis ſubſtantijs/
omnis rationis in hominibus/& õnis ſenſus in brutis animalibus. Sed dicet fortaſſe quiſ-
piam:cum deus ipſe ſit pluſq̃ ſapiens & ſuperſapiens/ꝙ omnem tranſcendat ſapiẽtiam
et ſuper omnem ſit eminenter collocatus:quomodo ipſe laudatur vt ſapientia/ſenſus/
ratio & omniũ cognitor? quomodo enim intelligibile aliquod cognoſcet:cum intellectu-
alibus careat operationibus/ſuper omnem intellectum eminẽs? aut quomodo deus ipſe
noſcet ſẽſibilia:cum omni ſenſu ſuperior emineat? Nichilominus illum omnia ſcire/di-
1.Ioan.3. uina ſcriptura teſtatur:et nichil in rebus diuinam ſcientiã ſubterfugere. Sed vt ſępius di-
ctum eſt/quæ deo attribuũtur/deitatiſq; propria:digne deo & quemadmodũ decet ipſũ
ſunt intelligenda. Nempe animi ſenſuſq; priuatio cum deo aſcribitur:excellentiã in deo
non defectum ſignat/ & ita diuinas priuationes accipi oportet. quemadmodũ etiã ipſi
deo irrationale applicatur:qui ſupra rationẽ eſt, et imperfectionẽ ei aſcribũt ſacri autho-
res:qui ſumme perfectus eſt excellentia & duratione. ꝙ omnem rerum perfectionẽ im-
proportionaliter excedat:et ſempiterna perfectione quę nunq̃ decidit/vigeat. Ita intan-
gibilem & inuiſiblem caliginẽ inuiſibilis lucis ei ſacræ litteræ attribuũt:propter eminen-
tem ipſius excellentiã ſuper omnẽ lucem viſibilem/immo & ſpiritualem quæ in creaturis 128
emicat. ¶Poſtea quomodo diuina mẽs ſeipſam & omnia noſcat:beatus pater elucidat.
Ipſa(inquit)mens diuina per ſapientiã ſuam cunctis ſupereminẽtem:õnia in ſe ante con-
tinet q̃ ad ortum prodeant. et vt omnium cauſa præditfiniens ac prædiſponẽs/omnium
in ſe notionem prius eſt complexa:q̃ res ipſę ſubſiſtant. vtpote priuſq̃ angeli fierent:ip-
ſos quomodo futuri erant ſciens/angeloſq; in mundi exordio producens. et omnia alia
in intimis ſuæ deitatis penetralibus ac theſauris ſciens/& ab æterno ante rerum initium
omnia noſcens:atq; ad ſubſtantiã cum ſuę placuit omnibeneficę bonitati omnia ducens.
Danie.13. Et hoc ipſum(vt autumare licet)ſcriptura inſinuat:cũ dicit de deo. qui nouit omnia:an-
teq̃ fiant. Porro diuina mens rerum notionẽ non accepit ex ijs quæ ſunt: quaſi ea de no-
uo diſcens. ſed ex ſeipſa & in ſeipſa ſecũdum cauſalitatis rationem:omniũ cognitionem/
ſcientiam & ſubſtantiã præuenit atq; præoccupat/et ante cõprehendit q̃ ſubſiſtãt. Neq;
ſingula quæ ſubſiſtunt condita/ex cuiuſq; ſpecie dinoſcit:aut ex ipſis rerum ſpeciebus
more animi humani ducitur in ipſarum notionem. ſed ſecundũ vnicam ac ſingularẽ cau-
ſæ cõplexionem:omnia ex ſeipſa ſcit & cõtinet. Quemadmodũ & lux ſecũdum cauſæ ra-
tionem in ſeipſa tenebrarum ſcientiã præambit atq; ante cõpræhendit:non ex alia cauſa
q̃ ex luce tenebras noſcẽs/perſuaſumq; habens tenebras dũtaxat eſſe: vbi lucis eſt defi- 129
cientia atq; carentia/& nichil aliud eſſe tenebras q̃ lucis priuationem. ¶Itaq; diuina ſa-
pientia ſeipſam noſcens:etiam omnia cognoſcit. materialia quidem ſiue materia/diuiſi-
bilia indiuidue/multa vnice:et ex ſeipſa vna/cuncta ſciẽs & proferens. Cum enim mens
noſtra quæ longe inferiorem ſortitur intelligẽdi modum/temporalia noſcat intempora-
liter/localia illocaliter/& dimẽſa indimenſe:cur illud quoq; non poterit mens diuina/ſu-
per omnem motũ locum & molem eminẽter locata? Et certe quemadmodũ deus ſecun-
dum vnã cauſam ſcilicet ſeipſũ/omnibus eſſe impartit/& ex vnica & ſimplici cauſa pro-
fert omnia:ita per vnam eandemq; cauſam atq; ſcientiã cognoſcit omnia/& quomodo
ex ſeipſo ſint & in ſeipſo ante ſubſiſtant. Neq; ex rebus ipſis quæ ſunt/earũ capiet agni-
tionem:ſed & ipſis rebus ſingulis pro captu ſuo/et ſui & aliorum ſcientiã tradet ac com-
municabit. Non habet igitur deus vnam peculiarẽ ſciẽtiam ſui/aliam vero cõmunem re-
rum cõditarum:omnia quæ ſubſiſtunt complectẽtem. Ipſa enim omnium cauſa/ſeipſam
perfecte cognoſcens:nulla certe ratione ea quæ a ſeipſa ſunt & quorum eſt cauſa/igno-
rare poterit. Hac itaq; cognitione qua ſeipſum noſcit deus/etiam cuncta cognoſcit:non
quidem rerum productarũ ſed ſola ſuiipſius ſcientia. Nempe & diuina ſcriptura atteſta-
Apoca.2. tur angelicos ſpiritus ea ſcire/quæ in terra ſunt ac fiunt:cum ea deſcribuntur hominibus
exacte enunciare. non tamen illa norunt eo ipſo ꝙ ſenſu hauriãt illa quæ ſenſibilia ſunt/
ſed propria virtute atq; natura ſuæ mẽtis:ad dei imaginem effictæ atq; efformatę. Si igi-
tur id poteſt angelus:ſenſibilia ſcilicet ſupra ſenſum agnoſcere:quomodo illud non po- 130
terit deus/qui hoc ipſum angelo largitus eſt? ¶Inſuper & illud percontandũ supereſt/
quomodo homines deum cognoſcũt:qui neq; intellectu neq; ſenſu cõpræhendi poteſt/

neq; quicq̄ eorum est quæ sub intellectus notionem cadunt. Respondendū plane est et
secundum veritatem: ꝙ homines deum non ex ipsius natura & conditione cognoscunt.
nam ipsius dei secretum omnino ignotum est: omnemq; exuperat sensum/rationem et
mentem. Sed ex ordinatissima creaturarum omnium dispositione vt ab ipso producta/
et præ se ferente imagines quasdā & impressiones diuinorum ipsius exemplarium: ho-
mines in dei cognitionem prouehuntur/ tanq̄ ex formatione sigilli in cæra ad primitiuā
eius formam/ atq; ab imagine ad veritatem. Et hoc pacto congrua quadam via ac ordi-
ne homines pro viribus ascendunt ex visibilibus & intelligibilibus ad id quod ōnia subli
miter transcendit: in eminentissima omnium priuatione/ atq; in omniū causa. ꝙ per om-
nium ablationem/ abnegationemq; & sensibiliū & intelligibilium: ad deum ipsum ascen
dendo perueniatur/ omnium tamen authorem & causam. sicut et in monade omniū con-
spicitur numerorum priuatio: & omnium causa. Ideo & in omnibus rebus deus agnosci-
tur: et seorsum ab omnibus noscitur. & per scientiam noscitur deus: et per ignorationem
omni scientia superiorem. Rursum intelligitur ipse deus/ ratione appræhenditur/ nosci-
tur/ tactu/ sensu/ opinione & imaginatione percipitur/ nominatur: et alijs cognoscendi
modis scitur. et neq; intelligitur neq; ratione noscitur neq; dicitur/ neq; nominatur/ neq;
est aliquid eorum quæ sunt: quia est super omnia/ neq; in aliqua creatura cognoscitur.
Ipse quoq; deus in omnibus omnia est: & in nichilo nichil. et ex omnibus rebus a cūctis
agnoscitur: et ex nullo a nemine dinoscitur. Sane ista ōnia q̄uis videantur opposita: re-
ctissime tamen de deo verissimeq; dicuntur/ & ex omnibus rebus subsistentibus conue-
niēter laudatur deus: vt omnium author & opifex/ ab effectis ipsis & causalibus: in ip-
sam causam assurgendo. Præter quem modum cognoscendi deum/ est & excellentissima
dei scientia: quæ per ignorationem in excellētia dictam habetur/ in cōiunctione illa mē-
tis ad deum quæ omnem superat sensum & intelligentiam. quando mens ipsa humana
aut angelica/ omnia alia supergrediens & demū seipsam relinquens/ coniuncta fuerit lu-
cidis a deo profusis radijs: vndiq; imperscrutabili sapientiæ abysso per hunc radiorū ia-
ctum illustrata. Ipsa quoq; diuina sapientia omnibus ex rebus (vt dictum iam est) dino- Prouer. 8.
scenda venit: quandoquidem secundum sacræ scripturæ sententiā ipsa est effectrix om-
nium & cuncta ordinatissime disponēs. Ipsius item congruentiæ indissolubilis & ordinis
est causa: semper priorū corporum fines/ sequētium & inferiorum initijs connectens. vt
imum cœli lunaris: summo ipsius ignis/ & finem ignis principio aeris/ & ita in cæteris.
et deniq; vnam mundi conuenientiam & connexionem congruentissimo ordine & situ
131 moliēs atq; fabricans. ❡ Deinde alias dei nuncupationes annexas sapiētiæ explicat sa- Ratio.
cratus pater: ostēdens cur rationis/ veritatis & fidei appellatio etiā deo tribuatur. Ratio
quidem siue verbum dicitur deus in sancta scriptura: non solum quia rationis/ sensus &
sapientiæ est ipsis rebus author & indultor/ sed etiam quia omnium causas in se vnifor-
miter & vnice cōplectitur ac continet: et quia per omnia meat/ attingens (vt dicit scriptu Saplen. 8.
ra) a fine vsq; ad finem fortiter. Et præter hęc etiam: quia ipsa diuina ratio supra omnem
simplicitatem & singularitatē in rebus expanditur/ estq; ab omnibus rebus absoluta et Veritas.
supra omnia/ ratione supremæ substantiæ qua omnibus supereminet. Hæc item ratio est
simplex/ vereq; subsistens & diuina veritas. circa quam vt certissimā & nusq̄ a vero ober- Fides.
rantem scientiam omnium quæ credenda sunt: diuina fides est. quæ est stabilis credenti-
um firmitas & sedes: quæ ipsos credētes in veritate stabiliter collocat. et in ipsis creden-
tibus itidem collocat veritatem maxime certam & eandem: supra omnem tamen huma-
nam persuasionem. quandoquidem ob arduam sui sublimitatem nullis humani ingenij
persuaderi potest argumētis: aut naturalis rationis credulitate attingi. Verum qui fidem
ipsam amplexi sunt/ nulla subnixi persuasoria humanę sapiētiæ ratione: simplicē habēt
ac vnicam veritatis notionē/ cui inconcussa mente adhęrēt ob solam ipsius dei eam re-
uelantis authoritatem. quem probe nouerūt & veracē & fidelem esse: et neq; a veritate
132 decidere/ neq; ea quæ a vero abhorrēt credenda proponere aut inspirare posse. ❡ Enim-
uero cum scientia sit cognoscentiū & cognitorum coniunctrix: sicut visio coniungit ocu-
lū rei visæ. ignorātia vero semper mutationis est author ac instabilitatis animi: insuper
et ex se ipsi ignoranti suæ diuisionis est author/ quia secum dissidet & rectæ sententiæ
minime cohęret. eum qui credit in veritate/ nichil (vt sacræ perhibēt litteræ) remouebit
a deo veræ fidei authore: in quo firmam constantiā immutabilis atq; indimobilis iden-
titatis habebit/ eritq; animus in veritatis cōfessione semper idem: neq; in diuersa fluctua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

bit. Conscius enim sibi est/ qui veritati fidei coniunctus est: q̄ recte institutus est/ & saluta
rem viam amplexus. q̄uis plures secundum faciem iudicantes/ illum redarguāt: tanq̄ in-
sipientem & mente captum. Latet enim illos (sicut & par est) quomodo ille fidem profes-
sus velut ex errore reuocatus/ per inconcussam veritatis fidem extra se sit/ propemo-
dum deo cōiunctus: & quasi seipso relicto/ extasim mentisq; excessum ob diuinorū amo-
rem patitur. At vero ille fidem amplexus probe nouit: seipsum non (vt illi hostes fidei di-
cunt) insania agi aut delirare. sed ab instabili & vario circa multiplicem erroris diuersita
tem motu liberatum: per simplicem & semper eodem modo se habentem veritatem/ se
euasisse firmū ac stabilem. Deniq; id persuasum habentes Christianæ sapientiæ duces &
præsules/ apostoli scilicet & ipsorū sectatores: pro veritate defēdēda moriūtur quotidie/
testimoniū perhibentes & verbo et exemplo/ singulari Christianorū & verissimæ scien-
tiæ. testificantesq; omnibus & ore et opere: q haec Christianorum scientia ac professio/
omnibus alijs sciētijs & simplicior est et diuinior. immo q ipsa sola: est vera/ et vnica et
simplex diuinarum rerum notio.

De virtute/ iustitia/ salute/ redemptione: in quo & de æqualitate et inæqualitate. CAP. VIII.



Erum enim quoniam diuinam veritatem/ supremāq; sapi-
entiam: vt virtutem theologi celebrant/ & vt iustitiam/ salu-
tem quoq; ipsam/ & redemptionem appellant: age ista pro
A viribus diuina nomina explicare pergamus. Nempe enim
Virtus. q deitas summa/ virtute omni (quomodolibet aut est aut
intelligitur) eminētissime superior sit: neminem reor qui di-
uinis litteris sit inuersatus ignorare. plurimis enim in locis scriptura sacra:
B etiam dominationem illi virtutum quoq; cœlestiū assignās tradidit. Quo-
modo igitur illam theologi etiam vt virtutem laudant: quæ virtute omni
longe eminēter excipitur? aut quomodo in ipsa virtutis accipimus nomē?
Dicamus ergo quoniam virtus est deus: qui omnem in se virtutem supre-
me habet & tempore et excellētia. et vt omnis virtutis author/ omniaq; per
virtutem nusq̄ inclinantem atq; incircunscriptam producens: & sicut eius
quæ est virtus siue vniuersalis siue particularis causa efficiens. et vt infinitæ
virtutis: nō modo q virtutem proferat omnem/ verum & q supra omnem
et ipsam quoq; virtutem sit. & q excellentissime possit & infinite infinitas
præter eas quę sunt/ alias proferre virtutes. eo q nullo modo possint vel in-
finitæ vel in infinitum productæ virtutes: supreme infinitam vim ipsius po
tentissimæ virtutis obtundere. ¶ Ac vero ineloquibili & incognito atq; in-
cogitabili modo supereminentis ōnia virtutis suæ/ siue per potentiæ copiā:
infirmitatem quoq; corroborat/ extremasq; substantias continet/ ac poten-
ter firmat. Sicuti & in ijs quæ sensuum sortita sunt potētiam: cernimus su-
perlucētia lumina ad hebetiores quoq; acies penetrare. maioresq; crepitus
aiunt in aures quoq; obtusiores/ & haud facile sonitus haurire idoneas: in-
gredi. Quod enim audiendi officio penitus vacat: neq; auris est. & quod
omnino non videt: neq; acies est. Hæc deniq; infinite potens diuina distri-
butio: in ōnia quæ sunt se intendit/ atq; permeat. et nichil est in rebus/ quod
non sit virtuti alicui percipiendæ idoneū: sed aut spiritualē/ aut rationalem/
aut sensibilem/ aut vitalem/ aut substantialē habet virtutē. ipsum quoq; esse
(si fas sit dicere) virtutem vt sit/ a supersubstātiali virtute consequitur. ¶ Ex
ipsa sunt altissimæ angelicarum distinctionū virtutes: ex ipsa vt & sint sine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

lapsu/habent.omnesqꝫ spirituales suos atqꝫ immortales sempiternos mo-
tus/ipsamqꝫ constantiā/boniqꝫ desiderium inuiolabile:ab infinitæ bonita-
tis virtute perceperūt.ipsa illis largiente vt possint/& ista sint/et semper esse
desiderent:ipsumqꝫ desiderare posse/vt semper possint.Procedūt ipsius in-
deficientis virtutis effectus ad homines quoqꝫ & animantes/et arbores/to-
tamqꝫ mundi naturam:& coniuncta corroborant ad amicitiā mutuam ac
societatem.et quæ discreta sunt/vt sint singula iuxta rationem propriam ac
diffinitionē/inconfusa atqꝫ impermixta custodit:mundiqꝫ ordines & dispo-
136 sitiones in proprio conseruat bono.¶ Atqꝫ immortales angelicarum vnita
tum vitas inuiolabiles/& cœlestes luminarium siderūqꝫ substātias atqꝫ or-
dines:immutabiles seruat.ac sæculū vt esse possit indulget:temporū quoqꝫ
orbitas progressu distinguit/et reditu colligit.ignisqꝫ vires inextinguibiles
facit:et aquarū fluenta perennia.aeream quoqꝫ fusionē terminat:& terram
super nichilum firmat/eiusqꝫ viuificos partus incorruptibiles custodit. ele-
mentorumqꝫ congruentiam & temperantiam inconfusam/atqꝫ indiuidu-
am seruat:& animæ ac corporis continet nexum.arborum quoqꝫ virtutes
quibus nutriuntur & crescunt:mouet.substantialesqꝫ omnium roborat vi-
res:et mundi indissolubilem constātiam tutatur/deificumqꝫ ipsum statum
condonat:virtutem vt hoc possint/ijs qui in deum transeūt præstans.Pror-
susqꝫ nichil in substantijs est:quod ipsius omnipotens diuina virtus non tu-
tetur/atqꝫ contineat.Quod enim omnino nulla virtute fulcitur:neqꝫ est/ C
137 neqꝫ aliquid est/neqꝫ est penitus ipsius vlla positio.¶ Atqui īquit Elymas Elymas
magus si est omnipotēs deus:quomodo a vestro theologo aliquid nō posse magus.
dicitur?beatum insimulās Paulum:qui ait deum seipsum negare non pos- D
se.Illud autem si adijciam/vehementer timeo ne vt amens ridear:qui pue-
rorum ludentium structuras/et supra harenam fundatas & infirmas/euer-
tere moliar/atqꝫ huius rei diuinum sensum veluti arduum aliquid ac perdif-
ficile intentius aperire aggrediar.Nempe enim seipsum negare:a veritate Vbi hic de9
decidere est.porro veritas deus est:& a veritate cadere/a deo est cadere.Si et a deo fre
igitur veritas deus est/veritatisqꝫ negatio est a deo prolapsio:a deo cadere quēter dici
deus non potest.& nō esse(vt sic dixerim)non est:& non posse/nō potest/et tur/exēplar
non nosse secundum priuationem non nouit.Id sapiēs ille non intellexit: habet no-
imitaturqꝫ athletas imperitos/qui sæpe imbecillos sibi aduersarios esse sua- mē dei on:
dentes/contraqꝫ absentes ipsos fortiter adumbrata pugna dimicantes/et hoc est ens
aerem cassis ictibus constanter ferientes:aduersarios ipsos superasse arbi- et qui est.&
trantur/seqꝫ victores buccinantur/cum neqꝫ illorum nouerint vires. At nos nō esse/nō
diuinum ipsum Paulum pro viribus assequentes:eum qui supra virtutem posse/non
est deum vt omnipotētem celebramus/vt beatum solumqꝫ potentem/vt do- nosse nomi-
minantem in virtute sua sæculo.vt qui in nullo a substātijs exciderit:immo naliter ītel-
quæqꝫ sunt omnia/excellenter & ante tempora habeat supersubstātiali vir- liguntur.
tute sua.qui ijs quæ sunt omnibus/vt esse possint & hoc sint:excellentis vir- E
138 tutis copia & exuberanti profusione largitur.¶ Iustitia vero rursus deus vt Iustitia.
omnibus secundum merita retribuens dicitur:mensuramqꝫ & pulchritudi-
nem & ordinem ac dispositionem/omnesqꝫ distributiones atqꝫ ordinatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nes iuxta veriſſimam ac iuſtiſſimam diffinitionem ſingulis ſegregās/et om=
nibus quibuſq; proprij operis author exiſtens. Cuncta enim diuinæ iuſti=
tiæ legibus ordinat/atq; determinat: et omnia ex omnibus mera atq; imper
mixta cuſtodiens/pro ſingulorum meritis ijs quæ ſunt omnibus congrua
cuiq; largitur. Hæc vero ſi recte dicuntur/qui diuinā iuſtitiā inſimulant: dū
non aduertūt/ſuā iniuſtitiā apertiſſime dānant. Aiūt enī immortalitatē in=
eſſe debere mortalibus: imperfectiſq; perfectionē. & ijs quæ ex ſe mouētur:
neceſſitatē qua aliunde moueātur. mutabilibuſq; idētitatē/& infirmis: quæ
perfectæ virtutis ſunt/adeſſe oportere. item ſempiterna eſſe temporalia/et
immutabilia: quæ natura mouētur. temporariaſq; voluptates oportere eſ=
ſe æternas: & omnino quæ aliorum ſunt/alijs reddūt. Verum in hoc opere=
precium eſt cognoſcere diuinam iuſtitiam veram eſſe iuſtitiam/ꝙ omnibus
quæ ſua ſunt tribuit pro ſingulorum merito: et cuiuſq; naturam in ſuo or=
dine ſeruat/atq; virtute. ¶ At dixerit quiſpiam/non eſſe iuſtitiæ: ꝙ viri ſan=
cti ſine adiutorio dimittantur a peſſimis conteri. Ei dicēdum ꝙ ſi quidem
terrena quæ carnalibus in ſtudio ſunt/diligunt: ij quos ſanctos appellat/di=
uino amore prorſus exciderūt. et neſcio quo pacto ſancti appellari poſſint:
qui amabilia veraciter ac diuina iniurijs afficiunt. dum ea quæ neq; amari/
neq; haberi in ſtudio merentur: minus plane honeſte congerūt/minuſq; re=
probant. Sinautem quæ vere ſunt amant: lętari cōuenit eos qui aliqua cu=
piuut/quando fruuntur optatis. An vero non tunc magis angelicis propin=
quant virtutibus: cum diuinorum deſiderio pro viribus ab omni carnalium
affectione diſcedunt? atq; ad hoc viriliter multum exercentur: dum preſſu=
ras/caſuſq; varios honeſti gratia tolerāt. Itaq; (vt verum dixerim) hoc ma=
gis eſt diuinæ iuſtitiæ propriū: nequaq̄ emollire atq; eneruare optimorum
quorumcūq; maſculum ſenſum/largitione carnalium. neq; ſi quis id cone=
tur agere: eos ſine adiutorio linquere/ſed illos in præclaro/inflexibiliq; ſta=
Salus. tu ſolidare/eiſq; cum ſint huiuſmodi: ſecundum merita reddere. ¶ Hæc de=
F niq; diuina iuſtitia/ſalus quoq; omnium prædicatur: propriam cuiuſq; et
ſyncæram ab alijs ſubſtantiā & ordinem ſeruans atq; cuſtodiens/cauſaq;
pure exiſtens propriæ in quibuſq; actionis. Si quis vero ſalutem laudet (vt
etiam ne a deterioribus quidem abſtineat) cuncta ſaluando rapientem: &
hunc ipſi laudatorem profuſiſſimæ ſalutis perlibenter admittemus. Et hāc
ſanc primam vniuerſorum ſalutem ipſum diffinire cupiemus/quæ omnia
in ſeipſis immutabilia/neq; diſſidentia & nuſq̄ deflectentia ad deteriora:
præſeruet/cuſtodiatq; ōnia ſine pugna & bello/ſingula ſuis rationibus/or=
dinibuſq; diſtincta. et inæqualitatem omnem/& alienam actionem ex om=
nibus eliminet: & cuiuſq; proportiones ad id cōfirmet vt in diuerſa cadere/
aut commigrare nequaq̄ poſſint. ¶ Verum enim profecto & hanc ſalutem
non præter intentionem ſcripturæ ſanctę/vt bonitate cuncta ſaluante/quæ
ſunt omnia ab ſuorum prolapſione bonorum redimentem: prædicare me=
G rito poſſumus/quantum cuiuſq; ſaluandorū admittit natura. Idcirco etiam
Redēptio. redemptionem illam theologi nominant: ex eo ꝙ non ſinit quæ veræ ſunt/
ad id cadere vt non ſint. ex eo item ꝙ etſi quid deliquerint/& ab ordine ſuo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

aberrauerint/& imminutionem aliquam perfectionis bonorũ suorum pas=
sa fuerint: hac etiam in parte a passione & imbecillitate ac priuatione redi=
mit. implens quod deest/& paterno affectu infirmitatem supplens/ atq;
a malo erigens: immo in pulchro sistens/& quod effluxerat bonũ reparãs/
ac dispones/& ordinis quod deest in illo atq; positionis exornãs/integrũq;
142 persiciens/& ab omnibus absoluens inconcinnitatibus. ℂSed de his qui= Equalitas.
dem/& de iustitia dictum est. secũdum quam omnium æqualitas emetitur H
atq; terminatur: omnisq; inæqualitas/quæ secũdum priuationem est eius
(quæ in ipsis singulis est) ęqualitatis: extorris agitur. Verum enimuero inæ=
qualitatem si quis differentias omnium ad omnia in omnibus accipiat: hu=
ius quoq; iustitia seruatrix est/non permittens promiscua omnia fieri ac
perturbari: sed custodiẽs quæ sunt omnia secũdum speciem in qua singu=
la quæq; esse acceperunt.

ℂSCHOLIA STAPVLENSIS. Nempe enim q deitas summa/virtute omni. Virtu= A
tis appellatione: sacræ litteræ deum collaudant. Psalmus centesimus tricesimus nonus.
Domine domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meũ in die belli. Et ad Ro=
manos cap. primo. Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intel=
lecta conspiciuntur/sempiterna quoq; eius virtus/& diuinitas. ℂEtiam dominationem B
illi virtutum quoq; cœlestium assignãs tradidit. Psalmus vicesimus tertius. Quis est iste
rex gloriç? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. ℂAtqui inquit Elymas magus. Hic est C
Elymas magus: qui et Barieu (id est filius maleficij) nominatus est: de quo actuũ aposto Elymas magus.
lorum cap. decimo tertio hunc in modum legitur. De Barnaba et Paulo. Et ipsi quidem
missi a spiritu sancto/abierunt Seleuciam: & inde nauigauerunt Cyprum. Et cum venis=
sent Salaminam: prædicabant verbum dei in synagogis Iudęorum. Habebant autem et
Ioannem in ministerio. Et cum perambulassent vniuersam insulam vsq; ad Paphum: in=
uenerunt quẽdam virum magũ pseudoprophetã Iudęũ cui nomen erat Barieu: qui erat
cum proconsule Sergio Paulo viro prudẽte. Hic accersitis Barnaba et Paulo: desidera=
bat audire verbum dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretabatur
nomen eius) quærẽs auertere proconsulem a fide. Saulus autem qui et Paulus repletus
spiritu sancto: intuẽs in eum dixit. O plene omni dolo/& omni fallacia fili diaboli/inimi=
ce omnis iustitiæ: non desinis subuertere vias domini rectas. et ecce nunc manus domini
super te: & eris cæcus/non videns solẽ vsq; ad tempus. et confestim cecidit in eum cali=
go/et tenebræ: & circuiens quærebat qui ei manum daret. Tunc proconsul cum vidisset
factum: credidit/admirans super doctrina domini. ℂBeatum insimulans Paulũ: qui ait D
deum seipsum negare non posse. Paulus secunda ad Timotheum epistola cap. secundo.
Si non credimus: ille fidelis permanet/negare seipsum nõ potest. ℂIustitia vero rursus E
deus: vt omnibus secundũ merita retribuens dicitur. Et iustitia & iustus frequẽter in san
ctis litteris de deo adducũtur. Iustitia. Psalmus centesimus decimus. Confessio & magni=
ficentia opus eius: iustitia eius manet in sæculum sæculi. Et centesimo decimo octauo.
Iustitia tua: iustitia in æternum. Et sapiẽtiæ cap. primo. Iustitia enim perpetua est/& im=
mortalis. Iustus. psalmus septimus. Deus iudex/iustus/fortis/et patiẽs. Et decimo. Quo=
niam iustus dominus/& iustitias dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius. Et hæ diuinæ nun=
cupationes/quo magis homines ad iustitiam faciendã exemplaria diuinitatis non igno=
rent: omnium ferme frequentissime occurrunt. ℂHæc deniq; diuina iustitia: salus quoq; F
omnium prædicatur. Et vt salus/vt saluator/vt salutare celebratur. Salus. psalmus vice=
simus sextus. Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Saluator. Secũdus
regum cap. vicesimo secundo. Dominus petra mea/& robur meũ/et saluator meus. Ite=
rum. Scutum meũ & cornu salutis meę/eleuator meus/& refugiũ meum: saluator de ini=
quitate liberabis me. Ioannes cap. quarto. Ipsi enim audiuimus & scimus: quia hic est
vere saluator mundi. Et prima ad Timotheũ epistola cap. quarto. quia speramus in deũ
viuum: qui est saluator omniũ hominum. Salutare. Esaias cap. quinquagesimo secundo.
Et videbũt omnes fines terrę: salutare dei nostri. ℂIdcirco etiam redemptionẽ illã theo= G

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

logi nominant. Quæ possunt sacrę litteræ/ diuinæ bonitatis beneficia agnoscentes: nunc
Psal. 73. redemptionē/ nunc redemptorē eum vocant/ qui in medio terræ omniū hominū operatus est salutē. Redēptionē. Paulus prima ad Corinthios epistola cap. primo Ex ipso autē
vos estis in CHRISTO IHESV: qui factus est nobis sapiētia/ & iustitia/ et sanctificatio/
et redēptio. Redemptorē. Psalmus decimus octauus. Domine adiutor meus: & redemptor meus. Esaias cap. quinquagesimo quarto. Dominabitur tui qui fecit te: dominus
exercituum nomen eius/ & redemptor tuus/ sanctus Israel: deus omnipotens terræ vocabitur.
H ¶ Secundū quā omniū æqualitas emetitur atq; terminatur. Aequitatē & æqualitatem deo sacra eloquia attribuunt. Aequitatē. psalmus nonus. Parauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicabit orbem terrę in æquitate. Aequalitatem. cum sapientiæ cap. sexto dicitur. Non substrahet personam cuiusq̄ deus: quia est omnium dominator, quoniam pusillum & magnū ipse fecit: & æqualiter est illi cura de omnibus. Et cum dicitur ad Philippenses cap. secundo. Qui cum in forma dei esset/ non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo: sed semetipsum exinaniuit/ formā serui accipiens/ in similitudinē hominum factus/ & habitu inuentus vt homo.
I ¶ Verū enimuero inæqualitatē: si quis differentias omnium. Hoc est/ si quis vocet inæqualitatem: differentias/ & distinctiones rerum abinuicem.

¶ OCTAVI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



NVnc alias diuinas appellationes/ virtutem/ iustitiā/ salutem/ redemptionem: explanare aggreditur sacer Dionysius. proponens primum ꝙ quoniam diuinam sapientiā & veritatem deiloqui patres etiā laudant vt virtutem & vt iustitiā/ eandemq; vocant salutē & redemptionē: ista etiā diuina nomina dignis laudibus prędicāda sunt/ sicut & superiora.
Virtus. Siquidē ꝙ summa deitas/ omni creata virtute (quomodocūq; ea sit aut intelligatur) longe sit superior: nullus certe ignorat/ qui in diuinis litteris est versatus. quoniam cōpluribus in locis ipsa scriptura etiam dominationē cœlestium spirituū illi attribuit: cū ipsum/ dominū virtutum/ & dominum sabaoth siue exercituū
Psal. 23. appellat. Quomodo igitur ipsam summā deitatem sacri authores vt virtutem laudant: quæ omni virtute sublimior eminet? aut quomodo in ipsa suprema deitate/ virtutis accipitur nomen? Respondet beatus pater ꝙ deus dicitur virtus: quoniā omnem in se virtutem supereminenter habet/ & tempore et excellentia. Tempore quidem: ꝙ prius in eo q̄ in rebus cōditis sit virtus/ quia ab æterno. Excellentia vero: ꝙ exuberātius in eo q̄ quibus suis creaturis eluceat virtus/ quia immensa & infinita. et quia omnis virtutis est author: ōniaq; per virtutē suā nunq̄ defatiscentē & immensuratā producens. author inquā et causa efficiens virtutis: rebus subsistentibus inditę. siue vniuersalis: & generali ratione res omnes ambientis. siue particularis: & in hoc aut illo rerū genere consideratæ. Deus etiam (quod alteri nulli conuenit) infinitæ est virtutis atq; īmensæ. non solū quia omnē producat virtutē: sed etiā quia supra omnē est virtutē/ & supra ipsam quoq; virtutē: ab se in creaturas effluentē. Dicitur etiā infinitæ virtutis deus: quia excellentissime possit etiā infinite infinitas numeroq; indeterminatas & non tot quin plures/ præter eas quę sunt/ alias producere virtutes. ex eo ꝙ etiā infinitę aut in infinitū productę virtutes: nō possūt supreme infinitā efficaciā ipsius potentissimæ virtutis diuinę obtundere/ exhaurire aut imminuere. perinde atq; infinitę & quotcūq; velis productę numerorū species/ nō queunt ipsius monadis numeralis debilitare vim productricē aut infirmiorē reddere: quin adhuc plures & nouas proferre possit numerorū species. et quotquot velis eductæ a centro lineæ non valent ipsam centri virtutē euacuare: quin plures & nouas explicet lineas/ atq; a se educat in conspectū. ¶ Immo deus ipse/ per excedentis omnia virtutis suæ modū (qui nec sermone potest exprimi/ nec mente cōpræhendi/ nec cogitatu capi) atq; per suæ potentię copiā: etiam ipsā rerū infirmitatē ne omnino labascat aut tendat in interitū/ corroborat atq; sustentat. postremasq; rerū substantias atq; infimas vt terrā/ materiā rerū/ & accidentia extremū sortita locū conseruat ac firmiter continet. quēadmodū et in corporibus sēsibilibus quæq; sētiēdi habēt facultatē: lumina multo splēdore chorusca ad hebetiores etiā oculos penetrant. et vehemētiores sonitus aiunt physiologi obtusiores quoq; aures & non facile sonū haurire idoneas ferire ac ingredi. Quod eni audiendi virtute omnino caret: non est auris. et quod nichil prorsus videt: non est oculus/ quoniā proprium illius officiū & a natura constitutū explere non potest. Deniq; hæc in-

finite potens diuina virtus/suæ potentiæ largissima distributrix: in omnia quæ sunt se
explicat/effundit ac propagat. omnia permeat/ penetrat & subit. vt nichil omnium cō-
spiciatur in rebus: quod non sit alicui virtuti recipiendæ aptum aut accommodum.
sed aut spiritualem vt angeli/ aut rationalem vt homines/ aut sensibilē vt bruta/ aut
vitalem vt plantæ/aut substantialem vt inanimata/ habet virtutem. Quinimmo & ip-
sum esse (si ita loqui liceat) a supersubstantiali/ diuinaq; virtute consequitur virtutem
135 vt sit/ & in rebus omnibus subsistat. ¶ Deinde varias ipsius diuinæ virtutis distributi-
ones in diuersos creaturarum gradus describit: dicens ꝙ ex ipsa suprema virtute sunt
excellentissimæ angelicorum ordinum virtutes/et vt sine lapsu/decidētiaq; in deterius
sint: ex ipsa habent. omnesq; suas operationes/ functiones & motiones perpetuas/ ip-
samq; in bono constantiam/ & desiderium boni nullo modo violabile: ab infinitæ bo-
nitatis virtute diuina perceperūt. Largitur enim illis summa ipsa dei virtus vt hæc pos
sint/& ista sint/& semper ita esse desiderent/necnon vt possint desiderare ꝙ semper pos-
sint/potestatēq; & vires indeficientes habeant: sine sui diminutione perpetuo vigen-
tes. Insuper progrediuntur ipsius indeficientis diuinæ virtutis effectus ad homines/ani
malia bruta ac plantas/ totamq; mundi naturam conditam. & coniuncta in rebus cor-
roborant ad mutuam amicitiam ac societatem: vt partes in toto & qualitatum contem-
peramenta in corpore. quæ autem discreta sunt & distincta/ vt elementa & quæ ex ip-
sis constant: inconfusa ac impermixta conseruat/ vt sint singula iuxta naturæ suæ mo-
dum ac conditionem. totumq; mundi ordinem ac dispositionem in suo continet teno-
136 re/ statu & gradu. ¶ Eadem quoq; diuina virtus immortales angelicarum simplici-
tatum vitas: inuiolabiles custodit. cœlestes quoq; duorum præcipuorum luminarium/
siderumq; omnium substantias: immutabiles ac indeciduas seruat. Insuper & subsisten-
tium rerum duratio vt esse possit: præstat. temporumq; reuolutiones & circuitus conti-
nuo progressu distinguit: ac consimili regressu colligit. Ignis item vires reddit inextin-
guibiles/& aquarū profluuia perpetua. aeris etiam fusionem & expansionem terminat:
& terram super nichilum (vt ait scriptura)appendit ac firmat: ꝙ nichil/terræ sit sub- Iob.26.
stratum quo fulciatur/ sed ipsa suipsius sit fulcimentum & basis. Viuificos itidem terræ
partus/incorruptibiles secundum speciem custodit: ꝙ dat terræ virtutem/eadē semper
specie rerum genera proferendi. Præterea elementorum adinuicem conuenientiam &
temperamentum: sine confusione aut diuulsione integrum conseruat. animæq; & cor-
poris in viuentibus: continet societatem ac vinculum. arborum etiam & vegetabilium
vires/quibus enutriūtur & surgunt in crementū: mouet. substantialesq; & naturales om
nium rerum virtutes corroborat: & indissolubilē mundi constantiam permanentiāq; cō-
seruat. Deniq; & deiformem statum rationalibus & spiritualibus substātijs elargitur. ijs
qui in deum imitatione ac assimilatione transeunt/ virtutem præstans: vt possint tam
perfectam & propinquam dei participationem assequi. Et omnino nichil est in tota re-
rum subsistentium vniuersitate: quod omnipotens dei virtus non tueatur ac conseruet.
Quod enim penitus virtutis est expers/neq; vlla virtute stabilitur: neq; est/neq; aliquid
137 est/neq; illius aliqua est existentia/aut in rerū natura cōstitutio. ¶ Obiectionē deinde di-
luit/ab impio & sacrilego Elyma mago cōtra omnipotētē dei virtutē inductā: qui hac ra
tione illā annititur infirmare. Si deus est ōnipotēs: quomodo ab vno Christianæ sapiētię
professore dicit aliquid nō posse? hisce verbis beatū sugillās & accusans Paulū: qui scri- 2.timo.2.
bit deum non posse seipsum negare. Verū si huic cauillationi respondere pergā (inquit
beatus pater) vehementer vereor ne tanq̄ amens irridear: ꝙ ludicras puerorum luden-
tiū structuras & arces super harenā collocatas euertere nitar/ atq; propositionis huius
ex Paulo adductę diuinū sensum/veluti quippiā sublime/altū & difficile/studiosius ape
rire. cū id plane permultis facile ac leue videatur: & indignū cui quis insistat ac immore-
tur. Siquidem seipsum negare: est a veritate decidere. veritas autē: deus est. & a verita-
te cadere: est a deo cadere atq; prolabi. Cū igitur deus (vt scriptura testatur) sit veritas/ Ioan.14.
& veritatis negatio sit a deo prolapsio: a deo cadere/ deus certe non potest. et non est
ipse deus(vt ita dicam) non esse/siue non ens. & ipse non potest non posse/siue impo
tentiam. & non nouit nō nosse/siue ignorantiam: notionisq; carentiam secundum priua-
tionem atq; defectum. Id plane sapiens ille Elymas (quod per ironiam dictū intelligat:
& ad notandā eius insipientiam) non intellexit/imitaturq; pugiles ignauos: qui sæpius
aduersarios suos inualidos & imbelles esse sibi persuasū habētes/& cōtra ipsos absentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

certamine fictitio dimicãtes/aerem crebris ictibus incassum verberantes: se hostes suos
deuicisse putant/ et seipsos victoria potitos gloriantur ac iactitant/ cum neq; illorum
cognouerint vires: neq; manus cum ipsis conseruerint. At nosipsi (inquit) diuini Pau-
li intelligentiam assecuti/eiusq; tenentes sententiam: deum ipsum (qui supra omnem est
virtutẽ) prædicamus vt omnipotentem/ vt beatum/ solumq; potentẽ/ vt dominantẽ in
virtute sua toti mundo/ vt in nullo: substantiarũ perfectione destitutum. cũ omnia quæ
sunt: excellẽter & ante temporũ decursum habeat/ per supersubstantialẽ suam virtutẽ.
qui deniq; ijs omnibus quæ subsistunt: & vt sint & esse possint elargitur/ suæ excellẽtissi- 138
Iustitia. mæ virtutis copia & largissima profusione. ¶Deinde deum/ iustitiæ appellatione diui-
nus pater prædicat, qui in sanctis scripturis frequenter hoc nomine dicitur: q; omnibus
secundũ merita retribuat cõpensetq; mercedẽ/ q; etiã mensurã rerũ omniũ ac pulchritu-
dinẽ/dispositionem & ordinẽ cuiq; dispenset. q; insuper distributiones proprietatũ loco-
rũ ac temporũ/similiter & ordinationes decentissimas secundũ verissimã ac iustissimam
suæ prouidentiæ determinationẽ cunctis assignet: & omnibus rebus propriæ suæ functi-
onis & operationis author existat. Quippe deus cuncta: diuinæ iustitiæ legibus equissi-
mis sancit & ordinat. & omnia ex omnibus inconfusa atq; impermixta seruans: largitur
cuiq; quod suæ naturæ est propriũ ac congruũ/pro cõditione/ qualitate ac modo singu-
lorũ. Cæterũ quoniã hæc recte & vere dicuntur/ nonnulli ponentes os in cœlũ & loquẽ-
tes contra altissimum/diuinãq; iustitiã accusantes: dũ quid agãt nõ aduertunt/ suam in-
iustitiam manifeste produnt & declarant. Dicũt enim immortalitatẽ debere inesse rebus
mortalibus: vt hominibus secũdum hanc vitã sensibilẽ. & imperfectis: perfectionẽ. & ijs
quæ arbitrij libertate mouẽtur quo se deflectere volunt: dicunt debere inesse necessitatẽ
& vim/ qua ab alio moueantur adiganturq; ad opus. & mutabilibus/ vt rebus inferiori-
bus: constantẽ & eodem modo se semper habentem identitatẽ. dicunt item infirmis ea
adesse oportere: quæ perfectæ sunt virtutis. & tẽporalia: oportere esse sempiterna/ per-
petuæq; durationis. & quæ natura mouentur: debere esse immutabilia. voluptatesq; mũ-
di huius quæ fluxæ sunt & fugaces: oportere esse perpetuas. & omnino quæ ex diuina or-
dinatione/ aliorum sunt propria: alijs reddere & assignare contendunt/ hunc totũ mun-
di statum confundẽtes. Verum in hoc promptum est cognoscere q; diuina iustitia/ vera
est iustitia: q; omnibus quæ sibi cõgrua sunt & cõuenientia tradit pro singulorũ qualitate 139
& conditione/ cuiusq; rei naturã in suo ordine suaq; virtute seruãs. ¶Obiectioni dein-
ceps respõdet: quę cõtra diuinę iustitiæ rationẽ afferri posset. Diceret enĩ fortasse aliquis
id non esse iustitiæ & rectitudinis diuinæ munus: q; viri sancti permittantur sine adiuto-
rio & subleuamine ab improbis & prauis opprimi ac cõculcari. Verũ ei qui hęc obijceret
respondendũ est/ q; si illi quos appellat in sua ratione sanctos/ terrena quæ carnales ho-
mines toto studio prosequũtur/ diligũt: a diuino amore penitus defecerũt & alieni sunt.
Et mirum id est quomodo illi possunt recte appellari sancti: qui cœlestia diuinaq; bona/
veraciter amari digna/ habent ludibrio ac contemptui. cũ illis posthabitis ea inhoneste
affectant et sibi accumulant: quæ neq; amari merentur neq; in precio haberi debẽt/ sed
potius reprobari ac reijci. Si autẽ ij quos aduersarius appellat sanctos/ ea diligunt quæ
vere sunt amore prosequenda: cum a pessimis conteruntur ac indigne vexantur/ ma-
iorem gaudij q̃ querimoniæ habent materiam. Nam eos qui aliqua ardenter cupiunt/
tunc par est lætari: quando potiuntur optatis & voti fiunt compotes. At vero in tribu-
lationibus & pressuris: homines iusti/ id perfectius assequuntur. Enimuero præcipua eo-
rum intẽtio est: vt propemodũ in terris angelicam agant vitam/ et digna imitatione ad
deiformitatẽ accedãt. Atqui tũc certe vicinius angelicis appropinquãt perfectionibus:
cũ bonorũ diuinorũ desiderio/ toto studio ab omni rerũ carnaliũ affectione discedũt. ad
quod sane viriliter exercentur atq; laborant: cum calamitates & sinistros casus/ honesti
gratia & eius etiam quod est super omne honestũ/ perpetiũtur. Itaq; si veritatẽ fateri li-
buerit/ hoc magis est diuinæ iustitiæ officiũ: nequaq̃ effœminare & frangere optimorũ vi-
rorũ masculã virtutẽ animũq; virilẽ/ profusa largitione bonorũ carnaliũ. et si quis alio-
rũ id conetur agere pollicitationibus aut donationibus: diuinę iustitiæ proprium est/ nõ
relinquere tunc bonos et iustos viros sine adiutorio/ sed illos in firma animi constan-
tia/ stabilitateq; indemutabili a bono/ consolidare: ne alliciantur affectu aut cupiditate
terrenorũ. & deniq; ipsis cum ad finẽ vsq; in bono perstiterint: digna reddere pręmia. 140
Salus. ¶Deinde deum nomine salutis prædicat sacratus pater/ dicens q; diuina iustitia in sa-

cris litteris salus etiam omniũ nominatur: quia propriam cuiusq; substantiam & ordinẽ Psal.26.
ab alijs incõfusum/ merum & distinctum saluat ac custodit/ et causa est naturalis & pro=
priæ in quibusq; rebus actionis sine permixtione aut confusione. Qz si quis deum vt
salutem laudet/ quia cuncta quæ sunt saluando ad se rapiat & attrahat/ vt neq; ab im=
perfectioribus & abiectioribus rebus puta materia & accidentibus saluandis abstineat:
& hic plane/ diuinæ salutis laudator profusissimus admittendus est. Debetq; is diffinire
atq; determinare hanc esse primam vniuersorum subsistentium salutem: quæ omnia
conseruet in seipsis immutata neq; ab inuicem diffidentia/ & nusq̃ ad deterius prolaben
tia. custodiatq; omnia in sua integritate sine pugna & dissidio: singula scilicet suis ratio=
nibus/ ordinibus & legibus distincta. & omnem inconuenientiam ac disproportionem
& suæ naturæ incongruam actionem ex omnibus propellat/ & cuiusq; rei conditiones
& habitudines ad id consolidet et corroboret: vt in opposita decidere aut abire in discõ
141 uenientia nequaq̃ possint. ¶ Demũ postremo loco deum/ redemptionis nomine conce= Redẽptio.
lebrat beatus pater/ subnectens q hanc omnium salutem iam prædicatã etiã possumus
laudare vt redemptionem: q per bonitatem suam cuncta saluantem redimat & præser=
uet omnia quæ sunt/ a prolapsione suorum bonorum/ neue ab illis decidant: quantũ cu
iusq; eorum quæ saluantur sinit natura. Et hanc ob causam diuiniloqui patres illam om=
nisaluificam salutem/ etiam redemptionem appellant. tum q non sinat ea quæ subsistũt
ad id cadere vt non subsistant: per suorũ priuationẽ & amissionẽ bonorũ. tum etiã quia
si ea quæ libertate voluntatis donata sunt/ quoquo modo deliquerint contra rectam. ra=
tionem/ & ab ordine sibi constituto aberrauerint in malũ/ ac aliquam diminutionẽ perfe
ctionis bonorum suorũ/ virtutis scilicet & rectitudinis incurrerint: hac etiam in re/ diuina
ipsa salus illa quæ prolapsa sunt/ a passione trahente in lapsum/ ab imbecillitate prona
ad casum/ & a priuatione propriorum bonorum redimit. illud supplens & reddẽs quod
deest ipsis/ & paterno affectu infirmitatem subleuans: atq; a malo contracto erigens. im
mo illa rursum in pulchro vnde exciderant sistens: & quod perierat bonum reparãs/ ac
recto ordine disponens. insuper & id ordinis quod in illo prolapso deest/ exornans: & iã
142 factum denuo integrum perficiens/ & a cunctis ipsum liberans deformitatibus. ¶ Cęte=
rũ de his/ redemptione inquam & salute/ & de iustitia: iam satis dictum est. secundum
quam dei iustitiam: omnium æqualitas/ concinnitas & conuenientia in rebus definitur
ac clauditur. et omnis inæqualitas/ vt sumitur secundum priuationem illius æqualitatis
143 et proportionis quæ in singulis est rebus: propellitur ac eliminat. ¶ Verũ si quis inæqua
litatem in alia accipiat significatione/ vt scilicet insinuat et nominat differentias et di=
stinctiones rerum/ vnius ab alia/ in substantia/ virtutibus et actionibus proprijs: huius
etiam inæqualitatis cum ipsa æqualitate coincidentis/ iustitia diuina conseruatrix est. nõ
permittens omnia promiscue turbari/ et in confusionis chaos incidere: sed custodiens
omnia quæ sunt secundum eam formam ac speciem in qua singula suũ esse sortita sunt/
et secundum naturam suam consistunt.

¶ De magno/ paruo/ eodem/ altero/ simili/ dissimili/ statu/ mo=tu/ æqualitate. Cap. IX.

144 
Voniam vero & magnũ & paruum/ authori omniũ appli=
catur/ idemq; & alterum/ simile quoq; ac dissimile/ & status
& motus: age & hæc nominũ diuinorũ signa liquide quan= Magnum.
tum possumus speculemur. Magnus itaq; deus in sacris lit Paruũ siue
teris prædicatur/ & in magnitudine: & in aura tenui/ diuinã i aura tenui
signante paruitatem. Atq; idem dicitur/ sicuti cum scriptu= Idem.
ra dicit: tu autem idem ipse es. Alter quoq;: quando multiformis/ multisq; Alterum.
figuris a sacris eloquijs fingitur. Et similis: vt similium & similitudinis opi= Simile.
fex. Et dissimilis omnibus: vt cui similis non sit. Et stans atq; immobilis: & Dissimile. Stans.
sedens in æternum. Et mobilis/ vt qui omnia penetret: & quæq; alia diuina Mobile.
nomina tantundem valentia a sacris prædicantur eloquijs. Magnus qui= Magnum.
dem appellatur deus/ iuxta propriam ipsius magnitudinem: quæ magnis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

omnibus ſuimet conſortium tradit/& extrinſecus ſuper omnem magnitu-
dinem funditur & ſupra expanditur: omnem continens locum/omnẽ trã-
ſcendens numerum/omnem tranſiliens infinitatem. & per ipſius plenitudi-
nis exuberantiã/principaliaq; ipſius dona/qua parte ipſa ab omnibus par-
ticipata: per infinitam donorum profuſionẽ ſine diminutione omnino per-
durant/eandemq; habent plenitudinis exuberantiam. neq; participationi-
bus minuuntur: ſed magis/ac magis exundant. Magnitudo hæc & infinita
eſt: & quantitate caret/& numero. atq; hæc eſt excellentia: ſecundum ab-
ſolutam & ſuperne expanſam incompræhenſibilis magnitudinis redun-
Paruum. dantiam. ¶ Paruum vero ſiue tenue in eo dicitur: ꝙ molem omnem exce-
L dit/atq; diſtantiam/& ꝙ abſq; impedimento per omnia pergit. Enimuero
omnium cauſa puſillum eſt: nuſq̃ enim inuenies puſilli ſpeciem imparti-
patam. Ita igitur in deo puſillum accipiẽdum: vt quod in omnia/& per om-
M nia ſine impedimento pergat/& operetur. atq; pertingat vſq; ad diuiſionẽ
animæ & corporis/compagũ quoq; & medullarum: & diſcernens cogitati-
onum & intentionum cordis/immo eorum quæ ſunt omnium. non enim
eſt creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Hoc itaq; puſillum & quãtitate ca-
ret & qualitate: tenetur nullo/infinitum eſt/& interminatum/cõpræhendẽs
Idem. omnia/et ipſum compræhenſibile nulli. ¶ Idem vero ſuperſubſtantialiter
ęternum eſt/inuertibile/in ſeipſo manens/ſemper ſecundum eadem & eodẽ
ſe habens modo/omnibus eodem modo præſens: ipſumq; ſecundũ ſeipſũ
in ſeipſo firmiter & intemerate in pulcherrimis excellentis identitatis fini-
bus collocatũ/ immutabile/caſui minime obnoxium/forte/& conſtans/in-
uariabile/impermixtum/immateriale/ſimpliciſſimum/nullius egens/quod
augeri/minuiq; non poſſit. ingenitum: non quaſi nondum genitũ/ſeu qua-
ſi imperfectum ſit/ſeu nõ ſit ab hoc/aut hoc non ſit/neq; vt quod nuſq̃/nul-
loq; modo ſit: ſed vt quod ſuper omnia ingenitũ/& abſolute ingenitũ. ſem-
perq; ſit & in ſe perfectum ſit/atq; idem ſit ſecũdũ ſeipſũ: atq; a ſeipſo vni-
formiter eademq; ſpecie determinatũ. idemq; illud ex ſeipſo omnibus par-
ticipare idoneis inſinuans/& alia connectens alijs/copia identitatis & cau-
ſa: in ſeipſo etiam contraria eodem modo ante habens/ ſecundum vnam
Alterum atq; vnicam totius identitatis ſupereminentem cauſam. ¶ Porro alterum
dicitur: quia omnibus prouidentiæ ratione deus adeſt/& omnia in omni-
bus pro omniũ ſalute fit. in ſeipſo & in ſua identitate manens/& nuſq̃ pro-
grediendo per vnam/indeficientemq; operationẽ ſtans: & ſeipſum virtute
nuſq̃ inclinante ad eos (qui conuerſi ſunt) in deum aſſumendos largiens.
Alteritatem quoq; variarum dei iuxta multiformes viſiones figurarum:
alia quædam per ea quæ videntur/præter id quod videtur ſignificare pu-
Manuductio ex anima ſumpta tandum eſt. Quemadmodũ enim ſi animam ipſam corporali ſpecie velle-
mus effingere/parteſq; ipſi indiuiduæ applicare corporeas: aliter cogitare-
mus in ea partes ei circũductas/ab indiuiduo animæ non diſcedẽdo. vt ca-
put quidem intelligentiam/ceruicem vero opinionẽ: vt in medio rationalis
atq; irrationalis poſitam. pectus iram/ventrẽ concupiſcentiam/crura & pe-
des naturam diceremus: nominibus partiũ/virtutũ ſignis vtẽtes. multo ſa-

ne magis in eo qui supereminet omnibus: alteritatẽ formarũ atqꝫ figurarũ/ pijs & deo cõgruis sacratioribusqꝫ explanationibus vt purgemus oportet.
148 ¶ Et si velis triplices figuras corporũ ei qui tactum/figuramqꝫ refugit deo applicare: latitudo diuina dicenda/ amplissima dei ad cuncta progressio. longitudo vero: virtus peruagans omnia. profundum autem: abdita illi virtus/atqꝫ ignoratio ijs (quæ sunt) omnibus incomprehensibilis. Verũ enim ne imprudentes (dum varijs formis/ac figuris exponẽdis insistimus) incorporalia diuina nomina signorũ carnalium nominibus cõfundamus: de eis ipsis profecto in significatiua theologia iam diximus. Nunc diuinam alteritatẽ/non immutationem aliquã inuertibilis idẽtitatis suspicemur: sed multiplicationem ipsius singularem/atqꝫ vniformes ad omnia fœcunditatis di-
149 uinæ processus. ¶ Enimuero similẽ deũ si ita quispiã acceperit/vt totũ per omnia sibi firmiter atqꝫ indiuidue eundẽ atqꝫ conformem: aspernanda nõ erit similis in deo appellatio. Porro theologi eũ (qui est super omnia) deum qua parte ipse est/nemini similẽ esse aiunt. ipsum vero diuinã largiri similitudinẽ ijs qui ad ipsum conuertuntur: eũ imitãdo pro viribus/qui supra diffinitionẽ omnẽ ac rationẽ est. Et est diuinæ similitudinis virtus: per quã quę producũtur omnia/ad authorẽ conuertũtur. Hæc deniqꝫ deo similia dicẽda sunt: & ad diuinã imaginẽ/ac similitudinẽ ficta. nõ autẽ illis similis dicẽdus est deus: quia neqꝫ homo est imagini suæ similis. In ijs nẽpe quę sunt ęqualia: possunt & ipsa sibi inuicẽ esse similia/& ad vtraqꝫ potest similitudo conuerti/vt sint inuicẽ ambo similia secundũ principalem similis speciẽ. in causa vero atqꝫ causalibus: cõuersionem nequaq̃ admittemus. Nõ enim his solis aut illis vt sint similia donatum est: sed omnibus quæ similitudinẽ admittunt vt similia sint/deus author est. Est autẽ ipsius quoqꝫ suæ similitudinis opifex. & quod est in omnibus simile: vestigio quodã diuinæ similitudinis
150 simile est/eorũqꝫ coniunctionẽ cõplet. ¶ Et quid de hoc dicere oportet? ipsa nẽpe theologia ipsũ esse dissimilẽ prędicat/& extra ordinẽ omniũ: vt ab omnibus alterũ. & quod est profecto mirabilius: nichil illi simile esse ait. Et certe non aduersatur istud propositæ diuinæ similitudini. nã eadẽ deo & similia sunt/& dissimilia. illud quidẽ: quia pro viribus ei participãt/qui non potest participari. hoc autẽ: quia causalia authore suo multũ inferiora sunt/&
151 infinitis & non comparandis mẽsuris/ab eo longe absunt. ¶ Quid autem de diuino statu/siue sessione dicemus? Quid? nisi ꝙ ipse in seipso deus manet/in sua immobili identitate stabiliter fixus atqꝫ fundatus: secũdumqꝫ eadem & circa eadem eodemqꝫ modo operatur/ penitusqꝫ subsistit. nusq̃ ex seipso migrando/& mutatione omni ac motu omnino carendo: istaqꝫ ineffabili modo. Ipse enim est omniũ status/ac sessionis author: qui supra sessionem omnem/ac statum est. & in ipso cõsistunt omnia: atqꝫ a bonorũ suo-
152 rum statu immota seruantur. ¶ Quid autẽ quãdo hunc procedere ad omnia/& moueri theologi dicunt/qui est immobilis: nonne id quoqꝫ pie est intelligendum? Moueri enim eum religiose putandum est: non per corruptionẽ/aut immutationẽ/aut variationẽ/seu successoriũ localeue motũ/nõ rectũ/non orbicularem/non ex vtrisqꝫ constantem/non intelligibilem/ non

Figurę. Latitudo. Lõgitudo. Profundũ.


Simile.

Dissimile.

Status.

Motus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



animalem/ non naturalem. sed ex eo ꝙ ad substantiam perducat deus/ & cuncta contineat/ & modis omnibus omnium prouidētiam gerat/ assitq; ōnibus: cuncta absolute continēs ꝓuidētissimis suis (ad ea quæ sunt) ꝓcessibus atq; operationibus. Sed & motus/ immobilis dei: digne & pie laudari conueniet. At rectū quidem intelligere oportet in deo: indeflexibilem constantiam/ processumq; actionum nusq̄ inclinantem/ & (quæ ex eo prodit) omnium generationē. Porro flexuosum: progressum stabilem/ fœcundumq; statum. Orbicularem vero: identitatem/ & ꝙ continet media atq; extrema/ quæ ambiunt atq; ambiuntur/ & eorum (quæ ab ipso processerunt) ad ipsum conuersionem. ¶Si quis autem vel identitatis in sanctis litteris/ vel iustitiæ diuinam appellationem in æquo accipiat: dicendum æquum esse deum nō modo vt indiuiduum/ & nullā in partem vergentē. sed vt ad omnia & per omnia æque pergentem/ atq; vt ipsius ac per se æqualitatis authorem: per quā vt vniuersa per se inuicem similiter permeent/ & vt participantia pro cuiusq; captu æqua ratione participent/ & æque pro meritis ad omnia: diuina profluant munera/ æque operatur. per id sane ꝙ æqualitatem omnem intelligibilem/ spiritualem/ rationalem/ sensibilem/ substātialem/ naturalem/ voluntariam: eximio & singulari modo in seipso ante compræhenderit/ virtute illa sua superante omnia/ totius æqualitatis authore.

Motus dei rectus.

Motus obliquus.

Aequalitas

K ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Magnus itaq; deus in sacris litteris prędicatur. Vt pro sequentibus multa simul hic colligamus: magnum/ paruum/ idem/ alterum/ simile/ dissimile/ stans/ sedens/ mobile/ immobile/ æquale/ inæquale: de deo sacræ litteræ prædicant. Magnum. psalmus octogesimus quintus. Quoniam magnus es tu/ & faciens mirabilia: tu es deus solus. Et psalmus centesimus quadragesimus sextus. Magnus dominus noster/ & magna virtus eius: & sapiētiæ eius non est numerus. Paruum/ siue in aura tenui. Tertius regum cap. decimo nono. Et ecce dominus transijt: & spiritus grādis/ & fortis subuertens montes & conterens petras ante dominum. non in spiritu dominus. & post spiritum commotio: non in commotione dominus. et post commotionem/ ignis: nō in igne dominus. et post ignem: sibilus auræ tenuis. Quod cum audisset Helias: operuit vultum suum pallio/ et egressus stetit in ostio speluncæ. Item et Esaias cap. nono. Paruulus enim natus est nobis: et filius datus est nobis. et factus est principatus super humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis/ consiliarius/ deus fortis/ pater futuri sæculi/ princeps pacis. Idem. psalmus centesimus primus. Tu autē idem ipse es: et anni tui non deficient. Et Paulus prima ad Corinthios epistola cap. duodecimo. Idem autem deus: qui operatur omnia in omnibus. Alterum. Ioannes cap. decimo quarto. Et ego rogabo patrem: et alium paracletum dabit vobis/ vt maneat vobiscum in æternum. Simile. Genesis cap. primo. Et vidit deus ꝙ esset bonum: et ait. faciamus hominē ad imaginē et similitudinē nostrā: et præsit piscibus maris/ et volatilibus cœli/ vniuersæq; terræ/ omniq; reptili quod mouetur in terra. et creauit deus hominem ad imaginē et similitudinē suam. Et psalmus centesimus primus. Similis factus sum pelycano solitudinis: et fa-

ctus sum sicut nycticorax in domicilio. Dissimile. Secundus paralipomenon cap. sexto.
Non est similis tui deus in coelo et in terra. Et Esaias cap. quadragesimo. Cui ergo simi-
lem fecistis deum: aut quam imaginem ponetis ei? Stans. psalmus octogesimus primus.
Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat. Sedens. psalmus vi-
cesimus octauus. Dominus diluuiũ inhabitare facit: et sedebit dominus rex in ęternum.
Mobile. psalmus quadragesimus nonus. Deus manifeste veniet/ dominus noster: & nõ
silebit. Et psalmus decimus septimus. Inclinauit coelos & descendit: & caligo sub pedi-
bus eius. & ascendit super cherubim & volauit: volauit super pennas ventorum. Et sa-
pientiæ capite septimo. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem
vbiq; propter suam mundiciam. Immobile. Malachias capite tertio. Ego enim domi-
nus: & non mutor. Et de æqualitate & inæqualitate/ in vltimo capitis præcedentis scho
lio dictum est. ¶Enimuero omnium causa: pusillum est. Paruum in rerum principijs: L
se declarat esse diuinum. Quid enim in numeris vnitate minus esse potest? quæ nichi-
losecius omnium numerorum tum diuiduorum / tum indiuiduorum principium est.
pares enim/ diuiduos: impares indiuiduos nuncupamus. Quid in habentibus molem
puncto minutius est? & nichilominus magnitudinum principium est. Itidem & in-
stans temporum/ & momentum motuum/ & tonus superparticularium pthongorũ mi-
nimus: auditũ suauiter ferientium concentuum principium. elementa/ elementorumq;
concretiones & contemperamenta/ ex quibus sensibilium corporum deducuntur har-
moniæ: secundum naturæ minima fiunt. vel adeo/ vt nichil vsq̃ accipere queas quantu-
lumcũq; pusillum sit: quod nõnichil igneum/ aereum/ aqueumq;/ & terreũ non retineat.
Et rerum omnium semina sigillo tamen omnipotentiæ mirifice impressa: parua sunt. Pu
sillum enim tritici granum per totam temporis extensionem etiam si in immensum tem
porum series protraheretur: similem relinquendo sobolem nulla etiam successione defi-
turam (quoad diuinum hoc vniuersum perseuerabit artificium) suam insinuat potentiã/ Matth. 13.
& in paruo proprietatem subesse diuinam. Et ipse mundi sator & saluator/ nunc grano Ioan. 12.
sinapis quod omnium leguminum minimum est/ regnum coelorum: nunc seipsum par-
uo tritici grano comparat. Et vt finem faciamus/ principia scientiarum parua sunt: ex
quibus magnus conclusionum (ijs qui liberaliter instituti sunt) amplusq; & dignus colli-
gitur aceruus. Est ergo natura parui: merito diuina cẽsenda. Et reuera & magni & par- M
ui eadem est diuinitas/ mensura eadem/ eademq; veritas. ¶Atq; pertingat vsq; ad di-
uisionem animæ & corporis. Alludit ad id diuini Pauli ad Hebræos cap. quarto de ser-
mone dei. Viuus est enim sermo dei & efficax/ & penetrabilior omni gladio ancipiti: &
pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus/ compagum quoq; ac medullarum &
discretor cogitationum & intentionum cordis. et non est vlla creatura inuisibilis in con-
spectu eius: omnia autẽ nuda et aperta sunt oculis eius. ¶Porro theologi eũ (qui est su N
per omnia) deũ. Id ex Esaia cap. quadragesimo/ in primo huius capitis scholio adductũ
est. Et rursus ex eodẽ cap. quadragesimo. Et cui assimilastis me et adæquastis: dicit san-
ctus? leuate in excelsum oculos vestros et videte quis creauit hæc: qui educit in numero
militiã eorũ/ et õnes ex nomine vocat præ multitudine fortitudinis et roboris virtutisq;
eius: neq; vnũ reliquũ fuit. deus sempiternus dñs qui creauit terminos terrę et nõ defi-
ciet/ neq; laborabit: nec est inuestigatio sapientiæ eius. qui dat lasso virtutẽ: et ijs qui non
sunt fortitudinẽ/ et robur multiplicat. deficient pueri et laborabunt: et iuuenes in infir-
mitate cadent. qui autẽ sperant in domino: mutabunt fortitudinẽ/ assumentes pẽnas si- O
cut aquilæ, currẽt et nõ laborabũt: ãbulabũt et nõ deficiẽt. ¶Et quid de hoc dicere opor
tet? ipsa nempe theologia. Id in primo huius capitis scholio dictum est.

¶NONI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

143 Quatuor diuinorum nominũ cõbinationes/ singulas ex duobus vt op-
positis sumptas: hic explicat sacer Dionysius. id primũ proponens/ q̃
quoniã magnũ & paruũ deo in sacris litteris attribuitur: similiter idẽ
& alterũ/ simile etiã & dissimile/ & deniq; status ac motus: quid hæc
diuinorũ nominũ signa in deo insinuent/ speculandũ est. Enimuero
magnus in sancta scriptura deus nominatur: & magnitudine prædi-
tus. dicitur itidem esse in aura tenui: significante diuinam paruitatẽ.
Ipse præterea dicitur idem: sicut cum psalmus ait. tu autem idem ipse es. Dicitur etiam Psal. 101.
alter: quando multiformis describitur/ & multis figuris sensibilibus in scriptura expri-

mitur. Similis item appellatur deus: vt ſimiliũ omniũ & ipſius ſimilitudinis opifex. Diſ-
ſimilis etiã omnibus dicitur: quoniam ei nulla res ſubſiſtens eſt ſimilis. Deniq; ſtans vo
catur deus/ & immobilis/ & ſedens in æternũ: propter indemutabilem eius permanen-
tiam. Mobilis quoq; dicitur: quoniam per omnia puritate ſua meat & ſingula penetrat.
& quæcunq; alia diuina nomina idem fere ſignificantia: a ſacris celebrantur ſcripturis.
Magnum. ¶ Vt autẽ a primis ſumatur exordiũ determinationis/ magnus quidẽ appellatur deus 144
ſecũdũ propriã ipſius magnitudinem: quæ magnis omnibus aut mole aut perfectione/
ſuiipſius conſortiũ ac participationẽ tradit. et extra ſe ſuper omnem creaturarum ma-
gnitudinem funditur: & tabernaculi more ſuperexpanditur. omnem complectens locũ/
omnem tranſiliens numerũ/ omnem ſupergrediens infinitatem/ et cuius nobis indeter-
minata ſũma eſt/ multitudinẽ: per affluentiſſimã plenitudinis ipſius exuberãtiã. Inſuper
ipſius diuinę magnitudinis efficacia/ principalia dei dona vt bonitas/ entitas/ vita/ ſa-
pientia/ quatenus a rebus õibus pro cuiuſq; captu et modo participata ſunt atq; per-
cepta: per indeficientẽ donorũ profuſionẽ ſine diminutione integra perdurant. vt neq;
lux ſolis minuitur effuſione radiorum: neq; calor igneus elangueſcit per deriuationem
ſuæ virtutis. Et ſupradicta dona eandem ſemper habent plenitudinis copiam/ neq; par
ticipationibus aut propagationibus continuis in alia/ diminuuntur: ſed magis ac magis
multiplicantur ac abundant/ ꝙ continue in alia & noua ſubiecta profundantur & pro-
fluant. Porro magnitudo hæc diuina/ infinita eſt: & quantitate caret extenſionis & nu-
mero. atq; hæc eſt inſignis eius excellentia: ſecundum abſolutiſſimam incompræhenſibi
Paruum. lis ipſius magnitudinis exundantiã/ ſuperne in omnia expanſam atq; extentam. ¶ Par- 145
uum vero ſiue tenue/ ideo dicitur deus: ꝙ omnem excedit molem atq; diſtantiam/ immo
etiam ꝙ ſine mole & diſtantia ſit/ & ꝙ ſine obſtaculo libere per omnia meat. quẽadmo-
dum quod mole exiguũ eſt: facile ſine impedimento alia ſubit/ & per omnia tranſit. Eſt
enim omnium cauſa: ipſum puſillũ. & nulla inuenietur res ſubſiſtens: quin puſilli ſpeciẽ
ac rationem aliquo modo vt in ſuis principijs participet/ ꝙ rerum principia ſoleant eſſe
puſilla & parua. Eſt itaq; puſillum ſecundum eam rationem in deo accipiendũ: quoniã
ipſum in omnia ſubſiſtentia & per omnia expedite ſine obice penetret ac operetur/ per-
Hebræ.4. tingatq; (vt diuinus ait Paulus) vſq; ad diuiſionem animæ & corporis/ compagũ etiam
& medullarũ: diſcretionem habens cogitationum & intentionũ cordis/ immo eorum om
nium quæ ſunt/ quoniam non eſt aliqua creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Hoc vtiq;
puſillum/ & quantitatis eſt expers & qualitatis: a nullo tenetur & concluditur. infinitum
enim eſt & interminatũ: cõpræhendens omnia ampliſſimo ſuo ambitu & a nullo cõpræ-
Idem. henſibile. ¶ At vero idẽ in deo: ſuper oẽm eminet ſubſtantiã/ æternũ etiã eſt/ & indemu 146
tabile in ſeipſo manens/ ſemperq; ſecundũ eadẽ diuinæ proprietatis inſignia & eodẽ ſe
habens modo/ õnibus rebus quomodolibet diuerſis eodẽ modo præſens. Ipſum quoq;
idem/ ſecundum ſeipſum et abſolute ſumptum: in ſeipſo firmiter & inuiolate manet/ in
ornatiſſimis ipſius identitatis finibus ac metis collocatum. Eſt & ipſum idem diuinum:
immutabile/ caſui fortuito minime ſubiectum/ forte & conſtans/ inuariabile/ impermi-
xtũ rebus/ immateriale/ ſumme ſimplex/ nullius egens ob exuberãtiſſimam ſufficientiã.
neq; augeri poteſt: vt quippiã illi perfectionis adijciatur. neq; minui: vt quicq̃ illi detra-
hatur dignitatis. Ipſum inſuper idem/ eſt ingenitũ. nõ quidẽ quia nondum ſit genitum:
ſicut roſa futuro anno producenda. ſeu quaſi imperfectũ ſit: velut id cuius incepta eſt ge
neratio nondũ tamen abſoluta. aut quia non ſit ab hoc generante: ſicut auena non eſt
a tritico. aut quia non ſit hoc genitum: vt auena non eſt triticum. neq; etiam dicitur in-
genitum: quia nuſq̃ & nullo modo ſit. ſed quia eſt ſuper oĩa ingenitum & abſolute inge
nitum: id eſt non factum neq; poſt non eſſe deductum ad ortum/ ſed ſempiternum. et
quia ipſum idem/ ſemper eſt: et in ſe perfectum. et quoniam idem eſt ſecũdum ſeipſum:
non id ab alio accipiens. neq; ſecundũ quippiam alienũ: ſed a ſeipſo vniformiter et idẽ-
titate ſimplici ac vnica determinatũ. atq; ſingularem ſuam identitatẽ ex ſe ipſo õnibus
quę eam participare ſunt idonea/ communicans: et alia coniungens alijs vt corporibus
aĩas/ et materiæ formã/ ſubiectiſq; accidẽtia: ad vnũ totũ idẽ cõſtituẽdũ/ per exuberãtiã
idẽtitatis et cauſalitatẽ. immo et in ſeipſo etiã contraria calidũ/ frigidũ/ humidũ et ſiccũ
ac conſimilia/ in identitate et coincidentia ante habens: q̃ ſubſiſterẽt in rebus/ ſecundũ
vnicã totius idẽtitatis in rebus ſupereminẽtẽ cauſam. quãdoquidẽ ipſũ idẽ diuinũ: õnis
in rebus idẽtitatis eſt origo. ¶ Dicit autẽ deus/ etiã alterũ: quia omnibus per prouiden- 147

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tiæ ratione adest rebus/et omnia fit in õnibus: pro omniũ salute. vt fit vita in viuẽtibus/
sapientia in cognoscentibus/perfectio in perfectis: motus in mouentibus/status in quie-
scentibus. nichilominus in seipso & sua identitate stabilis manet: a se non discedendo.
et nusq̃ secũdũ substantiã progrediẽdo: per vnã continuãq; operationẽ in õnia quæ sunt
procedẽtẽ/stabilis persistit. et seipsum per virtutẽ suã indeficientẽ & nusq̃ in obliquũ de-
clinantẽ/cõmunicat rationalibus creaturis: vt eos qui conuersi sunt ad diuinorũ imitati-
onẽ animũq; ad eã intendũt/in deũ assumat suiq; consortiũ tradat. Rursũ alteritatẽ ac di
uersitatẽ multipliciũ figurarũ dei/secundũ multiformes visiones prophetarũ expressas:
in scripturis putãdũ est significare alia quædã spiritualia & intellectualia/per ea quæ vi-
dentur tanq̃ signa/præter illud sensibile atq; materiale quod videtur. Sicut enim si ani-
mam rationalẽ(quæ haud dubie incorporalis est)vellemus corporali specie describere/
et ipsi natura indiuisibili assignare partes corporeas: aliter q̃ ipsa anima se habeat cogi-
taremus in ipsa partes secundũ effictionẽ illi circũpositas/ab indiuidua tamẽ animę sub-
stantia non discedendo. Vt caput quidẽ animæ diceremus intelligentiã: q̃ reliquis ani-
mæ viribus mens supereminea/sicut & caput cęteris mẽbris corporis. ceruicẽ vero ani-
mę diceremus opinionẽ: tanq̃ in medio partis rationalis scilicet mẽtis/& partis irrationa-
lis scilicet irę positã/sicut & ceruix est intermedia situ & positione capiti & pectori. Pectus
itẽ animæ diceremus irã: q̃ circa pectus & pręcordia sedẽ suã habeat iræ efferuescẽtia.
ventrẽ quoq; poneremus cõcupiscẽtiã: q̃ is cibi & potus sit appetẽs. Deniq; crura & pe-
des animæ diceremus naturã: q̃ naturales motus & progressiones his organis fiãt. et hoc
pacto vteremur nominibus partiũ corporis: tanq̃ signis virtutũ & affectionum animæ.
multo sane potius in deo qui supereminet omnibus/oportet nos expurgare alteritatem
formarũ & figurarum sensibiliũ(ne scilicet illæ credãtur secundũ rem adesse deo)per pi-
as & deo congruas explanationes: sacratius explicãdo virtutes spirituales & intellectua-
148 les/quæ harum formarũ figmento significãtur adesse deo. ¶ Or si quis velit tria magni-
tudinum interualla/ longitudinẽ/ latitudinẽ & profundũ: ipsi deo(qui molem omnẽ ta-
ctumq; refugit)applicare: latitudo diuina dicetur benignissima dei ad cuncta progressio
atq; processus. lõgitudo vero: diuina virtus a summo ad imũ permeãs omnia. Profun-
dum vero dei est abdita eius & occulta virtus/illi intima: atq; ignoratio ipsius dei omni
scientia superior/& ijs omnibus quæ sunt incõpręhensibilis. perinde atq; profundę rerũ
corporaliũ partes nos latent: et nostros fugiunt oculos. Verum ne varijs formis sensibili-
bus(quę deo ascribuntur)exponendis insistendo/spiritualia nomina diuina in hoc libro
pertractãda/figurarũ carnaliũ nominibus confundantur: de his materialiũ signorũ no-
minibus in significatiua theologia abunde dictũ est. Quod autem ad pręsens spectat ne-
gocium: alteritatẽ diuinã nullus suspicari debet esse aliquã mutationem inuertibilis eius
identitatis. sed multiplicationẽ ipsius singularẽ in omnia quæ sunt/& benignos diuinæ
bonitatis processus ad omnia: vniformes tamen/& ab vnica idẽtitatis simplicitate nusq̃
149 discedentes. ¶ Porro si deum quispiã intellexerit in scripturis similẽ appellari: quia to- Simile.
tus per omnia sibi firmiter ac indiuidue est idem/atq; sibi ipsi maxime cõformis sine va-
rietate: non est reijcienda in deo hæc ipsius similis appellatio aut ratio. At vero qui de
rebus diuinis differunt sacri authores: deũ qui super omnia est/secundũ suam naturã et
substantiã nulli rerum subsistentiũ similem esse dicũt. sed ipsum diuinã largiri similitudi-
nem ijs qui toto studio ad ipsam conuertuntur: eum pro viribus imitando qui supra om-
nem proportionẽ rationem & descriptionẽ est. Et plane singularis est diuinæ similitudi-
nis virtus: per quam quæ producta sunt omnia ad suũ authorẽ conuertũtur/vt cum quo
aliqua ex parte conueniant. Deniq; hęc producta/deo quidẽ similia dicenda sunt: et ad
diuinam imaginẽ ac similitudinẽ efformata. non autem illis dicendus est deus esse simi-
lis: quia neq; homo imagini suæ in speculo effictę est similis/licet imago dicatur ipsi ho-
mini cuius est esse similis. Nempe illa quę sunt æqualia inter se/& eiusdẽ ordinis atq; gra
dus rerum: possunt sibi inuicem esse & dici similia. et ad vtraq; illorũ potest similitudo
conuersim dici: & primũ simile secundo/ac ediuerso secundũ simile primo. vt sint adin-
uicem ambo similia secundum præcipuã & primitiuam formã: ad quam gerunt similitu-
dinem. vt vnius ac eiusdẽ hominis duę imagines in diuersis speculis formatæ/hoc mo-
do inter se dicuntur mutuo similes: quia eandem referunt veritatẽ & archetypã speciẽ.
In causa vero & causalibus atq; effectis: nequaq̃ admittenda est ista similitudinis con-
uersio. nam q̃uis causalia ipsis causis similia dicantur: non tamen e contrario causæ suis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cauſalibus ſunt dicendæ ſimiles/ob excellentem ipſarum ſuper ea quæ ab eis prodeunt
et improportionalē eminētiam. Neq; ſolis his entium generibus aut illis(vt angelis aut
hominibus)vt ſint ſimilia/indultum eſt: cæteris omnibus a ſimilitudine dei excluſis. ſed
omnibus quæ diuinā admittunt ſimilitudinem: vt ſimilia ſint/deus author eſt. Immo et
deus/ipſius ſuę ſimilitudinis quā rebus diſtribuit: eſt opifex. et quodcūqꝫ in rebus condi
tis omnibus eſt alteri ſimile: veſtigio quodam diuinę ſimilitudinis illi impreſſo eſt ſimile.
et diuina ipſa ſimilitudo/ipſorū ſimilium cōiunctionem & cōuenientiā ad vnum ſimiliū 150
Diſſimile. omnium exemplar: complet & perficit. ¶ Veruntamen et ſancta ſcriptura ipſum deum
eſſe diſſimilem enunciat: & extra omniū ordinem et numerū/& ab omnibus alterū atqꝫ
difformē. et quod certe amplius eſt/ipſa diuina pagina nichil omniū quæ ſunt: illi ſimile
eſſe ait. Neqꝫ hoc poſtremo dictū aduerſatur diuinæ ſimilitudini: paulo ante propoſitæ.
nam eadē ipſi deo ſimilia ſūt & diſſimilia. Similia quidē. quia omnia pro viribus ipſi deo
participāt in proprietatibus/bonitate/entitate/vita & ſapientia: qui ſecundū ſubſtantiā
et id quod eſt/participari non poteſt. Hæc autē participatio: quædā eſt ſimilitudo parti-
cipantis ad id quod participatur. Diſſimilia vero. quia cauſalia atqꝫ producta/ſua cauſa
et authore longe inferiora ſunt: et improportionali omnēqꝫ cōparationem fugiēte men- 151
Status. ſura atqꝫ intercapedine ab eo diſtant. ¶ De diuino autem ſtatu id dicendū: ꝙ ipſi deo
ſtatus ſiue ſeſſio attribuitur/quoniam ipſe in ſeipſo manet in ſua immobili identitate ſta-
biliter fixus atqꝫ firmatus. atqꝫ ſecundū eadem & circa eadem/eodēqꝫ modo operatur &
ſubſiſtit ſine mutatione: nuſq̃ ex ſeipſo digrediendo/neqꝫ motum aliquem aut mutabi-
litatem ſentiēdo. Et iſta quidem eſt deus: ineffabili atqꝫ incōprehenſibili modo. Quippe
ipſe author eſt/omnis ſeſſionis ac ſtatus vniuerſorū: qui ſupra omnem ſeſſionem eſt et
ſtatum. et in ipſo conſiſtunt omnia: in ſuo gradu & genere fixa. et ne a bonorū ſuorum 152
Motus. ſtatu decidant: ſtabilia atq; immota ſeruantur. ¶ Cum vero deiloqui patres deum ipſum
procedere ad omnia & moueri dicūt/qui eſt prorſus immobilis: & id quoqꝫ pie eſt intelli
gendum. Putandū enim eſt reuerenter & religioſe/deum ipſum moueri: non quidē per
corruptionem aut mutationē ſubſtantiæ vel proprietatū/aut variationem/more rerum
ſenſibilium. neqꝫ per ſucceſſiuum aut localem motū: non rectum/non circularē/non obli
quum ex recto & circulari cōſtātem. neqꝫ per motū intelligibilem: vt angeli & homines.
non animalem: vt homines & bruta. non etiā naturalem: vt plantę & inanimata. Sed ex
eo moueri dicitur deus: ꝙ ad ſubſtātiam perducat & conſeruet omnia/et indeficientem
omnimode prouidentiā omniū gerat & aſſit ōnibus. vniuerſa abſolutę & ſimpliciter cō-
tinens benigniſſimis ſuæ prouidētię proceſſibus ac operationibus: quibus a ſummo per
media omnia ad ima vſq; pertingit. ¶ Cæterum & hic congruū erit/diuerſos ipſius im-
mobilis dei motus decenter & pie laudare: ſcilicet rectum/obliquum & circularem. Re-
ctus motus in deo intelligi debet: indeflexibilis a recto conſtātia/& proceſſus ſuarū ope-
rationum in hæc inferiora directe progrediens/& nuſq̃ ad diuerticula inclinās. deniqꝫ et
omnium rerum generatio quę ab eo proficiſcitur/atqꝫ ad ima protenditur: recti etiā mo-
tus nomine apte cēſetur. Obliquus vero motus in deo(qui mixtus eſſe debet & ex diuer-
ſis compoſitus)intelligēdus eſt eſſe progreſſus eius ſtabilis in rerum productione & ordi
natione/quaſi ſe extra fundens: et fœcundus eius ſtatus in diuinarū operationum ſtabi-
litate ac inuariabilitate/quaſi ſe intra ſua ſepta quietū cōtinens. Deniqꝫ orbicularis mo-
tus in deo recte intelligitur eſſe ipſa dei immutabilis identitas. etiā mediorū entiū extre-
morūqꝫ(ſcilicet ſupremorū & infimorū)cōtinētia: quæ & circūdāt alia & ab alijs circūdan
tur corporibus. inſuper & eorū omniū quæ a deo prodierunt: reciproca ad ipſū cōuerſio.
Nēpe motus circularis maxime idētitatē ſeruat: ſemper ſui ſimilis. Idem quoqꝫ: principiū
mediū & finem ſua reuolutione cōplectitur. et ad idem regreditur punctū: a quo inchoa
tus eſt. Verum vt ſecunda motus orbicularis hic deo aſſignati particula/ clarius intelli-
gatur: id paucis adijciendū. ꝙ qui continet omnia: deus eſt. quod per motū circularem
cæteros continentem motus: deſignatur. Extrema hic dicuntur ſummę creaturæ & infi-
mæ. et media: mediæ. Supremę: naturę intellectuales. mediæ: rationales. infimæ: irratio
nales & quæ ſubſiſtunt. Et hæ omnes ambiunt alias naturas: quia ſūmæ ambiunt medi-
as/et mediæ infimas/& infimarum multæ etiam alias ambiunt. vt cœlū ignem/et ignis
aerem. hæ itidem omnes ambiūtur: quia ſūmæ a deo(qui virtute ſua cōplectitur omnia) 153
Aequalitas ambiuntur/mediæ a ſūmis/et infimę ſiue poſtremæ a medijs. ¶ Poſtremo. ſi quis nomi-
ne æqualitatis in ſacris eloquijs/intelligat aut diuinæ identitatis rationem aut iuſtitiæ:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

dicendum est æquū atq; æqualem esse deum/non modo quia indiuiduus est & in nullam inæqualitatis partē quantū ad se vergēs.sed etiam quoniā ad omnia extra se & per omnia ęqualiter meat per suæ prouidentię curam.et est ipsius æqualitatis/siue per se ęqualitatis in omnia propagatę author.Per quam sane æqualitatē:ipse deus ęqualiter operatur et facit vt omnia rerum conditarū genera per mutuā quandā superiorum cum inferioribus & inferiorū cum superioribus conuenientiā atq; cognationem:habeant reci-
150 procam inter se permeationem & quandā in genere adęquationem.Enimuero vniuersa entia se inuicem permeant:sed pro captu cuiusq;.Nam quod in summis est mens:in medijs est ratio/in infimis vero sensus & naturalis instinctus.Et quæ in infimis inueniūtur: esse/viuere/sentire/moueri:eminentius superiora permeāt/& in illis cōperiuntur.quandoquidē homines & cœlestes spiritus perfectiore modo subsistunt/viuūt/sentiūt & mouentur:q̄ animalia irrationalia/plantæ & inanimata.Similiter esse/viuere/sētire & ratiocinari mediorū/scilicet hominum:obscuriori modo in inferioribus/& clariori in superioribus inueniūtur.Siquidē imperfectius & inferiore modo animalia bruta/plātæ et inanima his participāt entitate scilicet/vita/sensu & motu:q̄ homines.Ediuerso vero spiritus
151 angelici ea ōnia sublimius & verius q̄ homines:sortiti sunt.Deniq; esse/viuere/sentire et intelligere supremorū entium ac angelorum:obscurius in medijs scilicet hominibus q̄ in ipsis summis substantijs esse dinoscuntur.et longe adhuc inferius minusq; in postremis ipsis:q̄ medijs substantijs.Quoniā igitur infimorum proprietates in medijs & supremis rerum gradibus quodā modo conspiciuntur/& mediorū in postremis & summis/et summorum in medijs & infimis:in his quidē clarius/in illis vero obscurius pro cuiusq; captu/ ratione & modo:hic a beato patre vniuersa per se inuicem similiter permeare dicuntur.
152 Operatur item deus ratione huiusce æqualitatis:ꝙ & participātia omnia æqua proportione(quodq; pro suo captu)diuinis donis participent/& ꝙ dei munera æqualiter ad omnia profluant:pro cuiusq; ratione/conditione/& gradu.eo ꝙ æqualitatē omnem intellectualem & spiritualem in angelis/rationalē in hominibus/sensibilem in brutis animalibus/substantialem & naturalem in plantis et inanimatis/volūtariam in ijs quæ voluntate sunt prædita vt angelis & hominibus:in seipso deus ante compræhēderit eminentissimo singularíq; modo/per virtutē suam omnipotentē superantē omnia/& totius æqualitatis in creaturis authorem.

¶De omnipotēte/antiquo dierū:in quo & de sæculo/et de tēpore.Cap.X.

154 TEmpus iam admonet:vt prēditū multis nominibus deum/
vt omnipotentem/vt antiquum dierum celebremus.Enim- P Omnipotēs
uero omnipotens dicitur:ꝙ ipse sit(quæ potest omnia)om-
nium sedes/omnia continens atq; complectens/& cuncta
stabiliens/fundans/atq; constringens:& hoc omne/indisru- Q
ptum atq; indissolutum in seipsa perficiens.et ex se:veluti ex
omnipotente radice/cuncta producens.atq; ad se:vt ad omnitenēs profun-
dum/vniuersa conuertens atq; conseruans/vt omnium sedes omnicapax.
quæ continentur omnia:vna cuncta excellente virtute cōmuniens/neq; si-
nens ea ab se cadere.ne tanq̄ exactissimo domicilio mota:dispereant.Dici-
tur autem omnipotens summa illa diuinitas/& vt omnia superans:et om-
nibus quæ prouidentia reguntur/mere imperans.atq; vt omnibus amabi-
lis/atq; desiderabilis perstans:& immittens omnibus voluntarias leges/
dulcesq; partus diuini & ōnipotentis ac tranquillissimi suæ bonitatis amo-
155 ris insinuans.¶Antiquus vero dierum deus prædicatur:ꝙ sit ipse omni- R Antiquus dierum.
um et sæculum & tempus/et ante dies & ante sæculum ac tempus.Quis
153 et tempus & diem et momentum & sæculum/eum conuenientissime ap-
pellare possimus:vt qui per omnem motum incommutabilis atq; immo-
bilis sit.quiq; cum semper moueatur:in seipso manet/vt sæculi & temporis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ac dierum author. Quocirca & in sacris mysticarum visionum apparitio-
S nibus: et antiquus & nouus effingitur. seniore quidem/antiquitatem eius
Iuuenis. quæ ab initio est: iuniore autem/insenescibilitatē signante ipsius. vtrisq; ve-
ro: eum ab initio ad finem vsq; per cuncta procedere monstrantibus. siue
(vt diuinus noster institutor ait) vtroq; diuinam eminentiam subinsinuan-
te. seniore quidem/eminentiam temporis: iuniore vero/numeri præstabili-
tatem præ se ferente. vnum enim & quæ ab vno vicinius pendent: in longū
Sęculū siue æternitas. progressis numeris/et principaliora & præstabiliora sunt. ¶ Operæpreci- 156
um autem est vt reor: et sæculi & temporis naturā ex sacris litteris discere.
T non enim omnino & absolute ingenita sunt/ac vere æterna vbicūq; dicun-
tur æterna: sed incorruptibilia potius atq; immortalia & immutabilia/et
Psal. 23. eodem modo sese habentia. sicuti cum dicitur: eleuamini portæ æternales/
et similia. Sæpe vero etiam antiquissima: sæculi appellatione signantur. et
tota rursus interdum nostri fugacis temporis series: sæculum appellatur.
Tempus. Verū sæculi proprietas est: antiquum/& immutabile/et totum impartibi-
liter secundumq; totum esse metiens. tempus autem vocant: quod in gene-
V ratione/& corruptione/& variabilitate/et alias aliter se habet. Idcirco nos
quoq; quibus est id diffinitum tempus: sęculi fore participes theologia pol-
licetur/quando incorruptibile & eodem modo semper habens attigerimus
X sæculum. Interdum vero & temporale sæculum scriptura concelebrat/&
Y sæculare tempus. q̄q̄ scimus magis apud eam & rectius quæ sunt/sæculi:
et quæ nascuntur/temporis appellatione & dici et intelligi. ¶ Non itaq; 157
simpliciter deo qui ante sæcula est: coæterna putanda sunt quæ sæcularia
seu æterna dicuntur. sed sacratissimis eloquijs tenaciter inhærendo: sæcu-
laria quidem ac temporalia/iuxta cognatos ac proprios modos intelligen-
da. media vero eorum quæ sunt & quæ nascuntur: quæq; alicubi sęculi/ali-
bi vero participant temporis. Enimuero deum & vt sæculum & vt tem-
pus laudare conuenit: quippe qui temporis totius ac sæculi author sit. et vt
antiquum dierum: vt qui ante tempus/& supra tempus sit/et momenta im-
Z mutet & tempora. et ante item sæcula subsistat: quia & ante sæculū & supra
sæculum est. eiusq; regnum: regnum omnium sæculorum Amen.
P ¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Enimuero omnipotens dicitur. Genesis cap. de-
cimo septimo. Ego dominus omnipotens: ambula coram me/& esto perfectus. Et Exo-
dus cap. decimo quinto. Dominus quasi vir pugnator: omnipotēs nomen eius. Et ope-
rosum nimium esset: velle adducere quoties in sanctis eloquijs deus/omnipotens appel-
Q letur. ¶ Et hoc omne/indisruptū atq; indissolutum in seipsa perficiēs. In seipsa: in seipsa
R sede. ¶ Antiquus dierum deus prædicatur. Daniel cap. septimo. Aspiciebā donec throni
positi sunt: et antiquus dierū sedit. vestimētum eius candidū quasi nix: & capilli capitis
S eius quasi lana munda. ¶ Et antiquus & nouus effingitur. Antiquus: ex Daniele cap.
septimo nunc auditum est. Nouus autem & iuuenis: ex Esdra libro quarto cap. secundo.
Et in medio eorū erat iuuenis statura celsus/eminentior omnibus illis: et singulis eorum
capitibus imponebat coronas/& magis exaltabatur. ego autē miraculo tenebar. Et dixi
angelo. ille iuuenis quis est/qui eis coronas imponit/& palmas in manus tradit? Et re-
T spondens dixit michi. ipse est filius dei: quem in sæculo confessi sunt. ¶ Non enim omni-
no & absolute ingenita sunt/ac vere æterna: vbicūq; dicuntur æterna. Pro per se/vere/
et absolute æterno/interdū ęterno sacræ vtūtur litterę: aliquādo vero alio modo. Pro ve
re et absolute æterno: Paulus ad Romanos cap. decimo sexto. Quod nunc patefactū est

per scripturas prophetarum secundū præceptū æterni dei: ad obeditionē fidei in cunctis
gentibus cogniti / soli sapienti deo per IHESVM CHRISTVM. Pro non vere & abso-
lute æterno: secūda ad Tessalonicenses epistola cap. primo. Qui pœnas dabunt in inte-
ritu ęternas a facie domini / & gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis suis / V
et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. ¶ Idcirco nos quoq; quibus est diffinitū
tempus: sęculi fore participes theologia pollicetur. Lucas cap. vicesimo. Illi vero qui di-
gni habebūtur sæculo illo & resurrectione ex mortuis: neq; nubent / neq; ducent vxores / X
neq; vltra mori poterunt. ¶ Interdū vero & temporale sęculum scriptura concelebrat:
et sæculare tempus. Paulus epistola ad Titum cap. primo. Et agnitionem veritatis quæ
secundū pietatem est: in spem vitæ ęternæ, quam promisit qui non mentitur deus ante
tempora sęcularia. Hoc in loco certe tempora sæcularia: sęcula sunt tēporalia / quę prin-
cipium finemq; capiunt. Et psalmus octogesimus. Inimici domini mentiti sunt ei: et erit
tempus eorum in sęcula. Hoc in loco tempus sæculare: sęculū / ęuumq; termini finisq; ne-
scium denotat. quo boni in vitam æternā perpetuo ęuo durabūt. mali vero in suppliciū /
et tormentum interminū. et tunc illis sua oberit immortalitas: q̄ pœnis deficere / moriq;
non poterūt. Et tunc quoq; immortalitatem mortalitatis sorte cōmutari posse optabunt:
sed id nichil ipsis prodesse valebit. nodus enim indissolubilis est: nisi ipse mortalium im-
mortaliumq; pater nodum (quem ipse indissolubilem nexuit) solus dissoluat. ¶ Q̄zq̄ sci- Y
mus magis apud eam / & rectius. Eam: eam sacram scripturā. Et supermundana vocat:
quæ sunt, mundana vero & temporalia: quę gignuntur. ¶ Et ante item sęcula subsistat. Z
Deum ante sęcula subsistere / & regnū eius regnū omniū sęculorū esse: testatur psalmus
septuagesimus tertius. Deus autem rex noster ante sęcula: operatus est salutē in medio
terræ. Et psalmus centesimus quadragesimus quartus. Regnū tuum regnū omniū sęcu-
lorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.

¶ DECIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.


154 DVas alias diuinas appellationes scilicet omnipotētis & antiqui dierū
hoc loco sacer exponit Dionysius: in principio proponens nunc opor
tunū esse / q̄ deus multis nominibus insignis laudetur vt omnipotens
et antiquus dierū. Sane omnipotens dicitur deus: quia ipse omniū re- Omnipotēs
rum est firmitas & vigor qui omnia possit. omnia potestate sua cōpræ-
hendens ac continens / cuncta firmans / stabiliens & consolidās: et hoc
totū mundi opificiū / indisruptū atq; indissolutū sua potentia conser-
uans atq; perficiens. et ex seipso veluti principio / origine & radice ōnipotente: cuncta
ad esse proferens. et rursum ad se tanq̄ profundū quoddā / immensū & omnipotens: vni-
uersa conuertens atq; reducens / vt omniū receptaculū & sustentaculū omnicapax. ōnia
item quæ continentur & cōpræhenduntur a se / vnica sua virtute cunctis excellente cō-
muniens atq; protegens: neq; sinens illa a seipso decidere ac prolabi / ne tanq̄ tutissimo
domicilio præsidioq; emota aut extrusa dispereant / abeantq; in interitū. Dicitur insuper
ipsa summa diuinitas / omnipotens: vt omnia virtute sua superās / & rebus omnibus quæ
prouidentia reguntur: syncære imperans. etiam vt omnibus amabilis ac desiderabilis
persistens: cum omnia naturaliter ipsam diuinā bonitatem & prouidentiā desiderent / vt
superius dictum est. et constituens omnibus leges suæ naturę cunsentaneas / & quas na-
turali inclinatione ac voluntarie libenter amplectantur: vt a diuina voluntate (quę sem-
per rectissima est) profectas. insinuansq; omnibus dulces partus siue effectus diuini amo-
ris / et omnipotentis / & summe tranquilli: quo sua bonitas omnibus in rebus quasi fru-
ctus quosdam gignit: cum suauissimi amoris diuini munera rebus ex seipsa / per seipsam /
et propter seipsam exuberantissime impartit. Porro volūtarias leges hic dicit beatus pa-
ter / leges spontaneas & vltroneas: et ad quas suapte natura & proprio instinctu et incli-
natione res ipsę feruntur. vt ignis sponte & vltronee diuina lege fertur sursum. et quo-
niam legem non habet inditam vt deorsum tendat: ideo inspontanee & præter instinctū
fertur deorsum. Quia enim omnia in omnibus sunt et se omnia permeant / vt prius dictū
est: quod in medijs & summis voluntas appellatur / in imis nominatur naturale deside-
155 rium et instinctus a deo rebus insitus. ¶ Antiquus autem dierum deus dicitur: quia ipse Antiquus dierum.
est omnium rerum speculū & tempus secundū causam / et ante dies omnes & ante sæcu-
lum et tempus. Ipsum tamen deū appellare recte possumus / & tempus et diem et mo-
mentum & sęculum: quia per omnem motū & inflexum durationū incōmutabilis est et

immobilis.et qui cũ ſẽper moueatur/ſui ipſius & donorũ ſuorum in omnia profectione
indeficienti:in ſeipſo tamen manet fixus & immotus/vt ſæculi et tẽporis & dierum au-
thor.Hanc plane ob cauſam in ſacris viſionibus quę ipſis prophetis myſtice ſunt oſten-
ſę:ipſe deus deſcribitur ac repręſentatur vt antiquus & vt nouus.Nã ſenior figura ſignat
ipſius dei antiquitatẽ quæ ab initio eſt:durationemq; principio carentẽ.Iunior vero for-
ma ſignat ipſius inſeneſcibilitatẽ & indeficientiã durationis futuræ/vt ita dixerim:quæ
nunq̃ ad ſeniũ finem ve aut metã decumbet.Vtraq; vero effictio & antiqui ſcilicet et no-
ui/mõſtrat ipſum deum ab initio durationis rerum ad finem vſq; per cuncta procedere:
ſine ſuæ ſubſtantię detrimento fluxuq; aut imminutione/per diuturnitatẽ durationis in-
ducta.Siue vt diuinus ait Hierotheus:vtraq; in deo denominatio & ſenioris et iunioris/
diuinam indicat excellentiã.nomen quidẽ ſenioris & antiqui:ob eminentiã temporis.
nam quæ antiquiora ſunt ac vetuſtiora:et honorabiliora habentur & præſtãtiora.No-
men vero iunioris atq; noui/ipſius dei excellentiam ſubinſinuat:ꝙ præ ſe ferat numeri
propius ad vnitatẽ accedentis pręſtantiam.Vnitas enim numeralis & qui ab eo vicinius
emanant numeri/vt binarius & ternarius:alijs numeris longius ab vnitate diſtantibus
vt centenario & millenario/principaliores ſunt atq; perfectiores.ꝙ ad ſimplicitatẽ ma-
gis accedãt:et ad multitudinẽ(quę imperfectioni plerũq; eſt obnoxia)non vſq; adeo de- 156
Sęculum. cumbant.Quod autem nouũ eſt:ipſi initio propinquius eſt/& minus ab eo diſtans.¶At
nunc etiam cõueniens eſt & ſæculi et temporis acceptiones ex ſacris litteris cognoſcere.
Non enim quęcũq; in illis dicuntur ęterna/et vbicũq; nominantur æterna:ſunt omnino
et abſolute ingenita ac vere æterna/vt neq; facta ſint neq; ſuę durationis principiũ ha-
beãt.Sed huiuſmodi ęternorum appellatione potius ſignificantur nonnulla eſſe incor-
ruptibilia/immortalia & immutabilia:ac eodem modo ſe habentia.quemadmodũ cum
Pſal.23. de cœleſtibus ſpiritibus dicit pſalmus.eleuamini portæ æternales.quos tamen conſtat
principium ſui eſſe/ſuæq; durationis initiũ habuiſſe:nunq̃ tamen deſituros/ac perpetuo
ſine futuro interitu permanſuros.Sępenumero etiam quę antiquiſſima & vetuſtiſſima
ſunt/licet etiam corruptioni ſint obnoxia:appellatione ſæculi ſiue ęternitatis continẽtur.
Deute.33. vt in illo deuteronomij loco.De vertice antiquorum montium/de pomis collium æter-
norum. Deniq; et tota huius temporariæ durationis ſeries atq; ſucceſſio:interdũ no-
Roma.16. mine ſęculi atq; ęterni exprimitur.vt cum dicit apoſtolus.ſecundum reuelationem my-
Matth.12. ſterij temporibus æternis taciti.et in hoc ſæculo/frequenter ſcriptura dicit:cum præ-
ſentem hanc vitam ſignat.Verum ipſius ſæculi proprie ſumpti conditio eſt:antiquum
Tempus. eſſe/et immutabile/& totum eſſe impartibiliter atq; ſecundũ totum metiri.Tempus au-
tem vocant ſacri authores:illud durationis curriculũ quod in generatione & corruptio-
ne ac mutabilitate/diuerſiſq; ſucceſſionibus & ſpacijs aliter ſe habet.Ideo & nos homi-
nes quibus in hoc mundi incolatu determinatũ eſt tempus ad tranſigendã hanc peregri
Lucæ.20. nationem:ſæculi fore participes in altera vita/ſancta ſcriptura promittit/quãdo ſcilicet
incorruptibile & eodem modo ſemper ſe habens ſæculum fuerimus aſſecuti.Interdum
Titum.1. etiam ſcriptura cõmemorat temporale ſęculũ & ſæculare tempus:pro eo durationis ſpa-
Pſal.80. cio/quod ſucceſſione continua in præſentis vitę ſtatu defluit.q̃uis id compertũ ſatis ha-
beatur:ꝙ ea quę ſunt permanentia ac immutabilia:magis & aptius apud ipſam ſcriptu
ram/ſæculi appellatione cẽſentur.quę vero generantur/ corrũpuntur & mouẽtur:poti- 157
us nuncupatione temporis intelliguntur.¶Itaq; ea ſubſiſtentia quæ ſęcularia ſeu æter-
na dicuntur/vt cœleſtia agmina:non ſimpliciter putanda ſunt eſſe coæterna deo/qui eſt
ante ſæcula & ſolus vere æternus.Sed ſacrorum eloquiorũ ſententię firmiter adhęren-
do:ſæcularia ac temporalia ſunt intelligenda/iuxta proprios & ſuę naturæ conuenien-
tes modos.Sæcularia quidem:quę eſſe incœperunt/ſed in eodẽ ſtatu permanẽtia nunq̃
deſinent.vt angeli.Temporalia vero:quę & eſſe incœperũt et deſinent/ mutationibus
ac varijs motibus ſubiecta.vt corpora ſenſibilia.Inter hæc autem duo vtpote ſęcularia
quę ſunt/et temporalia quę naſcũtur:ſunt intermedia quędam/vtriuſq; extremi aliquid
participãtia.quæ ſcilicet ſecundũ aliquid participant ſęculo:ſecundum aliud vero/tem-
pore.vt corpora cœleſtia ſecundum ſubſtantiã ſuam ſemper eadẽ:ſæculi rationẽ ſequũ-
tur.ſecundum motũ vero continuũ & lationẽ circularem:temporis habent conditionẽ.
Et homines/ſi animam attendis & proprias eius functiones quas agit ſine corpore:ſæ-
culo participant.ſi vero corpus reſpicis & eius mutationes varias:tẽporis naturam ſe-
quuntur et proprietatẽ.Porro deum ipſum/ſęculi & tẽporis nomine laudare par eſt:quia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

temporis totius & sęculi est author. et vt antiquum dierum: quia est ante tēpus & supra omne tempus/ & immutat tempora et momenta: certissimis suæ prouidentiæ legibus. Deum item laudare conuenit/ q̄ ante sæcula subsistat: quia & ante sęculū et supra sęculū est/ eiusq; regnum dicitur in psalmo esse regnum omniū sæculorū. Cui sit honor et gloria: Psal. 144.
in omnia sæcula sæculorum Amen.

¶ De pace/ et quid sibi vult in deo ipsum esse: quæ sit ipsa vita/ quæ ipsa virtus/ et quæ hunc in modum dicuntur. CAP. XI.

158 Ge itaq; diuinam complectentēq; omnia pacem: pacificis efferamus laudibus. Hæc est enim quæ cuncta connectit/ concordiamq; omnium atq; consensum gignit & efficit: cuius rei gratia ipsam quoq; desiderāt omnia. vt quæ diuisibilem ipsorum multitudinē: ad totam conuertit vnitatem. intestinumq; mundanæ machinæ belliū (quo fœdere mirabili congruat) efficit. Diuinæ participatione pacis: antiquiores vnientium virtutū & ipsę ad seipsas/ et adinuicem coniungūtur atq; ad vnam omnium principatū gerētem pacem/ etiam & quæ sibi subiecta sunt iungūt. ipsaq; et ad se & adinuicem: et ad vnum atq; perfectū omnium pacis initiū/ authoremq; stringūtur. Hæc itidem non per partes cuncta perlustrās/ quæ diuisa sunt: veluti vectibus quibusdā astringentibus conciliat/ finit/ terminat/ atq; cōmunit. nec permittit diuisa in infinitū/ interminatumq; diffūdi: neq; inordinata et sede A Pax.

159 carentia/ deoq; destituta/ suiq; egressa vnitatē: inuicē confuse misceri. ¶ De ipsa ergo (quicquid tandē illa est) diuina pace/ quiete & silentio (quam sanctus iustus ineloquibilitatē vocat/ et ad omnē noscibilem processū immobilitatem) quo pacto quiescat/ agatq; silētiū/ vtq; in se & intra se sit/ et tota ad se totā eminenti ratione iungatur/ & neq; dum in se ingreditur seq; multiplicat: suam linquit vnionē/ sed procedit ad omnia/ tota intrinsecus manēs per excellentiam cuncta superantis vnionis: neq; dicere cuiq̄/ neq; cogitare/ neq; fas est neq; possibile. Verum enim istud quoq; vt neq; eloquibile neq; noscibile/ ipsi applicantes cuncta sane transilienti: participationes eius (quæ et intelligi & dici possunt: et id quoq; vt possibile est viris/ & nobis potissi- B Ioseph iust9

160 mum qui multis bonis viris inferiores sumus) inspiciamus. ¶ Ac primum quidē id dicendum/ q̄ ipsius per se pacis & vniuersæ et particularis illa est author: omniaq; adinuicem tēperat/ atq; cōmiscet iuxta inconfusam ipsorū vnionem. per quam absq; diuisione vlla/ distātiaq; coniuncta: integra nichilominus in sua quæq; specie durāt. nichil aduersantium admixtione turbata: neq; quicq̄ cōfœderatricis illius diligētiæ ac puritatis offendētia. Vnam igitur quādam ac simplicem pacificæ cōiunctionis intueamur naturam/ sibi et eis atq; inuicem cuncta iungētem/ seruātemq; omnia: incōfuse continen-

161 do ea/ et mera & commixta. ¶ Per quā diuini spiritus suismet intelligētijs inserti: ijs quoq; quæ intelligūt coniungūtur. rursusq; ad incognitā scandūt eorum quæ menti supereminēt cōiunctionem. per quam animæ varias suas nectētes rationes/ atq; ad vnam spiritualem puritatem congregātes procedunt: sibi cōgrua via atq; ordine per spiritualem indiuiduāq; intelligētiam/ ad cōiunctionem illam quæ omnem intelligētiam superat annitentes/ ob quam vna omniū/ indissolubilisq; cōnexio: iuxta diuinam ipsius subsistit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

congruẽtiam.concẽtuq; mirabili & cõcordia perfecta atq; cõsensu coapta-
tur: dum & sine cõfusione colligitur/et sine diuisione atq; dissolutione cõti-
netur. ¶Nimirũ perfectæ pacis itegritas/ad ea q̃ sũt õnia per simplicissimã 162
ipsius et merã vnificæ virtutis pręsentiã penetrat: cõiũgẽs õnia/& extremis
extrema per media cõnectens/per vnam quidẽ cognatam amicitiã copula-
ta.atq; vltimis quoq; mundanæ machinæ molitionibus: vt se fruantur in-
dulgens.cognataq; efficiens omnia: vnitatibus/idẽtitatibus/insitionibus/col
lectionibus.quãdoquidem diuina pax nulli diuisioni perstat obnoxia/et in
vno indicat omnia: et per omnia pergit/& nusq̃ a propria idẽtitate discedit.
Sane ad cuncta procedit/suiq; participationẽ omnibus tradit pro singulo-
rum modo; ac pacificę copia fœcũditatis exuberat/manetq; per vnionis ex-
cellẽtiam tota ad totam & per totam seipsam supreme cõiuncta. ¶Et quo 163
pacto/dixerit quispiã/cuncta desiderãt pacem? quando plurima alteritate
ac discretione gaudẽt/neq; sponte quiescere volunt. Atqui si alteritatem ac
discretionẽ qui sic loquitur/cuiusq; rei proprietatẽ dicit(cum hanc/et eorum
quæ sunt ne vnum quidẽ quod existẽs est: vnq̃ perire velit)ne nos quidẽ
id refragabimur. Verũ idipsum quoq;: pacis desideriũ esse statuemus.amãt
enim omnia ad seipsa & habere pacẽ/et esse cõiuncta: atq; in eo esse statu vt
a seipsis & a suis moueri/decidereq; non possint. Enimuero perfecta illa et
cuncta perficiẽs pax: merę atq; impermixtę per singula proprietatis custos/
atq; seruatrix est.pacificis prouidẽtijs suis omnia seditione & cõfusione va-
cua et ad seipsa & adinuicem seruans: cunctaq; stabili et constante virtute
ad propriam ipsorũ pacem atq; immobilem cõstantiã figens. Nẽpe enim
si quæ mouẽtur omnia/non feriari ocioq; torpere/sed operari semper pro
eorũ motu cupiunt: id profecto diuinæ omniũ pacis desideriũ est.quę om-
nia in seipsis ne possint cadere seruat: et cũctorum quæ mouẽtur proprieta-
tem/ac mobilem vitam(ne dimoueatur/neue decidat)custodit.dumq; mo-
uentur/ad seipsa pacem seruantia/& eodem modo se semper habentia: quę
sui sunt muneris peragunt. Cæterum si alteritatẽ ex pacis prolapsione ve-
niẽtem dicat/asseratq; non esse amabilem omnibus pacẽ: maxime quidem
nichil est/quod omni prorsus cõiunctione deciderit.quod enim penitus in-
stabile & infinitum et nusq̃ consistens/prorsusq; indiffinitũ est: neq; ipsum
est/neq; in ijs quæ sunt est. ¶Verum si eos dicat pacem/pacisq; bona auer- 164
sari: qui litibus/& furoribus/et immutationibus atq; instabilitatibus gau-
dent. Illi quoq; perexiguis quibusdã pacifici desiderij simulacris detinẽtur:
dum perturbationibus varijs agũtur/quas imperite desiderant sistere.et ar-
bitrãtur se pacem habere: si semper fluentibus voluptatibus hauriendis in-
sistant.perturbanturq;: si eis quæ seipsos obtinuere frustrentur. Quid vero
de CHRISTI pacem profundẽte clemẽtia dicemus? per quam discimus
non vltra bellare neq; nobiscũ/neq; adinuicem/neq; aduersus angelos: sed
cum ipsis potius diuina pro viribus agemus/iuxta IHESV prouidẽtiam.
qui omnia in õnibus operatur: facitq; pacem a sæculo prædestinatã.et nos
sibi in spiritu recõciliat: & per seipsi quoq; conciliat patri. De quibus excel-
lentissimis donis/in theologicis informationibus satis disseruimus: assipu-

165 lantibus assertioni nostrę sacris eloquijs. ¶ Verū enim quando alias quoqȝ me per epistolā rogasti: quidnā esse putarē ipsum esse/ ipsam vitā/ ipsamqȝ sapientiam. dixistiqȝ te multū moueri ꝙ aliquādo deū/ ipsam dixerim vitā/ aliquando vitæ ipsius authorē: operæpreciū existimaui sancte vir dei/ hac te de nobis concepta hæsitatione liberare. Ac primū quidē vt quæ alias latius diximus/ nunc quoqȝ paucis repetamus: non sibi aduersatur deū ipsā virtutem/ ipsamqȝ vitam dicere/ & ipsius vitæ seu pacis seu virtutis authorem. Nā partim quidē ex ijs quæ sunt/ & ex ijs maxime quę primo sunt cōdita: vt oīm quæ sunt author appellatur. partim vt ipse: qui super ōnia etiā primo condita/ supreme & supersubstantialiter est. Quid autē (inquies) ipsum esse/ aut ipsam vitā dicimus: aut quæqȝ absolute esse ac principaliter & ex deo/ primo subsistere ponimus? At istud quidē curuū non est/ sed rectū: simplicēqȝ habet explanationē. Neqȝ enim substantiam aliquā diuinā seu angelicam esse dicimus ipsum atqȝ per se esse: quod quidē causa est vt sint quæ sunt omnia. verum ipsum quoqȝ esse quod supersubstātiale est: initiū/ & substantia/ & causa est. Neqȝ viuificam deitatē aliā: præter supremā illam diuinamqȝ vitā/ omniū quæ viuunt/ & ipsius quoqȝ vitæ causam. Neqȝ (vt breuiter dixerim) dicendum est principales rerum conditrices essentias cœlestes/ atqȝ substantias. quas non defuerunt qui creaturarum deos/ atqȝ opifices sibi protinus effingerent: & dicere auderent. quos vt vere/ proprieqȝ dixerimus: neqȝ ipsi nouerunt (quippe qui non sunt) neqȝ patres eorum. Cæterum ipsum esse/ ipsamqȝ vitam/ & ipsam deitatem dicimus: principaliter quidem ac diuine ac secundum causam/ vnum principia cuncta excellēs & supersubstantiale principium/ & causam. participabiliter vero: virtutes illas prouidentissimas ex deo minime communicabili prouenientes/ ipsam scilicet substantificationē/ ipsamqȝ viuificationem/ & ipsam per se deificentiam. quibus dum congruo sibi modo creata participant: & existētia/ & viuentia/ & diuina & sunt & merito prædicantur. et eodem item modo: alia. Quocirca etiam eorum quę prima sunt: author esse qui supreme bonus est dicitur. Deinde ipsorum integre omnium: deinde ipsorum particulariū/ tū eorum quæ integre ipsis pleneqȝ participant/ tum vero eorum quæ ipsis ex

166 parte cōmunicabūt. ¶ Et quid me plura de his dicere necesse est? quādoquidē nōnulli ex nostris diuinis præceptoribus/ ipsius quoqȝ bonitatis ac deitatis authorem eum dicunt qui supreme bonus ac summus est deus. ipsam bonitatem ac deitatem esse dicētes/ beneficū illud atqȝ deificū ex deo proueniens donum/ ipsamqȝ pulchritudinē: pulchritudinis effectricē largitatē/ & totam pulchritudinem et particularem pulchritudinem/ & omnino pulchra et in parte pulchra. et quæqȝ alia eodē modo dicta sunt/ atqȝ dicētur: prouidentiasqȝ ac bonitates quæ a creaturis participantur indicātia/ ex deo nequaꝗ participabili profusione copiosa procedentes atqȝ emanantes. vt qui author est omnium: vltra omnia profecto sit. & qui omnem substātiā/ naturāqȝ transcendit: eis prorsus emineat/ quæ substantiæ ac naturæ quomodocunqȝ participant.

¶ SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶ Age igitur diuinam/ complectentemqȝ omnia pa- A

Quid ipsū esse. Ipsa vita. Ipsa sapientia Quid ipsa/ atqȝ per se virtus/ & reliqua quæ ī hūc modū dicuntur.

C

D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cem. Deum vt pacẽ celebrari: ex beato Paulo ad Ephesios cap. secũdo iam didicimus.
Ipse est pax nostra: in vno nouo homine faciens pacem. & veniens euangelizauit pacẽ
B vobis qui longe fuistis: & pacem ijs qui prope. ¶ Quam sanctus iustus ineloquibilitatẽ
vocat. Hic sanctus iustus est: de quo actuum apostolorum cap. primo legitur. Et statue-
runt duos: Ioseph qui vocatur Barsabas qui cognominatus est iustus/ & Matthiam.
Et scriptis huius iusti caremus. & vtinam non tantum licuisset hosti naturæ: vt monu-
Psal. 127. menta pietatis huius sancti viri & cæterorum piorum (qui illa ætate: sicut nouellæ oli-
C uarum in circuitu mensæ domini floruerunt) valuisset extinguere. ¶ Neq; vt breuiter
dixerim: dicendum est principales rerum conditrices essentias cœlestes/ atq; substan-
Timeo Platonis. tias. Hoc in loco pius pater refutat gentilia quædam quæ in Timeo de creatione mun-
di inserta sunt. in quo introduci videntur principales rerum essentiæ vt conditrices:
quas ita deorum opifex alloqui fingitur. Tria adhuc genera mortalium nobis generan
da restant: absq; horum generatione cœlum imperfectum erit. omnia enim animantiũ
genera ambitu suo non continebit. contineat autem oportet: si est mũdus omnino per-
fectus futurus. hæc vero si a me fiant solo/ vitaq; donentur: dijs adæquabuntur. quapro
pter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem: ita vt vim imite-
mini meam/ qua in ortu vestro sum vsus. atq; eius quidem animalis quod in ipsis tale
futurum est vt cum immortalibus appellatione conueniat/ diuinumq; vocetur/ princi-
patũq; teneat/ & iustitiam simul ac vos vltro colat: ego vobis semen & initium tradam.
vos cætera exequi par est: vt immortali naturæ mortalem attexentes faciatis/ genere-
tisq; animalia subministrantesq; alimẽta augeatis/ & consumpta rursum recipiatis. Eius
filij cum parentis ordinem cognouissent: eum protinus imitabantur. Itaq; accepto ab il
lo mortalis animantis immortali principio sui effectorem imitati: ignis/ aeris/ aquæ/ ter-
ræ particulas (quas rursus redderent) a mundo mutuabantur/ easq; inter se copula-
bant. haud ijsdem illis indissolubilibus vinculis: quibus ipsi fuerant colligati. sed talibus
quæ propter paruitatem cerni non possent: crebrisq; huiusmodi clauis coniunctis/ vnũ
ex omnibus corpus efficiebant. Et hæc & similia quæ gentilium (ne vanas fabulationes
dicam) continent errorem: moliuntur quasi ab ijs qui a dijs ipsis geniti/ dicta fuissent/
confirmare. Priscis itaq; viris (inquiunt) hac in re credendum est: qui dijs geniti (vt ip-
si dicebant) parentes suos optime nouerant. Impossibile sane: deorum filijs fidem non
habere/ licet nec necessarijs/ nec verisimilibus rationibus eorum oratio confirmetur.
Quem passum gentilitatis stultitiæ plenum beatus pater ridẽs: contra/ de dijs opifici-
bus ait: quos vt vere proprieq; dixerimus/ neq; ipsi nouerunt (quippe qui non sunt)
neq; patres eorum. Sed præter officium egisse merito fortasse arguemur: qui prophana
sacris immiscuerimus. Verum idcirco hic declarantur prophana/ vt a sacris arceantur/
& ne homines melioris vitæ partes pia mentis sectantes religione: in hæc non admo-
niti incidant/ tempusq; inani cassoq; studio conterant. Et q̃ prius dictum est Plato-
nem posse impune legi: de ijs quæ eius sunt/ intelligi volumus. neq; enim Timeum/
neq; Parmenidem/ neq; Cratylum ex eius sententia deprompta esse certum est: sed sti-
lum/ verborumq; elegantiam Platonis esse. alioqui in plerisq; dialogis pleraq; inue-
nies impura: a pia mente/ sacroq; ritu regenerata/ atq; expiata salubribus vndis/ proti-
D nus reijcienda. ¶ Quandoquidẽ nonnulli ex nostris diuinis præceptoribus. Id propter
beatum Hierotheum dictum est.

¶ VNDECIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Acis appellationem deo in sacris eloquijs sæpius assignatam hic de- 156
clarat sacer Dionysius: ad id primum exhortans/ vt diuina ipsa pax
quæ omnia continet & seruat dignis extollatur præconijs. Nempe
Pax. ea ipsa est: quæ cuncta sociali vinculo connectit/ omnium concordi-
am & mutuam consensionem gignit. ob quod ipsam etiam pacem
desiderant omnia: quoniam diuisibilem ipsorum multitudinem & va-
riam/ ipsa colligit & constringit ad vnitatem. et naturalem rerum hãc
mundi machinam constituentium contrarietatem qua sibiinuicem aduersantur/ ad eam
reuocat vnionẽ: vt ipsæ res contrariæ placido fœdere cõueniant & congruãt ad vniuer
si compositionem. Diuinæ quidẽ pacis participatione: cœlestiũ spirituum (qui ob pro-
pinquitatem ad deũ: etiã eximiã habent cætera vniẽdi virtutẽ) antiquiores/ superioresq;
substantiæ: ad seipsas/ et vna ad alteram coniungũtur placido affectu. insuper et ea quę

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sibiipsis subiecta sunt: etiam connectunt ad vnicam illam dei pacem/omnium principa
tum habentem. Et ipsa quidem subiecta spiritibus angelicis: primum ad seipsa/ deinde
adinuicem & vnum ad alterum/ demum ad deum/ vnum & singulare pacis principium
authoremq;: pacifico nexu astringuntur. Et ipsa plane diuina pax non per partes & di=
uidue sed simpliciter & vnice cuncta permeans quæ diuisa sunt: velut retinaculis quidē
& compagibus ipsa colligantibus/omnia conciliat/suis definit terminis atq; munit. nec
permittit ea quæ diuisa sunt: in incertum & sine termino diffundi. Neq; illa quæ inordi=
nata sunt & firmitate carentia stabiliq; sede/ deiq; destituta præsidio/ et propriam ex la=
psu egressa vnitatem: sinit inuicem per quandam confusionem misceri. sed pacifica sua
159 benignitate: illa in suum reuocat ordinem/stabilitatem et tenorem. ¶ Cæterum neq; di
cere cuiq̄ neq; cogitare fas est aut possibile de ipsa diuina pace: absolute in deo conside
rata (quicquid tandem illa sit: quoniam id nobis prorsus est incognitum) itidē et de di=
uina quiete/atq; diuino silentio: quod sanctus Ioseph iustus nuncupat ineloquibilitatē/
et immobilitatem ad omnem processum noscibilem. quoniam vnūquodq; horum triū/
ineloquibile est nobis: & immobile ad propagationem dei exteriorem/hominibus facile
cognitam. Non est inquam fas cuiq̄ aut possibile/ dicere vel cogitare: quo pacto diuina
ipsa pax quiescat in deo/ aut silentium agat. & quomodo in seipsa & intra seipsam sit ip
si deo intima: & tota ad se totam excellentissima ratione connectatur. & neq; dum in se=
ipsam ingreditur: occulta et abdita manens/ neq; dum se multiplicat: in creaturas sua
dona profundens/suam deserit vnionē. sed et procedit exuberantia deriuationis ad om
nia: tota tamen intrinsecus manens et perfecta/ per excellētiam diuinæ vnionis omnia
superantis. sicut et lux solis suos effundit radios: et tamen semper manet intima soli. Cæ
terum ipsius diuinæ pacis arcanum et secretum neq; eloquibile nobis neq; noscibile/ipsi
deo soli relinquētes omnia singulariter transcendenti: inspicere debemus benignas ip=
sius supremæ pacis participationes/progressionesq; ad externa/quæ et intelligi a nobis
et dici possunt. Et huiusmodi quidem deriuationes pacis contemplari debemus: vt ho=
minibus possibile est. et nobis potissimum (inquit de se beatus pater) qui multis bonis vi
ris inferiores sumus et imperfectiores. quod ad insignem eius modestiam et humilita=
tem demonstrandam attinet: qui sane multis præclaris viris/et virtute et doctrinæ splē
160 dore erat superior. ¶ Quomodo autem diuinæ pacis participatio in omnia extēdatur:
particulatim hoc loco manifestat. id primo dicendum proponens/ ꝙ illa pax diuina:
author est & opifex ipsius per se pacis/pacificæq; distributionis in cuncta propagatæ.
siue vniuersalis: & vt in omnibus generatim attenditur. siue particularis: & vt in hoc
aut illo genere entium speciatim consideratur. Quippe ipsa diuina pax omnia adinui=
cem temperat/conciliat/ atq; coniungit: secundum inconfusam ipsorum vnionem. per
quam singula absq; vlla distantia aut diuulsione ad proxima sibi corpora coniuncta/
vt ignis ad aerem/ aer ad aquam & aqua ad terram: integra nichilominus in sua specie
permanent. nullomodo turbata a suæ naturæ integritate/per aduersantiū eis corpo=
rum iuxta positionem: neq; offendentia aut ledentia in aliquo illam diuinæ pacis dili=
gentiam ac puritatem omnium confœderatricem. Vna igitur attendenda est ac sim=
plex pacificæ rerum omnium coniunctionis natura: vtpote pax diuina/quæ cuncta tri=
plici nexu iungit. scilicet ad seipsam. ad ea ipsa: singulum scilicet ad seipsum. & ad in=
uicem: siue vnum ad alterum. Ipsa quoq; seruat omnia: inconfuse continens ea/syncera
161 & impermixta. ¶ Per hāc itidē diuinā pacem/cœlestes spiritus suis notionibus & intel=
lectionibus vniti: illis etiam obiectis quæ intelligūt adiunguntur/ꝙ cognitio omnis con
iungat ipsum cognoscentem rei cognitæ. & ex huiusmodi mentis scientia atq; intelligē=
tia/conscendunt ipsi spiritus angelici ad ignotam coniunctionem eorum quæ menti su=
pereminent: per irradiationem diuinæ lucis subleuantis ipsos supra se. Per hanc etiam
diuinam pacem animæ rationales primo varium ac multiplicem rationum discursum
atq; nexum disquirūt. deinde illum ad vnam intellectualem agnitionē simplicē ac purā
colligunt. postea vero per viā sibi cōgruā atq; ordinē procedētes/ex hac spirituali & in=
diuidua intelligētia: ad coniunctionē illā cū deo per diuinæ lucis superinfusionē annitū=
tur. quæ sane coniunctio mentis rationalis cum deo: oēm superat intelligentiā. Demum
per hanc diuinā pacem/ vna rerum omnium indissolubilisq; compago: iuxta propriam
cuiusq; a deo determinatam subsistit cōgruentiam. & harmonia mirabili/ atq; cōcordia
stabili/aptoq; contemperamēto disponitur illa rerum connexio: quando sine confusione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

in vnam ordinatiſſimam fabricam colligitur/& ſine diſcerptione atq; diſſolutione con=
ſeruatur & cõtinetur. ¶Et certe ipſius perfectæ diuinæq; pacis integritas/ad ea omnia 162
quæ ſubſiſtunt penetrat: per ſimplicem & ſyncæram ſuæ virtutis omnia in vnum con=
ſtringentis præſentiam. Nempe coniungit inter ſe cuncta rectiſſimo ordine/& extrema
extremis connectit per media: per mutuam adinuicẽ affinitatẽ ac amicitiam conſocia=
ta. vt ignẽ terræ/per aerẽ & aquã intermedia/ & ſpirituales creaturas corporalibus: per
hominẽ vtriuſq; naturæ participem. Vltimis itẽ mundanæ huius machine creaturis &
poſtremũ ſortitis locum: vt terræ/materiæ & accidẽtibus abiectioribus indulget ac elar=
gitur diuina pax: vt ſeipſa fruantur/& ſui participationẽ ſentiant. efficitq; omnia in hoc
mũdi opificio diſpoſita corpora: adinuicem cognata & aliqua affinitate propinqua. aut
per vnitates/aut identitates/inſertiones/aut collectiones. Cõueniunt enim ipſa inter ſe/
aut quia vnũ vnitur alteri: aut idẽ eſt cum altero. aut quoniã vnũ alteri inſeritur/vt ac=
cidens ſubſtantię: aut vnum ad alterũ colligitur & continuatur. vt gutta ad guttã. *Et ita*
de cæteris cognationis modis. Enimuero diuina pax nulli diuiſioni eſt ſubiecta/ſed in
vno ſcilicet deo vt exẽplari toti9 pacis mõſtrat õnia: ad illius ſimilitudinẽ per ĩpreſſas pa
cis notas efformata/atq; ad diuinæ pacis ęmulationẽ adinuicem conciliata. Eadẽ quoq;
diuina pax per omnia pergit et progreditur/mirabili rerũ inter ſe fœdere ac nexu: nuſq̃
tamen a propria identitate ac ſingularitate diſcedit. Ipſa plane ad cũcta rerum genera
procedit & meat: ſuiq; participationem omnibus impartit/cuiq; pro ſuo captu & modo.
Affluentia quoq; pacificę diſtributionis exuberat in omnes rerũ ſpecies: manet tamẽ cũ
huiuſmodi profuſione per vnionis eminentiam ſingularem/ipſa tota ad ſeipſam totam
& per ſeipſam totam ſumme ac intime coniuncta. vt ipſa eadem ſit quod coniungitur/ 163
cui coniungitur/& per quod coniungitur. ¶Deinde obiectiones diſſoluit: quæ contra
prius determinata poſſent induci. Poſſet enim quiſpiam inſiſtere/ꝙ non videantur om
nia pacem deſiderare: eo ꝙ plurima conſpiciuntur alteritate & diſcretione ab alijs gau
dere/neq; ſuapte natura quieſcere velle ſed ſemper moueri. vt corpora cœleſtia. Ratio
autem pacis: in vnitate & quiete conſiſtit. ¶Reſpondet ſacratus pater/ꝙ ſi ita obijciẽs
per alteritatem & diſcretionem intelligat cuiuſq; rei peculiarem proprietatem: quæ ſa
ne in diuerſis eſt diuerſa/cum nichil eorum quæ ſubſiſtunt/ſuam velit naturalem pro=
prietatem deperdi aut perire: non eſt illud inficiandum ꝙ permulta/alteritate & diſ=
cretione gaudeant. quinimmo idipſum: pacis etiam eſſe deſiderium eſt ſtatuendũ. De=
ſiderant enim omnia & ſingula: ad ſeipſa habere pacẽ atq; eſſe coalita. vt ignis ad ſei=
pſum/& terra ad ſeipſam. Amant itidem omnia in eo eſſe ſtatu ac diſpoſitione: vt a ſei=
pſis decidere/& a ſuis dimoueri nequeant natiuis proprietatibus. Nempe ipſa diuina
pax/& perfecta & cuncta perficiens: naturalis per ſingula proprietatis eſt cuſtos atq;
conſeruatrix/ vnamquamq; in ſua ſyncæritate & integritate ſine permixtione ſeruans.
Eadem quoq; per pacificas ſuæ prouidentiæ rationes/omnia a ſeditione/ diſſenſione &
confuſione aliena: & ad ſeipſa/& adinuicem vnumq; ad alterum cuſtodit. cuncta etiam
per ſtabilem & firmam virtutem: ad congruam naturæ eorum pacem atq; indimobilem
conſtantiã figit. Cum igitur ex indita ipſis diuina lege ea quæ moueri nata ſunt cupiant
ſuapte natura non a motu interquieſcere ac torpeſcere ocio/ſed ſecundum propriam
naturam & motum operari: id reuera quod dictum eſt in obiectione/ nonnulla ſcili=
cet quietem recuſare/motumq; moliri/ diuinæ omnium pacis eſt deſiderium. quæ om=
nia in ſua natura ne poſſint decidere aut ab ea deficere conſeruat: & cunctorum quæ
natura mobilia ſunt/proprietatem inſitam ac mobilem vim (ne ab ipſis dimoueatur ac
diſpereat) cuſtodit. Et huiuſmodi ſubſiſtentia/ cum ſecundum naturam ſuam mouen
tur: ad ſeipſa pacem habentia/& eodem quem natura expoſcit modo diſpoſita: quæ
ad ſuum ſpectant officium faciunt. Verum ſi ſupradicta obijciens/ nomine alteritatis
intelligat diſſenſionem & diuiſionem ex pacis prolapſione prouenientem/& aſſerat id=
circo pacem non eſſe omnibus amabilẽ: illi reſpondendum eſt/nichil omnino eſſe quod
ab omni prorſus cõiunctione defecerit/& nullam ad aliquid ſeruet vnionẽ. Quod enim
penitus eſt inſtabile/interminatum/nuſq̃ conſiſtẽs ac indefinitum/per omnimodã pacis
priuationẽ oppoſitas cõditiones inducẽtis: neq; illud eſt/neq; in numero eorũ quę ſubſi 164
ſtũt reponitur. ¶Cæterũ ſi dubitationem mouens dicat eos pacẽ odio proſequi ac aſp=
nari: qui litibus & iurgijs/ mutationibus quoq; ac inſtabilitate gaudent. Et cum pleriq;
comperiantur tales; ideo non omnia pacem deſiderare contendat. reſpondet beatus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pater/ꝙ qui huiusmodi sunt: exigua adhuc pacifici desiderij specie detinentur & quo-
quo pacto pacem licet adumbrate desiderant/dum varijs affectionibus percelluntur &
quatiuntur. quas insipienter & imperite cupiũt sedare/illis indulgendo: cum per hoc a-
crius & vehementius inualescant ac insurgãt huiusmodi perturbationes. Arbitranturq́
qui ita affecti sunt se pacem habere: si mollibus ac animos eneruantibus voluptatibus
potiundis laxent habenas. indignanturq́ & perturbãtur: si eis voluptatibus quæ in se-
ipsos præualuerunt & obtinuere dominatũ/fraudentur ac priuentur. Porro & locus iste
nunc efflagitat: vt etiam aliquid de eximia CHRISTI clementia/pacem in hunc mun
dum per saluificum suũ in carnem aduentũ profundente dicamus. per quam discũt ho
mines non amplius bella gerere: neq; secum & quisq; ad seipsum/inter carnẽ & spiritũ.
neq́ adinuicem & vnus cum alio: per contentionẽ aut odium. neq́ aduersus angelos:
rectis eorum *monitis & ad deum ductibus obnitendo. Sed cum ipsis angelis potius* di-
uina opera agere debent nunc homines/& deiformẽ ducere vitã: iuxta salutarem IHE
SV CHRISTI doctrinam ac institutionẽ. qui omnia bona in omnibus hominibus ope
ratur/pacemq́ sancit a mundi initio præordinatã: atq́ per sacratissimũ dispensationis
ipsius carnis mysteriũ huic mundo inuectam. quo sane sacramento/et nos homines si-
biipsi CHRISTVS *in spiritu* reconciliat: & per seipsum nos etiam suo patri reconcilia-
tos reddit. Verum de istis eminentissimis diuinæ benignitatis in nos *donis/diffusius* in
libro theologicarũ institutionũ a beato patre determinatũ est: et sacrorũ eloquiorũ sen-
165 tentijs/ipsius assertiones sunt cõprobatæ. ¶ Verũ quoniã beatus Timotheus *diuinum*
patrem Dionysium aliquãdo per epistolam interrogauerat: quidnã esse putaret ipsum
esse siue ens/ipsam vitam/ipsamq́ sapientiam/et similia. scripseratq́ se multum moue-
ri admiratione: ꝙ sacer Dionysius aliquando deũ vocauerit ipsam vitam/aliquando ve
ro vitæ ipsius authorem. sic interdum dixerit deum esse ipsam sapientiã: interdũ autem
ipsum esse authorẽ sapientiæ/et ita in cæteris. Idcirco hoc loco constituit beatus pater/
sanctũ dei virũ Timotheũ hac dubitatione ex verbis ipsius cõcepta liberare atq́ exime
re. Et primũ vt alias latius dicta/nũc breuibus repetantur: nullã habet cõtrarietatẽ aut
repugnantiã/dicere deũ esse ipsã vitã/ipsã virtutẽ aut ipsam pacẽ: et dicere eundẽ esse
ipsius vitæ/ipsius virtutis/aut ipsius pacis authorem. Nã attendẽdo ea ipsa quæ sunt/
& ea potissimum quæ primo sunt condita: vt essentiam/vitam/sapientiam in creaturas
propagatã/& per quã res ipsę dicũtur existentes/viuẽtes & cognoscentes/vt horũ par-
ticipes: ipse deus vt omnium quæ sunt author appellatur. quare etiam recte dicitur au
thor ipsius esse/ipsius vitæ/& ipsius sapientiæ sic acceptorum: vt insinuant dona dei in
res conditas deriuata. Attendendo vero deum ipsum vt super omnia est/etiam primo
condita: vtpote super ipsas rerum participationes illi sindultas/ & vt supreme atq; su-
persubstantialiter omnia quæ sunt supergreditur: ipse deus dicitur ipsum esse/ipsa vita/
ipsa sapientia. vt ista diuinas insinuant proprietates deo intimas atq; connaturales: nõ
quidem vt extra progredientes/sed inseparabiliter illi imanẽtes. Qꝫ si quis interrogaue
rit: quid esse tandem dicatur ipsum ens/ipsa vita/ipsa sapientia/& quæcunq́ talia abso
lute esse/atq́ ex deo principaliter & primo subsistere ponuntur. respondendum est illud
nõ anfractuosis implexũ esse ambagibus sed rectitudinẽ veritatis habere/& nudã mani-
festamq́ explanationem. Non enim putandum est ipsum esse/siue per se esse/diuinam
aliquam esse substantiam sub deitate suprema constitutam/ aut angelicam. quæ qui-
dem vt ministra & cooperatrix summi dei: sit causa subsistendi omnibus quæ sunt. sed
ipsum esse diuinum quod supersubstantiale est: omnibus initium & causa subsistẽdi est.
Neq́ itidẽ dicendũ est viuificam/vitæq́ indultricem esse aliquã deitatẽ aliam: pręter su
premam illam diuinamq́ vitam/omniũ quæ sunt & ipsius quoq́ vitæ in omnia propa-
gatæ illi participãtia authorẽ. Neq́ (vt paucis absoluãtur oĩa) sentiendũ est essentias cœ
lestes atq; substãtias vt angelicas aut subdiuinas: esse principales rerum conditrices ac
productrices. quemadmodum ponere visi sunt nonnulli: qui huiusmodi cœlestes sub-
stantias confinxerunt esse creaturarum deos & opifices. & ausi sunt illos astruere deos:
quos vt libere & ingenue veritas proferatur/ neq́ ipsi qui eos astruxerunt nouere:
quãdoquidem nullo modo sunt/neq; patres eorum huiusmodi deos cognouerũt. Cęte
rũ ipsum esse/ipsa vita/ipsa deitas/si absolute principaliter & primitiue sumantur atq́
secundum causam: sunt vna causa quæ deus est/et vnum principium omnia principia
excedens/atq́ supersubstantiale. Si vero ipsę eædem appellationes sumuntur partici-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pabiliter/contracte & secundario: tunc dicuntur esse virtutes illæ prouidentissimæ/ ex deo minime secundum substantiam communicabili prouenientes/atq; in ipsas creaturas transfusæ. vtpote ipsa substantificatio substantiarumq; efficientia/ ipsa viuificatio viuentiumq; productio/& ipsa per se deificentia siue deificatio. quibus donis & perfectionibus diuinis extra propagatis/quando secundum modum sibi congruentem creata participant: & sunt & merito dicuntur subsistentia/viuentia/& diuina. Et eodē modo de aliis dicendūest. Hanc ob rem deus ipse qui supreme bonus est/author esse merito dicitur eorum quæ prima sunt & primo participantur a rebus: vt ipsius esse/ ipsius vitæ & ipsius sapiētiæ. Deinde author esse dicitur ipsorum integre omniū: vt essentiæ vniuersalis/totius vitæ & totius sapientiæ. vt scilicet omnia ambiāt a quibus participātur. Demū idem dicitur esse author ipsorū donorū particularium: vt particularis essentiæ/particularis vitæ aut sapiētiæ/vt in vno aut altero eorum quæ ipsis participant accipiuntur. Rursum deus ipse dicitur esse author eorum: quæ perfecte supradictis & plene participant. qualia sunt cœlestia agmina/ipso esse/vita/& sapientia excellentissime inter creaturas participantia. Deniq; & author est eorum: quæ supradictis ex parte solum & imperfecte participant. qualia sunt corpora sensibilia: quorum aliqua participāt ipso esse non tamen vita. nonnulla ipsius esse & vitæ participationē habent: nō tamen sapientiæ. Ad hæc/imperfecto admodū modo & ignobili si ad supercœlestia conferantur: hæc materialia/supradictis participare dinoscentur. ¶Neq; opus est (inquit) plura 166
de his disserere: aut in mediū afferre. quoniam nonnulli ex beatissimi patris præceptoribus (quorum hic citat testimoniū) dixerūt eū qui supreme bonus est & summus deus: esse ipsius bonitatis & deitatis authorem. vocantes in illa sua sententia bonitatem & deitatem: beneficum illud atq; deificum donum ex deo profluens/per quod ea quæ cōdita sunt: bonitatis & deitatis participationem obtinent. Ita ipsam pulchritudinem/ dicunt largitatem ex deo prodeuntem: pulchritudinis omnis in rebus effectricem. & totam/vniuersalemq; pulchritudinem: quæ omnia ambit & complectitur pulchra. & particularem pulchritudinem: quæ in hoc aut illo pulchrorum genere consideratur. & omnino pulchra: quæ integram habēt pulchritudinis participationē/vt cœlestes spiritus. & in parte pulchra: quæ imperfecte & exiliter ipsi pulchritudini sunt participantia. vt hæc corpora sensibilia. Et quæcunq; alia eodem modo cum superioribus dicuntur: indicantia prouidentias ac bonitates quæ a creaturis participantur/procedentes exuberanti profusione atq; emanantes ex deo: nequaq̄ secundum substantiā & id quod est participabili a rebus/tametsi secundum dona sua & perfectionum suarum deriuationes ab eis participetur. vt ipse deus qui author est omnium: vltra omnia & supra omnia sit. vt etiam is qui omnem substantiam/naturamq; transcendit: illis omnino emineat quæ substantiæ ac naturæ secundum modum sibi congruum participationem sortiuntur.

¶De sancto sanctorum/rege regū/domino dñorū/deo deorū. Cap. XII. 167

VErum enimuero quoniam quæcunq; de his dicenda erant/ congruū (vt reor) finem acceperunt: laudare iam conuenit infinitis nominibus præditum/& vt sanctum sanctorum/ E & regem regum/& regnātem in sæculum & in æternum & vltra/& dominū dominorum/deumq; deorum. Ac primo quidem dicendum/ quid ipsam sanctitatem esse putemus/ quid regnum/quid dominationem/quidue deitatem: & quid scriptura hac

Sanctitas. geminatione nominum significare velit. Itaq; sanctitas quidem est vt secūdum nos loquamur: omni scelere libera/ perfectaq; & penitus incoinquinata mundicia.

Regnum. Porro regnū est omnis termini/& ornatus/legisq; & iuris/ordinisq; distributio.

Dñatio. Dominatio vero/ non modo inter deteriores eminentia: verum omnis quoq; honestorum ac bonorum perfecta possessio/veraq; et indemutabilis firmitas. vnde & a libera potestate dominandi facienda: &

Deitas. F dominatio/& dominus/et dominans dicitur. At deitas græce theiotes iti-

dem: ꝙ prospiciat cuncta / prouidentia bonitateq; mirabili / et circũ omnia
currat / cunctaq; contineat / & se omnia repleat / atq; vniuersa trãscendat quę
prouidentia illius vtuntur. Hæc igitur in supereminente õnibus causa / ab-
solute laudanda sunt. appellandumq; illã: excellentẽ sanctitatẽ & domina-
tionem / regnũq; supremũ / et simplicissimã deitatẽ. Ex ipsa enim continuo
ac repẽte exorta est et distributa omnis mera diligentia totius syncerę mũ
diciæ / omnis rerum ordo / lex atq; distinctio: inconcinnitatẽ et inæqualitatẽ
atq; incongruentiã eliminans / & ad ordinatissimã identitatẽ ac rectitudi-
nem gestiens / et quæ ipsius participationẽ promeruerunt circũagẽs. omnis
perfecta / bonorũq; omniũ exacta possessio. omniũ benigna prouidẽtia in-
spectrix / et omnia continens quæ prouidentur: seipsam ad eos qui conuer-
168 tuntur in deum assumendos clementer insinuans. ℂ Quoniã vero exube-
ranter plenissimus est omnium author: per vnã excellẽtẽ cũcta excellentiã /
sanctus sanctorum prædicatur / et reliqua similiter per exuberãtissimã cau
sam / præcipuãq; eminentiã. ac si dicamus. quantũ excellũt ijs quæ nõ sunt:
ea quæ sunt sancta / aut diuina / aut dominantia siue regnãtia: quantũq; rur
sus participantibus eminẽt participationes ipsæ: tantũ ijs quæ sunt oĩbus /
is qui super omnia est superior emicat / participãtibusq; oĩbus atq; partici-
pationibus: imparticipabilis author. Sãctos autẽ et reges & dñ̃os et deos
scripturæ appellãt: quæ in singulis sũt magis principales distinctiones. per
quas secundæ atq; sequentes / diuina percipientes munera: distributionis il-
larum simplicitatem circa suas multiplicant differẽtias. quarum primæ va
rietatem: prouide ac diuine ad suam colligunt vnitatem. E

Sãctus sanctorum.
Rex regũ.
Dominus dominorũ.
Deꝰ deorũ

ℂ SCHOLIA STAPVLENSIS. ℂ Et vt sanctum sanctorum / & regem regum / & re-
gnantem in sæculum / & in æternũ & vltra / & dominum dominorum / deumq; deorum.
His excellentijs summa diuinitas / quæ omnem excellentiam superexcellenter superat:
in sacris eloquijs celebratur / coliturq;. In primis vt sanctus sanctorum: summus de-
us celebratur. Daniel cap. nono. Angelus Danieli. Tu autem animaduerte sermonem &
intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populũ tuũ & su-
per vrbem sanctam tuam / vt consummetur præuaricatio: & finẽ accipiat peccatũ / & de-
leatur iniquitas / & adducatur iustitia sempiterna: & impleatur visio & prophetia / & vn-
gatur sanctus sanctorũ. Et quoties in symbolis sanctus sanctorũ dicatur in Exodo / Le-
uitico & alijs sacris libris: longum esset colligere. Rex regũ. Paulus prima ad Timotheũ
epistola cap. sexto. Præcipio tibi corã deo qui iustificat omnia / & CHRISTO IHESV
qui testimoniũ reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem: vt serues mandatum si
ne macula / irrepræhensibile: vsq; in aduentũ domini nostri IHESV CHRISTI. quem
suis temporibus ostendet: beatus / et solus potens / rex regũ / & dominus dominantium.
Regnans in sæculũ. Psalmus centesimus quadragesimus quartus. Regnum tuũ regnũ
omnium sæculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem. Et psal-
mus centesimus quadragesimus quintus. Regnabit dominus in sæcula: deus tuus Sion
in generatione et generationẽ. Regnans in æternũ et vltra. Exodus cap. decimo quin-
to. Sanctuarium tuum domine: quod confirmauerunt manus tuæ. Dominus regnabit in
æternum et vltra. Dominus dominorũ. Psalmus centesimus tricesimus quintus. Confi
temini domino dominorum: quoniã in æternum misericordia eius. Deus deorum. Psal
mus quadragesimus nonus. Deus deorum / dominus locutus est et vocauit terram. Et
psalmus centesimus tricesimus quintus. Confitemini deo deorum: quoniam in æternũ
misericordia eius. ℂ At deitas gręce theiotes itidẽ: ꝙ prospiciat cuncta / prouidentia bo- F
nitateq; mirabili: et circum omnia currat. Vnde deitatem / siue diuinitatẽ Græci theiote-
ta dicunt a theoreo / aut theio. et theoreo prospicio et contemplor: theio vero quod et
theo / significat curro. Sed gręca a Græcis vlterius sunt requirẽda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶DVODECIMI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.



Diuinas appellationes quatuor/ geminatis nominibus expressas hoc 167
loco edisserit sacer Dionysius: proponens in principio q̄ quoniam
quæcunq; de supradictis nuncupationibus diuinis erant dicenda/ iã
ad suum finem perducta sunt: congruum erit nunc ipsum deum per-
multis & certo indeterminatis numero nominibus insignitum/ lauda
re vt sanctum sanctorum/ & regem regum/ & regnantem in sæculum
& in æternum & vltra/ et ut dominũ dominorũ/ deũq; deorum. Et pri-
mo quidem loco/ more doctrinali dicendum est: quidnam sit ipsa sanctitas/ quid regnũ/
quid dominatio/ quid deitas. & quid sancta scriptura per hãc nominum geminationem
Sanctitas. significare velit. Itaq; sanctitas est/ vt secundum humanum morem fiat sermo: mũdicia
Regnum. corporis et animi/ omni scelere libera/ perfectaq; et penitus incoinquinata. Regnũ au-
tẽ est cuiq; facta pro suo modo termini distributio et ipsius ornatus: legisq; qua viuendũ
Dñatio. est et iuris et ordinis constitutio. Dominatio vero non modo est inter imperfectiores et
inferiores eminẽtia: verũ etiam bonorũ & honestorũ perfecta possessio/ veraq; & inde-
mutabilis in bono firmitas. Vnde et a libera dominandi potestate quam habent qui do
minatum gerunt/ in suos subditos: et dominatio et dominus et dominans habet deno-
Deitas. minationem. Demum deitas gręce theiotes dicitur: q̄ prospectét cuncta deus sua pro-
uidentia ac bonitate singulari/ et circum omnia currat ambiatq; omnia suæ prouidentis
simæ gubernationis cura. q̄ etiam cuncta contineat ac cõseruet/ et seipso cuncta reple-
at: atq; vniuersa transcendat entia quæ illius vtuntur prouidentia ac sustentantur. Itaq;
hæc quatuor supradicta: in supereminẽte rebus omnibus causa absolute et principali-
ter laudãda sunt/ estq; ipsa merito appellãda: excellens sanctitas et dominatio/ regnũq;
supremũ et simplicissima deitas. Ex ipsa enim summa omniũ causa in ipso mundi initio/
protinus exorta est omnis syncæra diligentia totius puritatis et syncæritatis impermi-
xtæ in creaturis. vt non sint spiritualia carnalibus confusa/ neq; rerum proprietates per
confusionẽ inquinatæ. Est enim in deo suprema mundicia et puritas: cuius imaginem et
speciẽ rebus omnibus cuiq; pro suo captu impressit. speciosumq; hunc mundi ornatum
diligenter et gnauiter fabricatus est: vt in eo eluceant suæ mũdiciæ signacula rebus in-
dita. quare ipsi merito secundũ rationem prius assignatã attribuitur sanctitas. Ex ipsa iti
dem suprema rerũ causa dispositus est omnis rerũ ordo/ lex atq; distinctio: omnẽ incõ-
uenientiã/ disproportionem et incongruitatem a rebus propellens/ et ad dispositissimã
æqualitatem rectitudinemq; aspirans/ ac ea omnia quæ ipsius supremæ causæ participa
tionem sunt assecuta: dirigens et moderans. Per diffinitionẽ igitur antepositam: ipsi su-
premæ causæ conuenit etiam regnum. Rursum ex eadem summa rerũ causa ortum ha-
bet bonorum omniũ perfecta et integra possessio. Igitur et ipsius secundum rationem
iam datam est dominatio. Deniq; ex ipsa suprema omnium causa et in ipsa est beni-
gna prouidentia/ inspectrix omnium/ et omnia conseruans quibus prouidentiæ curã im
pendit: atq; seipsam clementer communicans rationalibus creaturis quę cõuertuntur in
deum/ vt eas ad se subuehat ac promoueat. Ex quo liquidum est per deitatis rationem 168
modo adductã: ipsi supremæ omniũ causæ deitatem esse attribuẽdã. ¶At vero quoniã
deus omniũ author/ affluenter omniũ perfectionum est plenissimus: nominatur sanctus
sanctorũ geminato sanctitatis nomine per excellentiã singularẽ sanctitatis/ cũcta trãscẽ-
dentẽ. & reliqua similiter vtpote rex regum/ dominus dominorum & deus deorũ præ-
dicatur: per insignẽ exuberantiã & præcipuã eminẽtiã. perinde atq; si quis diceret. quã-
tum ea quæ sunt sancta regnantia/ dominantia & diuina: excellũt ijs quæ nõ sunt talia.
& q̃tũ ipsæ participationes vt bonitas/ entitas/ vita/ sapiẽtia: eminẽt suis participãtibus
scilicet ijs quæ sunt bona/ entia/ viuẽtia & cognoscẽtia: tãto is qui est super omnia/ sub-
limior emicat ijs õnibus quæ sunt. & tanto itidẽ ipse author oĩm/ imparticipabilis scd̃m
substãtiã & id quod est: superior est oĩbus participãtibus/ vt bonis/ entibus/ viuẽtibus &
sapientibus: & oĩbus etiã participationibus/ vt bonitate/ entitate/ vita/ sapiẽtia & cęte-
ris. Porro diuinę scripturę appellãt in ãgelis et hoĩbus eos etiã sãctos/ & reges/ et dños/
et deos: qui in suo genere magis principales sortiũtur distinctiones/ ordines & gradus.
vt in cœlestibus spiritibus: illos qui cæteris superiores et eminẽtiores sunt. & in hoĩbus:
qui supremũ obtinẽt dignitatis & pręsidẽtię gradum. per quos quidem primos et sum-
mos: secundi et sequentes diuina suscipiunt dona/ in seipsos deriuata ac traiecta. Et in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

huiusmodi perceptione munerū: ipsi posteriores multiplicāt in varias differētias/& mul-
tifariam diuidūt simplicitatem distributionis ipsorum supremorū & angelorum et homi-
num. sicut & ediuerso primi: varietatem & multiplicitatē differentiarū ipsorum inferiorū
prouidentissima ac diuina ratione constringūt ac colligunt ad suam vnitatē ac simplici-
tatem. Quod enim est vnicū & simplex in supremis distinctionibus cum humanis tum
angelicis: idem sane est multiplex & diuiduū secundum distributionem in inferioribus.
perinde atq; in sole nostro superne emicante: vnica est lux refulgens & simplex. In subie-
ctis vero corporibus: multiplex illius distributio/ variaq; et late sparsa eius irradiatio.

CAP. XIII.

¶De perfecto et vno.

169 HSta & de his dicta sufficiāt: iam vero ad id quod est validis-
simum (si placet) differendum: pergamus. De authore sane G
omnium scriptura diuina/& omnia/et simul omnia prædi-
cat: et vt perfectum ipsum/& vt vnum celebrat. Perfectum H Perfectum.
quidem est/non solum vt in seipso & per se perfectum: et se-
orsum vniformiter per seipsum separatū/totumq; per totū
perfectissimum. verum & vt perfectionem superans: ex eo ꝙ supereminet
omnibus. omnemq; terminat infinitatem: et supra omnem expanditur fi-
nem/atq; a nullo capitur seu cōpræhenditur. sed pertingit ad omnia simul/
et super omnia: indeficientibus largitionibus & nunq̄ desinentibus opera-
tionibus. Perfectum item dicitur et vt incremēta non capiens/semperq; per-
fectum: & vt imminui nescium. quippe vt in seipso omnia antea excellenter
habens: atq; exuberans secundum vnam indesinentem & eandem/plenissi-
mamq; & nunq̄ imminuibilem largitatem. per quam omnia perfecta con-
170 summat: suaq; perfectione replet. ¶Vnū vero deus est: quia ōnia vnice est Vnum.
secūdum vnicam eminētiā vnitatis/omniumq; vnum est causa: nunq̄ egre-
diendo/discedendoq; ab vno. Nichil enim ex iis quæ sunt: vnius expers est.
cæterum vt numerus omnis/est monadis particeps: & vna dualitas/vnaq;
dicitur decas/et dimidium vnum/& tertium/et decimum vnum: sic omnia
et omnis omniū particula/vnius est particeps. et quia est vnum: sunt cuncta
quæ sunt subsistentia. Neq; enim vnum illud omnium causa/vnū ex pluri-
bus: sed ante vnum omne/omnemq; multitudinem/vniusq; omnis ac mul-
titudinis diffinitiuum. neq; enim est multitudo/quæ vnius sit expers: sed id
quidem quod plura partibus est/vnum est toto. et quod plura accidentibus:
vnum subiecto est. quodq; plura numero aut virtutibus: vnum est et specie.
et quod plura speciebus: vnum est genere. et quod plura processibus: vnum
principio est. nichilq; est in rebus: quod non vnius aliqua ex parte sit par-
ticeps. eius scilicet quod singulare per omnia: omnia & tota/omnia etiam
aduersantia singulariter quoq; coappræhendit. et sine vno quidem/mul-
titudo nō est: erit vero vnum sine multitudine/sicuti & monadem ante om-
nem multiplicatum numerum ponimus. Et si omnibus omnia coniuncta/
counitaq; quis ponat: erunt omnia toto vnum. Et id præterea sciendum: ꝙ
secundum vniuscuiusq; speciem ante animo præconceptam/coniuncta esse
dicuntur quæ coniuncta sunt. estq; vnum: omniū veluti elementum. Deniq;
si vnum tollas: neq; totum erit/neq; pars aliqua/neq; aliud quicq̄ in rebus.
171 Omnia enim in seipso: vnum vniformiter pręaccipit/atq; cōplectitur. ¶Hac I

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nempe ratione sacra eloquia diuinitatem totam vt omnium causam: vnius
appellatione cōcelebrāt. et vnus deus ac pater/ & vnus dominus IHESVS
CHRISTVS: et vnus atq; idem spiritus per excellens totius diuinæ vni-
tatis indiuiduum/ eminētemq; simplicitatem: in qua sunt omnia singulariter
collecta atq; coniuncta/ & ante supersubstantialiter compræhensa. Quocir-
ca & omnia ad ipsam iuste referūtur/ atq; redigūtur: a qua/ & ex qua/ et per
quam/ et in qua/ & ad quam omnia sunt/ et constituta sunt/ & permanent/
et continentur ac implentur/ atq; conuertūtur. Nichil deniq; in ijs quæ sunt
inuenies: quod non vno (secundum quod/ omnis diuinitas supersubstātiali-
ter nominatur) sit id quod est/ & perficiatur/ atq; seruetur. ¶ Et expedit vt 172
nos quoq; a multis ad vnum virtute diuinæ vnitatis conuersi: vnice laude-
mus totam atq; vnam deitatem/ vnum/ omnium causam. quod ante omne
vnum omnemq; multitudinem/ & partem et totum/ & terminū et indeter-
minationē/ finemq; & infinitatem est: quod omnia quæ sunt/ ipsumq; esse
determinat. quod omnium & totorum omnium simul/ et ante omnia et su-
per omnia singulariterq; est causa: quod super ipsum vnū est/ ipsumq; quod
vnum est terminat. namq; vnum quod est: inter ea quæ sunt cōnumeratur.
Porro numerus: substantiæ particeps est. vnum vero illud supersubstātiale:
et vnum quod est/ & omnem numerum terminat. ipsumq; est & vnius/ et
numeri/ & quæ sunt omnium: principium/ et causa/ & numerus/ et ordo. Id-
circo et vnitatis ac trinitatis appellatione celebratur: quæ est super ōnia de-
itas. neq; vnitas/ neq; trinitas: aut a nobis aut a quouis alio cognita est. Ve-
rum vt et ineffabilē ipsius vnionē & diuinā fœcūditatē celebremus: trinita-
tis atq; vnitatis sacratissima appellatione/ omne nomen excedentē appella-
mus/ subsistentibusq; supersubstātialē nominamus. Porro nulla monas aut
trinitas/ neq; numerus/ neq; vnū neq; fœcūditas/ neq; aliud quicq̄ conditū/
aut creaturæ alicui cognitū: arcanū illud (quod sermonē omnē & intelligen-
tiam superat) summæ deitatis quę super omnia altissime eminet/ aperit. neq;
nomen ipsius est/ neq; sermo: sed inaccessibilis emicat. ¶ Et ne ipsius qui- 173
dem bonitatis quasi congruū illi nomē offerimus: sed affectu ac desiderio
aliquid de ineffabili natura illa intelligēdi ac dicendi/ reuerētiæ plenū in pri-
mis illi nomen dedicamus: in quo tamē a theologis non dissentimus: licet
multū a rerū veritate destituamur. Idcirco ipsi quoq; ascēsum qui fit per ne-
gationes prætulerūt: vtpote animā a cognatis sibi auertētem/ et per omnes
diuinas intelligētias incedentē. a quibus excipitur longe: quod super omne
nomē est/ omnēq; sermonē/ atq; scientiā. postremo autē omniū ipsi cōiun-
gentē/ quātum & nobis illi iungi fas est. ¶ Istas nos intelligibiles diuinas 174
appellationes congessimus: et vt potuimus explanare studuimus. nō modo
non satis digne ac diligēter id munus executi (id enim veraciter et de se an-
geli diceret) neq; quidē angelicas laudes assecuti: quādoquidē extremis etiā
angelis præstātissimi theologi nostri sint inferiores. neq; theologis ipsis/ aut
ipsorū philosophiā assequētibus et cōsequētibus pares: verū ne ijs quidē qui
nostri ordinis sunt accedētes/ illis ipsis longe inferiores sumus. Itaq; si quidē
rite ista diximus/ et pro modulo nostro diuinis explicādis nominibus satis

Pia et humilis beati patris conclusio: & libri poratio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

animo inuigilauimus: authori bonorũ omniũ res tãta accepta referatur. qui
dedit primo vt diceremus: deinde vt bene diceremus. Sed et si quid a nobis
omissum est ex ijs quæ tantũdẽ valẽt: illud quoq; eisdẽ rationibus/eisdemq;
intelligẽtiæ modis supplere oportebit. Porro si hęc aut minus recte/aut mi-
nus plene diximus/& a veritate seu in toto seu in parte deuiauimus: erit hu-
manitatis tuæ corrigere non spõte ignorantẽ: sciẽtiamq; tradere discere cu-
pienti/atq; ferre opem nõ satis neruorũ habẽti/& curare nolentẽ egrotare.
et alia quidẽ ex teipso inuẽta/alia vero ab alijs mutuata/cuncta aute a sum-
mo bono accepta: trãsfundere in nos. Neq; pigeat amicũ fouere beneficio.
Vides nẽpe vt nos quoq; nichil ex traditis nobis sacerdotalibus rationibus
intra nos ipsos cõtinuimus: sed integras illas/atq; in nullo violatas & tibi et
sãctis alijs viris tradidimus. faciemusq; id quoad et nos dicere sufficiemus:
et ij quibus dicitur idonei erũt ad audiendũ/in nullo traditionẽ violãtes/nisi
forte ad intelligẽdum aut eloquendũ infirmiores erimus. Verũ ista quidẽ Significatiua theologia.
vt deo placitũ erit explicabuntur. Erit autẽ iste spiritualiũ dei nominationũ
quãtum ad susceptũ opus pertinet finis: transibimus autem nunc deo duce
ad significatiuam theologiam conscribendam.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶De authore sane omniũ scriptura diuina & omnia/ G
et simul omnia prædicat. Et õnia seorsum prædicat: quãdo ex omniũ nominibus authorẽ
omnium celebrat. vt cap. primo huius libri diuinorũ nominũ dictũ est: in quo ex supre-
morum nominibus/infimorũ & mediorũ (per quæ/reliqua non expressa intelligũtur) om
nium author celebratur. simul autẽ atq; collecte ipsum omnia esse prędicat: vt cũ diuinus
Paulus epistola ad Ephesios cap. primo ait. Et quæ sit supereminẽs magnitudo virtutis
eius in nos: qui credimus secundũ operationẽ potentię virtutis eius. quã operatus est in
CHRISTO suscitãs illũ a mortuis/& cõstituens ad dexterã suã in cœlestibus/supra om-
nem principatum & potestatẽ/et virtutẽ/& dominationẽ: et omne nomen quod nomi-
natur non solum in hoc sæculo sed etiã in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: et
ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiã/quæ est corpus ipsius/& plenitudo eius: qui om-
nia in omnibus adimpletur. Et ad Colossenses cap. tertio. Nolite mentiri inuicẽ/expoli-
antes vos veterẽ hominẽ cum actibus suis: et induentes nouũ eũ qui renouatur in agni-
tionem dei/secundũ imaginẽ eius qui creauit eum. vbi nõ est gẽtilis & iudęus/circũcisio
et præputiũ/barbarus & scytha/seruus et liber/sed omnia et in omnibus CHRISTVS.
¶Perfectũ quidẽ est/nõ solũ vt in seipso & per se perfectũ. Perfectus merito dicitur de- H
us: qui omniũ perfectio est/atq; superperfectus. Matthęus cap. quinto. Estote ergo vos
perfecti: sicut & pater vester cœlestis perfectus est. ¶Hac nẽpe ratione sacra eloquia di- I
uinitatẽ totam vt omniũ causã/vnius appellatione cõcelebrãt. Paulus ad Ephesios cap.
quarto. Vnum corpus/er vnus spiritus sicuti vocati estis in vna spe vocationis vestræ.
Vnus dominus/vna fides/vnũ baptisma. vnus deus & pater omniũ: qui super omnes et
per omnia & in omnibus nobis. Et prima ad Corinthios epistola cap. octauo. Et vnus
dominus IHESVS: per quem omnia/et nos per ipsum.

¶DECIMITERTII CAPITIS COMMNTARIVS AD LITTERAM.

169 
Ostremo huius diuini operis loco/duas alias dei appellatiões discutit
sacer Dionysius: scilicet perfectũ & vnũ. dicẽs q̃ quoniã de superiori-
bus dei nominibus satis ãpla & sufficiẽs facta est determinatio: reliquũ
est nũc ad illud disserẽdũ pergere quod est omniũ potẽtissimũ atq; effi-
cacissimũ/vtpote perfectũ & vnũ. nichil enim perfecto potẽtius/nichil
vno validius. Ab ipso enim perfecto: emanat omnis rerũ perfectio/vi-
gor et virtus. ab ipso itidẽ vno/omnis multitudo pẽdet & sustentatur:
non vnũ a multis. ab vno omnia: nõ ab õnibus vnũ. Ipsa plane diuina scriptura de deo
omniũ authore: et omnia seorsum/& simul atq; cõiunctim omnia enũciat. ac inter cæte-
ra: ipsum vt perfectũ & vnũ prædicat. Perfectũ quidẽ est deus/nõ solũ vt in seipso & per
se perfectũ: nõ aliũde neq; ab extrinseco perfectionẽ suscipiẽs. neq; solũ vt seorsum vni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Cap. 13

formiter per seipsũ separatũ/totũq; per totũ perfectissimũ:non habẽs in vna quidẽ par-
te maiorẽ perfectionẽ,in altera vero minorẽ/sed omniquaq; vnifomẽ. Verum etiam per-
fectũ dicitur deus/vt perfectionẽ superãs:ob idipsum ꝙ omnia trãscendit/& omnẽ ter-
minat indeterminatã numero aut mẽsura multitudinẽ & molem.et supra omnẽ rei sub-
sistentis finẽ superne expanditur:atq; a nullo capitur fine aut cõpræhẽditur.sed pertin-
git ad omnia simul/& super omnia:per indeficientes suorũ munerũ largitiones & nunq̃
desinẽtes suæ ꝓuidẽtiæ operationes. Perfectũ itidẽ dicit̃ deus:vt incremẽta suæ perfecti-
onis non capiẽs/more rerum inferiorũ/quæ sensim ad suã perfectionẽ perducũtur.sed vt
semper perfectũ:& diminutioni minime subiectũ.quoniã perfectionẽ omnẽ rebus indul-
tam in seipso ante excellenter habet:q̃ extra profluxerit.atq; exuberãter affluit in ipsius
perfectionis cõmunicatione/secundũ vnã eandemq; largitatẽ:quæ plenissima est/nunq̃
desinit aut exhauritur/neq; vnq̃ diminuitur.per quã sane largitatẽ/omnia quæ in rebus 170

Vnum.

conditis perfecta sunt:absoluit & cõsummat/suaq; perfectione replet. ¶At vero deus in
sacris litteris vnũ dicitur:quoniã ipse est omnia vnice/secũdũ singularẽ vnitatis eminen
tiam in ipso cõsistentẽ.et ipsum vnũ est omniũ causa:nũq̃ propter subsistentiũ multitu-
dinem egrediẽdo aut discedẽdo ab vno. Nichil enim ex iis quæ sunt:vnius participa-
tione aut denominatione vacat.sed vt numerus omnis est vnitatis particeps/& binari-
us dicitur vnus/itidẽ & denarius/& dimidia cuiusuis rei pars dicit̃ vna/et tertia pars/itẽ
et decima dicitur vna:sic omnia quæ subsistunt/vno participãt.et omnis cuiusq; rei par-
ticula:vnius est particeps.et quia est vnũ tanq̃ causa & opifex omnium:sunt etiã cuncta
quæ sunt subsistẽtia. Neq; putandũ est vnũ illud quod omniũ est causa/esse vnũ collectũ
ex pluribus:aut sumptũ ex numero pluriũ subsistentiũ.sed ipsum est ante omne vnũ et
ante õnẽ multitudinẽ:cuiusq; vnius & multitudinis diffinitiuũ atq; determinatiuũ. Nul-
la nãq; est multitudo:quæ vnius participatione careat.sed quod plura partibus est:vnũ
est toto/vt domus.et quod plura est accidẽtibus:vnũ est subiecto.vt calidũ/siccũ/leue et
lucidũ:vnus est ignis.quod itẽ plura numero est aut virtutibꝰ:vnũ est specie.vt Ioãnes/
Petrus et Paulus:in humana cõueniũt specie. Et cũ cuiusq; indiuidui sit alia vis aliaq; sin
gularis proprietas ab alterius indiuidui proprietate:quæ quidẽ ĩdiuiduales proprietates
hic nomine virtutũ designãtur.multa sane indiuidua diuersas habẽtia huiusmodi pro-
prietates/vt Socrates Plato/et Cicero:eiusdẽ speciei habẽt rationẽ/scilicet humanæ. Et
quod plura est speciebus:vnũ est genere.vt homo/equus/asinus/in vno genere animali
cõueniũt.et quod plura est processibus:vnũ est principio.vt multiplices in aere & oculis
animaliũ illuminationes:ab vno prĩcipio scilicet luce solis prodeũt.et diuersa ipsius vi-
tæ in viuẽtibus distributio:in vnũ reducitur principiũ/diuinã scilicet & absolutã vitã. Et
vt in summa/res ipsa colligatur:nichil est in rebus ipsis & toto subsistẽtiũ numero/quod
non vnius aliqua ex parte sit particeps.illius ĩquã vnius/quod singulare & simplex per
omnia:omnia & partes et tota/omnia etiã cõtraria et opposita/vt calida & frigida/hu-
mida & sicca/simpliciter et vnice coappræhẽdit atq; simul ambit. Et certe sine vno/mul-
titudo esse nõ potest:cũ omnis multitudo ex vno oriatur/& ab eo pendeat. Vnũ autẽ si-
ne multitudine esse potest:sicut fuit ante mundi cõstitutionẽ deus vnus sine creaturarũ
multitudine.queadmodũ & monadẽ numeralẽ/ante omnẽ numerũ ex vnitatibus multi-
plicatũ atq; cõpositũ:recte ponunt arithmetici. Et siquis õnia ponat omnibus cõiuncta
atq; coalita/more Anaxagorę ponẽtis quodlibet esse in quolibet:erũt tũc omnia vnũ
toto/quoniã tũc essent in eodẽ toto quod cõstituerẽt vnita. Illud tamẽ quod ex cõditione
hic ponitur/õnia scilicet omnibus esse cõiũcta:nequaq̃ est simpliciter admittẽdũ/quoniã
id incõfusæ rerũ discretioni atq; distinctioni cõtrairet. Neq; illud itidẽ est ignorãdũ/ꝙ ea
quæ cõiuncta sunt in aliquo toto:dicũtur in illo esse cõiuncta secũdũ vniuscuiusq; partis
speciẽ/ante in animo efformatã atq; cõceptã.vt partes domus materialis cõiungũtur in
domo:secũdũ exẽplar & effigiẽ domus formatã atq; effictã in mẽte artificis.et quæcũq;
in toto vniuerso rerũ genera cõiuncta sunt:secũdũ imaginẽ in ipsius dei cõditoris mẽte
ante effigiatã/ęternãq; rationẽ diuinã dicũtur esse cõiuncta/vt reuera vnũ sit quasi õniũ
elemẽtũ atq; principiũ. Demũ si vnũ tollat̃ a rebus:neq; totũ erit vllũ/neq; pars aliqua/
neq; aliud quicq̃ in rebus.quãdoquidẽ vnũ õnia in seipso vniformiter ante accipit atq;
cõpræhẽdit.haud aliter q̃ sublata vnitate numerali nullus omnino erit numerus:quoniã
vnitas ipsa õnẽ numerũ vnice & singulariter in se ãte habet secũdũ causã/atq; cõplectit̃.
Et sane permagna est analogia vnius in toto vniuerso authoris/ad vnitatẽ numeralẽ:
sicut & rerũ creatarũ ad numeros.queadmodum in opusculo de mystica significatione

171 numerorū diffusius discussimus:ex hoc loco sumptis affatim testimonijs. ¶Ob hāc sane
rationē modo adductā/quia vnū rerū omniū est elmētū:sacræ litteræ totā perfectāq; di=
uinitatē tanq̄ omniū causam/vnius nūcupatione prædicāt. Et vnus esse laudat deus pa=
ter/& vnus dominus IHESVS CHRISTVS/et vnus itidē spiritus sanctus.propter ex= 1.corin.8.
cellentē totius diuinitatis indiuiduāq; vnitatē/ac eminētē simplicitatē.in qua quidē sin=
gularitate ac vnitate:omnia quæ subsistūt/simpliciter & vnice sunt collecta et ante emi=
nēter cōpræhēsa. Quapropter & ōnia ad ipsam diuinā vnitatē merito referūtur atq; re=
ducūtur:a qua vt efficiēte/ex qua vt authore & causa/per quā vt ōniū formā et rationē/
in qua vt cōseruāte & cōtinēte/et ad quā vt optimū & extremū finē omnia sūt/et ordina
ta sunt/et permanēt/cōtinētur/atq; cōuertūtur.referēdo singulas prępositionū cū suis ca
sibus particulas:ad singula suo ordine postposita verba. Deniq; nichil in ijs quę sunt in=
uenietur:quin per ipsum vnū sit id quod est/& perficiat & cōseruetur.secūdū quod vnū:
172 omnis diuinitas supersubstātialiter denominatur. ¶Quin & illud expedire nūc videtur/
vt homines diuinorū mysteriorū studiosi a multis ad vnū virtute diuinæ bonitatis con=
uersi:vnice laudēt vnā ac totā deitatē/& vnū ipsum omniū causā/quod est ante omne
vnū omnēq; multitudinē/ante omnē partē & totū/ante omnē terminū et indetermina=
tionē/deniq; ante omnē finē & infinitatē.quod quidē vnū:ōnia quæ sunt/et ipsum esse
in omnia distributū determinat.quod etiā omniū seorsum/& totorū omniū simul:est opi
fex et causa.quod ante omnia & super ōnia/singulariter est.quinimmo quod super ipsum
vnū rebus cōmunicatū ac distributū est/ipsūq; quod vnū est in rebus:terminat. Nēpe
vnū quod est in rebus:inter ea quæ sunt recte numeratur.numerus autē:subsistētiæ est
particeps/atq; ipso esse participat. Vnū vero illud supersubstātiale & diuinū:terminat ac
definit & vnū illud quod est in rebus et omnē etiā numerū.ipsumq; est principiū & cau=
sa/numerus & ordo:et vnius & numeri et omniū quę subsistūt. Hāc ob causā ipsa deitas
quæ est super omnia:celebratur appellatione vnitatis & trinitatis. Neq; tamē vnitas di=
uina neq; trinitas:aut ab hominibus aut ab angelis/secūdū id quod est/cognita est. Ve=
rum vt ineffabilē deitatis in substātia vnionē/& in diuinarū personarū internis processi=
bus fœcūditatē quoquo pacto prædicēt homines:nomināt deitatē excedētem omne no=
men/sacratissima appellatione vnitatis ac trinitatis.et eā quæ supersubstātialis est:subsi=
stētium rerū nominibus vocāt. Verū neq; monas vlla/neq; trinitas/neq; numerus/neq;
vnū/neq; fœcūditas/nq; aliud quicq̄ creatū aut creaturæ alicui cognitū:aperit arcanū
illud & secretū diuinū/quod omnē virtutē ac intelligētiā transcēdit.neq; ipsa deitas vllo
173 exprimitur nomine aut sermone:sed inaccessibilis remanet & innoīabilis. ¶Immo neq;
ipsius bonitatis nomē/tanq̄ ipsi deitati cōgruū aut accōmodū:recte aut digne homines
offerūt ac applicant.sed affectu & desiderio aliquid intelligēdi ac dicēdi de ineffabili illa
deitatis natura:nomē bonitatis reuerētiæ ac venerationis plenū/ante ōnia illi ascribūt.
In quo tamē a diuinarū rerū tractatoribus nō dissentiūt/licet multū a rerum veritate de=
stituātur:neq; eo nomine aut alio quouis/ipsam veritatē exacte assequātur. Hāc ob cau=
sam theologi ascēsum ad deū qui fit per negationē:prætulerūt illi modo inuestigādi deū
qui fit per affirmationē. Nam cōscēsus ille ad diuina per negationē/magis auertit animā
hunanā a cognatis & materialibus rebus:et ad spiritualia rectius erigit. Idē etiā per om=
nes diuinas notiones gradatim incedit:ab imis per media ad sūma progrediēs/& om=
nia a deo auferēs.ꝙ ab omnibus huiusmodi intelligētijs longe excipitur/ac supercolloca
tur id vnū:quod est super omne nomē/super omnē sermonē/omnēq; scientiā. Postremo
174 ascēsus ille per negationē nos cōiungit deo per cōtēplationis habitū:quātum nobis fas
est ipsi deo cōiungi. ¶Demū beatus pater piā & humilē plenāq; modestię ponit totius
operis cōclusionē/& libri perorationē:ad Timotheū ipsū hæc verba dirigēs. Nos(inquit)
istas spirituales & intellectuales diuinas appellationes in vnū collegimus:& vtcūq; po=
tuimus eas explanare studuimus. Fatemur tamē ingenue:ꝙ id munus non satis pro rei
dignitate/nec sufficiēte diligētia sumus executi. Id enim & ipsi cœlestes spiritus de seip=
sis veraciter dicerēt:ꝙ non satis digne nec sufficiēter diuina nomina possent explicare.
Neq; in hoc opere angelicas laudes sumus assecuti/vt æqualiter & tātū diuina nomina
laudauerimus:quātum angeli in fœlicissima beatorū regione ea celebrāt & prædicant.
Nam qui præstātissimi sunt inter homines/diuinarū rerū perscrutatores:postremis etiā
angelis & infimis sunt inferiores. Neq; nos ipsi(inquit)deiloquis patribus et diuinorū
mysteriorū cōscijs/aut illorū disciplinam diuināq; intelligentiā assecutis:sumus pares.

Cap. 13

quinimmo neq; illos qui nostri sunt ordinis sacerdotalisq; functionis/diuinarũ notionũ
perspicacitate attingẽtes:illis in cognitione diuinorũ & explanatione sumus longe infe
riores. Cæterũ sacratissimus pater hoc loco quãto maior est:tanto se depressius in omni-
Ecci. 3. bus secundũ scripturæ sentẽtiam humiliat/seq; & theologis et sacerdotalis ordinis viris
modeste postponit. qui certe & plurimis theologorũ et pontificalẽ sortitis dignitatẽ viris
sui tẽporis:lõge erat superior. sublimioreq; volatu cœlos penetrauit/et lympidiore men
tis acie diuina perspexit: vt hæc ipsius opera apertũ & euidens perhibent testimonium.
Itaq; si ista supradicta(inquit)recte & vere diximus/et pro facultate nostra diuinis expla
nandis nominibus sufficiẽtẽ adhibuimus operã/animũq; satis intẽdimus:id totũ deo bo
norũ omniũ authori omnino acceptũ referat. qui nobis dedit primo vt diceremus ista:
1. regũ. 2. deinde vero etiã dedit vt eadẽ bene diceremus. Deus enĩ:sciẽtiarũ dominus est/& õnis
Ecci. 2. sapiẽtia a domino deo est/eãq; dat omnibus affluẽter. Qz siqua diuina nomina tãtundẽ
Iaco. 1. ferme valẽtia sicut ea quæ discussimus/prætermissa sunt:illa eisdẽ rationibus & modis
vt ea quæ expressa sunt/suppleri debent atq; dinosci. Nã per ea quæ posita sunt:intelli-
genda sunt similiter illa quæ nõ sunt explicata. Sin vero aut minus recte/aut minus ple-
ne disseruimus quæ ad materiã propositam attinẽt/& ab ipsa veritate aut omnino aut
partim aberrauimus:tuæ humanitatis erit officium ac munus me non sponte neq; affe-
ctatione ignorantẽ corrigere/& scientiam tradere michi desiderio discẽdi affecto/opem
itẽ ferre mihi imbecilli & nõ satis viriũ habenti/curare etiã eum qui ex electione et pro-
posito non vult ægrotare. Rursum & tuũ erit:alia ad hãc rem attinẽtia/hic non tradita
sed ex teipso inuẽta/aut ab alijs per disciplinæ studiũ mutuata/cuncta autẽ a sũmo bo-
Iaco. 1. no(a quo omne bonũ profluit)accepta:in nos per doctrinæ cõmunicationẽ trãsfundere/
neq; te pigeat me amicũ tuum impartiẽdæ sciẽtiæ fouere ac subleuare beneficio. Perspi-
cis enim aperte: q; nosipsi nichil ex diuinis mysterijs & sacris altissimarũ rerum sermoni-
bus ac rationibus nobis traditis/occultauimus intra nos ipsos aut abscondimus. sed hu-
iusmodi diuinarũ rerũ rationes/integras & nullatenus inquinatas:tibi & alijs viris san-
ctis cõmunicauimus. idẽq; posthac semper faciemus:q̃diu & nos ad dicẽdũ sufficientes
erimus/& ij quibus nostra dicẽtur verba/ad audiẽdũ erũt idonei. in nullo traditionẽ sci-
entiæ ab alijs acceptæ violaturi:nisi forte ad intelligendũ cœlestia sacramẽta aut ad ex-
plicãdũ illa imbecilliores fuerimus q̃ exigat ipsius materię sublimitas. Cæterũ quæ dein-
de dicẽda sunt mysteria: vt dederit deus/eiq; placuerit/explicabũtur. Erit itaq; iste spiri-
tualiũ ac intellectualiũ dei nominũ(quantũ ad præsens opus attinet)finis. trãsferemur
autẽ nũc deo ductore & adiutore:ad significatiuã theologiã pro viribus expromẽdam.
Et hãc quidẽ symbolicã de deo disciplinã:cõscripsit(vt hic instituerat)sacratissimus pa-
ter. in qua quomodo materialiũ/sensibiliũq; rerũ nominibus/deus in sacris eloquijs lau-
datur: vt nomine solis/fontis/ignis/leonis & lapidis/et quid spiritualis intelligẽtię in illis
delitescat appellationibus: diffuse disseruit. quemadmodũ in libro de cœlesti hierarchia/
significationes formarũ figurarũq; sensibiliũ/quibus cœlestes spiritus describũtur:expo-
suit. Verũ hoc munere significatiuę theologię(prohdolor)caremus. quod sane si ad nos
transijsset:diuitijs omnibus & thesauris haberi deberet preciosius. At pro hoc diuinorũ
nominũ opere nũc exacto/q; etiã non delituerit obsitũ tenebris & puluere/sed in publicũ
ad piam legẽtium institutionẽ prodierit:perpetuas deo debemus gratias. Cui sit honor
et gloria in sæcula seculorum. Amen.


Diuini Dionysij Areopagitæ
libri de diuinis nominibus
cũ dei gratiarũ actione
et suorũ sanctorũ no-
minũ sẽper bene-
dictione:
finis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

¶Diuini Dionysij Areopagitæ Atheniēsium Episcopi et Galliarū apostoli ad Timotheum Ephesinum episcopū / de mystica theologia liber: adiuncto ad litteram familiari commētario declaratus.

CAP. I.

¶Quænam sit diuina caligo.

1 Rinitas supersubstātialis / deitate ac bonitate superior / diuinæ Christianorum sapientiæ præsul: dirige nos ad mysticorū eloquiorum supreme incognitum et lucidissimum / atq; eminentissimū verticē. vbi simplicia & absoluta atq; inuertibilia theologiæ mysteria secundum superluminosam silentij A in occulto docentis / superliquidissimā q; caliginem sunt adoperta: in dēsissimis tenebris eum qui plusq̄ excellentissime splendet superlucētem / & in refugiente omnino tactum atq; inuisibili / honestissimis fulgoribus & plusq̄ pulchris excellenter implentem vacuos oculis spiritus.
2 ¶Hæc interim paucis orauerim. Tu vero Timothee charissime intētissima contuendis spectaculis mysticis exercitatione: & sensus lique et intellectuales operationes / et sensibilia & intelligibilia omnia / et quæ non sunt / & quæ sunt omnia. et vt illi iungaris qui super omnem substantiam / omnemq; scientiam est: ignote pro viribus teipsum intende. Enimuero abs teipso atq; ab omnibus / libere & absolute ac pure excedendo: ad supersubstantialem diuinæ caliginis radium sublatis omnibus / et absolutus ex omnibus euolabis.
3 ¶Hæc autem caue: ne quis imperitus ac rudis exaudiat. Eos autē sic appellauerim: qui visibilibus affixi / nichil supra ea quæ obtutibus ac sensibus patent supersubstantialiter esse arbitrantur. putantq; scientia sua illum assequi: qui posuit B tenebras latibulum suum. Si vero eos qui sunt huiusmodi / longe supereminent diuinorum mysteriorum notiones: quid de illis dicemus qui longe imperitiores / supremam illam omnium causam ex infimis quoq; creaturis effingunt? nichilq; hanc excellere fictis ab se impijs / varijsq; sculptilibus autumant? cum debuerint potius ipsi omnium causæ / omnes etiam rerum applicare atq; affirmare positiones: rectiusq; de ea illas omnes (vt quæ super omnia sit) negare. neq; arbitrari negationes aduersari affirmationibus: sed longe prius ipsam supra priuationes esse / quæ super omnem & ablationem et positionem est.
4 ¶Sic itaq; diuinus Bartholomeus ait: & plurimā theologiam esse & minimam / euangeliumq; & latum et magnum / rursusq; concisum. Michi quidem illud mirifice intellexisse videtur: quia et plurimis verbis exprimitur bona omniū causa / & breuibus simul et nullis. vt quæ neq; verbum / neq; intelligentiam admittat: q omnibus supersubstantialiter et excellēter emineat. solisq; illis amoto velamine veraciter luceat: qui impura omnia & pura transiliunt / omnemq; omnium sanctarum summitatū ascēsum transcendūt. cunctaq; diuina lumina / & sonos / sermonesq; cœlestes deserentes / caliginem subeunt: vbi veraciter ille est (vt scriptura ait) qui supra D omnia est.
5 ¶Neq; enim ab re diuinus Moses primum vt mūdetur admo- E

C Bartholomeus.

netur/& rursus vt ab ijs qui non sunt huiusmodi separetur: et post omnem illam expiationem/ buccinarum clangores varios exaudit/ cernitqꝫ lumina plurima/plures atqꝫ multifidos vibrãtia radios. mox vero segregatur a vulgaribus turbis: & cum electis sacerdotibus ad summitatem ascensionum diuinarum contendit. ibiqꝫ non ipsi congreditur deo/neqꝫ ipsum cernit(est enim inuisibilis deus) sed locum vbi stetit. Hoc autem(reor)insinuat augustissima quælibet & suprema visibilium atqꝫ intelligibilium: rationes cõgruas ac signa quædam esse eorum quæ subiecta sunt/omnia trãscendenti deo. per quæ: ipsius præsentia omnem intelligentiam superans/demonstratur supra spirituales sanctissimorum ipsius locorum summitates supergressa. Tum vero ipsa quoqꝫ visibilia atqꝫ intellectualia contemplator linquens/ingreditur ignorationis mysticam profecto caliginem: in qua omnia scientiæ cognitionis præsidia terminans/totus in eo fit qui tactum penitus visumqꝫ refugit/transcẽditqꝫ õnia/& qui nullius est/neqꝫ suimet/neqꝫ alterius. penitus autem ignoto: scientiæ omnis & cognitionis vacatione/præstantiore modo coniunctus. et eo quoqꝫ ipso ꝙ nichil cognoscit: supra sensum/mentemqꝫ cognoscens.

A ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Secundũ superluminosam silentij in occulto docentis/superliquidissimamqꝫ caligine sunt adoperta. De diuino silẽtio non per priuationem & defectum dicto/sed per arcanorum ineloquibilem manifestationẽ: ita vt ea quæ iam super visum/mentẽ & verbum videntur/maneãt ineffabilia: Apocalypsis cap. octauo. Et cum aperuisset sigillum septimũ: factum est silentiũ in cœlo. Et vidit diuinus Paulus ad sacrum cœleste silẽtium raptus/arcana verba: quæ non est amplius potestatis viri eloqui. De caligine vero: quę superlucida/superimmensa/& inaccessibilis lux est/improportionaliter omnem & rationalẽ et intellectualẽ oculum superexcedens/vt linea infinita punctum: psalmus nonagesimus sextus. Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia et iudicium correctio sedis eius. Et de illa superlucente caligine/et illuminãtibus tenebris: symbolũ habetur Exodi cap. decimo quarto. Et erat inquit nubes tenebrosa: & illuminãs

B noctem. ¶Putant sciẽtia sua illũ assequi qui posuit tenebras latibulũ suum. Psalmus decimus septimus. Et ascẽdit super Cherubim & volauit: volauit super pẽnas vẽtorum. et posuit tenebras latibulũ suum. Et secundus regũ cap. vicesimo secũdo. Posuit tenebras

C in circuitu suo latibulũ: cribrãs aquas de nubibus cœlorum. ¶Sic itaqꝫ diuinus Bartholomæus ait & plurimã theologiam esse et minimã. Hic diuinus Bartholomæus est: de quo actuum apostolorũ cap. primo legitur. Et cum introissent in cœnaculũ: ascenderunt vbi manebat Petrus/et Ioãnes/et Iacobus/et Andreas/Philippus/et Thomas/Bartholomæus/et Matthæus. Et quæ vir iste diuinus/vnctusqꝫ dei apostolus/angelorũ(vt memoria proditum est)familiaris collocutor/diuina litterarũ monumẽta scripta reliquerit: ad nostrorum temporũ cognitionem non peruenerũt. IHESV superna bonitas det: vt

D ne õnino perierint. ¶Vt scriptura ait/qui supra õnia est. Paulus ad Ephesios cap. quar-

E to. Vnus deus et pater omniũ: qui super õnes. ¶Neqꝫ enim ab re diuinus Moses. Exodi cap. decimo nono legitur: quo pacto deus qui in caligine descensurus erat/præceperit populum sanctificari & lauari. In quo intelligere promptũ est: vt Moses ad caliginẽ itidẽ lotus cum electis sacerdotibus/vno quidem aut pluribus(nam cum Aaron legitur)conscenderit. Et de buccinę clangoribus/& varijs luminibus: illic admonemur. Fxodus autẽ nunc sic habet. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis: vt audiat me populus loquentem ad te/& credat tibi in perpetuũ. Vade ad populum & sanctifica illos hodie et cras: lauentq; vestimenta sua/& sint parati in diem tertiũ. in die enim tertio descendet dominus corã omni plebe super montẽ Sinai. Descenditqꝫ Moses de mõte ad populũ: & sanctificauit eum. Iamqꝫ aduenerat dies tertius/& mane inclaruerat. et ecce cœperũt audiri tonitrua/ac micare fulgura: et nubes densissima operire montẽ. clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat: & timuit populus qui erat in castris. Cũqꝫ eduxisset eos Moses in occursum de loco castrorũ: steterunt ad radices montis. totus autem mons Sinai fu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

mabat: eo q descendisset dominus super eum in igne/& ascenderet fumus ex eo quasi
de fornace. eratq; omnis mons terribilis:& sonitus buccinæ paulatim crescebat in mai9/
& prolixius tendebatur. Descenditq; dominus super montem Sinai in ipso montis ver=
tice:& vocauit Mosem in cacumen eius. cui ait dominus/vade descende: ascendesq; tu
& Aaron tecum. Et capite vicesimo. Cunctus autem populus videbat voces & lampa=
des/& sonitum buccinæ/montemq; fumantem:& perterriti/& pauore concussi steterũt
procul dicentes Mosi. loquere tu nobis: & audiemus. non loquatur nobis dominus: ne
forte moriamur. Et ait Moses ad populum. nolite timere. vt enim probaret vos: venit
deus.& vt terror illius esset in vobis:& non peccaretis. stetitq; populus de longe: Mo=
ses autem accessit ad caliginem in qua erat deus.

¶PRIMI CAPITIS LIBRI DE MYSTICA THEO= LOGIA COMMENTARIVS AD LITTERAM.



1 Voniam vt in libro præcedente/capite tertio dictum est/ante omnem
actum & in theologia maxime/ab oratione ad deum inchoãdum est:
de mystica theologia in hoc libro determinaturus sacer Dionysius/
orationem in ipso operis exordio præponit. per quã a supersancta tri=
nitate petit diuino illustrari radio: quo perducatur ad diuinę caliginis
introitum/& dignam illius intelligentiam atq; explanationẽ. Estq; ip=
sius altissimæ & imprimis præclaræ orationis: hęc fere sententia. O tri
nitas summa/super omnem substãtiam superne locata/& deitate ac bonitate superior.
vt hæc scilicet participata sunt a creaturis/deificaq; & benefica munera insinuãt: a qui=
bus multi & in cœlo & in terra & dij & boni dicuntur. quẽadmodum secunda beati Dio 1.corin.8.
nysij epistola & adiectum ei scholium: dilucide explanant. O suprema etiã trinitas quæ
es præsul & dux diuinæ sapientiæ Christianorum/quibus veram dei cognitionem & cõ=
templationem indulges tuæ lucis irradiatione: dirige nos ad summitatem verticemq;
arcanorum eloquiorum: supreme incognitum ob celsitudinem eius inaccessibili luce cir
cunseptam/ac lucidissimũ ob diuinæ claritatis immensum in eo splendorem. & eminen=
tissimum ob sublimitatem ipsius ab omnibus exceptam. In quo quidem vertice eminen
tissimo: secretissima theologiæ mysteria/simplicia ob ipsorum singularitatem & collecti=
onẽ/absolutaq; quia ab omni participatione abstracta/& inuertibilia ob ipsorum immu=
tabilitatem & constantissimam firmitatem: sunt adoperta & occultata nõ quidẽ carnali=
bus signis/sed immensitate diuini fulgoris/secundum caliginem diuinam: omne lumen
excedentem & claritatis eximiæ. vbi est silentium in occulto docens/arcanorũq; inexpli
cabilis reseratio/sine verbo & sermone: quia super omnem locutionem & sermonem.
Quę sane diuina caligo superillucet & manifestat deũ in densissimis ignorationis super=
diuinæ tenebris: qui excellentissimo & super omnem excellentiam claro splendore co=
ruscat. Eadem quoq; diuina caligo/vt eum qui tactum omnem refugit & inuisibilis est
pijs mentibus insinuet: implet spiritus cum humanos tum angelicos carentes oculis.
Quod postremũ ideo adiectum est: quoniam quãuis spiritus illi sint oculatissimi inter=
na mentis acie/præstringit tamen & offendit eorũ intellectum/immensitas illa diuini lu
minis. vt immensitas lucis ipsius solis vacuos facit & incapaces sui/oculos eam cape=
re volentes. se tamen omnibus pro captu cuiusq; cõmunicat:& capacitati sanctorũ spiri
tuum se accõmodat. Implet inquam diuina caligo ipsos spiritus captos oculis: excellen
2 ter clarissimis fulgoribus/& omnem visibilium venustatem excedentibus. ¶Deinde
Timotheum (ad quem præsentem scribit librum) admonet sacratus pater: qua via/
quove modo ad diuinæ caliginis accessum admitti debeat. Hæc supradicta (inquit)
in orationis modum ad deum profusa sint. Tu ipse vero O Timothee/per exercita=
tionem assiduam ad speculanda mysteria secreta maxime intentam & sedulam: omnes
sensus actiones relinque/itidem & intellectuales operationes. quinimmo & sensibi=
lia & intelligibilia omnia desere/necnon & ea quæ non sunt & quæ sunt. & teipsum
pro viribus exerce atq; ad deum conuerte per ignotum modum ac menti incognitum:
vt illi iungaris qui est super omnem substantiam/omnemq; scientiam. Sane vbi a teip=
so & ab omnibus quæ sunt/libere pure & absolute excesseris: tum sublatis vniuersis
quæ sunt & sensibilibus & intellectualibus/& expeditus liberq; ab omnibus: ad super=
3 substantialem diuinæ caliginis radium euades ac pertinges. ¶Admonet deinceps Ti=
motheũ: ne hæc tam ardua diuinæ caliginis mysteria rudibus & ignaris cõmunicet. Eos

autē imperitos ac idiotas hic vocat/ qui rebus sensibilibus inhærētes: nichil spirituale/
intellectuale ac supersubstantiale esse putāt supra ea quæ corporalibus oculis apparent.
& solo sensu metientes quæ noscunt: nichil vltra illius vim cognitioneq; ponūt. Ac scien
tia sua illum se cōpræhensuros arbitrantur: qui in dēsissimis diuinæ caliginis tenebris oc
cultus manet & abstrusus. Cū autē diuinorū arcanorū cognitiōes longe superēt eos qui
1.corin.2. huiusmodi sūt/ soli sensui & rebus corporalibus addicti (quoniā animalis homo nō per-
cipit ea quę dei sunt) quid de illis igitur est dicendū: qui longe rudiores ac stolidiores ip
sam supremā omniū causam ex infimis & abiectissimis effingūt creaturis/ arbitrati deita
tis numen suis inesse simulacris: & diuinitatē ipsam nichil differre a varijs sculptilibus
cū magna impietate ac superstitione a se efformatis. cum deberent potius ipsi omnium
causæ omnes rerū positiones affirmationesq; attribuere: quinimo verius oēs illas posi-
tiones de suprema oīm causa negare/ quoniā est supra ōnia. neq; arbitrari debuerint ne-
gationes in deo affirmationibus repugnare: sed omnino coincidere. & ipsam oīm cau-
sam existimare supra priuationes esse: vt quæ sit supra omnem positionem & ablationē. 4
¶ Itaq; diuinus Bartholomęus dignus deo apostolus/ ipsum de deo sermonē ac discipli
nā: & plurimā esse ait/ ꝙ ex omnibus rebus ea habetur. & minimā: ꝙ nulla res aut locu
tio exacte eā explicat. Ita & euangeliū doctrināq; euangelicā/ quæ augustissima diuini-
tatis & humanitatis CHRISTI annunciat ac reserat sacramenta: latam & magnā esse
dixit/ quantum ad sententiæ vbertatē & copiā plurimis explicandam verbis. eandemq;
dixit esse concisam & contractam: ob verborū breuitatē & inopiā/ vt quæ nō sufficiāt rei
dicendę magnitudinē ęquare. Quod sane dictū: excellentē diuinorū in ipso sacratissimo
Bartholomęo intelligentiā/ perspicue declarat. quoniā optima rerū omniū causa & plu-
rimis exprimitur verbis: ꝙ sit oīa. & breuibus etiā verbis ac paucis: ꝙ sola in rebus præ-
stantissima illi sint applicanda/ quæ aliorum collatione perpauca sunt. nullis deniq; ver-
bis eadē exprimitur/ ꝙ nichil sit eorū quę sūt: neq; verbū vllū aut cognitionē admittat/
quoniā omni sermone & sciētia superior est ac eminentior. eadē quoq; summa omnium
causa solis illis syncæro lumine spirituali illuceat/ posito sensibiliū omniū ac intellectua-
lium velamine: qui omnia corporalia & spiritualia supergrediūtur (hæc enim pura hic
dicūtur: quia a materiæ consortio aliena. illa vero impura/ quoniā materialia sunt) quiq;
omnem supernorū spirituū summarūq; virtutū angelicarū ascensum in deum/ transcen-
dunt. & deserentes cuncta lumina diuina/ sonos spirituales/ sermonesq; cœlestes/ diuinā
Ephe.4. subeunt caliginem: in qua veraciter ille est qui secūdum scripturæ testimoniū super om- 5
nia est. ¶ Demū diuinę caliginis subeundæ symbolum ac signū sensibile declarat bea-
Exo.19. tus pater in Mose. qui a deo iubetur in Exodo primū mundari: & deinde separari ab ijs
qui non sunt mundi. post omnem autē illam expurgationē & sanctificationem: exaudit
Moses buccinarum clangores/ cernit & fulgura varijs coruscationibus emicantia. Po-
stea vero segregatur a multitudine populi: & cum delectis sacerdotibus ad cacumen &
verticē montis ascendit. Ibidēq; nō ipsi coniungitur deo/ neq; ipsum cernit vt qui sit de
se inuisibilis: sed solū videt locū vbi stetit deus. Hoc autē quod modo dictū est/ Mosem
scilicet in culmine montis non vidisse deū sed locū vbi stetit: significat excellentissimas
& supremas proprietates visibiliū creaturarū & intellectualium/ esse congruos quosdā
modos & signa: in ijs quæ deo omnia eminēter trāscendenti subiecta sunt. per quæ pla
ne signa: ipsius dei præsentia omnem superans cognitionem demonstratur/ super om-
nem spiritualium ipsorum locorum summitatem excellētiamq; superne collocata. Lo-
cus enim dei hic dicitur: vestigium & imago ipsius dei in creaturis. qui ob insitam illis
dignam aliquam proprietatem diuinorum æmulam: præsens illis adesse dicitur/ & qua-
si in loco subsistere. Omnes autem huiusmodi cōditiones inditas aut acquisititias/ qui-
bus creaturæ deum imitantur: ipse longe transcendit. & idcirco diuina præsentia recte
hic dicitur spirituales sanctissimorum ipsius locorū summitates supergressa. Deinde ve
ro ipse diuinorum contemplator/ & visibilia omnia & intelligibilia post se relinquēs: in-
greditur mysticā diuinæ ignorationis caliginē. in qua omnia scientiæ & cognitionis ad-
minicula terminās/ imo ad illius introitū oēm deponēs a se cognitionē ac scientiā/ & ōni
notione se exuēs: totus in eo absorbetur & efficit qui neq; tactu neq; visu pcipi potest/
quiq; transgreditur omnia/ & qui nullius etiā est neq; suimet neq; alterius. Nēpe ipse ta
lis contēplator euadit hoc modo ad ipsum absolutum/ & penitus absolutum. Quod au-
tem omnino absolutū est: vt tale/ nullius est/ quia ad nulla prorsus habet habitudinem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

neq; ad se neq; ad alterū. & ergo ipsum neq; sui est neq; alterius. Nempe si suimet esset: subiret rationem non absoluti/ vt eiusdem aut alterius. quod est contra positum. Itidem si esset ipsum alterius: subiret etiam rationem non absoluti/ vt causę/ principij/ conditoris/ aut similium. Non esset igitur illud quod perspicitur in diuina caligine/ omnino absolutum: vt ponebatur. Ipse autem contēplator/ deo penitus ignoto cōiunctus est in hac diuina caligine: per vacationem atq; carentiam omnis scientiæ & cognitionis. qui sane cognoscendi modus præstantior est q̃ quiuis alius: per notiones & intelligētias ad deū conscendere annitens. Nam eo ipso ꝙ diuinam ingressus caliginem speculator diuinorum/ nichil cognoscit: ipse est supra sensum & mentem omnem cognoscens.

¶Quomodo oportet & coniungi/ & laudes referre authori omnium cuncta excellenti. Cap. II.

6 AD hanc nos perlucidam/ liquidissimamq; caliginem admitti oramus: et per visus/ scientiæq; priuationem videre ac scire eū qui aspectum omnem scientiamq; transcendit (et hoc ipsum non videre/ et non scire: est veraciter videre ac scire) et eum etiam qui substantia superior est: supersubstantialiter ex omniū quæ sunt ablatione celebrare. veluti qui natiuam effigiem ex quauis materia faciunt/ omnia tollentes quæ impedire possint liquidum latentis decoris intuitum: ipsamq; in seipsa pulchritudinem occultā sola sublatione pandentes. Oportet autem (vt reor) ablationes cōtra/ ac positiones collaudare. Illas enim a primis inchoantes: et per media ad extrema descēdentes/ ponebamus. hic autem ab extremis ad prima gradibus factis ascendentes: omnia tollimus. vt ignoratione̅ illā velamine amoto noscamus: quæ a noscibilibus cunctis in ijs quæ sunt ōnibus operta monstratur. supersubstantialemq; caliginem illam intueamur: quæ ab omni in substantijs emicante luce occultatur. Manuductio ex sculptili. F H I

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Illas enī a primis inchoantes. Illas: illas positiones. et in primo capite diuinorū nominum: hunc beatus pater posuit ordinē. Incepit ab ente siue qui est/ nomine dei. subinde adiungēs: vitā/ lucem/ deū/ veritatē. in hæc fine̅s: sol/ stella/ ignis/ aqua/ spiritus roris/ nubes/ petra. In negatiua autē theologia: ablationes a nouissimis/ infimisq; rebus incipimus. Et cur ponendo & auferendo/ diuerso procedamus modo: causam postmodum dicturus est/ capite tertio huius/ numero 9. F

¶SECVNDI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

6 QVomodo ad diuinam caliginem subeundam disponi debeamus/ & in ea deo cōiungi: hic determinat sacer Dionysius. dicens ꝙ ad hanc clarissimo lumine refulgentem & lucidissimā caliginē (quæ in quinta beati patris epistola diffinitur esse lux inaccessibilis quam inhabitat deus: & ibidem latius explicatur) admitti: obnixe petere debemus a deo. & per visus atq; scientiæ priuationem eum videre ac scire hoc ignoto & nouo cognoscendi modo: qui omnem visum & scientiam longe transcendit. Et certe hoc ipsum non videre & non scire per diuinam ignorationem: est veraciter videre ac scire. Oramus item & exposcimus: ex omnium quæ sunt negatione supersubstantialiter eū laudare/ qui omni substātia superior est ac eminētior. Quēadmodū qui effigiē aliquā rei natura existentis repræsentatiuam sculpendo adaptāt in qualibet materia: oīa tollūt quæ impedire queūt apertū latentis in materia informi decoris aspectū/ & sola partium materiæ vt ligni aut lapidis amotione: pandūt ipsam imaginis pulchritudinem in seipsa occultam/ atq; sub ijs quæ tollūtur delitentem. Verū opposito prorsus ordine oportet deū per ablationes atq; negationes/ & per positiones siue affirmationes laudare. Nā in ipsis positiōibus/ a primis atq; ꝑfectissimis sumptū est exordiū in principio operis præcedentis: vbi diuina nomina certo quodam ordine sunt digesta. deinde per media rerū genera quæ summis & imis interiacent: ad postrema & infima

deuentũ eſt/quæ vltimum in ſubſiſtentibus habent perfectionis & ſubſiſtentiæ locũ/iti-
dem & nominationis. In negationibus vero ediuerſo a nouiſſimis & extremis inchoan-
dum eſt: & deinde per media gradibus quibuſdam aſcendendum ad ſumma. vt ꝙ deus
non eſt terra nec lapis: primo loco dicendum. deinde: ꝙ neq; ſol neq; ſtella. poſtremo ve
ro: ꝙ neq; mens neq; ſpiritus. Et in hoc laudandi genere: tollenda ſunt omnia/abnegã
daq; de deo. vt demum illa ignoratio/amoto rerũ omnium ſubſiſtentium velamine di-
noſcatur: quæ ab omnibus cognoſcibilibus & in omnibus quæ ſunt/ adoperta monſtra-
tur. De qua quidem diuina ignoratione: prima beati patris Dionyſij epiſtola nonnichil
diſſerit. Vt etiam superſubſtantialis illa caligo diuina conſpiciatur: quæ omni cognitiuę
appræhenſiuæq; virtuti in rebus ſubſiſtentibus emicanti occultatur. nulla enĩ lux in cre
aturis effulgens: ad diuinam illam caliginem poteſt pertingere aut peruenire.

¶ Quænam in theologia ſint affirmantia/& quæ negantia. Cap. III.



Taq; in eo quidem opere quod de theologicis inſtitutioni- 7
Liber theologicarum iſtitutionũ. bus ſcripſimus: quæ ſint affirmantis theologiæ imprimis
propria / celebrauimus. quomodo diuina illa benigniſſi-
maq; natura/ vnica: quomodo item trina dicitur. quænam
ſecundum hanc ſit patris/ quænam filij appellatio: quid iti-
dem iſtud eſt/aut quid ſignificare vult ſancti ſpiritus theo
G logia. quo pacto ex ſpirituali indiuiduoq; bono/ in cordis intimo: bonita
tis exorta ſunt lumina. quo item modo in ipſo/& in ſeipſis/atq; inuicẽ/coę-
terna manſiones germinatione permanent: & nuſq̃ ab ſe excedendo perſi-
ſtunt. quomodo ſuperſubſtantialis IHESVS: humanæ naturæ veritate/
H ſubſtantiamq; ſuſcepit. & quæq; alia a ſacris litteris expoſita: in memorato
I opere celebrata ſunt. Porro in libro de diuinis nominibus: quomodo bo-
nus appelletur/ quomodo ens/ quomodo vita/ & ſapientia/ & virtus/ &
iſtiuſmodi cætera/ad ſpiritualem diuinamq; appellationem pertinentia: di
ximus. In ſignificatiua autem theologia/quænam ſint a ſenſibilibus ad di-
Significatiua theologia. uina deductæ appellationes: quæ formæ diuinæ / quænam diuinæ figu-
ræ/ quæ membra et inſtrumenta / quæ diuina loca/ qui ornatus/ qui fu-
rores: quæ triſtitiæ et iræ/ quænam ebrietates et crapulæ/ quæ iuramen-
ta et quæ maledictiones/qui ſomni et quæ euigilationes/ et ſiquæ aliæ ſi-
K gnificantis figurationis: ſacratius fictæ formationes exprimuntur. ¶ Et te 8
arbitror deprӕhendiſſe: vt ſint extrema prolixiora prioribus. Oportebat
enim theologicas inſtitutiones/diuinorumq; explicationem nominum mi-
nus habere verborum/ breuitatiq; ſtudere magis: q̃ ſignificatiuam theo-
logiam. Nam quanto ad altiora contendimus: tantum ipſo contuitu intel
ligibilium/verba contrahi neceſſe eſt. Quemadmodum nunc quoq; caligi-
nem illam ſubeuntibus (quę omnem intelligentiam ſuperat) non breuitas/
ſed defectus õnino ſermonis atq; intelligẽtiæ occurret. Atq; illic quidem a
ſupremo ad infima deriuans oratio: pro quantitate deſcenſus/ad congruã
latitudinẽ extendebatur. nũc vero ab inferioribus ad id quod ſupremũ emi
net conſcendens: pro modo aſcenſus breuiatur. et poſt aſcenſum omnem/
omnino obmuteſcet: atq; ineloquibili illi tota iungetur. ¶ Sed fortaſſis in- 9
quiras/cur a primo poſitiones diuinas inchoare pergentes: diuinam abla-
tionem ab extremis inchoamus? Ob id ſcilicet/ꝙ cũ id ponamus quod ſu-
per omnem poſitionem eſt: eius rei ſignificantem affirmationem oportuit

ponere/quæ sibi propinquior sit. Cum vero id tollimus/quod omni ablati-
oni eminet: ab ijs quæ magis ab eo distant auferre. An vero non magis est
vita & bonitas: q̄ aer & lapis? & magis non crapulatur & non furit: q̄ non
dicitur & non intelligitur?
❡SCHOLIA STAPVLENSIS. ❡Quo pacto ex spirituali/indiuiduoq; bono. Psal- G
mus quadragesimus quartus. Eructauit cor meum verbum bonū: dico ego opera mea
regi. Ioannes cap. decimo quinto. Cum autem venerit paracletus/quem ego mittā
vobis a patre/spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de
me. Ecce a summo bono/summoq; patre: exorta leguntur ineffabilis diuinitatis lu-
mina. Et de mansionibus coæternarum germinationum in inuicem: Ioannnes capi-
te decimoquarto. Non creditis: quia ego in patre/& pater in me est? alioquin pro-
pter opera credite. & ego rogabo patrem: & alium paracletum dabit vobis (vt ma-
neat vobiscum in æternum) spiritum veritatis/quem mundus nō potest accipere. quia
non videt eum: nec scit eum. In illo die cognoscetis/quia ego sum in patre meo: & vos
in me/& ego in vobis. ❡In memorato opere celebrata sunt. In memorato opere: in li- H
bro hypotyposeon. Vnde & hic depræhensu q̄ facillimum est: q̄ sacrata/& omnium scitu
dignissima/illic discutiebantur. & quanta diuinarum opum sapientia: illo cum sacro ope
re periclitata est. ❡Porro in libro de diuinis nominibus. De bono: in libro de diuinis no I
minibus capite quarto. De ente: capite quinto. De vita: capite sexto. De sapientia: ca-
pite septimo. De virtute: capite octauo. ❡Et te arbitror depræhendisse: vt sint extrema K
prolixiora prioribus. Priora vocat: librum theologicarum informationum/institutio-
numq;. Posteriora vero: significatiuam theologiam. quo ex loco conijcere potes: gran-
de & propensum opus fuisse diuinam illam significatiuam theologiam. ❡Atq; illic qui- L
dem a supremo. Illic: in significatiua theologia.

❡TERTII CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

7 TRium a se compositorū de diuinis mysterijs operū materiā hic recē-
set sacer Dionysius: vt ostendat quæ in illis ad theologiam affirmati-
uam attinent/& quæ ad negatiuam. In libro (inquit) theologicarū in-
stitutionum: quæ theologiæ affirmatiuæ sunt propria/conscripta sunt
ac celebrata. quomodo scilicet diuina natura/vnica dicitur in substan
tia: & quomodo trina in personis. quænam secundum hanc diuinā na
turam sit patris appellatio/& quæ filij: quid item sancti spiritus voca-
bulum ac nomē in supersancta trinitate significat. Rursum quo pacto ex deo patre/spiri
tuali ac indiuiduo bonitatis fonte: in suæ substantiæ intimo ac sinu/filius & spiritus san-
ctus/vt gemina bonitatis lumina spiritualia/sunt exorti. quo itidem modo in deo patre/
ac mutuo in seinuicem/trium personarum mansiones cum perpetua tamen emanatio-
ne persistūt: & nunq̄ abinuicē digrediēdo/intimæ per inhabitationē mutuā permanēt.
Preterea in eodē theologicarū īstitutionū libro discussū est/quomodo IHESVS CHRI
STVS secundum diuinitatē supersubstantialis: humanæ naturæ veritatem ac substātiā
suscepit. cuius quidē mysterij: & quarta beati patris epistola aliquantā facit mētionem.
& quæcunq; alia aut sanctæ trinitatis aut dominicæ incarnationis mysteria/a sacris litte
ris declarata: in supradicto opere sunt exposita. In libro autē de diuinis nominibus di-
ctum est: quomodo deus appellatur bonus/quomodo ens/vita/sapiētia/& virtus/& hu
iusmodi talia: ad spiritualem/intellectualemq; dei nuncupationem pertinentia. De-
mum in libro de significatiua theologia est pertractatum: quænam sunt dei denomi-
nationes a sensibilibus rebus ad diuina traductæ/& quare deus in sacris litteris rerum
materialium nominibus appelletur. quæ item sint formæ & figuræ diuinæ: quibus in
sāctis eloquijs exprimitur/quæ mēbra & instrumēta corporalia/q̄ diuina loca/qui ornat9
& furores/q̄ tristitiæ & irę/quęnā sūt ebrietates & crapulę/ quę dei iuramēta & maledi-
ctiones/qui sōni et euigilationes. et siquæ alię formationes sensibiles figuratiōesq; signifi
catiuæ sacratiore modo effictę: ī scripturis exprimunt. Sane hęc fere oīa sensibilia signa
modo adducta/insuper & alia: certo digerunt ordine ac declarātur in nona epistola bea
ti patris Dionysij. quæ vna cū adiectis scholijs: ipsi9 significatiuę theologię quoquo pa
8 cto est ītroductoria. ❡Rationē deīde reddit breuitatis et ꝓlixitatis p̄dictorū triū operū:
in hoc illa adinuicem conferens. Et Timotheum alloquens ait ipsum facile depræhen-

dere posse: ꝙ horum trium operum postrema & vltimo hic nominata loco/ sunt proli-
xiora atq; protensiora prioribus & hic prius positis. Decens enim fuit librum theologi-
carũ institutionũ & de diuinis nominibus cõtractiores esse/ & breuitati magis studere: q̃
significatiuæ theologiæ librum. Nam quanto ad altiora fit conscensus: tãto magis ver-
ba ipsa breuiari et constringi est necesse/ ob propinquiorẽ & sublimiorẽ rerũ intellectua-
lium contuitũ. Atqui liber de significatiua theologia/ in imo versatur: & sensibilibus dei
nominibus explicandis intentus est. liber autem de diuinis nominibus: medio modo se
habẽtia tractat/ ascensumq; molitur super significatiuam theologiam. subsidet tamẽ &
inferior est (si materia attendatur) q̃ liber theologicarum institutionum: qui plane inter
hos tres supremũ tenet locũ/ & ascensum altiorẽ præstat. quare merito in eo succinctior
est breuitas: q̃ in cæteris duobus. Quemadmodum diuinam subeuntibus caliginem (ad
quã ingrediendã hic liber parat introitũ: & idcirco omniũ est breuissimus & maxime suc
cinctus) quoniã illa supra oẽm intelligẽtiã eminet: nõ verborũ breuitas/ sed defectus om-
nino sermonis ac intelligentiæ obueniet. Atq; in affirmatiua quidem theologia tribus su
pradictis libris conscripta/ a supremo sublimiq; materiæ vertice in libro theologicarum
institutionum traditæ/ ad infima quæ pertractat significatiua theologia/ per media in li
bro diuinorũ nominũ tradita/ decurrens oratio: pro modo & quantitate descensus eorũ
quæ tractabantur/ ad congruã amplitudinẽ & prolixitatem extendebatur. quandoquidẽ
primus qui & summus: dictus est esse breuissim9. medius autẽ & materiæ qualitate & no
minandi ordine: aliquanto prolixior. postremus vero & infimus secundum materiæ quã
tractat conditionem: omniũ est maxime diffusus. In negatiua vero theologia & in hoc li
bro illã potissimũ explicante/ oratio doctrinalis ab inferioribus ad id quod supremo emi
net loco conscendens: secundum ascensus modum breuiatur et contrahitur. & post ascẽ-
sum omnẽ vbi diuinę propinquauerit caligini: omnino conticescet oratio/ & tota in silẽ-
tio ipsi ineloquibili proxime cõiungetur. ¶Sed fortassis inquiret quispiam. cur sacri au- 9
thores & diuinarũ rerum studiosi/ positiones affirmationesq; diuinas a primo atq; supre
mo inchoant: deinde paulatim ad inferiora descendentes. diuinas autẽ ablationes inci-
piunt ab imis & postremis: deinceps gradatim ad superiora nitentes. Respondet bea-
tus pater/ illius hãc esse causam. quoniam cum id affirmatur ac astruitur quod est super
omnem affirmationem: oportuit illi primũ applicare positionem illam in rebus subsistẽ
tibus/ quæ illi est propinquior. Atqui vicinior & propior illi ea est affirmatio: quæ pri-
or est atq; superior. Est igitur prima & suprema positio: ipsi primum assignanda. Cum
vero id tollitur & negatur quod super omnem est ablationem: oportuit illud primũ au-
ferre ab illis/ quæ magis ab eo distant. Atqui ima & postrema: maxima ab eo distãtia dis
pescuntur. erant igitur infima ab eo primũ remouẽda. Addeq; inter affirmationes/ quæ
suprema sunt & perfectissima: verisimilius ei conueniunt & omniũ fere iudicio/ q̃ poste-
riora & minus perfecta. vt deus ipse magis esse dicitur ac admittitur vita & bonitas: q̃
aer & lapis. Merito igitur quæ suprema sunt in affirmationibus: primo illi attribuuntur.
In negationibus vero ediuerso/ quæ inferiores sunt & posteriores: verisimilius illi & pri
us vno omniũ consensu conueniunt/ q̃ superiores et perfectiores. vt de deo facilius ad-
mittent omnes ꝙ non crapulatur & non furit: q̃ ꝙ ipse non dicitur nec intelligitur. Bo-
no ergo iure: inferiores negationes illi primum applicantur.

¶Q; nil sensibilium est: qui sensibilis oĩs eminenter est author. Cap. IIII.

M Dicimus itaq; vt omnium causa super cuncta cum sit: neq; 10
sine substantia/ neq; sine vita est. neq; ratione neq; mente ca
ret: neq; corpus est/ neq; figura/ neq; species. neq; qualitatẽ/
aut quantitatem/ aut molem habet: neq; in loco est/ neq; cer
nitur/ neq; tactum sensibilem habet. neq; sentit/ neq; sensi-
bilis est/ neq; temeritati & perturbationi est obnoxia/ a car
nalibus agitata passionibus: neq; inualida est sensibilibus subiecta casi-
bus/ neq; indiga luminis est. neq; immutationem aut corruptionem seu
diuisionem siue fluxum admittit: neq; aliud quicquam sensibilium/ aut est
aut habet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ℭSCHOLIA STAPVLENSIS. ℭDicimus itaq; vt omnium causa super omnia cũ M
sit. In sacro diuinorum nominũ opere pro maiori parte beatissimus pater/ per positio=
nes & theologiam affirmatiuam: deum pie contemplari & laudare docuit. idem quoq;
hoc in loco: per ablationes & theologiã negatiuã facit. & ab vltimis remouet: sensimq;
ad summa auferendo perducit. Vbi cognoscere operæpreciũ est/ diuinas excellentesq;
negationes: excellentibus/ absolutisq; affirmationibus oppositas non esse. verũ in ipso
quod super omnia eminenter collocatum est/ simplicissimo absolutoq; bono: negationes
affirmationibus cõspirant/ atq; coincidunt. Et ad hanc diuinæ philosophiæ pietatem:
dialecticorum affirmationes & negationes: quæ inter se oppositæ sunt/ repugnãtiamq;
admittunt/ locum non habent. verum potius illi diuinæ & supermundanæ sapiẽtiæ offi=
ciunt plurimum/ impedimentoq; sunt. Et cui nox clarior die non apparuerit: nondũ est
ad huius sacræ philosophiæ vestibula admissus. Et nox (inquit) illuminatio mea in deli Psal. 138.
cijs meis. Et diuinis atq; supramundane institutis viris: negatiua theologia/ securior &
amenior ad deum laudandum est via. & remissius constrictiusq;/ atq; angustius: per af=
firmationẽ se intelligunt deũ & cognoscere & laudare. humane vero institutis: affirma
tiua/ securior & delectabilior est semita/ vt qui in negatiua ad excellentiã non surgãt: sed
recidant ad suarum & vsitatiorũ (vt ita dicam) negationũ defectus. Proinde non defue
runt qui cum hæc duo vltima sacrati patris capita perlegissent: ex humana & casui sem
per prona fragilitate auderent sacratissimum patrem/ ad diuinã caliginẽ (lõge melius q̃ Exo. 19.
Moses) admissum (ad quã diuinæ negationes ducũt) impietatis verbis incessere/ insimu=
lare/ insectari: ignorantes se blasphemũ os in cœlũ ponere. Sed pia mens nichil tale au
deat. Verũ ante omnia eũ suppliciter oret/ cui nox sicut dies illuminabitur/ cuius tene= Psal. 138.
bræ sicut et lumen eius: vt suis diuinis adminiculis eũ adiuuet/ quo possit ad eius incõ=
præhensibilitatem laudandam accedere. Neq; putauerit vnq̃ se satis vna vocula ipsum
qui innominabilis est posse nominare: & vno mentis conceptu/ vna ratione/ vna affir=
mante positione se posse eum qui incompræhẽsibilis est cõpræhendere. tantũ enim ab=
est: q̃ vt queat punctum infinitam lineam mensurare. est enim suprema illa immensitas
(vt diuinus Paulus nos ad diuinas negationes eleuat) supra omne nomen quod nomi= Ephe. 1.
natur/ non solum in hoc sæculo: sed etiam in futuro. Vides igitur quo pacto magnus ille
Paulus omne nomen nominabile et in hoc/ & in altero sæculo: de summo illo bono om=
nem mentem/ omneq; verbum transcendente (quod & idem incompræhensibili beni=
gnitate ad nostra humilia descendit: in mundo visum/ cõuersatũ/ pro hominũ salute ho
mo factum) paucis aufert. Diuinus ille Paulus: de quo/ deo dignus Ignatius. Possum in= Ignati9 epi
quit intelligere cœlestia/ angelorũ scilicet atq; archangelorum ordines/ principatuũ di= stola. 1.
uersitates/ virtutum & dominationum differentias/ thronorum atq; potestatum distan=
tias/ æternorum magnificentias/ cherubim et seraphim excellentis spiritus sublimitatẽ/
domini regnum/ & super hæc omnia: omnitenẽtis dei incomparabilitatem. Hæc igitur
ego cognoscẽs/ non omnino perfectus aut discipulus esse possum: qualis Paulus aut Pe
trus. Hæc ergo sacrosancta negatiua theologia: sacræ ignorationis dux (quæ scientias su
pereminet omnes) nõ maledictis lacessenda est: sed summopere venerãda. vt quæ pro=
pinquius perducit ad eum qui vbiq; et nusq̃ est: et qui in omnibus/ & in nullis cognosci
gaudet/ in õnibus cognitus omniũ notorũ notissimus: pariter et ignotorũ ignotissim9.

ℭQVARTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.

10 
Voniam dictum est in præcedenti capite/ in ablationibus esse ab infi=
mis inchoandum & paulatim ad altiora conscendendum: id exemplo
hic manifestat sacer Dionysi9/ & primũ sensibilia omnia aufert a deo:
qui omnium tamen sensibilium author est & opifex. Cæterum ne quis
arbitretur istas negationes per priuationem & defectum esse accipi=
endas: primum aliqua affirmat de deo/ proponens q; cum omniũ re=
rum causa/ sit eminenter super omnia: & substantia est & vita/ & rati=
onem habet & mentem. Deinde negationibus per superexcellentiam intelligendis pri
mum aufert ab eo sensibilia: quæ ad substantiam/ quantitatem/ aut qualitatem attinẽt.
vtpote q; neq; corpus est substantiaq; corporea/ neq; figura neq; forma: neq; qualitatẽ/
quantitatem/ aut dimensionem habet/ neq; in loco est. Deinde negat omnem sensum
& perceptionem sensibilem a deo: scilicet q; neq; videtur/ neq; tactum habet sensibilem/
neq; sentit/ neq; sensu percipi potest. Postea vero passionem omnem & affectum ani=

mi remouet ab eo: dicens ꝙ prima omnium causa neq; temeritati aut perturbationi est
obnoxia/ neq; carnalibus agitata passionibus vt ira/ tristitia/ concupiscentia/ neq; inua-
lida est aut fortuitis subiecta casibus. Demum omnem motum & mutationem tollit ab
ipsa o͂nium causa/ perhibens ꝙ non est indiga luminis quoniam est lux immensa: neq;
permutationem aut corruptionem/ diuisionem aut fluxum admittit/ quonia͂ impers est
& indemutabilis. Postremum vno verbo concludens omnia: dicit ꝙ prima omnium cau
sa neq; aliud quicq͂ sensibilium est/ neq; in se habet. neq; id ab re quidem: quoniam ab
omnibus sensibilibu s esteminenter excepta.

Q nil intelligibiliu͂ est: qui intelligibilis omnis rei author est. Cap. V.


Vrsus autem ascendentes dicimus/ vt neq; anima est/ neq; 11
sensus: neq; imaginationem/ aut opinionem/ aut rationem/
aut intelligentiam habet. neq; ratio est/ neq; intelligentia/
neq; dicitur/ neq; intelligitur: neq; numerus est/ neq; multi-
tudo/ neq; ordo/ neq; magnitudo/ neq; paruitas/ neq; ęqua-
litas/ neq; similitudo/ neq; dissimilitudo. neq; stat/ neq; mo-
uetur/ neq; agit quietem: neq; virtutem habet/ neq; virtus est/ neq; lux est.
neq; viuit/ neq; vita est/ neq; substa͂tia est/ neq; sæculum/ neq; tempus: neq;
tactus est ipsius spiritualis/ neq; scientia/ neq; veritas est. neq; regnum/ neq;
sapientia/ neq; vnum/ neq; vnitas/ neq; deitas aut bonitas: neq; spiritus est
N quantum scire ipsi possumus. neq; filij/ neq; patris est denominatio/ neq;
aliud aliquid ex ijs quæ nobis aut alteri cuiq͂ in mu͂do est cognitum: neq;
aliquid eorum quæ non sunt/ neq; eorum quæ sunt est. neq; ea quæ sunt:
illam sciunt sicut ipsa est. neq; scit ipsa quæ sunt: sicuti sunt. neq; sermo ip-
sius est/ neq; nomen/ neq; scientia/ neq; tenebræ/ neq; lux est: neq; error/
neq; veritas/ neq; est ipsius vlla omnino positio/ neq; ablatio. cæterum
cum eorum quæ post ipsam sunt positiones & ablationes faciamus: ip-
sam neq; ponimus/ neq; auferimus. Nam & super omnem positionem
est perfecta & singularis omnium causa/ & super ablationem omnem
excellentia ipsius illius: qui simpliciter absolutus ab omnibus & vltra om-
nia est.

N SCHOLIA STAPVLENSIS. Neq; filij/ neq; patris est denominatio. Neq; pa-
ternitas est/ neq; (si sermo patitur) filialitas.

QVINTI CAPITIS COMMENTARIVS AD LITTERAM.


Sensibilibus ad intelligibilia ascendendo/ per ablationem progredie͂s 11
sacer Dionysius: hic omnia intelligibilia tollit a deo. & primum ea quæ
animæ rationali vt corpori coniuncta vitam degit/ conueniunt: scilicet
ꝙ prima omnium causa neq; anima est rationalis/ neq; sensus aut vir-
tus sensitiua/ neq; imaginationem aut opinione͂/ aut rationem aut in-
telligentiam habet. Deinde omnem ab ea aufert intelligendi modum
& humanum & angelicum: cum dicit ꝙ prima omnium causa neq; ra-
tio est neq; intelligentia/ neq; sermone explicatur neq; intellectu capitur. Postea om-
nem quantitatem & qualitatem rebus intellectualibus conuenire solitam/ ab eadem su-
stollit: dicens ꝙ neq; numerus est neq; multitudo/ neq; ordo neq; magnitudo/ neq; par
uitas/ neq; ęqualitas aut ięqualitas/ neq; similitudo neq; dissimilitudo. Rursu͂ oe͂m motu͂
spirituale͂ itide͂ et vacatione͂ ab eo/ separat ab illa: cu͂ ait ꝙ neq; stat neq; mouetur neq;
quiescit/ neq; virtute͂ habet neq; virtus est/ neq; lux intellectualis. Gradus itide͂ reru͂ &
durationem oe͂m/ spiritualeq; perceptione͂ tollit ab ipsa o͂niu͂ causa: cu͂ inquit ꝙ neq; vi-
uit neq; vita est neq; substantia/ neq; sæculu͂ est neq; tempus/ neq; vllo spirituali tactu
percipitur/ neq; scie͂tia est neq; veritas. Præterea quæ ipsi deo in theologia affirmatiua
peculiariter solent attribui: per theologia͂ negatiua͂ vere a prima omniu͂ causa remouet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

vtpote ꝙ ipsa neq; regnum est neq; sapientia/neq; vnum neq; vnitas/neq; deitas aut bonitas est/neq; spiritus: quantum ipsi possumus dinoscere. Verum omnia hæc sumuntur hoc loco non absolute & simpliciter/sed contracte et participate: vt diuina designāt munera sapientiæ/vnitatis/bonitatis & deitatis/in creaturas participatione distributa. Deniq; superdiuinarum summæ trinitatis personarum appellationes tollit ab ipsa omnium causa: cum dicit ꝙ ipsi neq; patris neq; filij neq; spiritus sancti est denominatio. quoniam super omnia hæc nomina quæ pie personis diuinis applicamus: longe eminet. Neq; ipsa est aliud aliquid ex ijs quæ nobis/aut cœlestibus spiritibus in mundo sunt cognita: quoniam omnia sublimiter transcendit. Postremum simpliciter omnia negat de illa omnium authore ac opifice causa: cum ait ꝙ ipsa neq; aliquid eorum quæ non sunt neq; eorum quæ sunt est. Neq; illa quæ sunt vt homines & angeli/sciunt illam omnium causam sicuti est: sed longe inferius et imperfectius. sicut neq; oculus finitus videt lineam infinitam: aut lucem immensam. Neq; ipsa omnium causa scit illa quæ sunt sicuti sunt: sed longe excellentius & sublimius/scilicet in diuinis earum et æternis rationibus. Neq; ipsius vllus est sermo/sufficiens eam explicare: neq; nomen neq; scientia. neq; ipsius vllæ sunt tenebræ quibus delitescat: neq; lux. neq; illius itidem omnium causæ vllus est error neq; veritas: neq; est ipsius vlla positio neq; ablatio. Sed cum eorum quæ post ipsam et sub ipsa sunt/vtpote subsistētium omnium positiones aut ablationes faciamus: ipsam tamen primam omnium causam neq; ponimus neq; auferimus. Nam ipsa perfecta et singularis omnium causa: super omnem est positionē. et excellētia illius qui simpliciter absolutus ab omnibus et vltra omnia est: super omnem etiam est ablationem et negationem propter eximiam suam eminentiam. Cui secundum suæ maiestatis magnitudinem et immensitatem: sit laus/honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

¶ Dionysij Areopagitæ de mystica
theologia ad honorē eius qui
suum thronū inaccessibilē
collocauit: et inaccessi-
bilem lucem in-
habitat/
finis.

¶Diuini Dionysij Areopagitæ Atheniensis episcopi et galliarum apostoli epistolæ.

¶Ad Caium cultorem. Epist. I.



A Enebræ luce vanescunt.eoq; magis:quo maior fuerit copia luminis.ignorantiã/agnitiones excludũt.
B atq; eo itidem magis:quo illæ fuerint plures. Hæc autem per eminentiam et non per priuationem dicta accipe.et vere prorsus enuncia:ꝙ lateat profecto eos(qui hãc habẽt)vera illa lux/rerũq; sciẽtia/ea scilicet quę dicitur in deo ignoratio:et quę illi supereminent tenebræ.totoq; illæ operiuntur lumine:omnemq; scientiam fugiunt. Ac si quis conspicatus deum/id ipsum quod vidit intellexit:non ipsum intuitus est/sed eius aliquid ex ijs quę sunt/& in noticiam cadunt. Cæterum ipse(ꝙ supra mentem omnem/atq; substantiam locatus emineat)eo ipso ꝙ omnino/neq; sciri/neq; esse dicitur:et supersubstantialiter est/& super omnem mentem/atq; intelligentiam noscitur.pręstansq; illa et perfecta ignoratio:eius vera cognitio est/qui omnibus noscibilibus eminet.

A ¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentũ. Caius monachus per epistolam sciscitatus est:quid diuina esset ignoratio. Cui beatus pater hac epistola vt in hac materia par est satisfaciens:primũ finit diuinã ignorationem scientiam esse eius lucis quæ lateat habentẽ/scientiam tenebrarũ quæ toto lumine opertæ omnem cognitionẽ fugiunt/omni cognitioni absconsæ. Rursum diuinã ignorationem/veram cognitionẽ eius esse:qui
B omnibus supereminet cognoscibilibus. ¶Hæc autem per eminẽtiã & nõ per priuationẽ dicta accipe. Qz̃ q̃ hæc prima epistolæ particula.tenebræ luce vanescunt/eoq; magis:quo maior fuerit copia luminis.ignorantiam agnitiones excludunt:atq; eo itidem magis/quo illæ fuerint plures.de tenebris nostris/& ignorantia nostra quæ per defectũ dicitur vera est.id tamen præsenti in loco altius/diuiniusq; accipi oportet nõ per priuationem et defectum/dictum:sed per eminentiam. Qz̃diu enim aliqua lux rerum quarumcunq; menti nostræ suffulget:diuinæ tenebræ latent. Et q̃diu alicuius rei cognitio mentẽ subit:ad diuinam non pertingit ignorantiã.et quo magis quod contẽplatur mens appræhendit:eo magis a diuina illa ignoratione discedit. Hæc beatus pater ad quæstionem Caij monachi adduxit. ¶Vbi aduertendũ est/temporibus apostolorum statim fuisse monachos:de quibus & beatus pater in secunda parte sexti capitis ecclesiasticæ hierarchiæ meminit.et item aduertendũ:eosdem esse monachos/cultores/& therapeutas. Et operæpreciũ est ex historia extra nostros/eorũ etiam qui tẽporibus apostolorũ fuere:de eisdem paucula admonere. Philo Iudęus qui illa ætate viuebat:fidele Christianis primitiuæ ecclesiæ in libro de contẽplatiua vita perfert testimoniũ. Therapeutæ (inquit) primũ renũciant cunctis facultatibus suis. Et qui se ad huiuscemodi philosophiã dedũt:bonis suis ad aliorum vtilitatem in quorũ re est cedunt/omnes vitæ solicitudines procul abijcientes.extra vrbes in consitis locis aut agellis vitam ducunt.dissimilis vitæ consortia deuitant:rati arduum virtutis iter volentibus ingredi/id ipsum esse impedimentũ. Et in multis orbis regionibus id genus hominũ reperitur:nã & oportebat huius perfecti boni participẽ fieri omnẽ Gręciam/Barbariãq; omnem. In Aegypto tamen per singula quæq; territoria maior copia increbrescit/maiorq; numerus:et maximopere circa Alexãdriam. Quibus/singulis in locis consecrata est orationis domus:quæ semmon/& honestorum conuentus appellatur.in quã prorsus nichil eorum quæ ad cibũ potumq; pertinẽt/et reliqua humani corporis officia:verũ tantum legis codices/prophetarũ volumina/hymnosq; in deũ/& id genus similia inferunt.in quorũ intelligentijs et exercitationibus imbuti:ad perfectã vitam indefessa cura assurgunt. Ab ortu autẽ solis ad solis occasum:to-

De primarijs Christianis pontificib9 sacerdotib9 plebe sancta
Et primum de cultoribus ex historia.
Determinatio Philonis Iudęi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tum id temporis interuallū in suorum studiorū exercitationibus consumunt. quibus ad diuinam philosophiā: per sacras litteras profundius imbuuntur. Patrū leges ad allegoricam quandā intelligentiam deducūt: formas quasdā & imagines esse ducentes ea quę in lege scripta sunt/ sed latētis introrsus & profundi cuiusdā/ diuiniq; mysterij. Et legem hi viri corporeo animali comparāt: q; littera vt corpus sit. anima vero: spiritualis quidā et inuisibilis sensus in littera occultus. quem a suis authoribus edocti: sublimius/ atq; generosius veluti per speculū inspicientes contemplātur. Habent enim ij viri determinationes quasdam & interpretationes priscorum virorum: qui suæ sectæ authores extitere. et quos hanc figuratiuæ intelligētiæ normā eis ipsis tradidisse: q̄plurimis scriptorū suorum constat monumētis. Itaq; non modo subtilius intelligunt hymnos veterū: verum et ipsi nouos in deum conponūt/ omnibus cum metris tum sonis/ honestaq; admodum et suaui compage modulantes. Continētiam vero veluti fundamentum quoddā: primum iaciunt in anima. et ita demū reliquas super hanc pergunt extruere virtutes. Nullusq; inter eos cibum/ potūq; ante solis sumit occasum: tēpus lucis philosophiæ lectionibus/ curam vero corporis tenebris cōmittētes. et eorum nonnulli etiam post triduū in cōmunionem cibi veniūt: vtpote quos contēplationum auiditas vehemētius perurgens detinet. Hi namq; inter eos qui eruditionibus sapientiæ & profundiore sacrorū voluminū intelligentia rapiūtur (haud secus q̄ auidiuscule famescētes: ciborū copijs) lectione expleri/ exaturariq; nequeūt: quinimmo acrius inflāmātur. adeo etiā vt neq; quarto neq; iā quinto: sed sexto demū die non tam desideratū/ q̄ pernecessarium corpori indulgeant cibum.

Præterea vero præter viros (quos iam memorati sumus) sunt & fœminæ quædā: quarum complures iam grandeuæ virgines sunt/ integritatē casti corporis non necessitate aliqua/ verum pura deuotione seruantes. dum sapientiæ studijs semetipsas gestiunt non animo solum/ sed & corpore consecrare: indignū putantes libidini mancipare vas ad recipiendam sapientiā præparatum/ & ædere mortalem partū a quibus diuini verbi sacrosāctus/ purus/ & immortalis expetitur cōtactus/ ex quo posteritas relinquatur: corruptionis/ mortisq; non obnoxia. Et viri seorsum habitant: itidem & mulieres seorsum a viris/ secretos seiunctosq; conuētus habentes. Vinum quidē omnino: nec gustu attingunt/ nec carnem quālibet. tantum aqua illis poculū: & panis cum sale/ vel olusculis/ cibus. ministros/ sacerdotes/ et pontifices habēt: mysteria illis rite exhibentes. Hæc ex Philone Iudęo (qui apostolorum tēpore vixit) hic ideo adiecta sunt: vt homines intelligant q̄ pura/ sancta/ & immaculata erat primariorum ad regnū dei vocatorū & vita/ et philosophia: amplius etiam q̄ vir Iudæus qui ad eorum secretiora non admittebatur: sua colligere potuerit historia. ¶ Et nō defuerūt nōnulli qui propter hæc & similia de primarijs Christianis monumenta: omnes a principio fuisse therapeutas arbitrarētur. Sed satius ex beato patre cap. sexto ecclesiasticæ hierarchiæ veritatis huius rei determinatio intelligenda est: Christianos ea etiam tempestate in pontifices/ sacerdotes/ ministros/ therapeutas & plebē sanctam partiens atq; dirimens. quod & idem epistola octaua quę est ad Demophilū monachum/ rursum cōmemorat. norat enim singula quæq; (ut sic dicā) penitius/ atq; intimius q̄ Philo Iudæus: qui ad Christianorū secretiora (vt dictū est) non admittebatur. Et fuerūt qui idem opinarentur: quia apostolicorū actuum cap. quarto scriptū sit. Multitudinis autem credentiū erat cor vnum/ & anima vna: nec quisq̄ eorū quæ possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. quotquot enim possessores agrorū/ aut domorum erant: vendētes afferebant precia eorū quæ vendebant/ & ponebant ante pedes apostolorū. Sed non satis animaduertunt id dictū esse de ijs qui erāt Hierosolymis/ de discipulis/ & ijs qui se discipulis adiunxerant. quorū q̄plurimi dominum adhuc in terris versatum: & viderant et audiuerant. et id non est therapeutas esse atq; monachos: verū potius domini discipulos/ discipulorum socios/ & imitatores. Si enim longius in actibus progredimur: legemus cap. nono/ quo pacto Paulus infertur Damascū in domum Iudæ Christiani. Lidde Tabita possidebat: vnde eleemosynas plurimas faceret. Petrus ī domo Simonis coriarij hospitio suscipitur. Et cap. decimo fidelis legitur Marci mater: domum habēs & familiā curās. Et cap. decimo sexto. Lidia Philippis cum tota familia regenerata domum habet: Paulū et Barnabam hospitio suscipit. si iudicastis me inquit fidelē domino esse: introite in domū meam/ & manete. et coegit eos. Et Paulus ad Corinthios scribens. nūquid domos non habetis (inquit) ad manducandū & bibendū? Et dat pręcepta beatissimus Paulus de dominis & seruis/ viris et vxoribus/ patre liberis/ & familia curan=

Cultrices/ et primarię Christi famulæ.

1. corin. 11.

Ephe. 5. 6.

Epist.
I

Colos.3.4. da:quæ cultorũ non sunt & omnibus diuisibilibus vitis abrenũciantiũ/sed plebis sanctæ
et aliorũ sacrorũ statuum. Et mirabili prouidẽtia/& ordine põtifices:prophetas/presby-
Actu.14. teros/& ministros ecclesijs(vt in actibus legitur)disponebãt.cũ enim inquit cõstituissent
illis per singulas ecclesias presbyteros/& orassent cũ ieiunationibus:cõmendauerũt eos
Titũ.I. domino/in quẽ crediderũt. Et Paulus ad Titũ.et cõstituas per ciuitates presbyteros. Ex
his igitur satis patere puto:in primatiua ecclesia fuisse pontifices/sacerdotes/ministros/
monachos/& plebẽ sanctã:queadmodũ hũc nobis sacrũ ordinẽ diuine mõstrauit beatis-
simus pater. Et videtur hic ordo:in primitiuis ecclesijs fuisse. Solus põtifex in secretius
adytũ sanctaq; sanctorũ intrabat.sacerdotes & sacrorũ ministri:intra adytorũ septa con-
tinebãtur.cultores qui & monachi ad adytorũ valuas proxime astabãt.hos sequebatur
I.corin.II. plebs sancta virorũ/nudato vertice orans.õnis(inquit diuinus Paulus)vir orãs aut pro-
phetans velato capite:deturpat caput suũ.caput enim viri:CHRISTVS est. Viros san
ctæ velatæ sequebãtur mulieres.Mulier(inquit Paulus)orans aut prophetãs non velato
capite:deturpat caput suũ.caput enim mulieris:vir est. Inter quas si cultrices & famulæ
erãt:frontẽ in ordine sanctarũ mulierũ a viris separato tenebãt.et liberi qui tantuli essent
masculi ad patres:femellæ ad matres accedebãt. Qui vero nondũ regenerati essẽt/apo-
statæ/immũdi/& pœnitẽtes:extra sacra delubra extorres arcebãtur.neq; quicq̃ immũ-
dum sinebatur locũ sacrũ introire:orationibus/thymiamatũ odoribus/& sacramẽtorũ
Exo.19. participationibus ordinatũ.constitues inquit terminos populo per circuitũ:& dices ad
eos/cauete ne ascẽdatis in montẽ/nec tangatis fines illius.õnis qui tetigerit montẽ:mor
te morietur. siue iumẽtũ fuerit/siue homo:non viuet. Et stati a principio in prima spõsæ
CHRISTI ecclesiæ prole:videtur dies dominica spiritualibus sacrificijs/& cõgregatio-
Apo.I. ni fideliũ deputata.de qua Ioannes euãgelista in apocalypsi. Ego inquit Ioannes frater
vester/& particeps in tribulatione/et regno/& patiẽtia in IHESV CHRISTSO:fui in
insula quæ appellatur Pathmos ꝑpter verbũ dei in testimoniũ IHESV.fui in spiritu in
Ignatius dominica die. Itidẽ meminit & Ignatius. Congregato igit̃ in illa beatissima die(quę verũ
epistola.I. sabbatũ est fideliũ/atq; in spiritu regeneratorũ)sacro pricipatu/ministris/& plebe sãcta:
põtifex sacra peragebat.sacerdotes sanctũ panẽ & benedictionis calicẽ adoperta:sacris
imponebãt altaribus.Hymnos cũ pontifice psallebãt.illi proximi assistebãt sacris in pro-
cessibus ad phani etiã nouissima per circuitũ:& ad sacrosancta altaria regressibus/alijsq;
sanctificationibus.et ministri suo ordine sacerdotes assequebãtur. Pontifex venerãdum
cõficiebat sacramẽtũ:sanctissima signa in prospectũ faciẽs/primus sacrorũ effectus par-
ticeps.mox sacerdotib9 proxime augustissimorũ sacrorũ cõmunionẽ faciebat. Susceptis
autẽ sacris perfecti sacerdotes:sanctã cõmunionẽ ministris diuidebãt.& post ministrorũ
perfectionẽ ijdem sacerdotes:supersubstãtialẽ panẽ/& superbenedictũ calicẽ suo ordine
therapeutis/& plebi sanctæ a supremis ad nouissima procedẽtes distribuebãt. Nulla tũc
illis inerat cõfusio:õnia tũc ad diuinorũ imitationẽ & ornatũ efficiebant. Ad quod quidẽ
et instituẽdũ & inuiolabiliter perpetuo seruandũ:sãctissimi huius spiritualis vitæ duces/
diuinas illuminationes & spiritũ sanctũ acceperãt.ad quod rursum ex veteribus legis ce-
rimonijs iuuabãtur:ex vmbra lucẽ/& ex vestigio veritatẽ peruestigãtes sapiẽter.quam
Philo Iudæus allegoricã/figuralẽq; appellat intelligẽtiã. Verũ amplius ex beatissimi pa
tris sacris operibus:quæ illorũ verorũ Christianorũ & vita/et dignitas/& officia essent/
intelliges. Nũc vero nobis incõsolabiliter/& gemendũ/et plorandũ est.iactamus enim
nos esse Christianos:& si sumus/videamus ne nõ veri simus.et ne CHRISTVS prin-
ceps regũ omniũ/& dominus dominãtiũ:nos tanq̃ falsa & adulterata numismata repu-
diet.sacramẽta sine honore iacẽt:non intellecta/nõ venerata.altaria calcãtur.rustici nũc
super illa(si quãdo indigni loca sancta adeũt)innixi vtroq; cubito & mẽto stertũt:& suas
crapulas eructãt.et nõ licebat in vmbra veri altaris:montẽ sine morte neq; homini/neq;
pecori attingere.omnibus sancta sanctorũ patent:cõfusa sunt summa in imis/& in imis
sũma. Idiotæ & desertores/pontifici dũ sacra peragũtur:propius astant.nullus minister
pro foribus vigilat.omnia immũda admittuntur.pœnitẽtiæ cessant.apostatæ & propha-
ni:a sanctis non decernũtur.qui se therapeutas dicũt:vitas diuisibiles maxime amant.
omnes sua ignorãt officia. Et ĩ hac cõfusione & ignorãtia:horrẽda superbia creuit in te-
Nume.16. merario ausu/& attẽtatione sacrorũ:super eã quæ Chore est:nũc æternis in abyssis dã-
nata. In infimis hæc superbia regnat:quæ illos efferre & insolẽter audere vltra quod de-
bent facit.in supremis autẽ pusillanimitas maxima/sed maximę ambitioni cõiuncta:quę

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

facit eos nichil suæ dignitatis cogitare/nichil sui officij: & ad magistratus impatientius anhelare/& plane delirorū more ridere cū plorātibus. Angeli etiā nostri plorāt: vidētes nostrā peruersionē/quorū custodiā susceperāt. Ploremus igitur qui solū CHRISTI nomen habemus/& nō vitā: cum angelis nostris plorātibus. cōuertamus nos/& omnia ordinemus: & tūc veraciter cognoscemus an habemus benignissimos nostri piā prouidentiam gerētes angelos. Qui ad solē se non cōuertit: solē nunq̄ videt. oculus cęcutit in tenebris: sed sine lucis iniuria atq; culpa. æger qui medicū nō audit: pœnas sustinet acerbas/et ipsam deniq; mortē. et id medici nō est volūtas: nō est pij medici sanare volētis culpa. Ploremus igitur quia cæcutimus in tenebris/visumq; perdidimus. ploremus quia dabimus pœnas in interitu æternas. et deus lux est/summusq; medicus: quare id præter lucis et summi medici prorsus patiemur culpā. nos soli nostrę ruinę/nostrę mortis & interitus causa sumus. Nos sumus illi stulti de quibus Paulus ad Galatas: qui cum spiritu cœperi- Gala. 3.
mus/carne cōsummamur. nullus regenerationē suam cogitat: nullus vota & promissiones CHRISTO spirituū domino factas. Et vultis amplius cognoscere: quā cōfusionē rebus inducimus sacris. sanctuariū/cœlū est. pōtifex est deus. teletæ/sacramēta/sāctificationesq; in sua etiā inferiore significatione: sacer sunt supremus cœlestiū ordo. sacerdotes: medius. ministri: angelorū rebus amministrātiū humanis infimi. Plebs sancta: digni sūt in hoc mūdo prouidētia dei. apostatæ/desertores/& ipœnitētes: pessimi dæmones. et tāto magis: si ex sacro principatu illi erāt qui defecerūt. Porta igitur cœli nūc sine angelorū custodia est: omni immūdicię patet. apostatę dęmones ad adytū dei ꝓpius accedūt. supremi cœlestes angeli: absistūt longius. sublecti supra suū principatū: & audēt et ascendūt. supremus principatus proterue contēdit similis fieri altissimo: & de pari imperio contēdere. mortales: supra angelos moliūtur ascēdere. maior nūc q̄ olim gigantū: mundū occupat superbia/cōfusio maior. Siccine cœlestia pigimus? et nichilominus cū his omnibus/& blasphemijs/& diuinorū derisionibus: credimus ferme deū vniuersorū dominum nobis esse debitorē. Et id vltimū: nimiū verū est. debet enim nobis pœnas/& dura flagella. Sed in hoc mira eius cognoscitur benignitas: q nos tā diu sustinet/tā diu tolerat. Hæc signa in cœlo/in sole/in luna: manifeste cōspiciūtur. & prīceps mūdi huius solutus est: qui regnat super filios superbiæ. & hūc rebus induxit horrorē: et hāc æternæ noctis & cōfusionis caliginē. filijs suis oculos eruit: ne illā cōfusionē videāt/& pœniteāt/et curētur. Scit eni quia deus benignus est/& misericors: et multus ad ignoscēdū. ipse vero/crudelissimus tyrānus: et a principio suæ defectionis multus ad nocēdū. cui soli in hac cōfusionis nocte mācipia seruimus. Et neq; ignoramus scriptum esse. anima quæ per superbiam peccauerit/siue Nume. 15.
ciuis sit: siue peregrinus (quoniā aduersus deū rebellis fuit) peribit de populo suo. Non ignoramus eū qui fragmēta lignorū in sabbato colligebat: diuino iudicio morte mulcta- Ibidem.
tū. et alia innumera ad nostrā doctrinā & exēplū scripta. Sabbatū enim/dies domini est: nūc passim vbiq; violata/& nomē eius vbiq; blasphemijs impetitū. Illis autē quibus talia in figura cōtingebāt/diuina trāsgredietibus: visibilis mors iminebat. nos autē proculdubio (nisi misericordia dei præueniat/& anticipet: cuius pleni sūt cœli & terra) inuisibilis et mors secūda manet. Sol mane indubitatus oritur: tenebræ noctē suffundūt. sed certiora sūt iudicia dei & indubitabiliora: quę nobis diuinitus scripta sūt. et cœlū & terra trāsibūt: Lucæ. 21.
verba autē illa non trāsibūt. Hæc ipsa semel locuta est veritas: vt credatis. nam si crederetis: hāc horrendā cōfusionē/& vitā perditissimis dæmonibus simillimā non sineretis. Deū igitur ad vestrā salutē aduocate in auxilium. bonus enim est/& superbonus: suspius profusor/propagator/& illuminator. Cōciliū cōuocate/perquirite/et arbitriū cōmittite sāctis viris: ex deo nō ex mūdo sapiētibus. qui omni cura & diligētia pręsētibus cū antiquis collatis: nūc ex maiori luce ad minorē/nūc figurā & vmbrā in suam reuocātes veritatē: quod inordinatū est/ad formā/ordinēq; redigant. Nōn potui reuera extremū nostrorū temporū (vt michi profecto visū est) casum miseratus: nō tanta de Christianis dixisse.

❡ Ad eundem Caium. Epist. II.



Vonam modo is qui vniuersa transcendit: ipsam quoq; celsitudinē deitatis ac bonitatis excellit? Si deitatē atq; bonitatem/remipsam intelligas benefici ac deifici muneris: imitationemq; illam summi dei/summiq; boni nequaq̄ imitabilis/per quam dij ac boni efficimur/cogites. Nam si hoc ijs qui C

Epist.
2
3

4 ad id euasere dignitatis vt dij boniq; fierēt/initium est:profecto is qui prin-
cipium omne vi suæ maiestatis excellit/eam quoq;(quam sic dicimus dei-
tatem/atq; bonitatem)hunc in modum deitatem/boniq; principatum su-
perat.queādmodū qui imitationi/captuiq; nō patet:imitationes/captusq;
præcellit/& imitantes atq; participantes.

C ℭSCHOLIA STAPVLENSIS. ℭArgumentū. Interrogauit Caius per epistolā/cur deus qui super omnia est:etiam vt super bonitatē/ac deitatem existēs celebretur. Cuius ambiguitatē beatissimus pater:per homonymitatē bonitatis/ac deitatis dissoluit. Nam interdū/& bonitas/et deitas non absolute dicūtur:sed contracte/atq; participate.et tunc quoq; benefica/& deifica munera insinuāt:a quibus et boni/& dij multi/et in cœlo/et in terra dicuntur.qua in significatione perpalam est/deum & super bonitatē/et super deitatem esse:recte dici posse. Alio modo bonitas & deitas/absoluta/incontracta/imparticipataq; intelliguntur:secundum quam significationem diuinus inquit Paulus prima ad Corinthios epistola cap. octauo. Scimus ꝙ nullus deus nisi vnus. Et Marcus cap. decimo. Nemo bonus nisi vnus deus. Et rursum Paulus eodem in loco:sed in prima significatione. Nam & si sunt qui dicantur dij/siue in cœlo/siue in terra:siquidem sunt dij multi & domini multi. Et statim subiungit in secunda significatione. Nobis tamen vnus deus pater:ex quo omnia/& nos in illo.et vnus dominus IHESVS CHRISTVS:per quem omnia/et nos per ipsum. Et hæ duæ significationes in sacris litteris frequentes et vsitatæ/peculiaresq; sunt.

ℭAd eundem Caium. Epist.III.

D REpente dicitur:cum quid præter spem/ac veluti ex abdito quodam profertur in lucem. Porro in sacramento humanitatis CHRISTI:hoc etiam arbitror theologiam significare voluisse.ꝙ ex occulto supersubstātialis ille deus/in conspectum nostrum repente processerit/humana substantia et carne vestitus.occultus autem etiam post reuelationem illam siue(vt diuinius loquar)in ipsa quoq; sui reuelatione perdurat. Et hac enim ex parte IHESVS secretus occulitur:nulloq; vel sermone vel animo ipsius mysterium promitur.sed & cum profertur/arcanum:& dum intelligitur/manet incognitum.

D ℭSCHOLIA STAPVLENSIS ℭArgumentū. Interrogauit Caius beatissimū patrē per epistolā:quid dictio repēte/siue stati designet in hoc sacro Malachiæ prophetæ cap. tertio oraculo. Et statim veniet ad tēplū suū dominator quē vos quæritis:& angelus testamēti quē vos vultis. Ecce venit:dicit dominus exercituū.& quis poterit cogitare diē aduētus eius?et quis stabit ad vidēdū eū?ipse enim quasi ignis cōflās/& quasi herba fullonum.et sedebit cōflās & emūdabit argētū/et purgabit filios Leui.et colabit eos quasi argentū:& erūt domino offerētes sacrificia in iustitia.et placebit domino sacrificiū Iuda:sicut dies sęculi/& sicut anni ātiqui. Et nō modo quid stati/atq; repēte hic significet/indicat sacerrimus pater:verū & id quoq; declarat.& quis poterit cogitare diē aduētus eius?
Baruch.3. et quis stabit ad videndū eum?Nā aduētus eius cognitus est/et nō cognitus.et in terris visus est:& non visus.venit enim vere humana substātia & carne circūdatus:occultus etiā post reuelationē & in ipsa reuelatione perdurās.& id mysteriū dū profertur/manet arcanū:& dū intelligitur/incognitū. Id est enim:quod spiritus sanctus per prophetā dicit. Et quis poterit cogitare diē aduentus eius?et quis stabit ad videndum eum?

ℭAd eundem Caium. Epist.IIII.

E BVonam modo(inquis) IHESVS qui cuncta transcendit:hominibus cæteris essentiæ communione coordinatur?Nō enim vt author hominum hoc loco homo dicitur:sed vt re vera homo/tota substantię veritate circundatus. Nos autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

IHESVM nō humana ratione diffinimus. neq; enim ille: homo tantum
est. neq; supersubstantialis esse posset: qui homo tantum esset. sed est homo
verus: qui singulari benignitate amator hominum / supra homines / ac secū-
dum homines ex hominum substantia carnem supersubstantialis accepit.
Est autem nichilominus altissimæ illius / diuinæq; substantiæ / is qui sem-
per supersubstātialis est: perq̃ plenus / atq; exuberans. Itaq; a tanta magni-
tudinis celsitudine ad nostra etiam veraciter infirma descendens: vltra hu-
manum modum substantiam nostræ carnis accepit. ac supra hominem:
quæ sunt hominis gessit. Cuius rei euidens indicium est: virgo excellentis F
miraculi nouitate concipiēs. & aqua instabilis ac fluida: materialium / terre- G
norumq; pedum sustinens pondus / nec cedens. sed supermundana / admi-
randaq; potētia cōstans: ad materiæ solidioris imaginem. Quid vero cæ-
tera quæ sunt permulta commemorem? per quæ (si quis ea digne & vltra
modum capacitatis humanæ mentis discutiat) animaduertet ea etiam quę
in summa illa IHESV benignitate affirmatiue dicuntur: vim excellentio-
ris negationis habere reconditam. Namq; vt breuiter dixerim: neq; homo
ille erat. non quasi non homo / humanæq; cōditionis exors: sed veluti ex ho
minibus vltra homines / ac super hominem / homo veraciter factus. Iam
quoq; neq; diuina vt deus: neq; vt homo humana perficiens. sed deo homi-
ne facto: nouam quandā / ac inusitatam ex diuinitate atq; humanitate per-
mixtam operationem / nobiscum quidem conuersatus ostendens.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumētum. Interrogauit Caius per epistolam E
beatissimum patrē: qui fieri posset vt IHESVS qui cuncta transcendit / in hominū serie /
specie / atq; ordine reponatur? Cui respondet beatissimus pater. Cum dicitur supersub-
stantialis IHESVS homo est in aliorum hominū serie / specie / atq; ordine: vt leo in spe-
cie & ordine leonū. hoc in loco homo non capitur vt exēplare nomen est: quo modo
omnia rerum nomina supramūdane / & exemplariter intellecta / nomina sunt dei. quem-
admodū petra / robur / & saluator: cū eloquia dicunt. dominus petra mea / & robur meū / 2. regū. 22.
et saluator meus. verum ea in significatione capitur homo: qua dicitur aut Paulus / aut
Petrus apostolus / homo est. Sed tamē beatus pater pie ammonet Caium: non humana
tantum ratione / non diuina tantum / IHESVM esse diffiniēdum. quippe qui vtraq; na-
turam incōfuse sine conuersione seruet. vnus tamen dominus IHESVS CHRISTVS.
Et hæc quidem: absoluta est / imparticipata / & impassibilis bonitas et diuinitas / immorta-
lis / inuisibilis / incompræhēsibilis. Illa vero: cōtracta / participata / & passibilis. vt qui vere
pro nobis mortuus & passus sit: visibilis et cōpræhēsibilis. Et illa sublimitas / illa summa
maiestas (quę super omnes thronos & sublimitatem cœlorū omnē / immēse super collo
cata est) ad nostræ naturę humilia se inclinauit: sese natura nostra vt vestimēto ineffabi-
liter induens (cui nichil impossibile: nichil resistere valet) quam super thronos / & omnē
cœlorum sublimitatē vnde ad nos se inclinauerat / exaltauit. ea etiam semper ex parte:
nostræ naturæ (excepta peccātiæ fragilitate) proprietatem seruans. Regū enim huius
sæculi primores se beatos putāt: qui ad regis purpuram admittūtur. Hæc profecto regis
æterni purpura preciosa est: per quā voluit redimere & sæcula. Vides igitur vitæ cōtem-
platricis amator / vt qui IHESVM dicit: non solum diuinitatē dicit / neq; humanitatem
solum. sed diuinitatem super omnia existētem vera humana substātia indutā: & huma-
nitatem in diuinitate immensa / modo ineffabili assumptā / eiq; counitam super omnia / et
ideo non ab re super omnia axaltatā. Nusq̃ enim (vt diuinus inquit Paulus) angelos ap- Hebræ. 2.
præhendit: sed semen Abrahæ. Et modus huius altissimæ appræhensionis atq; vnionis
manet hominibus ineffabilis & ignotus: vt nemo quęrat supra suū sensum surgere. Hic
est de quo per spiritum sanctū dictum est. annunciauerūt cœli iustitiam eius: et viderūt Psal. 69.
omnes populi gloriam eius. adorate eum omnes angeli eius: audiuit & lætata est Sion.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes
deos. Et Stephanus cum esset plenus spiritu sancto intēdens in cœlum: vidit gloriā dei/
et IHESVM stantem a dextris virtutis dei/ & ait. Ecce video cœlos apertos: et filium
hominis stantē a dextris virtutis dei. Et Paulus ad Ephesios. vt sciatis quæ sit spes vo-
cationis eius/ & quę diuitię glorię hæreditatis eius in sanctis: & quæ sit supereminēs ma-
gnitudo virtutis eius in nos/ qui credimus secundū operationē potentiæ virtutis eius:
quā operatus est in CHRISTO suscitans illū a mortuis/ & constituēs ad dexterā suam
in cœlestibus supra omnē principatū/ & potestatem/ et virtutē/ & dominationē: et om-
Apoca. 5. ne nomen quod nominatur non solū in hoc sæculo/ sed etiā in futuro. Et Ioannes in di-
uinæ mentis excessu: videt & audit vocē angelorū multorū in circuitu throni/ & anima-
lium & seniorū (et erat numerus eorū milia milium) dicentium voce magna. dignus est
agnus qui occisus est accipere virtutē/ & dignitatem/ et sapiētiā/ & fortitudinē/ et hono-
rem/ & gloriam et benedictionē. et ōnē creaturā quę in cœlo est/ & super terrā/ et sub ter
ra/ & quæ sūt in mari/ et quæ sunt in eo/ ōnes audiui dicētes: sedēti in throno & agno be
nedictio/ & honor/ et gloria/ & potestas in sæcula sæculorū. Ex his sufficiēter patere puto
quo pacto superbenedictus & substātialis & supersubstātialis IHESVS ōnia trāscēdit/ nō
modo secundū diuinitatē exaltatus: sed & secundū humanitatē. Et hoc sacramentū qui
oculos quibus intelligētiam penetret habeat: ex septimo cœlestis hierarchiæ capite/ & di
F uine & pie intelliget. Sed hactenus satis. ¶ Cuius rei euidens indicium est virgo: excellē
tis miraculi nouitate concipiens. Hæc est virgo semper sancta: de qua Esaias cap. septi-
mo. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet/ & pariet filium:
et vocabitur nomē eius Emanuel. Et de qua Lucas cap. primo. Missus est angelus Ga-
briel a deo in ciuitatē Galileæ cui nomen Nazareth: ad virginem desponsatam viro cui
nomen erat Ioseph de domo Dauid/ & nomē virginis MARIA. et ingressus angelus ad
eam dixit. Aue gratia plena/ dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum au-
disset/ turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus
ei. ne timeas MARIA: inuenisti enim gratiā apud deum. Ecce concipies in vtero & pa-
ries filium: et vocabis nomē eius IHESVM. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabi-
tur. & dabit illi dominus deus sedē Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æter-
num/ & regni eius nō erit finis. Dixit autem MARIA ad angelum. quo modo fiet istud:
quoniam virum non cognosco? Et respōdens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superue-
niet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. ideoq; & quod nascetur ex te sanctum: vo-
cabitur filius dei. Et ecce Elizabeth cognata tua/ & ipsa concepit filiū in senectute sua: &
hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis. quia non erit impossibile apud deum/ om-
ne verbum. Dixit autem MARIA. Ecce ancilla domini: fiat michi secundum verbum
G tuum. ¶ Et aqua instabilis et fluida. Id mysterium ex beato euāgelista Marco cap. sexto
discitur. Et circa quartam vigiliam noctis (inquit) venit ad eos ambulans super mare: et
volebat præterire eos.

¶ Dorotheo ministro. Epist. V.



H CAligo diuina est inaccessibilis lux: in qua inhabitare dici-
tur deus. & quidem cum sit illa inuisibilis: propter eximiā/
et quæ substantiæ supereminet claritatē. eademq; inaccessi-
bilis: pro immensa ex se manantis supersubstantialis lumi-
nis copia. ad hāc pertingit/ eaq; absorbetur: quisquis deum
nosse ac videre meruerit. eoq; ipso q; neq; videt/ neq; cogno-
scit: illi qui visionem omnem cognitionēq; transcendit/ familiarius iungitur.
hoc ipsum noscens: quod post ea omnia est quæ in sensum atq; intelligen-
I tiam cadūt. et cū propheta pronuncians/ mirabilis facta est scientia tua ex
me: confortata est & non potero ad eam. quēadmodū profecto & sanctus
et mirabilis Paulus deum cognouisse memoratur: illū supra omnem scien-
tiam atq; intelligentiam esse cognoscens. Quocirca & vias eius ininuestiga-
biles esse dixit/ & inscrutabilia iudicia illius/ atq; ienarrabiles gratias: paceq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

eius omnem ſenſum ſuperare teſtatus eſt. Inuenerat etenim eum qui eſt ſu
per omnia: eumq; ſupra modum humanæ intelligentiæ nouerat. quoniam
is cuncta tranſcendit: qui author omnium eſt.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentum. Interrogauit Dorotheus miniſter H
per epiſtolam: quid diuina eſſet caligo. Cui reſpōdet ſacratus pater: diuinam caliginem
lucem eſſe inacceſſibilem in qua habitare dicitur deus/ & reliqua quæ ſequuntur. ¶ Et I
cum propheta pronuncians: mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. Id pſalmo centeſimo
triceſimooctauo canitur. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt & non po-
tero ad eam. Cætera quæ ſequuntur: ex diuino Paulo adducit. Ad Romanos capite
vndecimo. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei: q̃ incompræhenſibilia ſunt iu
dicia eius/ & ininueſtigabiles viæ eius. Prima ad Corinthios epiſtola capite nono. Glo-
rificantes deum in obedientia confeſſionis veſtræ/ in euangelio CHRISTI/ & ſimplici-
tate communicationis veſtræ/ in illos & in omnes/ & in ipſorum obſecratiōe pro vobis:
deſiderantium vos propter eminentem gratiam dei in vobis. gratias ago deo ſuper in-
enarrabili dono eius. Et epiſtola ad Philippenſes capite quarto. Et pax dei quæ exupe-
rat omnē ſenſum: cuſtodiat corda veſtra/ & intelligentias veſtras in CHRISTO IHE-
SV. Et de dei incompræhenſibilitate: Iheſus Sidrach ſimiles etiā habet ſententias/ ec-
cleſiaſtici capite 43. Glorificantes deum quantumcunq; potueritis: preualebit adhuc.
Benedicentes dominum exaltate illum quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude.
Exaltantes eum replemini virtute/ ne laboretis: non enim compræhendetis. quis vide-
bit eum/ et enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio?

Epiſt. VI. K

¶Soſipatro ſacerdoti.

NOli hoc putare victoriam venerande Soſipater: ſi in eam reli-
gionem ſeu opinionem quæ mala eſſe videatur/ inueheris.
Neq; enim eam ſi vel grauiter & vere coarguas: cōtinuo So
ſipatri quoq; recta erit opinio. Fieri etenim poteſt/ vt & te &
alios inter multa quæ falſa & euidentia ſunt: vnū illud quod
eſt opertum verumq; lateat. Neq; enim ſi quid rutilum non
ſit: iam etiam candidum erit. nec ſi quis non equus: neceſſario iam ho-
mo eſt. Sic autem ſi michi obtemperaueris facies. deſiſtes aduerſus alios di
cere. cæterum ita pro veritate loqueris: vt ea quæ dicuntur/ argui refelliq;
non poſſint. K

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentum. Soſipater ſacerdos in alios dice-
bat/ eorū dicta & arguens & confutans: totus repræhēdendi ſtudio geſtiens. Hūc mode
ſtius ammonet prudētiſſimus pater: vt alios laceſſere deſiſtat/ ſola veritatis indagine cō
tentus. quandoquidem id ſæpenumero euenire ſolet: vt dum alia repræhendamus: no-
ſtra quoq; vicio non careant. quod & Eutici & compluribus hæretica prauitate lapſis
contigit. cum enim alienos confutare ſtudebant errores: proprios/ peculiares/ nouoſq;
conflabant. Verum ſic ſemper pro veritate dicere enitendum eſt: vt quæ pro veritatis
amore dicuntur/ coargui refelliq; nequeant.

Epiſt. VII. L

¶Polycarpo epiſcopo.

NOn ſum michi equidē conſcius: aduerſus Græcos/ ſeu alios
quoſlibet aliquādo dixiſſe. ſufficere enim arbitrabar bonis
viris: ſi id quod verū eſt/ ipſum in ſeipſo vt ſeſe habeat/ & ſci
re & eloqui poſſent. Hoc enim quid ſit/ rite iuxta legē verita
tis oſtenſo inuiolabiliterq; cōſtāte: quodlibet quod ſe aliter
habeat & veritatē ſimulet/ arguetur. aliudq; eſſe: q̃ id quod
vere eſt/ atq; oīno diſſimile. & quod illud magis videat̃ eſſe q̃ ſit: depræhē-
det̃. Itaq; ſuperuacaneū eſt/ veritatis prędicatorē: cōtra hos/ illoſue pugna-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

re. Dicit enim fere quisq; numisma habere se regium: & habet ille fortassis
quandā(vt ita dixerim)particulā/fallaceq; veritatis imaginē. Ac si quidem
istud cōfutaueris: alius rursum atq; alius/eadē de re pertinaci intētione con
tēdet. Porro ipsa veritatis ratione cōparata/& rite firmiterq; constāte/ atq;
ita vim suā preferēte/vt a nullo prorsus hoīm coargui possit: quicquid illud
erit quod in aliquo dissideat/nec se ita in oibus habeat: ipsum ex seipso/ insu-
perabili statui veritatis obiectū detegit atq; prosternitur. Hoc itaq; institu
to rite(vt michi videor)vsus: nō aduersus Grecos/aut alios quoslibet disse
rere studui. sed satis esse putaui si michi ex diuina largitate contingeret: pri
mum/vt de veritate bene sentirem/eamq; probe tenerem. tum vt de ea quā
nosse: verba conuenienter facere possem. Tu autē asseueras sophistā Apol
lophanem in me intorquere maledicta/ et parricidā appellare: vt qui Gre-
corum dictis atq; sententijs in eos ipsos parū iuste vtar. Atqui nos contra/
verius obijcere possemus/Græcos potius aduersus diuina diuinis vti iniu-
stissime: ac nefario scelere per sapientiam dei diuinæ religionis cultum eua
cuare moliri. Neq; vero ego quicquam nunc de multitudinis opinione lo-
quor: quæ poetarum fictionibus carnaliter (vt ita dicam) & passibiliter ac
perlibenter inhærens/creaturæ potius q̃ creatori famulatur. verum & ipse
Apollophanes: diuinis aduersus diuina/nefarie vtitur. Nam per hanc re-
M rum scientiam quæ ab ipso philosophia rite nominatur/ & a Paulo bea-
tissimo sapientia appellatur: ad authorem omnium/& eiusmodi quoq; sci
entiæ parentem/ oportebat viros philosophos subuehi. Ac ne aliorum q̃
ipsius opinionem contra institutum meum a veritate deuiare conuincam:
scire atq; intelligere Apollophanes debuit cum sapiens sit/ nichil vnquam
cœlestis ordinis ac motus immutari vlla ratione potuisse: nisi authorem
suum a quo & vt esset accepit/ & cuius maiestatis potentia continetur: in
N hoc se incitantem habuisset/ qui (vt sacra testantur eloquia) facit omnia &
transfert. Qua ergo ratione nō colit eum: quem ex hoc quoq; cognouimus
veraciter esse omnium deum? admiraturq; ipsius ineffabilem/ inextimabi-
O lemq; virtutem: per quam cuncta subsistunt? quādoquidem sol & luna per
summam vim statu omnino mirabili vna cū cœlo/vt essent prorsus immo-
biles: ipsius imperio paruerūt/atq; ad diei totius mēsurā in eisdē signis oīa
P cōstiterūt. Erit autē profecto maius atq; mirabilius/si alia atq; etiā prestā-
tiora quę cōtinēt ita ferri. quę vero cōtinentur: nō simul acta memorentur.
Q Et cū itē alia quædā dies perpetuo lumine triplo ferme q̃ solet maior effe-
cta est: & cœlū intra viginti horas(quē iam exegerat cursum)retrogradiēs
repetit. dignissimisq; miraculo contrarijs orbitis tanta mora temporis re-
meat sol/miro atq; insolito cursu motum illum annuum varia temporum
dimensione constantem intra decem horarum spaciū cōtrahit/ipsumq; to-
tū rursus intra decem alias nouā quādā tenēs semitā cōficit. Hoc profecto
miraculū Babylonios tunc merito terruit: & absq; pugna/Ezechiæ (vt qui
deo putaretur æqualis: ac mortalibus cæteris virtute præstare) subiecit.
R Omitto quæ in Aegypto magnifice contigere: & alia quædam signa ali-
bi diuinit9 facta. Sola hæc memoro quæ cōmunia sunt/atq; cœlestia: & or-

Apollophanes sophista.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D


bi toti/atq; omnibus nota. Sed forte dicturus Apollophanes est: hæc ve-
ra non esse. Ac istud quidem: Persarum sacerdotum monumentis reserua S
ta historia continet. magiq; nunc vsq; /triplicis mitri id est solis memoriā ce
lebrant. Verum liceat illi sane: his per ignorantiam siue per hæsitationem/
fidē nō accōmodare. Age itaq; illum rursus aggredere. Quid de illo qui tē- T
pore crucis dominicæ factus est solis defectu: dicturus es? Eramus tūc am-
bo apud Heliopolim: amboq; simul incidentē mirabiliter soli/ lunæ globū
notabam⁹ (nō enim eiusce cōiūctionis: tūc aderat tēpus) ipsamq; rursus ab
hora nona ad vesperā ad solis diametrū supra naturæ vires restitutam. In
memoriā autē illius reuoca & aliud quippiā. Nēpe enim (vt ipse non igno-
rat) eā lunæ incidentiā ab oriente cœpisse/ & vsq; ad solaris corporis finem
peruenisse: ac tum demū resilisse notauimus. Neq; vero eadē ex parte/ vt as
solet: & incidentia illa & repurgatio facta est/ sed ex aduerso diametri. Hęc
sunt quæ tunc temporis cōtigere naturā profecto superātia/ ac soli CHRI V
STO possibilia: qui author est oīm/ facitq; magna & stupenda/ quorū nō
est numerus. Ista illi (si licuerit) dicito. Ea si potes Apollophanes argue. Nē
pe eni p̄sens vna tecū affui/ vnaq; aspexi/ ac diiudicaui oīa: dignaq; sum ad-
miratione prosecutus. Deniq; tūc nescio quo afflatus spiritu: ad diuinatio-
nē quoq; prorupit Apollophanes. atq; ad me cōuersus/ hę (īquit) O præ-
clare Dionysi diuinarum sunt vicissitudines rerū. Ista interim quantū epi
stolaris patiebatur angustia: dixisse sufficiat. Potes autem ipse ea etiā sup-
plere quæ desunt: ac deo perfecte offerre hominem compluribus in rebus
sapientem. Fortasse non dedignabitur: mansuete atq; humiliter discere sa-
pientissimam religionis nostræ veritatem.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentum. Scripsit Polycarpus Smyr L
neorum episcopus ab beatissimum patrem: Apollophanem sophistam (sic enim eo
tempore: sapientem/ aut qui illa opinione duceretur inflatus appellabant) in eum cō-
uicia/ & maledicta intorquere. Eius obiecta omni cum modestia purgat sanctissimus
pater: & modestissime/ verisq; eum/ non obiurgans/ non conuicijs incessens/ conuincit
argumentis/ & quæ Apollophanes refutare non possit. & pro viri conuicijs: illum to-
to mentis affectu/ totis præcordijs a falsitatis errore ad veritatis lumen/ a deuijs mor
tis (in quibus Apollophanes vt intorta funda excussus dedebatur/ deuoluebaturq; in
præceps) ad veram vitæ viam reuocare contendit. vt quem in sæcularibus studijs so-
dalitia amicitia olim coniunctum habuerat (erant enim simul sodales in Aegypto in vr-
be Heliopoli/ quæ solis ciuitas appellatur: cum terrificus ille & mundo inauditus so-
lis defectus/ passionis CHRISTI contigit tempore: & ambo simul mirificum/ & su-
pra naturam admirati sunt portentum) vt inquam haberet & in regeneratione æternæ
vitæ: & fratrem/ & socium. Fieri enim non poterat: vt in sacro pectore (quod IHESV
amore/ & lege diuina flagrabat) quibuscunq; etiam verborum insectatorijs importu-
nitatibus fraterna extingueretur charitas/ & vt geminam veram & perfectam non
custodiret charitatem: cæteris Christianis qui futuri essent/ singulare suæ modestæ be- M
nignitatis exemplum relinquens. ¶Et ab ipso beatissimo Paulo/ sapientia dei appel-
latur. Epistola ad Corinthios prima/ cap. secundo. Sed loquimur dei sapientiam in my-
sterio/ quæ abscōdita est: quā prædestinauit deus ante sæcula in gloriā nostrā/ quam ne- N
mo principum huius sæculi cognouit. ¶Qui vt sacra testātur eloquia. In Daniele legi-
tur cap. secundo. Sit nomen domini benedictū in sæcula/ & vsq; in sæculū: quia sapiētia O
& fortitudo ei⁹ sūt. & ipse mutat tēpora & ætates: trāsfert regna/ atq; cōstituit. ¶Quan
doquidē sol & luna per summam vim/ statu omnino mirabili. Hoc grande ostentum: Io
sue cap. decimo legitur. Tunc locutus est Iosue domino/ in die qua tradidit Amorreum
in conspectu filiorum Israel: dixitq; eis. Sol contra Gabaon ne mouearis: & luna con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

contra vallem Hailon. steteruntq; sol & luna: donec vlcisceretur se gẽs de inimicis suis.
P ¶Erit autem profecto maius atq; mirabilius. Hoc dicit beatissimus pater propter pri-
mum mobile: cuius rapaci vertigine/ omnes inferiores cœlestes globi pariter rapiun-
tur. quod cum id mirabile signum de sole & luna sub Iosue factum est: nichilominus ta-
men suum cursum solita celeritate peragebat/ pariter & firmamentum/ & alij globi er-
rantium siderum. Et id quoq; miraculum adauget. tantum enim per spiritum/ Iosue in-
sidentem dictum est: sol contra Gabaon ne mouearis/ & luna contra vallem Hailon.
Q ¶Et cum item alia quædam dies perpetuo lumine triplo ferme q̃ solet. Id signum sub
Ezechia rege Iuda factum: quartus regum capite vicesimo memorat. Ait Ezechias. fa-
cile est vmbram crescere decem lineis/ nec hoc volo vt fiat: sed reuertatur retrorsum de-
cem gradibus. Inuocauit itaq; Esaias propheta dominum: & reduxit vmbram per line-
as quibus iam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Et ex histo-
ria intelligitur/ quamlibet lineam atq; gradum: horariam moram designasse. & diem ar-
tificialem (quæ mora est solis supra finitorem circulum) tunc paulo amplius q̃ decem ho-
rarum fuisse. & iam sole sensim ad occasum deuergente (Esaiæ prophæte sancta impre-
catione facta) decem alijs horis versis habenis solem relapsum ad ortum. & ab ortu de-
nuo decem alijs horis solita perambulatione motum reuocasse ad occasum. Vnde fit vt
cum sol primitus supra finitorem circulum decem horas processisset/ & decem horas re-
ciprocauerit/ retrocesseritq; ad ortum/ & rursus ab ortu ad occasum decem horis regres-
sus sit: ea artificialis dies/ ferme tripla q̃ esse debuerit inuenta sit. Et q; regi Babylonio-
rum de Ezechia auditum sit: nulli dubium esse debet id omnibus sæculis narrandum
miraculum/ eum tunc non latuisse. & non modo non latuisse: sed & mirum in modum
attonitum reddidisse. Neq; enim ad Ezechiam munera congratulatoria misisset: nisi ip-
4. regũ. 20 si de miranda eius sanitate constitisset. vt eodem in loco quarti regum deinceps legi-
tur. In tempore illo (inquit) misit Merodach Baladan/ filius Baladan rex Babylonio-
rum litteras & munera ad Ezechiam. audierat enim q; ægrotasset Ezechias. Lætatus
est autem in aduentu eorum Ezechias: & ostendit eis domum aromatum/ & aurum/
& argentum/ & pigmenta varia/ vnguenta quoq;/ & domum vasorum suorum/ & om-
nia quæ habere poterat in thesauris suis. non fuit quod non mõstrasset eis Ezechias in
R domo sua/ & in omni potestate sua. ¶Omitto quæ in Aegypto magnifice contigere/ &
alia quędã signa. Id partim dicit propter signa facta in Aegypto diuina virtute per Mo-
sem sub Pharaone. vt exodi capite septimo: virga Mosis conuertitur in colubrum. per-
cussæ aquæ vertuntur in sanguinem. Cap. octauo: omnia ranæ fœdant. cyniphes: homi-
nes & iumenta perurgent & perdunt. muscæ grauissimæ gentem & animalia ad lethum
infestant. Capite nono: Omnia Aegyptiorum pecora moriuntur. vlcera & tumentes ve-
sicæ: corpora Aegyptiorum tabe resoluunt. omnia in agris horrenti & vago fulmine/
grandineq; percussa intereunt. Et cap. decimo: locusta/ & bruchus: quæ ex grandine su-
perfuerant/ radicitus erodũt. tenebræ horribiles tota in Aegypto factæ sũt. Et cap. duo-
Iosue. 6. decimo: trãsiens angelus omne primogenitũ Aegypti ab homine ad pecus percutit. Et
Iudicũ. 6. alia quidẽ signa dicit: propter muros Hiericõtis qui ante Iosue corruerũt. propter signa
S facta Gedeoni/ & eiusmodi talia: quę facile est suis ex locis requirere. ¶Ac istud quidem
Persarum sacerdotum monumentis historia continet. Mirum profecto & spectaculo di-
gnũ: beatũ patrẽ annales/ historiasq; Persarũ ac Babyloniorum (vt eorum sacerdotes re-
ponere solebãt) percalluisse. neq; eorũ peregrinã linguam: identidẽ ipsũ latuisse. Et hoc
in loco peregrino/ persicoq; vocabulo mithri vtitur: quo Persę & Babylonij solem (vt
vetus scholium habet) denotant. Quod & Strabo libro decimo quinto testatur. Persæ
(inquit) nec statuas nec aras erigunt. Cœlum: Iouem putant. colunt solem/ quẽ mi-
thrã vocant. Neq; hic referat an mithros/ an mithras/ an vtrumq; dicatur. Et quia dies
quæ ab astrorũ peritis (vt dictũ est) appellatur artificialis: fere in mora/ ac duratione tri-
plicata fuit: ideo ait/ triplicis triplicatiq; solis Persas celebrare memoriã. Visus est enim
eo die quo Ezechiæ regi cœlitus datũ est signum: sol per decem horas ad occasum pro-
cedere/ & per decem horas ad orientem regredi/ & rursum per decem horas ad occa-
sum denuo tendere: quasi triplices illo die sol fixerit stationes. Et admodum verisimile
est: beatissimũ patrem linguarũ munus (vt discipuli et apostoli) accepisse. nã hic ipsũ vi-
des neq; Babyloniũ ignorare. Et cap. decimo quito cœlestis hierarchię: secretas hebręo-
rũ interpretatur voces. & loquitur patrio sermone: nõ vt homo/ sed vt ãgelus. quẽ pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D



inde Græci nunc magnum/nunc angelum/nunc cœli volucrem appellãt. & mittitur in
Gallias apostolus:& eius apostolatu reuera Gallia fœlix. Sed quod apostolatus sui mu=
nus exequi potuisset/linguarum gratia non donatus? profecto quantum quispiam no=
strum in Indiam profectus:sed Indicæ linguę ignarus. Et nostræ fidei initia longe admi
rabiliora fuere:q̃ nostræ mentis paruitas concipere sufficiat. Verum nobisipsis multa in=
firmorum more supra vires nostras arrogamus:neq; tanta vnq̃ nobis persuadere pote
rimus/quin multo plura & excellentiora in veritate præfuerint. Et homines illius/ & T
huius temporis (de spiritualibus loquor)ita plane differre videntur:vt angeli ab homi
nibus/ & immortalia a mortalibus. ¶Age ita illum rursus aggredere. Heliopolis so=
lis ciuitas in ægypto/ olim cultui solis dedicata. Ante mortem magnorum principũ:
solent interdum stupenda ostenta videri. Sed & paulo ante mortem CHRISTI sal=
uatoris/principis principum/& magnorum maximi:quod omnia superaret grande ostẽ
tum/& supra naturam miraculum visum est in stupenda illa deliquij solis nouitate:cu=
ius & Phlego gentilis & Africanus/in historijs suis meminere. sed & euangelistę:quo=
rum fides longe supra omnem historiam. Marcus capite decimoquinto. Et facta hora
sexta:tenebræ factæ sunt per totam terram vsq; in horam nonam. Et Lucas capite vice
simotertio. Erat autem fere hora sexta:& tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsq;
in horam nonam/& obscuratus est sol:& velum templi scissum est in medium. Tunc vi Abachuc.3
detur adimpletũ oraculũ Abachuc. Sol & luna steterũt in habitaculo suo:i luce sagitta=

rum tuarum ibunt/in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. Et beatiſſimus pater modũ hu-
ius eclypſeos quo tunc attonito mundo intonuerit/declarat diligenter: a reliquis ſcri-
ptoribus omiſſũ. ¶ Eſto itaqꝫ ſol a. luna b. diameter aſpectus e f/ab ipſo ſole ad ſolis op-
poſitum protenſa. c oriens. d occidens. g pars ſolis orientem reſpiciens. h eiuſdem pars
quæ reſpicit occidentẽ. linea vero g h diameter diſci/corporiſqꝫ ſolis. Luna decimaquar
ta erat: in illa viuifica CHRISTI agni immaculati in lignea ara pro reparando mundo
immolatione. eratq; in nota f ex diametro ſolem aſpiciens. Aliquando enim luna ex ſe-
xtante/aliquando ex tetragono/aliquando ex trigono: aliquando vero ex diametro di-
citur ſolem aſpicere. Et ex diametro: quando prorſus e regione ſolis collocata: tota illu-
ſtrari/& ſolaribus collucere flammis cernitur. Et erat tunc luna(vt dictum eſt)in f: ſed illi
co/atqꝫ repente ad ſolem deportata/ vt pullam & mundo terrificam ſubito ſumeret fa-
ciẽ. Nec iniuria quidem: nã magnus mundi ſol patiebatur. eratqꝫ illis in regionibus fer-
me hora meridiana. Et aliter q̃ aſſolet: ex parte orientali g ſolis cœpit illa eclypſis. & ab
g ad h vſqꝫ progreſſa luna: totam ſolis lampadem obſcurare viſa eſt. deinde ab h regre-
di ad g. Ita vt cum incœpiſſet in g fieri ſolis obſcuratio: non ea ex parte primum repur-
gatum eſt deliquium. ſed ex parte occidentali h cœpit ſol primum repurgari: & ſe ex te-
nebris iterato pandere mundo/mortaliumq; oculis. oppoſitum tamen cæteris in ecly-
pſibus ſemper euenire ſolet. In omni namqꝫ eclypſi/ſoliſqꝫ deliquio: luna ſolem ex par-
te occidẽtis h ingreditur. nam motus lunæ naturalis/ac proprius: ab d per h c f demum
recurrit in d. & ſemper ea pars quæ primum obſcurata eſt: primitus repurgari ſolet/effi
ciqꝫ conſpicua. id autem totum(vt miraculo nichil deeſſet)in hac mirifica/& ſuper natu
ram facta ſolis obtenebratione: oppoſitum euenit. Intellecta igitur diametro corporis ſo
lis g h/cœpit ab g: & ex h oppoſito diametri vnde cœpit puncto/reſtitutio & repurgatio
facta eſt/cœpitq; reſilire. Et hæc ingreſſio lunæ in ſolem & regreſſio (quam reſilitionem
vocat)ab g in h & h in g: ab hora ſexta ad horam nonam/hoc eſt illis in orientalibus re
gionibus a meridie ad tertiam poſt meridiem horam: Pariſij vero (vbi hæc deo & diui-
no Dionyſio adiutoribus ſcribimus)fere ab hora nona quæ tertia eſt ante meridiem/ ad
horam meridianam protenſa durauit. Sed ſole ſub occaſum ad veſperam deuergente/
mundi ſolita ſeries reſtituta patuit: & luna e ſolis oppoſito ſua iam retinens loca plena
face illuſtrari. vt nouum miraculum de ſubita lunæ ad aſpectus diametrum reſtitutione:
& Dionyſium/ & Apollophanem & vbiuis gentium/mortalium oculos admirabundos
detinuerit. Quæ profecto naturam ſuperantia ſigna(vt diuinus notat pater)ſoli CHRI
STO poſſibilia ſunt: qui author eſt omnium/facitqꝫ magna & ſtupenda quorum nõ eſt
V eſt numerus. ¶ Facitqꝫ magna & ſtupenda: quorum non eſt numerus. Serio alludit
beatus pater ad id Iob capite quinto. Qui facit magna & inſcrutabilia/& mirabilia
ſine numero.

X ¶ Demophilo monacho: de benignitate. Epiſt. VIII.

Y HEbræorum tradit hiſtoria animoſe Demophile/ etiã ſan-
ctum illum virum Moſem eximiæ manſuetudinis merito:
diuina amicitia/& familiaritate dignatũ. Ac ſi quando ip-
ſum diuino aſpectu excidiſſe commemorant: non id ei pri-
Z uſq̃ a manſuetudine defecerit/contigiſſe deſcribunt. Sed cũ
aliquando nimium inſoleſceret & conſilijs obſiſteret diui-
nis: iratus eſt inquit furore dominus. Cum vero ipſum diuinis meritis/atqꝫ
a deo indultis honoribus facit illuſtrem: ex ea imprimis excellenti ac diui-
Z na prorſus ſummi boni imitatione concelebrat. Erat enim(inquit) manſue
tus valde. atqꝫ ideo dei famulus dicitur/digniorqꝫ prophetis oĩbus: cui de⁹
A viſionis ſuæ gratiã largiretur. Sed & cũ aduerſus eum & Aaron pro põtifi
catus honore ac principatu gẽtis/improbi quidã atqꝫ impudẽtes ꝓterue cõ
tenderẽt: omni honoris ac primatus ambitione ſuperior fuit/paratus quidẽ
cuicũqꝫ deus decreuiſſet populi gubernacula credere. Verum vbi inſurgere
in eũ cœperant/prioraqꝫ exprobando minari/& iam ferme in opus erum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pere:mitissimus ille deum quidem in salutem inclamauit. magna vero con
stantia/singulariq; modestia cōtestatus est: se insontem esse calamitatū om
niū quæ subditis obuenissent. Nouerat enim oportere eum/ qui deo bono
familiariter iūgitur: q̄ maxime conari/ei pro viribus simillimū fieri/ac præ=
terea sibi esse bonorū operū cōscium. Quid vero Dauid quoq; illū dei pa= B
rentem: fecit diuina amicitia dignū? Nempe cum esset bonus/atq; esset in
hostes benignus: inueni (inquit ille summe bonus/ ac benignitatis amator) C
hominē secūdum cor meū. Præceperat & diuinitus indulta lex: ipsa quoq; D
inimici iumenta non negligi. Iob quoq; vt innocētiæ tenax: iustificari pro=
meruit. & Ioseph fratrū insidias in se vlcisci noluit. Abel itidē simplici ani=
mo & absq; suspitione vlla: cum fratre parricidium gestiēte pergebat. Om= E
nes deniq; theologia prædicat bonos / qui mala antea nec cogitare nec
facere norūt: sed ne aliena quidē malicia a bonitate decidunt. immo cōtra:
penitus ad diuinæ bonitatis imaginem malos quoq;/bonos efficere curāt.
effundentesq; in eos omnia benignitatis viscera: sensim eos etiam ad si=
milia prouocant. Verum ad altiora ac digniora feramur. Non sancto=
rum virorum mansuetudines/non angelorum: præ se ferentes boni spe=
ciem homines amantiū/ euidentissima benignitatis & propensioris in eos
studij indicia/enunciare intendimus. vt scilicet illi gētibus misereātur/ac p̄ F
ipsis diuinæ bonitati offerant preces: perniciosasq; ac perditas multitudi=
nes increpent. & malis nostris cōdolentes: eorum saluti læti congaudeant
qui se ad meliora conuertunt. & quæq; alia: quæ de beneficis angelis di=
uinæ litteræ tradunt. Sed his omnibus omissis CHRISTI (qui vere
ac supreme bonus est) beatissimos radios alto corde in silētio excipiamus:
& ab ipsis illustrati/ad diuina ei9 et benignissima opera contuenda perga
mus. An nō ineffabilis/incōprehēsibilisq; bonitatis est: q̄ quæ nō erāt sub=
sistere voluit/& q̄ ea omnia ad esse produxit? q̄q; omnia item semper si=
milia sibi/ pro cuiusq; captu euadere cupit: suisq; cōmunicare muneribus?
Quid? q̄ a se auersos ac resilientes amatorie sequitur/ contenditq; ac de= G
precatur: ne se deserant ij quos tanta vi amoris inquirit. Quid? q̄ delicijs H
quoq; resolutos/ac per id redire differentes/& eos frustra insimulantes: be=
nignissime tolerat/ rationemq; reddere per seipse dignatur/ immo & pro=
missionibus releuat/blāditijsq; demulcet. Cumq; adhuc procul sint qui ad
se redeūt/lætus occurrit: atq; obuius fit/& totus totos cōplexus osculatur/
nec prioris illos auersionis culpat. verum præsenti conuersione contentus/
& diem festum agit/& conuocat amicos: eos scilicet qui singulari benigni=
tate sunt p̄diti/vt sit oīm lętātiū habitatio. At vero Demophil9 & quisquis
alius si aduersetur bonis: iuste oīno corripitur. edoctusq; quid cōgruat: bo=
nus efficitur. Quomodo enī (inquit) nō oportuit eū qui bonus esset: de eo=
rum qui perijssent salute/& qui mortui essent vita/ lætari? Deniq; & super I
humeros attollit ouem vix ab errore conuersam: & benignos angelos ad
lætitiam excitat. Ingratis quoq; clementissime vtitur/ et oriri facit solē suū K
super bonos et malos: atq; ipsam animā suam pro auersis a se/ac refugien=
tibus ponit. Tu vero vt tuæ litteræ indicant/procidentē sacerdoti impium L

Cõfeſſio hic et pœniten tię ſacramẽ tũ intelligit

(vt a;s)atq; peccatorem:neſcio quo pacto contra diſciplinæ ordinẽ aſtans/
calce abieciſti/ac reppuliſti.cũ ille quidem verecunde(quod oportuit) fate=
retur ſe ad peccatorũ remedia quærẽda veniſſe.neq; exhorruiſti inſup̱ et ſa
cerdotem optimũ/lacerare conuicijs:miſerabilem eũ dicẽs/qui pœnitẽtem
atq; impium iuſtificaſſet. Ac tandem exi inquiens ſacerdoti/cũ ſimilibus
tuis.contra fas omne irrupiſti in adyta: & ſancta ſanctorum prophanare
auſus es.& ſcribis nobis te ſancta cum violanda eſſent/ſumma cura/proui
dentiaq; ſeruaſſe:eaq; hactenus illibata cuſtodire. Nunc ergo quid ipſi ſen
tiamus:attende.Nefas eſt ſacerdotẽ a miniſtris(qui te ſuperiores ſunt)atq;
a tui ordinis viris iudicari:etiã ſi impius in diuina eſſe videatur/etiã ſi quid
aliud ex ijs quæ interdicta ſunt egiſſe depræhẽditur.Nam ſi diſtinctiones/
ordineſq; confundere: ſacratiſſimas dei ſanctiones & iura tranſgredi eſt.
omni profecto ratione caret:dei cauſa peruertere traditũ diuinitus ordinẽ.
Neq; enim in ſeipſum:dei ſermo diuiſus eſt. alicqui quomodo ipſius ſta=
M ret regnũ? Et ſi dei eſt iudicium/vt ſacra eloquia teſtãtur:ſacerdotes autem
angeli ſunt/diuinorũ iudiciorũ cõtinuo poſt põtificem magiſtri: ab ipſis tu
diuina congrue ac ſuo ordine per medios miniſtros cũ tẽpeſtiuũ fuerit di=
ſce/per quos etiam cultor eſſe meruiſti. An vero non hoc ipſum ſacra ſigna
proclamãt? neq; enim ſancta ſanctorũ ſimpliciter omnibus ſunt inacceſſa:
verũ his appropinquat magis pontificum ſacra diſtinctio/ deinde ſacerdo=
tum ordo/quos deiceps & miniſtrorũ ſequitur gradus. Porro ijs qui culto=
res ſunt ordinati:adytorũ portæ ſegregatæ ſunt/iuxta quas & initiantur et
aſtãt.nõ ad cuſtodiã:ſed vt ordinẽ recognoſcant ſuum. ſuntq; ipſi populo
propinquiores:q̃ ij qui ſacra adminiſtrãt. & q̃ populus:ipſis quoq; ſacer=
dotibus magis accedentes. Vnde & ſacrorum ſanctus ordo ſacerq; princi=
patus/eos diuina percipere ſacre inſtituit:alijs quidem qui intra adytorum
valuas ſunt/ſacrorũ amminiſtrationẽ concedens. Nã ij qui diuinũ (vt ex=
preſſius dixerim)altare circũſtant:diuina intuentur/atq; audiunt aperte ſi=
bi reuelata. procedenteſq; benigniſſime ad exteriora ſacrorũ velaminum:
ſubiectis cultoribus/& ſacro populo/& ijs qui purgantur ordinibus ſacra
myſteria pro meritis pandunt. Quæ profecto rite immaculata tã diu ſer=
uata ſunt:quoad ipſe tyrannice nimiũ in ea irrupiſti/ ſanctaq; ſanctorũ &
quidem nolentia/tibi publicari coegiſti. Et poſt hæc haberi ab te ſacra/atq;
ſeruari dicis:cum ea neq; videre neq; audire merueris/neq; aliquid habeas
ſacerdotio dignũ. Sicuti ne veritatẽ quidẽ ſcripturarũ noſti: cum eas quoti=
die ſermone impugnes ad ſubuerſionẽ audientiũ. Nempe enim ſiquis non
permiſſum ſibi a rege principatum gentis/ vſurpare tentaſſet: iuſtiſſima in
eum pœna deſæuiret. Idẽ quoq; putaretur/ſi principe quempiã vel abſol=
uente vel damnante: nõnullus ex aſtantibus ſubditis præſumeret latam a
domino retractare ſententiã.& ne id modo:verũ et dominũ afficere iniu=
rijs/pulſare/atq; ex imperio deturbare moliretur. An vero tu homo tã au=
dax ac temerarius es:aduerſus mitiſſimũ atq; optimũ virũ/ſacratiſſimãq;
ipſius functionẽ/et ſacerdotalis dignitatis iura? Et hæc quidẽ nos oportuit
dicere: cum quis ſupra merita ac dignitatem ſuam auſus/ aliqua præ=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sumpsit attentare: quæ tamen non indigna viderētur. nam neqꝫ hoc cuiquā
omnino fas est. Quid enim quod non conueniret: fecit Ozias/incensum of N
ferens deo? quid item Saul victimas faciens? quid violenti nimium dæmo-
nes: cum IHESVM dei filium verissime prædicarēt? Sed profecto a theo- O
logia omnis alienus/interdicitur episcopus. vnusquisqꝫ enim ministerij sui P
ordinem seruare debebit. solusqꝫ pontifex semel in anno ingreditur in san-
cta sanctorum: & hoc seruata diligenter omni (quam lex præcipit) mundi-
cia pontificali. Sacerdotes autem sancta circūtegunt/& leuitæ sancta non
tangunt: ne moriantur. et iratus est furore dominus: contra Oziæ temerita Q
tem. et Maria lepra respergitur: quæ legifero fratri legem conatur impone-
re. Et super filios Scene insiliere dæmonia. et non mittebam eos (inquit) et R
ipsi currebant: & non loquebar ad illos/et ipsi prophetabant. & impius qui
michi immolat vitulum: sicut qui occidit canem. Atqꝫ vt summatim di-
cam: eos non tolerat qui diuina peruertunt/perfecta illa dei supremaqꝫ iu-
stitia. dicentibusqꝫ illis/in nomine tuo virtutes multas fecimus: respondet/
nescio vos/recedite a me omnes operarij iniquitatis. Nefas itaqꝫ est (vt diui-
na testātur eloquia) ea etiam quæ iusta sunt: non secundū dignitaten/meri-
taqꝫ exequi. cæterum debet sibi quisqꝫ cautius intēdere: vt non sublimia et
quæ se altiora sunt sapiat. solaqꝫ ea meditari: quæ sibi pro meritorū modo
credita sunt. ℂ Quid igitur inquis non oportet sacerdotes qui vel impie vel Argumētū
perperam aliquid facere depræhensi fuerint/corrigi? solisqꝫ licebit glorian- Demophili
tibus in lege: per pręuaricationem legis deum inhonorare? Et qua ratione
sacerdotes: prædicatores dei sunt? quo enim pacto diuinas populo virtutes
enunciant: qui nec earum vires penitus norunt? Aut quomodo illumina-
būt alios: qui ipsi sunt tenebris obsiti? Quomodo item diuini spiritus gra-
tiam præstabunt: qui neqꝫ an sit spiritus sanctus/habitu atqꝫ veritate credi-
derunt? ℂ Ad hæc tibi ipse respondeo. non enim inimicus Demophilus Satisfactio
est: nec patiar te circūueniri a sathana. Vnusquisqꝫ profecto circa deū astā- sanctissimi
tium ordo: sacratior est magis absistente/atqꝫ diuinior. & lucidiora simul patris.
sunt/vimqꝫ illuminandi seruantia maiorem: quæ vero lumini magis sunt
propinquantia. Neqꝫ localiter accipias velim huiusmodi propinquitatem:
sed secundum idoneitatem qua ad deum recipiendum sunt accōmodatio-
ra. Si igitur quæ illuminat/sacerdotum est sancta distinctio: proculdubio
ille a sacerdotali ordine & virtute omnino prolapsus est/qui illuminās non
est/multoqꝫ sane magis: qui neqꝫ illuminatus est. Atqꝫ vt michi quidem vi-
detur/audax nimiū huiusmodi est: si sacerdotalia munia sibi assumit. neqꝫ
metuit/neqꝫ veretur: ea quæ sunt diuina præter meritum persequi. putatqꝫ
ea latere deum: quorum sibi ipse conscius sit. et se deū fallere existimat: quē
falso nomine appellat patrē. audetqꝫ scelestas blasphemias suas (neqꝫ enim
preces dixeri) sacris aris iferre/easqꝫ super signa illa diuina ad CHRISTI
similitudinem dicere. Non est iste sacerdos/non est: sed infestus/atrox/do-
losus/illusor sui/& lupus in dominicum gregem ouina pelle armatus. At
Demophilo fas non est: ista corrigere. Nam si diuinus sermo iusta iuste
prosequi iubet (iuste vero prosequi: est vnicuiqꝫ quod suum est pro meritis

reddere)iuste hoc omnis prosequi non pręter suum meritum aut ordinem
debet.Namq; & angelis iustum est/officia secundum merita diuidi:vt et
profecto diuisa sunt.verum hoc illis nō a nobis o Demophile:sed per illos
nobis ex deo/& ipsis quoq; per superiores angelos. Atq; vt breuiter dixe-
rim:in omnibus quæ sunt/per prima secundis a dispositissima omnium ac
iustissima prouidentia/iusta pro meritis tribuūtur.vt ij quidem quos deus
præesse alijs statuit:inferioribus atq; subiectis secundum merita tribuant.
Verum enim Demophilus iræ & concupiscentiæ:ratione moderetur/eisq;
secundum merita tribuat.neq; suum violet ordinem:sed regat subdita su-
pereminēs ratio.Nam si cum forte in foro aspicimus famulū domino/se-
niori adolescentulū/ siue etiam filiū patri maledicere/simulq; impetu facto
plagas inferre:pietatē violare videmur/nisi accurrētes præstantioribus opē
ferre studeamus/quātūlibet illi fortasse prius perpessi iniuriā sint.cur quę-
so non erubescimus qui rationē ab ira & concupiscentia violari et a tradito
sibi diuinitus principatu deijci videmus/atq; negligimus:& inter nos ipsos
S impiam & iniustā temeritatē ac seditionē/ cōfusionēq; excitamus? Merito
sane noster a deo nobis indultus legifer:ecclesiæ dei præfici prohibet eum/
qui domui suæ eatenus non bene præfuerit.Qui enim seipsum regere no-
uit:& alterū reget.qui alterū:etiam domū.et qui domū:ciuitatem quoq;.
T et qui ciuitatē:etiam gentē. Atq; vt sūmatim dicā:iuxta veritatis vocē/qui
in modico fidelis est:& in multo erit fidelis.et qui in modico infidelis:& in
multo quoq; infidelis erit.Ipse igitur concupiscentiæ & iræ atq; verbo:con-
grua iure tuo impartire.tibi autem venerādi ministri moderētur/ministris
sacerdotes/sacerdotibusq; pontifices:atq; illis ipsis apostoli/apostolorūq;
successores conuenientia dictent. At si quis forte & inter ipsos a recto tra-
mite deuiarit:is ab æqualibus atq; sui ordinis sanctis corrigatur.vt non or-
do in ordinem ruens cuncta permisceat:sed vnusquisq; in suo ordine/suoq;
officio maneat.Ista tibi interim idcirco dixerimus:vt & scias et facias quæ
tui muneris sūt.Porro de illa in virū(vt tu ais)impiū ac perditū immanita-
te:nescio quo fletu plangā contritionē dilectissimi mei. Cuius enī te arbitra-
ris a nobis cōstitutū esse cultorem? Nisi enim illius summe boni cultor es:
profecto & a nobis et ab omni nostræ religionis cultu alienus sis necesse est.
iāiāq; tibi ex hoc deus inquirēdus est alius/& alij sacerdotes:vt apud illos
V effereris potius q̄ perficiaris/sisq; amicæ crudelitatis minister atrox. An enī
et nos ipsi ad supremæ sanctitatis imaginem perfecti sumus? aut non in no-
X bis ipsis diuinæ clementiæ largitate indigemus? An vero iuxta diuinas lit-
teras:peccatum duplex impiorū more peccamus? dum & nescimus in qui-
bus offēdimus/insuper & nos ipsos iustificare præsumimus/putamusq;
nos videre:cū reuera minime videamus.Obstupuit cœlū super hoc/& ex-
horrui ego/michiq; ipsi vix credo.ac id ipsum bene scias velim:nisi tuas le-
gissem litteras(quas vtinam nūq̄ vidissem)nemo vnq̄ persuasisset(quicūq;
michi hæc de te persuadere moliretur)vt ad credendū adductus essem/De-
mophilum non arbitrari deum super omnia bonum ac benignum esse:seq;
putare ipsius miserantis ac saluātis gratia non indigere.immo et sacerdotes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

abrogare: qui promeruerunt bonitate præcipua plebis ignorantias porta- De dño saluatore nostro
re, et non seuere corripere/sed eis deum propicium facere: non ignorãtes ꝙ
et ipsi circundati sunt infirmitate. Sed profecto diuinus ille ac sũmus pon- Y
tifex/altera ingressus est via: idq; cum (vt sacra testantur eloquia) a peccato- Z
ribus esset segregatus. Atq; hoc eximiæ in se dilectionis argumẽtũ capit: si z
oues eius modestissima gubernatione pascamus. & næquã eũ appellat qui
conseruo non dimiserat debitum: neq; illi indultæ sibi largissime bonitatis
ne minimam quidem tradiderat portionem. Atq; ideo in illum intorquet
iustã oĩno sententiã vt (quod michi ac Demophilo valde metuendũ est) ab
eo quæ semel fuerant dimissa repetantur. Nempe enim & ijs qui impias in rr
se manus iniecerant in ipso suæ passionis tempore: veniam a patre precaba
tur. discipulos item corripuit: ꝙ persequẽtes se Samaritanos vt impietatis ss
condemnaret/optauerant. Hoc sane illud est quod imprudenti illa & pro-
lixa nimis epistola tua inculcas et replicas: ꝙ scilicet non teipsum sed deum
vltus es. Dic oro te: per maliciam/eum qui summe bonus est vindicas?
absit. Nõ enĩ habemus pontificẽ qui compati non possit infirmitatibus no- tt
stris: verum & innocens/et misericors est. Non contendet neq; clamabit: et vv
ipse est mitis/& ipse propiciatio est pro peccatis nostris. Non itaq; suscipie-
mus improbos conatus tuos/ne si millies quidem Phinces atq; Heliam te xx
dicas æmulari. Hæc enim minime probauit IHESVS: cum ea sibi disci-
puli/mitis ac benignissimi spiritus eatenus rudes/ignariq; suggererent. De-
niq; & sacratissimus noster institutor: in mansuetudine docẽdos admonuit
eos/qui doctrinæ dei aduersarentur. Doceri quippe ignaros decet: nõ sup-
plicijs affici. sicuti & cæcos non cruciamus: sed ad manum ducimus. Con-
tra vero tu respirare in lucẽ inchoanti viro: ictum in caput impingens emer-
gendi facultatem adimis/accedentemq; summa cum verecũdia/repellis au-
dacter. Hoc igitur ingẽtis horroris est: ꝙ is quẽ CHRISTVS sũme bo-
nus errantẽ in mõtibus requirit/fugientẽq; reuocat/& vix repertũ sacris hu
meris reuehit: abs te affligitur/repudiatur/abijcitur. Ne quæso tam male
nobis ipsis cõsulamus: neq; gladium in nos ipsos impellamus. Nam ij qui-
dem qui alios violare iniurijs/aut beneficijs fouere nituntur: cum illi forte
quæ voluerint facere nequeant/sibi tamen aut maliciam secundum propo-
situm/aut bonitatem consciuere. atq; ideo euadunt aut virtutibus diuinis:
aut atrocitatibus inhumanis pleni. Et ij quidem angelorum sanctorum se-
ctatores & comites/et in præsenti & in futuro sæculo cum omni pace libe-
rati a malis omnibus: beatissima requie in perenni vita/perpetua here-
ditate potiẽtur/et (quod bonorum omnium maximum est) cum deo sem-
per erunt. Porro ij qui a diuina simul ac sua pace deciderunt: & in vita et
post mortem cum immitibus/atrocibusq; dæmonibus futuri sunt. Cuius
rei gratia nobis summo studio curandum est/vt bono inhæreamus deo/si-
musq; cum domino semper: & non cum malis occulto illo iustissimoq; iu-
dicio segregemur/atq; ex nobis ipsis pœnas debitas subeamus. Quod ego
maxime omnium timeo: malorumq; omnium exors esse/& cupio et oro.
Ac si vis: diuinam quoq; sancti cuiusdam viri visionẽ memorabo. ¶ Cum yy

Visio Carpi sācti viri de benignitate Ihesu amatoris vitæ.

aliquādo in Cretam venissem:sanctus Carpus me suscepit hospitio:vir ob
eximiam animi mūdiciam ad dei speculationem vltra ferme omnes aptis-
simus. Deniq; nunq̄ sancta mysteria celebrare cœpisset:nisi prius inter eas
preces(quæ antea consummantur)sacra illi/ac propicia visio apparuisset.
Hunc igitur(vt ipse referebat)infidelis quispiā cōtristarat aliquando. Erat
autem causa tristitiæ:ꝙ ille quēdam ab ecclesiæ fide/ad impietatem erroris
zz abduxerat. Cūq; eius celebritatis(quam vulgus ilarias vocat)agerētur di-
es:qui debuerat pro vtrisq; benignissime orare/atq; dei saluatoris auxilio
alterū ab errore conuertere:alterū bonitate superare.nec desistere quin eos
ammoneret per omnem vitam:donec pœnitentiæ tempus superesset.et ita
eos ad dei cognitionem attrahere:vt iam tandem & quæ illis erant ambi-
bigua/& obscura patescerent.et ab ijs quæ præter rationem audacter ad-
miserant:resipiscere legitima seueritate cogerentur.nescio quo pacto(cum
intra semetipsum id antea passus non esset)tunc vehementem indignatio-
nem/atq; amaritudinem imbiberat animo. Sic itaq; affectus obdormiuit:
erat enim vespera. Circa vero mediam noctem/quo tempore consueuerat
ipse semper apud se ad diuinos euigilare hymnos:expergiscitur quidem
et surgit/cum somnos parum quietos & crebro interruptos/nec absq; per-
turbatione cœpisset.stans tamen ad diuinam precem et collocutionem non
satis intente:irreligiose tristabatur.et ferebat grauiter:iniquum esse dicens/
si impij homines & qui vias domini peruerterent rectas/adhuc viuerent.
Et hæc dicens precabatur deum:vt amborum vitam turbine aliquo et ful-
mine prorsus abrūperet. His dictis repente se vidisse referebat domum in
qua consistebat:primitus vehementer agitari/ac tum demū a summo cul-
mine per medium diuidi.& quēdam ante se ingentis luminis rogum/eūq;
(videbatur enim iam sub diuo esse locus)e cœlo ad se vsq; deferri.cœlum
vero ipsum patere apertum conspiciebat:eiusq; cardini IHESVM insi-
dere/innumeris illi humana specie astantibus angelis. Et ista quidem vi-
disse:cum superne aspiceret/& se esse admiratum memorabat. Vbi vero
ad inferiora deflexit obtutus Carpus:ipsum quoq; solum instar vasti ac te-
nebrosi cuiusdam profundi discissum se vidisse ait. atq; viros illos (quibus
mala imprecatus fuerat)ante se ad os illius profundæ voraginis stare tre-
mentes ac miserabiles:& qui ipsa pedum suorum labilitate iam mergendi
viderentur. Porro ab inferiori parte voraginis serpentes cernebat emergere:
qui circa illorū pedes ita instabiles ac nutantes/interdum quidē in globum
colligi & ingrauari vna/atq; pertrahere:interdum vero dentibus & caudis/
ore/gutture/linguis ac toto corporis motu vim immensi pauoris viderentur
incutere.vt qui modis omnibus deorsum illos præcipitare molirētur.fuisse
autem & viros quosdam in medio/qui contra eos vna cum serpentibus im-
petum facerent:exagitantes vna/& impellentes/atq; ferientes. Videbantur
autem illi lapsui proximi:partim vi/partim etiam inuiti/partim etiā sponte:
cum a malo sensim & cogerentur simul/et inducerentur. Referebat autem
Carpus se(dum inferiora aspiceret)fuisse delectatum/atq; superiora negle-
xisse:grauiter autem & indigne ferentem ꝙ illi necdum cecidissent.et cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

sæpius eo desiderij ferretur impetu/eosq; & ipse niteretur impellere/sæperq;
frustra moliretur: molestissime tulisse/& contra eos imprecatum esse. Cum
ecce vix tādem reuocatis ad superna luminibus: vidit cœlū sicuti & prius
aspexerat/IHESVMq; miseratum quod fiebat/de cœlesti illa sede con=
surgentem/ad eos vsq; descendere/& porrigere clementissimam manum.
angelosq; vna opem ferentes: aliūde alium/tenuisse viros. ac dixisse Carpo
IHESVM/stanti porrecta adhuc manu: iam percute aduersum me. pa=
ratus enim sum etiam iterum pro saluandis hominibus pati: gratum michi
istud est/dum non alij homines peccent. Tu autem inspice: an tibi vtile sit
hanc istius profundi/& cum serpentibus mansionem/dei ac bonorum cle=
mentiumq; angelorum præferre consortio? Hæc sunt quæ ego audita: ve=
ra esse credo.
¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentū. Demophilus monachus scripsit ad X
sacrū patrē Dionysiū: quo pacto cū impius quidā peccator/desertor & apostata (vt dice=
bat) suo sacerdoti ante pedes vt recōcillaretur/vt iustificaretur/procidisset: calce aposta=
tam duriter pulsauerit/abiecerit/reppulerit. sacerdotem vero (ꝙ impium & iniustū con=
tra CHRISTI zelum iustificare & venia dignari voluisset) non modo aspere obiurgatū
esse/verum & cum impius esset (vt qui impijs et iniustis indigne ignosceret) ex adytis de=
iecisse: vt cum suis similibus scelestis degeret. et sancta sanctorū cum violāda essent/sum=
ma cura prouidētiaq; seruasse: eaq; hactenus custodire illibata. et pro merito delecto se=
dere/seq; statuisse sacerdotem: & multa suæ superbę stoliditatis inculcauit argumen=
ta. Quam elatam impudentiam/& impudentē elationem atq; superbiā cōsultissimus pa=
ter: admirādo & diuino artificio prorsus elidit. et ita elidit vt pariter medeatur: non mo=
do Demophilo/sed omnibus veniētis æui posteritatibus. et docet omnes fore verę hu=
militatis amatores: & diuinæ et ineffabilis in nos benignitatis imitatores. Et hæc tota
epistola potius in cordibus fidelium: q̄ in schedis/& mēbranis scripta esse debet. Et q̄plu
rimorum hac in epistola scitu dignissimorū/& nostræ super omnes pijssimæ religioni ac=
commodatissimorū ammonemur. quæ per scholia non satis pro dignitate: sed vtcūq; po
terimus/suis in locis annotabimus. ¶Hebræorū tradit historia O animose Demophile. Y
O animose: o fortis/o generose Demophile. Et id modesta ironia dictum intelligendum
est. Historia vero Hebræorū in qua de benignitate Mosis legitur: liber numeri est cap.
duodecimo. Erat enim (inquit) Moses vir mitissimus super ōnes homines: qui moraban=
tur in terra. Vbi animaduertere haud inconsentaneū est hāc Mosis māsuetudinē/& tan=
topere cōmendatā benignitatē: non esse nisi vestigium & tenuē vmbram benignitatis
CHRISTI veri legiferi/de sinu cœlestis patris ad terras inenarrabili benignitate/& quę
amplius eloqui non potest/demissi. ¶Sed cum aliquando nimiū insolesceret. Id numeri Z
cap. vndecimo legitur. Cum enim insolentius aliquādo (sua solita mansuetudine relicta)
ausus sit Moses cogitare in deum/& plane querulus videri: iratus est (inquit eloquium)
furor domini valde. sed & Mosi intolerāda res visa est. Et ait ad dominū. cur afflixisti ser=
uum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? et cur imposuisti pondus vniuersi po=
puli huius super me? nūquid ego concepi omnē hanc multitudinem/vel genui eam: vt
dicas michi/porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulū/& defer in terrā pro
qua iurasti patribus eorum? vnde michi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra
me dicentes: da nobis carnes ut comedamus. non possum solus sustinere omnē hūc po=
pulum: quia grauis est michi. sin aliter tibi videtur: obsecro vt interficias me. et inueniā
gratiam corā oculis tuis: ne tantis afficiar malis. Et de spiritu Mosis tunc dēptum est/
quia pristinā benignitatem suam non integre seruauerat: & septuaginta viris distribu=
tus. Ecce enim quid a māsuetudine & benignitate casus et prolapsio operetur: vt quæ
statim aufert spiritum domini benignū. Dixit enim dominus ad Mosem. Cōgrega michi Nume. 11.
septuaginta viros de senioribus Israel: quos tu nosti ꝙ senes populi sunt ac magistri. et
duces eos ad ostium tabernaculi fœderis/faciesq; ibi stare tecum vt descēdā & loquar
tibi: & auferam de spiritu tuo/tradamq; eis vt sustentēt tecum onus populi/& non tu
solus graueris. ¶Erat enī inquit māsuetꝰ valde/atq; ideo dei famulus dicitur/digniorq; z

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

prophetis omnibus. Valde mãsuetus: ex duodecimo Numeri dictũ est. Erat enim Moses
vir mitissimus super omnes. Et seruus dei appellatur etiam sanctior prophetis: Numeri
cap. eodem. Audite sermones meos. si quis fuerit inter vos propheta domini: in visione
apparebo ei/ vel per somniũ loquar ad illum. at nõ talis seruus meus Moses: qui in om=
ni domo mea fidelissimus est. ore enĩ ad os loquor ei: palã & nõ per ęnigmata & figuras/
A deum videt. ❡ Sed & cum aduersus eũ et Aaron pro pontificatus honore. Numeri cap.
decimo sexto id scribitur. Ecce autem Chore filius Isuar/ filij Caath filij Leui: et Dathan
atq; Abiron filij Eliab/ Hon quoq; filius Pheleth de filijs Ruben surrexerũt cõtra Mosẽ/
alijq; filiorum Israel ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ: & qui tempore con=
cilij per nomina vocabantur. Cunq; stetissent aduersum Mosem et Aaron: dixerũt. suffi=
ciat vobis quia omnis multitudo sanctorum est: & in ipsis est dominus. cur eleuamini
super populũ domini? Quod cũ audisset Moses/ cecidit pronus in faciem: locutusq; ad
Chore/ & omnem multitudinẽ/ mane inquit notum faciet dominus qui ad se pertineant.
et sanctos applicabit sibi: & quos elegerit appropinquabũt ei. Et de insurrectione in Mo=
sem post horrendã Chore & suorum assequacium ad inferos absorptionẽ: statim eodem
capite hunc in modum legitur. Murmurauit autem multitudo filiorũ Israel sequenti die
contra Mosem et Aaron dicens. Vos interfecistis populum domini. Cũq; oriretur seditio
et tumultus incresceret: Moses et Aaron fugerunt ad tabernaculũ fœderis. quod postq̃
ingressi sunt: operuit nubes/ & apparuit gloria domini. dixitq; dominus ad Mosem. rece=
dite de medio huius multitudinis: etiam nunc delebo eos. Cunq; iacerent in terra: dixit
Moses ad Aaron. tolle thuribulũ/ et hausto igne de altari mitte incensum desuper: per=
gens cito ad populũ vt roges pro eis. Iam enim egressa est ira a domino: & plaga desæ=
uit. Quod cum fecisset Aaron/ & cucurrisset ad mediã multitudinem quã iam vastabat
incendium: obtulit thymiama. et stans inter mortuos ac viuentes pro populo depreca=
tus est: et plaga cessauit. Et protestatio Mosis quam hic adducit sanctissimus pater: illic
scripta non est. Et ex hoc reuera loco & cap. primo mysticæ theologię numero. 5. admo=
dum persuasibile est: sacerrimũ patrẽ secretiores (qui apud Mosaicæ legis sacerdotes ser
uabantur) libros legisse/ ex quibus tam dignam & exactã historiam texeret. Non enim
ea quæ in arcanis legis habita sunt/ et soli sacerdotũ intelligentiæ credita: inferiora au=
thoritate erant ijs/ quæ passim multitudini permissa sunt. ex quibus in epistolis et Pauli
et apostolorum pleraq; ad viuificantẽ intelligẽtiam deprõpta esse credendum est. Liber
enim legis palam multitudini permissus: vt cortex est. intelligẽtia vero illa per sacerdo=
tum successiones (vt volunt) ad Hesdræ tempora in arcanis seruata: spiritus quidam/ et
B quædam anima. ❡ Quid vero Dauid quoq; illũ dei parẽtem fecit diuina amicitia dignũ?
In sacris litteris CHRISTVS deus/ & dominus: filius Dauid appellatur. et proinde hic
beatissimus pater vocat Dauid dei parentẽ. Matthæus cap. primo. Liber generationis
IHESV CHRISTI/ filij Dauid. Et de benignitate Dauid in hostes/ vt in Saulẽ qui ipsũ
crudelissime persequebatur: primo regum cap. vicesimo quarto legitur. Porro Dauid et
viri eius in interiori parte speluncæ latebãt: et dixerunt serui Dauid ad eũ. Ecce dies de
qua locutus est dominus ad te: ego tradã tibi inimicum tuũ/ vt facias ei sicut placuerit in
oculis tuis. Surrexit ergo Dauid: & præcidit oram clamydis Saul silẽter. Post hæc per=
cussit cor suum Dauid: eo ꝙ abscidisset oram clamydis Saul. Dixitq; ad viros suos. pro=
picius sit michi dominus/ ne faciã hanc rem domino meo CHRISTO domini/ vt mit=
tam manũ meam in eum: quia CHRISTVS domini est. Et cõfregit Dauid seruos suos
sermonibus istis: & non permisit eos vt consurgerẽt in Saul. Porro saul exurgẽs de spe=
lunca pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post eum: & egressus de spelunca
clamauit post tergũ Saul dicens. domine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se
Dauid pronus in terram adorauit. dixitq; ad Saul. Quare audis verba hominũ loquen=
tiũ: Dauid quęrit malũ aduersum te? ecce hodie viderũt oculi tui/ ꝙ tradiderit te domi=
nus in manu mea in spelunca: & cogitaui vt occiderẽ te. sed pepercit tibi oculus meus.
dixi enim/ non extendã manum meã in dominũ meum: quia CHRISTVS domini est.
Quin potius pater vide: & cognosce orã clamydis tuæ in manu mea. quo modo cũ præ=
scinderem summitatẽ clamydis tuæ: nolui extendere manũ meã in te. Animaduerte et
vide: quoniã non est in manu mea malum/ neq; iniquitas/ neq; peccaui in te. Tu autẽ
insidiaris animæ meæ: vt auferas eam. Iudicet dominus inter me & te/ et vlciscatur me
dominus ex te: manus autẽ mea nõ sit in te. sicut in prouerbio antiquo dicitur: ab impijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

egredietur impietas. manus ergo mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel? quem
persequeris? canē mortuū persequeris/& pulicē vnum. sit dominus iudex: & iudicet in-
ter me & te. et videat & iudicet causam meam: & eruat me de manu tua. Cum autē com-
plesset Dauid loquēs sermones huiusmodi ad Saul: dixit Saul. Nūquid vox hæc tua est
fili mi Dauid? & leuauit Saul vocem suā: & fleuit/dixitq; ad Dauid. Iustior tu es: q̃ ego.
tu enim tribuisti michi bona: ego autem reddidi tibi mala. & tu indicasti michi hodie quę
feceris michi bona: quo modo tradiderit me dominus in manu tua/& nō occideris me.
quis enim cū inuenerit inimicū suū: dimittet eum in via bona? sed dominus reddat tibi
vicissitudinē hāc: pro eo quod hodie operatus es in me. Et nūc scio certissime ꝙ regnatu-
rus sis/& habiturus in manu tua regnum Israel. Iura michi in domino/ne deleas semē
meū post me: neq; auferas nomē meū de domo patris mei. Et iurauit Dauid Saul. Abijt
ergo Saul in domū suā: & Dauid et viri eius ascēderūt ad tutiora loca. Hęc de benigni-
tate Dauid in hostē. Et cap. sequenti in Nabal: ad preces Abigail benignæ vxoris eius.
¶Inueni (inquit ille summe bonus/ac benignitatis amator) hominē secundū cor meum. C
Ita primo. regum cap. decimo tertio nunc legitur. Quæsiuit dominus sibi virū iuxta cor
suum: & præcepit ei dominus vt esset dux super populū suum/eo ꝙ non seruaueris quæ
præcepit dominus. ¶Præceperat & diuinitus indulta lex. Id cap. vicesimo tertio exo- D
di diuina lege cauetur. Si occurreris boui inimici tui/aut asino erranti: reduc ad eum. Si
videris asinum odiētis te iacere sub onere: non pertrāsibis/sed subleuabis cum eo. Et de
patiētia Iob/totus liber qui Iob inscribitur: nos per totum admonet. Et de vēditione Io-
seph/& benignitate/ꝙ fratrum in se insidias vlcisci noluerit: sacræ declarant historiæ.
De vēditiōe quidē: Genesis cap. tricesimo septimo. Dixit ergo Iudas fratribus suis. quid
nobis prodest si occiderimus fratrē nostrum/& celauerimus sanguinē ipsius? melius est
enim vt venundetur Hismaelitis: & manus nostræ nō polluātur. frater enim & caro no-
stra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius: & prætereuntibus Madianitis nego-
ciatoribus/ extrahentes eum de cisterna: vēdiderunt eum Hismaelitis viginti argēteis.
qui duxerunt eum in Aegyptū. Et de benignitate eius: cap quadragesimo quinto. Ele-
uauitq; vocē cum fletu: quā audierūt Aegyptij/omnisq; domꝰ Pharaonis. & dixit fratri-
bus suis. ego sum Ioseph. adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres/ni-
mio terrore perterriti. Ad quos ille clemēter: accedite (inquit) ad me. & cum accessissent
prope: ego sum ait Ioseph frater vester/quē vēdidistis in Aegyptū. Nolite pauere: neq;
vobis durum esse videatur ꝙ vēdidistis me in his regionibus. pro salute enim vestra mi-
sit me deus ante vos in Aegyptum. Bienniū est enim ꝙ cœpit fames in terra esse: & ad-
huc quinq; anni restant/quibus nec arari poterit/nec meti. præmisitq; me deus: vt reser-
uemini super terram/& escas ad viuendū habere possitis. Non vestro consilio/sed dei
voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrē Pharaonis: & dominum vniuersę do-
mus eius/ac principē in omni terra Aegypti. Festinate/& ascēdite ad patrē meū: & dice-
tis ei. hæc mādat filius tuus Ioseph. deus fecit me dominū vniuersæ terræ Aegypti. de-
scēde ad me ne moreris: & habitabis ī terra Iessen. erisq; iuxta me tu & filij tui/& filij filio-
rū tuorū: oues tuæ & armēta/& vniuersa quæ possides. ibiq; te pascā. adhuc enī quinq;
anni residui sunt famis: ne & tu pereas/& omnis domus tua/et omnia quæ possides. En
oculi vestri/& oculi fratris mei Beniamin vidēt: ꝙ os meum loquatur ad vos. Nunciate
patri meo vniuersam gloriam meā/& cuncta quæ vidistis in Aegyto: festinate & addu-
cite eum ad me. Cūq; āplexatus recidisset in collum Bēiamin fratris sui: fleuit/illo quoq;
similiter flente super collum eius. Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos; & plorauit
super singulos. Hæc de benignitate Ioseph. Et de. Abel scribitur Genesis cap. quarto.
Fuit autem abel pastor ouium: & Cain agricola. Factum est autē post multos dies: vt of-
ferret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gre-
gis sui: & de adipibus eorū. Et respexit dominus ad Abel/& ad munera eius. ad Cain au-
tem & munera illius: non respexit. Iratusq; est Cain vehemēter/& concidit vultus eius.
Dixitq; dominus ad eum. Quare iratus es: & cōcidit facies tua? nonne si bene egeris: re-
cipies/sin autē male: statim in foribus peccatū tuum aderit? sed sub te erit appetitus eius/
et tu dominaberis illius. dixitq; Cain ad Abel fratrē suum. egrediamur foras. Cūq; essent
in agro/consurrexit Cain aduersus fratrē suum Abel/& interfecit eum. ¶Omnes deniq; E
theologia prædicat bonos. Psalmus decimus quartus. Domine quis habitabit in taber-
naculo tuo; aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui loquitur veritatē in corde suo:

F quí non egit dolum in lingua ſua. nec fecit proxmo ſuo malũ. ¶ Vt ſcilicet illi gentibus
miſereantur. De benigna cura/prouidentiaq; angelorum circa gẽtes & nationes in mũ-
do: vt ad bonũ ferant/malos corripiant & emendẽt/vt ad veritatis viam reſpirantibus/
redeuntibuſq; congaudeãt: paſſim ex prophetis/& ijs quæ ex cœleſti hierarchia audita
ſunt/admoneri poſſumus. Zachariæ cap. primo docentur angeli terrã circuiſſe: & omnia
in pace ac tranquillitate ſtatuiſſe. Perambulauimus(dixerunt)terrã: & ecce omnis terra
habitatur/& quieſcit. Illic orat angelus/& luctuoſam ad deum fundit precẽ. Domine ex-
ercituum(inquit)vſquequo tu non miſereberis Hieruſalem/& vrbium Iuda: quibus ira-
tus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Et meruit ãgelus audire petitionis ſuæ conſo-
lationem. Et noſtris duris caſibus/calamitatibuſq;: ſpiritualiter compatiuntur & con-
dolent. Eſaias cap. triceſimo tertio. Ecce vidẽtes clamabũt foris: angeli pacis amare fle-
bunt. diſſipatæ ſunt viæ/ceſſauit trãſiẽs per ſemitã/irritum factũ eſt pactũ: proiecit ciui-
tates/non reputauit homines. Et quid eſt ꝙ Apocalypſis cap. ſeptimo angelus quatuor
aliis angelis clamabat. Nolite nocere terræ & mari/neq; arboribus/quouſq; ſignemus
ſeruos dei noſtri in frontibus eorum: niſi pia eorum in nos cura/& prouidentia? Nobis
etiam ad dei cognitionẽ/amorem/& digne imitandũ ex defectione redeuntibus congra-
tulantur & gaudẽt. Lucas cap. decimo quinto. Gaudium erit corã angelis dei: ſuper vno
peccatore pœnitẽtiam agente. Et omnes increpationes prophetarum: in pernicioſas &
perditas multitudines(quas angelis monſtrantibus didicerũt)non immerito intelligun-
tur eſſe benigniſſimorum angelorũ. Et Apocalypſis cap. decimo octauo: angelus incre-
pat Babylonẽ/& multitudinẽ eius: eiq; cõminat. Exite de illa populus meus: & ne parti-
cipes ſitis delictorum eius/& de plagis eorum nõ accipiatis. quoniã peruenerũt peccata
eius vſq; ad cœlum: & recordatus eſt dominus iniquitatum eius. reddite illi ſicut & ipſa
reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius. in poculo quo miſcuit vobis:
miſcete ei duplum. quantũ glorificauit ſe/& in delicijs fuit: tantum date illi tormẽtum et
luctum. quia in corde ſuo dixit: ſedeo regina/& vidua non ſum/et luctum non video.
ideo in vna die veniẽt plagæ/mors/luctus/& fames: et igne comburetur. quia fortis eſt
deus/qui iudicabit illam. & flebunt et plangẽt ſe ſuper illam reges terræ: qui cum illa for
nicati ſunt/& in delicijs vixerũt. cum viderint fumũ incendij eius: longe ſtantes propter
timorem tormẽtorum eius. dicẽtes: vę vę ciuitas illa magna Babylon/ciuitas illa fortis:
G quoniam vna hora venit iudicium tuum. ¶ Quid? ꝙ a ſe auerſos ac reſiliẽtes: amatorie
ſequitur. Hieremias cap. tertio. Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis: tamen re-
H uertere dicit dominus/& ego ſuſcipiam te. ¶ Quid? ꝙ delicijs quoq; reſolutos/ac per id
redire differentes. Licet hic hiſtoriã de filio prodigo: quam beatiſſimus Lucas cap. de-
cimo quinto texit(quo magis littera eluceat)inſerere. in qua profecto hiſtoria: magna be
nignitatis dei ad nos(qui in delicijs huius mundi volutamur)contẽplari licet argumen-
ta. Ait autem. Homo quidam habuit duos filios: & dixit adoleſcẽtior ex illis patri. pater:
da michi portionẽ ſubſtantiæ quæ me contigit. & diuiſit illis ſubſtantiã. et non poſt mul-
tos dies: congregatis omnibus/adoleſcẽtior filius peregre profectus eſt in regionẽ lon-
ginquam. et ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam: viuendo luxurioſe. Et poſtq̃ omnia cõſum-
maſſet: facta eſt fames valida in regione illa. et ipſe cœpit egere: & abijt/et adhęſit vni
ciuium regionis illius. & miſit illum in villã ſuam: vt paſceret porcos. et cupiebat imple-
re ventrem ſuum de ſiliquis quas porci mãducabant/& nemo illi dabat. In ſe autẽ reuer-
ſus dixit: quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus/ego autem hic fame
pereo? ſurgam & ibo ad patem meũ: et dicam ei. pater peccaui in cœlũ & coram te/iam
non ſum dignus vocari filius tuus. fac me ſicut vnũ de mercenarijs tuis. Et ſurgẽs venit
ad patrem ſuum. Cum autem adhuc longe eſſet: vidit illum pater ipſius/& miſericor-
dia motus eſt. & currens cecidit ſuper collum eius: & oſculatus eſt eum. dixitq; ei filius:
pater/peccaui in cœlũ & coram te/iam non ſum dignus vocari filius tuus. Dixit autẽ pa
ter ad ſeruos ſuos: cito proferte ſtolam primã/& induite illum: et date annulũ in manu
eius/& calceamẽtum in pedes eius. et adducite vitulũ ſaginatum: & occidite. et mandu-
cemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat: & reuixit. perierat: et inuẽtus eſt.
et cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro. & cum veniret/et appropin-
quaret domui: audiuit ſymphoniam & chorũ. et vocauit vnum de ſeruis: & interrogauit
quid hæc eſſent. iſq; dixit illi. frater tuus venit. & occidit pater tuus vitulum ſaginatum/
quia ſaluũ illũ recepit. Indignatus eſt autẽ: & nolebat introire. pater ergo illius egreſſus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cœpit rogare illũ. at ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi/ & nunq̃
mandatũ tuũ præteriui: & nunq̃ dedisti michi hedum/ vt cũ amicis meis epularer. sed
postq̃ filius tuus hic/ qui deuorauit substãtiã suã cũ meretricibus venit/ occidisti illi vitu
lũ saginatũ. At ipse dixit illi. Fili/ tu semper mecũ es: & omnia mea/ tua sunt. epulari au=
tẽ et gaudere oportebat: quia frater tuus hic/ mortuus erat et reuixit: perierat/ & inuen
tus est. Et ꝙ littera dicit. & eos frustra insimulantes: benignissime tolerat/ rationẽq; red=
dere per se ipse dignatur. id propter seniorem fratrẽ indignatũ & murmurantẽ/ dictum
est. cui gaudij suscepti/ & epuli publici rationem reddit summus pater. & ne a bonitatis
perseuerãtia discedat: sua omnia promittit. Inquit enim/ tu semper mecum es: & omnia
mea tua sunt. & rationem lętitiæ subinfert. Epulari autẽ & gaudere oportebat: quia fra=
ter tuus hic/ mortuus erat: & reuixit. perierat: & inuẽtus est. ¶ Deniq; et super hume= I
ros attollit ouẽ/ vix ab errore conuersam. Apud Lucã cap. decimoquinto pius dominus
& saluator se assimilat viro/ qui ouẽ perditã amatorie prosequitur & inquirit (et re vera
ille ipse est) & inuentã/ gaudẽs humeris immensæ benignitatis suæ imponit. cui quidem
benignissimo dño cõgratulãtur angeli: eius benignitatis imitatores/ ouiq; plurimũ con=
gaudent repertæ. Erãt autẽ (inquit Lucas) appropinquãtes ei publicani & peccatores:
vt audirent illũ. Et murmurabãt pharisęi & scribæ/ dicentes: quia hic peccatores recipit/
& mãducat cũ illis. Et ait ad illos parabolã istã dicẽs. Quis ex vobis homo qui habet cẽ
tũ oues/ & si perdiderit vnã ex illis: nõne dimittit nonaginta nouẽ in deserto/ & vadit ad
illã quę perierat: donec iueniat eã? & cũ inuenerit eã: imponit in humeros suos gaudẽs.
& veniẽs domũ: cõuocat amicos/ & vicinos dicẽs illis. congratulamini michi/ quia inue=
ni ouẽ meã quę perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudiũ erit in cœlo: super vno peccatore pœ
nitentiam agẽte/ q̃ super nonaginta nouẽ iustis: qui non indigent pœnitentia. ¶ Ingra= K
tis quoq; clementissime vtitur. Matthæus cap. quinto. Ego autẽ dico vobis: diligite ini=
micos vestros: benefacite ijs qui oderunt vos/ & orate pro persequentibus & calumniã=
tibus vos. vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est: qui solem suum facit oriri sup bonos
& malos/ & pluit super iustos & iniustos. Et cap. vicesimo. Qui voluerit inter vos prim9
esse: erit vester seruus. sicut fili9 hominis nõ venit ministrari sed ministrare: & dare aiam
suã/ redẽptionẽ pro multis. ¶ Tu vero (vt tuæ litteræ indicãt) procidentem sacerdoti im L
piũ (vt ais) atq; peccatorẽ: nescio quo pacto cõtra disciplinæ ordinẽ astãs calce abiecisti.
Hoc ex loco notatu dignũ est: impiũ illũ & peccatorẽ/ ad reconciliationis per pœniten=
tiã sacramentũ/ omni (vt par est) cũ humilitate/ verecunde sacerdoti procubuisse/ secun=
dũ Christianã disciplinã. Et disciplinã quã hic appellat: cõtra cuius ordinẽ Demophilus
cõmisit/ eã intelligere oportet/ qua peccator sese ante sacerdotẽ humiliãs/ & ad eius pe=
des prouoluẽs: se reũ accusabat. orãs vt pro impietatibus quas ipse memorabat: & quas
cunq; in deũ/ in superiores/ in seipsũ/ ꝓximũ/ & æquales/ & in inferiores admiserat: ora=
ret. vt venia/ misericordiaq; apud deũ/ apud quẽ plurima ꝓpiciatio est: dignaret/ & ex
illis impietatibus iustificaretur. & hãc sane accusationẽ ad iustificationẽ impij: nunc no=
stri cõfessionẽ vocãt. Et ꝙ sacerdoti prociderẽt/ fusiq; sese humiliantes/ procũberent hu
mi: in vetustis adhuc codicibus legit. Quo ex loco cõijcere promptũ est: salubrẽ & reli=
giosam humiliũ accusationũ confessionũq; disciplinã: etiã ex apostolorũ tẽpore cœpisse/
ad cadentiũ erectionẽ/ ad peccatorũ iustificationẽ/ recõciliationisq; gratiã. ¶ Et si dei est M
iudiciũ (vt sacra testant eloquia) sacerdotes autẽ angeli sũt. Esaias cap. tricesimo. Deus
iudicij dominus est. Et Paulus ad Romanos cap. secũdo. Propter id inexcusabilis es O
homo: qui iudicas. in quo enim alterũ iudicas: teipsum condẽnas. scimus enĩ: quoniam
iudicium dei est. Et Malachias cap. secũdo. Labia enĩ sacerdotis custodiũt sciẽtiã: & le
gẽ requirẽt ex ore eius/ quia angelus domini exercituũ est. ¶ Quid enĩ quod nõ cõueni N
ret fecit Ozias: incẽsum offerẽs deo? De Ozia/ de Saule/ & de infensissimis dæmonibus:
qui & bona & conueniẽtia fecerũt/ sed quę ad eos minime pertinebãt. verũ ꝑsumpserũt
superbe/ supra se & id qđ suũ erat officiũ/ attẽtantes: exẽpla hoc in loco inducit beatissi=
mus pater. De Ozia autẽ legitur libro secũdo Paralipomenon cap. vicesimo sexto. Ira=
tusq; Ozias & tenẽs in manu thuribulũ vt adoleret incẽsum: minabat sacerdotib9. statiq;
orta est lepra in fronte eius/ corã sacerdotibus in domo domini supra altare thymiama=
tis. Et in scholijs priæ partis secũdi cap. ecclesiasticæ hierarchię: id ad lõgũ adductũ est.
De supba vero ꝑsumptione Saulis: primo Regũ cap. deciotertio legit. Et expectauit se=
ptẽ diebus iuxta placitũ Samuelis: & non venit Samuel in Galgala/ dilapsusq; est po=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

pulus ab eo. Ait ergo Saul. afferte michi holocausta et pacifica. et obtulit holocaustum.
Propter quã superbiã et temerariã attentationẽ(qua se suũq; officiũ nõ cognouit) deus
Saulẽ reppulit atq; abiecit. De infensissimis autem dæmonibus: Marcus cap. tertio. Et
spiritus immundi cum illum videbant: procidebant ei/ & clamabant dicentes. Tu es fi-
lius dei. Et vehementer cõminabatur eis: ne manifestarent illum. Neq; enim decebat:
vt quẽ etiam angeli cum timore/ & magna cum reuerentia nũciauerant/ prophetisq; lõ
O ge antea præfigurauerant: impuri dæmones nominare auderent. ¶ Sed profecto a the-
ologia oĩs alienus interdicitur episcopus. Qz quisq; in suo ordine manere debeat: Nee-
miæ cap. decimotertio. Et cõstitui ordines sacerdotũ & leuitarum: vnumquẽq; in mini-
sterio suo. Et Paulus prima ad Corinthios epistola cap. decimoquarto. Omnia autẽ ho-
P neste & secũdũ ordinẽ fiant in vobis. ¶ Solusq; põtifex semel in anno ingreditur in san-
cta sanctorũ. Id Leuitici cap. decimo sexto describitur: & qua mundicia/ quoue appara-
tu põtifex/ summusq; sacerdos ingrederetur sancta sanctorũ. Loquere(inquit) ad Aaron
fratrem tuũ/ ne omni tẽpore ingrediatur sanctuarium quod est intra velum/ coram pro-
piciatorio quo tegitur arca: & non moriatur. eritq; hoc vobis legitimũ sempiternum: vt
oretis pro filijs Israel/ & pro cunctis filijs eorum semel in anno. Et hæc expiatio fie-
bat mẽse septimo/ decima die mensis. Et huius typi veritatem/ in saluatore domino no
stro subsecutã esse: a beatissimo Paulo epistola ad Hebręos cap. nono declarat. CHRI-
STVS autem assistens pontifex futurorum bonorum: peramplius & perfectius taber-
naculum non manufactũ/ id est non huius creationis/ neq; per sanguinem hircorũ aut
vitulorum/ sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta sanctorũ/ æterna redẽ
ptione inuenta. Qz autem sacerdotes sancta circũferant ac circũtegant: & leuitæ ea nõ
tangant ne moriantur/ Numeri cap. quarto scriptum est. Tabernaculum fœderis & san
cta sanctorum ingredietur Aaron et filij eius: quando mouenda sunt castra. & deponẽt
velum quod pendet ante fores: inuoluentq; eo arcã testimonij. Cumq; inuoluerint Aa-
ron & filij eius sanctuariũ/ & omnia vasa eius in commotione castrorum: tunc intrabunt
Q filij Caath vt portent inuoluta/ & nõ tangãt vasa sanctuarij: ne moriant̃. ¶ Et iratus est
furore dñs cõtra Oziæ temeritatẽ. De Ozia paulo ante dictũ est. De Maria vero sorore
Mosis: Numeri cap. duodecimo. Locutaq; est Maria & Aaron contra Mosem. Num per
solum Mosem locutus est dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum au-
disset dñs: iratus est valde. Et ecce Maria apparuit candens lepra/ quasi nix. Cũq; respe-
xisset eã Aaron/ & vidisset perfusam lepra: ait ad Mosem. Obsecro dñe mi/ ne imponas
nobis hoc peccatũ/ quod stulte cõmisimus. ne fiat hęc quasi mortua. ecce iã mediũ car-
nis eius deuoratũ est a lepra. Clamauitq; Moses ad dominũ dicẽs: deꝰ obsecro sana eã.
Cui respondit dominus: si pater eius spuisset in faciẽ illius/ nõne debuerat saltem septẽ
diebus rubore suffundi? separetur septẽ diebus extra castra: & postea reuocabitur. Ex-
clusa est itaq; Maria extra castra septẽ diebus: & populꝰ nõ est motus de loco illo/ donec
R reuocata est Maria. ¶ Et super filios Scenę insiluere dæmonia. De filijs Scene antiquũ
habet scholiũ: eos(cum manus imponẽdi potestatẽ nõ haberẽt) exorcismis/ imprecatio-
nibusq; temerarie abusos: protinus incursasse/ occupasseq; dæmonia/ in eosq; insiluisse.
quod ex actis apostolorũ desumptũ est: vbi decimonono cap. Lucas ait. Tẽtauerũt autẽ
quidã & de circũeuntibus Iudęis exorcistis inuocare super eos qui habebãt spiritus ma-
los/ nomen domini IHESV: dicẽtes: Adiuro vos per IHESVM: quẽ Paulus prędicat.
Erãt autẽ cuiusdã Iudęi noĩe Scene/ principis sacerdotũ septẽ filij: qui hoc faciebãt. Re-
spõdẽs autẽ spiritus nequã: dixit eis. IHESVM noui & Paulũ scio: vos autẽ qui estis? Et
insiliẽs homo in eos in quo erat dęmoniũ pessimũ/ & dominatus ãborũ inualuit contra
eos: ita vt nudi & vulnerati effugerẽt de domo illa. De quibus & quorũ similibus: Hie-
remię vaticiniũ cap. vicesimo tertio adducit beatissimus pater. Nõ mittebã prophetas:
et ipsi currebant. nõ loquebar ad eos: et ipsi prophetabant. quo oraculo et ex præsenti
loco: ariolorũ/ aruspicũ/ mathematicorum/ magicorũ et inuocatorum vanitas explodit/
execratur/ damnatur. Hi enim ferme quasi fati necessitas et nõ prouidẽtia regeret orbẽ/
& mutabilia mutabiliter/ et immutabilia immutabiliter futura nosse sibi arrogãt. Qz si il
lis astra/ exta/ aut dextra libratum fulmen ab aure/ futurorũ euenta nõ monstrẽt(vt neq;
re vera faciunt) tunc ad coniecturas descẽdunt humanas/ voluntq; vates videri. Ac esto
credant prouidentiæ legibus orbem moderari: non sunt tamen illi missi/ vt diuinę proui
dẽtiæ decreta hominibus denũciẽt. quę ꝓfecto dei prouidẽtię: angelorũ amministratio-

De astrologis/ magis & huiusmodi vano hominũ gñe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

bus cōmiſſę ſunt. quis enim eos: ſecretarios dei fecit? Et ſimiles ſunt huiuſmodi(vt ſic di
cā)diuinaculi ijs qui viſo regis ſolio/ſtatim ſoleāt multa delirare:& quicquid ab eo toto
illo anno/aut pluribus ānis decretū ſit/& eius totū cōſiliū ſe dicāt tenere. Cœlū enim: ſo
liū & thronus dei eſt. Verūtamē nō inficias eo: cœlū librū eſſe/immo & totū vniuerſum/
& vniuerſi particulā etiā quāq;. ſed nō vanorū iſtorū vt plurimū illitteratorū/& idiota=
rū: verū ęternę dei ſapiētię. Et harū plerę q; fucariarū(vt ſic dixerim)diſciplinarū/tolerā
dę eſſent ob quandā ad liberaliores diſciplinas affinitatē: ſi nō e vicino veneficā quādā
& impurā magiā/& adiuratoriā haberent. ad quā ſe ſolēt vt plurimū præcipitātes dede=
re. Et pater mēdacij: mēdacia illis ſuperſtitioſis vanitatibus/ ſūmis tamē in deū iniurijs
fecit inſtrumenta. qualia ſunt emētiti libri Salomonis/& Apollonij Thianei/et ij qui dicū
tur Semāphoras/& nominum dei. quibus in libris/imprecationes/& adiurationes ſpiri
tuū cōtinenť. Et audet/& p̄ſumit homo prophanus/ſuis horrēdis execrationibus/ ſpiri=
tuales poteſtates adiurare. cū & angelus dei ne pręſumat/ ne blaſphemet: etiā veretur Iudæ.1.
diabolo imperare. ſed(vt eloquia aiūt)dixit/imperet tibi dn̄s. Et i illis qui & Apollonio/
& Salomoni parū caute aſcribunť libris: bonorū angelorū inuocationes/ & præſidia cō
tinētur/elaboratę imprecationes/noīa dei in ſacramentis occultis & myſterijs venera=
ta & exquiſita/nomē dei ineffabile/&(qđ magis dolēdū eſt)trinę beatitudinis inclama=
tiones/& ſacratiſſimū IHESV nomē/in quo oē genu flectatur/cœleſtiū/ terreſtriū/& in=
fernorū: frequēter reperias. Et nō defuerūt qui de his rebus vnde in parte pendeāt/ ita
opinati ſint. Arbitrati ſunt enī/olim gētiles noſtræ ſanctę functionis ſacrorū miniſtris in=
ſidiatos. quos cū viderēt certis noīm dei inuocationibus vti/ſubijcere ſibi dęmones/ ſa=
nitates reſtituere/& miracula operari: protinus rati ſunt huiuſmodi nebulones vaniſſi=
mi/virtute nōnullorū incantantiū verborū/& ſecretę inter eos cōſtitutæ diſciplinę: mi=
racula illa patrare. Plane enim in eccleſijs erāt exorciſtę a ſacro principatu ordinati: qui
manus imponerent/& immūdos ſpiritus a vexatorū corporibus arcerēt/& poteſtates ſi
bi ordinatas exercerēt. ꝑ quibus erāt certę imprecationes a ſanctiſſimis ducibus noſtris
iſtitutæ/exorciſmi atq; adiurationes: quas Latini latinas habebant/& Græci cōſimiles
græcas/& Hebręi hebręas. Arbitrātur itaq; nefarios illos & ſuperſtitioſos/qui noſtris ī=
ſidiabātur/diuina nulla ex parte ſapientes: ſtuduiſſe imprecationes illas/& exorciſmos
tenere. quas vbi habuerūt: rati ſunt ſe Chriſtianorū ſecreta callere/& miracula quę vo=
lent ſimiliter operari poſſe. Et latina/ græca/ pariter & hebręa: in vno libro (vt faſciculo
quodā)collegere. adiectis nouis titulis/nouis petitionibus/& operādi modo: pro eorum
vana & ſuperſtitioſa voluntate. ſic autē collecta aſcripſerūt Apollonio: quē ōni ritu ini=
tiatū/ōne idioma oēmq; linguā callentē(vt de apoſtolis credimus) gētiles fingūt. Et li=
bros Philoſtrati de Apollonio legi: eo(vt michi videre ſum viſus)ingenio fictos/ vt gen
tiles nichil de miraculis(quæ a Chriſtianis fiebant)mouerentur/ſuoue cultu diſcederēt/
neq; idcirco CHRISTVM deū eſſe conſentirēt. quandoquidē apoſtolorum tēporibus:
ſimilia(vt plane fabulantur)miracula feciſſet Apollonius. Et riſum cōtinere frequenter
haud potui/ eorū librū le gēs: qui cum falſis Apolloniū miraculis ornāt/vera CHRISTI
ſaluatoris & ſanctorū apoſtolorū miracula approbāt. Taliaq; idoneus agnoſcet lector:
vtpote ad quorū ſimilitudinē ſua effingant. quæ tamen tantopere ſuis in hiſtorijs vo=
luerāt tacere: ne ea viderentur approbare. Et libros illos dico de imprecationibus & ex=
orciſmis Apollonio falſe inſcriptos: in ſubterraneis cryptis ferme abſconſos ſemper deti
nuere/& adhuc detinent: timentes ſuper omnia/ne in manus pontificū veniāt. olim pu
to ne pariter furtum & diſciplinæ adulterationem depræhendiſſent: nūc vero ne eorum
ſuperſtitiones in luce arguantur. Et his dæmonū machinationibus/ nunc ſoli vani qui= Actuū.19.
dā Chriſtiani: illudūtur. meminerint tamē pro talibus nefarijs auſis/in filios Sceue inſi=
luiſſe dęmonia. Effecit enim plane ars/aſtus/& dęmonis calliditas: vt hoīes his diuinis
abuterenť. quę cū tractabātur a dignis: potentiā eius elidebāt/& conterebāt eius fauces
fūditus/& quę ſūmopere et ſuꝑ oīa formidabat. vt deus his iiurijs atrociter infēſus: ſuā
manū retraheret. & vt ipſe ab ātiquo noſter hoſtis/libere & multiplicit in nos deſęuiret/
īcurſaretq;: vt lupus in ouile ſine cuſtodia. & vanos errores/& hęreſes multiplices atq;
varias diſſeminaret. Vnde & nūc ſūmopere dolendū eſt/huiuſmodi aduerſus infenſiſſi=
mos dęmones pręſidijs: loca ſācta deſtituta eſſe/q̄ ſancti duces noſtri et ſui ſucceſſores/
ad noſtri tutamina reliquerāt. et multo magis quia ab ijs(quos veritas vocat operarios
iniquitatis)noīa dei prophanata ſunt: ſacramēta cōculcata. horrēt cœli/ horrēt elemen=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ta: horrent & ipsi qui excitant dæmones. Et multum hac in re pontificibus fuisset vigi-
landum non segniter: & nunc quoq; vigilandũ esset. Nã vbi pro dignitate/ista ex sacro-
sancto apostolico ritu & immaculata disciplina obseruata fuissent/ & confusionis turbo
non omnia inuoluisset: videremus proculdubio temporibus nostris per eos qui rebus sa
cris præsunt: id saluatoris (vt diebus antiquis) quãtũ necessarium esset/indies adimple
Marci.16 tum iri. In nomine meo dæmonia eijcient/linguis loquentur nouis/serpentes tollent: et
si mortiferum quid biberint/non eis nocebit. super ægros manus imponent: & bene ha
bebunt. Sed neq; sacra satis reuerẽti custodia obseruata sunt: neq; fidei immobilitas (vt
decuit) habita. vt nũc etiam propter operarios iniquitatis ferme religio extincta lugeat:
attrectare non audeant sacra ij quos id deceat/ne similes illis nefarij & magi videan-
tur. Et hoc arte dæmonis quæsitum: quis non videt? vt in sacro principatu quem illis ar
mis munitũ extreme pertimebat: pusillanimitatem/& in inferioribus temerariũ ausum
instillaret. ausum dico: quo etiam cœlestia statim infimarentur ad abyssos. Saul enim &
Ozias genibus flexis/complosis manibus/in cœlũq; tẽsis orando & vt putabant se deo
humiliando: in temerarium inciderunt ausum/horrẽdamq; superbiam. sed vani de qui-
bus nunc sermo est/& qui multiplices habent modos & sectas: in longe maiorem. Et
hæc duo peccata pusillanimitas & superbia/frequentissime operata sunt: & minime om-
Semãphoras. nium ferme cognita. Et quia superius de Semamphoras minus q̃ in transitu dictum est:
expedit idẽtidem quid de hoc sentiant aliqui adijcere. Vt enim Christiani mysteria quę-
dam & sacra in arcanis habuere/quæ solum fas esset sacros ordines & nosse & tractare:
ita quoq; & Hebręi arcanas quasdam imprecationes/& inuocationes nominum dei ha-
bebant. Quæ vbi ad manus prophanorum venere: cœperunt sanctis inuocationibus il-
lis/magno dei nomine tetragrammaton/& alijs diuinis nũcupationibus abuti. ex qua-
rum & præsertim magni dei & ineffabilis nominis litterarijs reuolutionibus: incantati-
ones/& carmina se nectere dicunt ad monstrifica portenta/ad elementorum & fluminũ
immutationes/se posse ligare/se posse dissoluere. & sanctissimos Dauid hymnos (qui fer
me vniuersi: de sanctissimo saluatore nostro sacra sunt oracula) ad sua maleficia traxere.
Et hęc sæuissima procella: q̃ plurimos & vanos Iudęos/& Christianos implicuit. Et per-
mittit plerũq; deus: vt in eorũ quosdã qui talia aut ex nostris/ aut ex Hebræis desũpta
Actuũ 19. attẽtare vane & temere audent/insiliant dæmonia: vt in filios Scene/ qui talia vane ten
tare ausi sunt. alios vero permittit signa aliqua facere: sed proculdubio quæ sunt in abu
tentium/& illis adhærentiũ perniciem. Et vidi mulierculas quasdam: quæ ex longa suc-
cessione ad ipsas deriuatis imprecationibus abutentes/a varijs infirmitatibus soluebãt
gratis succurrẽtes: & illicitũ ducẽtes tanq̃ quiddam spirituale operas suas vẽdere. quas
quidem imprecationes qui audierunt: satis similes ipsis visæ sunt/ijs quibus ad sanita-
tes & manus impositiones olim ecclesię ministri vti potuissent. vt ad quos: id officium
a deo & a sanctis eius ministris indultum incubuisset. Nunc vero similia attentantur a
prophanis: & quorum temeritatem/cœlum & terra exhorrent. Neq; eis facile persuade
ri potest/ vt neq; olim temerario Sauli: se malũ aliquod/aliquodue piaculũ in deũ cõmit
tere. quin se pios putant: & religiosa quadam supra cæteros & mente & credulitate ope
rari. De quibus vere sacratus pater/longe vidẽs/multũq; circũspectus id Matthęi cap.
septimo adducit. Multi dicent michi in illa die. domine domine nonne in noĩe tuo pro-
phetauimus: & in nomine tuo dęmonia eiecimus/& in nomine tuo virtutes multas feci
mus? & tũc cõfitebor illis: quia nunq̃ vos noui. discedite a me oẽs qui operamini iniqui-
tatem. Ecce quos veritas operarios iniquitatis appellat. & de quibus amplius sacratissi
mus pater subiungit. neq; fas itaq; est (vt diuina testãtur eloquia) ea etiã quæ iusta sunt/
non secundũ dignitatẽ meritaq; exequi. Cæterum debet sibi quisq; cautius intendere
vt non sublimia/& quæ se altiora sunt sapiat: solaq; ea meditari/quæ sibi pro meritorum
modo credita sunt. Hæc sanctus pater/hæc noster antistes/& Galliarum apostolus: quę
ab ijs qui sacro funguntur principatu/non ignaue non segniter non perfunctorie sunt
pensiculãda. Et tanta sufficiãt. ¶ Merito sane noster a deo nobis indultus legifer. Paulus
primę epistolę ad Timotheũ cap. tertio. Oportet enim (inquit) episcopũ irrepręhẽsibilẽ
esse/vnius vxoris virum/sobrium/ornatum/prudentẽ/pudicũ/hospitalem/doctorem/nõ
vinolentum/non percussorem: sed modestum/non litigiosum/non cupidum/sed suæ do
mui bene præpositum/filios habentem subditos cum omni castitate. si quis autẽ domui
suæ pręesse nescit: quomodo ecclesiæ diligẽtiã habebit? Neq; nobis erubescendum fuit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

hic sententiam sanctissimi apostoli adducere. quanq̃ nũc quædã immutata sunt: religio-
sa quadam eorum affectione/ qui nos omni perfectione abundantes esse voluerũt. Sed
nobis erubescendum est: omni etiam in statu repræhensibiles esse/ non horrere adulte-
rium/ intẽperantes esse/ inornatos/ imprudentes/ impudicos/ sine hospitalitate/ elingues
& indoctos/ vinolentos/ vindices/ ambitiosos/ litigiosos/ cupidos. quibus(cum domui &
familiæ nunq̃ præesse didicerimus)sceptra etiã moderari nõ videatur difficile. vt qui iã
in sententia apostoli: nichil nostrum esse recognoscere possumus. Et plane factum est/ vt
dum nimium studetur fictile concoquere/ & ad summam perfectionem ducere: omni ex T
parte duxerit rimas/ factũq; sit vas inutile. ¶ Atq; vt summatim dicã iuxta veritatis vo-
cem: qui in modico fidelis est. Lucas cap. decimo sexto. Qui fidelis est in minimo: & in V
maiori fidelis est. & qui in modico iniquus: & in maiori iiquus. ¶ Vt apud illos effereris/ X
potius q̃ perficiaris. Effereris: isolescas/ crudus/ immitisq; fias: ab efferor efferaris. ¶ An
vero iuxta diuinas litteras: peccatũ duplex impiorũ more peccamus? Hieremias cap.
secundo. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ/ &
foderunt sibi cisternas dissipatas. Et dixisti/ absq; peccato & innocens ego sum: & pro-
pterea auertatur furor tuus a me. ecce ego iudicio contendam tecum: eo q dixeris/ non Y
peccaui. ¶ Idq; cum(vt sacra testantur eloquia) a peccatoribus esset segregatus. Prima
Petri epistola cap. secundo. Quia & CHRISTVS passus est pro nobis: vobis relinquẽs
exemplum vt sequamini vestigia eius/ qui peccatum non fecit/ nec inuẽtus est dolus in Z
ore eius. ¶ Atq; hoc eximię in se dilectionis argumentum capit. Ioannes cap. vicesimo
primo. Dixit Simoni Petro IHESVS. Simon Ioannis diligis me plus his? dixit ei: etiam
dñe tu scis/ quia amo te. dixit ei: pasce agnos meos. Dixit ei iterũ. Simon Ioãnis diligis
me? ait illi etiã dñe/ tu scis quia amo te. dixit ei iterum: pasce agnos meos. Dixit ei tertio.
Simon Ioãnis amas me? cõtristatus est Petr9 quia dixit ei tertio: amas me. & dixit ei/ dñe Z
tu oĩa nosti: tu scis quia amo te. dixit ei: pasce oues meas. ¶ Et næquã eũ appellat: qui
conseruo non dimiserat debitum. Matthęus cap. decimo octauo. Tunc accedẽs Petrus
ad eum dixit. domine quoties peccauerit in me frater meus/ & dimittã ei: vsq; septies?
dixit illi IHESVS. non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. Ideo assimilatũ
est regnum cœlorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cũ cœ-
pisset rationem ponere/ oblatus est ei vnus: qui debebat ei decem milia talenta. cum au-
tem non haberet vnde redderet: iussit eum dominus venũdari/ & vxorem eius/ & filios/
& omnia quæ habebat/ & reddi. Procidens autem seruus ille/ orabat eum dicens: patiẽ-
tiam habe in me/ & oĩa reddã tibi. misertus autẽ dominus serui illius: dimisit eũ/ & debi-
tũ dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille: inuenit vnum de conseruis suis/ qui debebat ei cẽ-
tum denarios. & tenẽs suffocabat eum dicens: redde quod debes. & procidẽs cõseruus
eius/ rogabat eũ dicẽs: patientiã habe in me/ & oĩa reddã tibi. Ille autẽ noluit: sed abijt/
& misit eũ in carcerẽ/ donec redderet debitũ. Vidẽtes autẽ cõserui eius quæ fiebant/ cõ-
tristati sunt valde: & venerũt & narrauerũt domino suo oĩa quæ facta fuerant. Tũc vo-
cauit illũ dominus suus & ait illi. serue nequã õne debitũ dimisi tibi quoniã rogasti me.
nõne ergo oportuit & te misereri conserui tui: sicut & ego tui misertus sum? & irat9 dñs
eius: tradidit eũ tortoribus/ quoadusq; redderet vniuersũ debitũ. Sic & pater meus cœ- rr
lestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. ¶ Nẽpe eni
& ijs qui impias in se manus iniecerant/ in ipso suæ passionis tẽpore. Lucas cap. vicesi-
mo tertio. Et postq̃ venerunt in locũ qui dicitur caluariæ: ibi crucifixerunt eum & latro-
nes/ vnum a dextris/ & alterũ a sinistris. IHESVS autem dicebat: pater dimitte illis/ ss
non enim sciunt quid faciũt. ¶ Discipulos item corripuit: q persequentes se Samarita-
nos. Lucas cap. nono. Factũ est autẽ dũ complerẽtur dies assumptionis eius: & ipse fa-
ciem suam firmauit vt iret in Hierusalem/ & misit nũcios ante cõspectũ suũ/ & eũtes in-
trauerunt in ciuitatẽ Samaritanorũ: vt pararent illi. Et nõ receperũt eũ: quia facies eius
erat euntis Hierusalẽ. Cũ vidissent autẽ discipuli eius Iacobus & Ioannes: dixerunt. dñe
vis dicimus vt ignis descendat de cœlo/ & consumat illos? Et conuersus increpauit il-
los dicẽs: nescitis cuius spiritus estis. filius hominis nõ venit animas pdere: sed saluare. tt
¶ Non habemus põtificem/ qui cõpati non possit infirmitatibus nostris. Paulus ad He-
bręos cap. quarto. Habentes ergo pontificem magnũ/ qui penetrauit cœlos IHESVM
filium dei: teneamus spei nostræ confessionem. nõ enim habemus põtificem/ qui nõ pos-
sit compati infirmitatibus nostris: tentatũ autem per omnia pro similitudine absq; pec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam consequa-
vv mur/& gratiam inueniamus in auxilio oportuno. ℂNon contendet neqꝫ clamabit:& ip
se est mitis. Matthęus cap. duodecimo. Exeuntes autem pharisęi: consiliũ faciebant ad-
uersus eum/quomodo perderēt eum. IHESVS autem sciēs/ recessit inde:& secuti sunt
eum multi/& curauit eos omnes. & præcepit eis ne manifestũ eum facerent: vt adimple
Esa. 42. retur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi/
dilectus meus in quo bene complacuit animæ meę. ponam spiritum meum super eum:
& iudicium gentibus nunciabit. non cõtendet/neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliquis in pla-
teis vocem eius. harundinem quassatam non confringet:& lignum fumigans non extin
guet/donec eijciat ad victoriam iudicium. & in nomine eius gentes sperabunt. Et mi-
tis & propiciatio dicitur pro peccatis nostris. Mitis quidem. Matthęus cap. vndecimo.
Et discite a me quia mitis sum/& humilis corde:& inuenietis requiem animabus vestris.
Propiciatio autem. Prima Ioannis epistola/cap. secũdo. Et ipse est propiciatio pro pec-
catis nostris: non pro nostris autem tantum/sed etiam pro totius mũdi. Et cap. quarto.
In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniam filium suum vnigenitum misit in mun-
dũ/vt viuamus per eum. In hoc est charitas/non quasi nos dilexerimus deum: sed quo-
niam ipse prior dilexit nos. & misit filium suum/ propiciationem pro peccatis nostris.
xx ℂNe si millies quidem Phinees & Heliam te dicas ęmulari. De Phinees: Numeri cap.
vicesimoquinto. Et vnus de filijs Israel intrauit coram fratribus suis ad scortũ madiani-
tem/vidente Mose & omni turba filiorũ Israel: qui flebant ante fores tabernaculi. quod
cum vidisset Phinees filius Eleazari/filij Aaron sacerdotis: surrexit de medio multitudi
nis. & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitē in lupanar:& perfodit ambos
simul virum scilicet & mulierem. Dixitqꝫ dominus ad Mosem: Phinees filius Eleazari/fi
lij Aaron sacerdotis auertit iram meã a filijs Israel. quia zelo meo commotus est contra
eos: vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum. ecce do ei pa-
cem fœderis mei:& erit tam ipsi & semini eius pactum sacerdotij sempiternũ. quia zela-
tus est pro deo suo:& expiauit scelus filiorum Israel. Erat autē nomen viri Israelitæ qui
occisus est cum madianitide: Zambri filius Salumi/dux de cognatione & tribu Simeo-
nis. Porro mulier Madianitis quæ pariter interfecta est: vocabatur Cozbi filia Sur/prĩci-
pis nobilissimi madianitarũ. Et de Helia: tertio regum cap. decimooctauo legitur/iussis-
se quadringētos & quinquaginta vanos sacerdotes occidi. Et de vtroqꝫ: primus Macha
beorum cap. secundo. Phinees pater noster zelando zelum dei: accepit testamentum sa
cerdotij æterni. Helias dum zelat zelum legis: receptus est in cœlum. Et vbi sacratissi-
mus institutor beati patris diuinus Paulus admonet eos qui doctrinæ dei aduersantur
in mansuetudine docendos: secunda est ad Timotheum epistola cap. secundo. Seruum
autem domini (inquit) non oportet litigare: sed mãsuetum esse ad omnes/docibilem/pa
yy tientem/cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati. ℂCum aliquãdo in Cre-
tã venissem: sanctus Carpus me suscepit hospitio. Hic est Carpus: cuius beatissimus Pau
lus secunda ad Timotheum epistola cap. quarto meminit. Penulam quam reliqui Tro-
zz ade apud Carpum: veniens affer tecum/& libros/ maxime autem membranas. ℂCũqꝫ
eius celebritatis quam vulgus ilarias vocat. Ilariæ græcum vocabulum est:& lætitiæ/vo
luptatesqꝫ sonat. Et ilariæ olim gentilium festa erant: quæ cum nouus imperator pronũ-
ciatus esset/celebrabantur. publica spectacula fiebant/sacrificia publica/publicũ sine in-
termissione epulum. lugentes cessabant a luctu/spectaculis aderant/lętisqꝫ conuiuijs. Le
guntur & ilarię apud Romanos celebritates fuisse Cybeles/matris deorũ. Sed hæc om-
nia ocyus facessant cum suis falsis dijs/depereatqꝫ memoria. & tantum pro nota adie-
ctum esse: ferme putetur piaculum.

ℂTito pontifici per epistolam interroganti: quæ sit sapientiæ domus/quę
patera/qui cibi eius/& qui potus. Epist. IX.



Significatiua theologia.

SAnctus quidem Timotheus honestissime Tite: nescio an
aliquid scripseri de theologicis signis/cuius ille ignarus ab-
scesserit. cæterum in significatiua theologia/ omnia illi quæ
in diuinis litteris de deo indigne dici plerisqꝫ videntur: dili-
gentissime enucleare curauimus. Nam absurditatem profe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ſapiẽ arcanæ illius imprimunt/ animis rudibus ac imperitis maximam cto ...

cto maximam imperitis ac rudibus animis imprimunt/arcanæ illius ſapiẽ
tiæ patres: cum per obſcura quædam ænigmata diuinam illã/ plenamq́
myſterijs/ac prophanis inaceeſſam veritatem enunciant. Atq́ ea ratio eſt:
cur plurimi diuinorum myſteriorum verbis difficile credimus. ea enim cũ
adhærentibus ſibi tantũ vernaculis & carnalibus ſignis aſpicimus:cum his
amotis/ipſa in ſeipſis nuda atq́ ad purum liquida intueri debeamus. Ita
enim vitæ fontem digna demum veneratione proſequimur:ſi hunc in ſeip= B
ſum fundi & in ſemetipſo ſtare videamus. Atq́ vnam quandam vim ſim=
plicem ſe mouentem/ per ſe operantem/ſeq́ ipſam non deſerentem intel=
ligamus:ſcientiarumq́ omnium ſcientiam eſſe/ac ſemper ſeipſam per ſeip=
ſam intueri fateamur. Oportere igitur exiſtimauimus:a nobis cum illi/tum C
cæteris omnigenas formas exponi:quæ de deo ſacratiſſime/ ſymbolice ſi=
gnificatiueq́ finguntur. Namq́ exteriora velamina perq̃ ſane multa indi=
gnitate plena ſunt:quæ inſtar efficta prodigij/minus probabilia videantur.
puta cum in ſuperſubſtantiali illa diuina generatione ventrem dei/ deum D
corporaliter gignere fingunt:verbumq́ in aere ex corde viri illud eructan=
te profundi/& ſpiritum ex ore ſpirantis prodire deſcribunt.ac ſinus dei pa E
tris corporeo more filium vlnis complectentes:nobis cum laude pronun=
ciant. Siue cum iſta: per inferiora quælibet/ & quæ humo prodeunt: ſi= F
gnant .atq́ cum arbores quaſdam/ & virgulta & flores/ radiceſq́ indu=
cunt. ſiue cum inundantes aquarum fontes: aut ſplendorum/ lucis produ
ctiuas generationes: ſeu alias quaſlibet deſcriptiones (quæ ſuperſubſtan=
tialia multiplicis theologiæ ſacramenta digniſſime referent) ponunt. Item G
cũ in intelligibilibus dei prouidẽtijs/aut donis/aut inſinuationibus/aut vir
tutibus/aut proprietatibus/aut terminis/ aut mãſionibus/ aut proceſſibus/
aut diſcretionibus/aut coniunctionibus:humanã deo effingũt formã.& fe=
rarum/ & aliorum animalium ac plãtarum/lapidumq́ varias ſpecies/ & or
natum illi muliebrem:aut barbaricas armorum inſtructuras applicant/ &
vaſorum fictoriã ſeu conflatoriam veluti opifici vulgari attribuũt.& equos
illi/& currus ſedeſq́ ſubſternunt:ac dapes quaſdam veluti cocorum com=
mentis & arte conficiunt/bibentemq́ et ebriũ ac dormitãtem/ crapulaq́ di
ſtentum dicunt. Quid memorem iras/ dolores/omnimoda iuramenta/ pœ
nitẽtias/ maledicta/ furores/ multimodas item obliquaſq́ fruſtratarũ pro=
miſſionũ rationes/gigãteã illam in geneſi expugnationem? quãdo viris illis
potẽtibus ex metu dicitur inſidiari:idq́ cum ędificium illud non pro alio=
rum iniuria ſed pro ſalute ſua molirentur. Conſilium quoq́ illud quid re=
feram aduerſus Achab fraude ac deceptione capiendũ:in cœlo cõcinnatũ?
Quid itẽ canticorũ carnales ac adamatorios q̃ plurimos affectus? et quæq́
alia ſacra et viſibilia ſigna occultis obducta/et in multitudinẽ excreſcentia:
diuina fictio ſacris audacius inſeruit/atq́ effinxit. ſingularibuſq́ et indiui=
duis: quæ diuiſionem admittunt. et figuratiua atq́ multiformia: ijs quæ
formam figuramq́ non capiunt. Q uorum profecto ſi quis intueri poſſit
intimum/ſecretumq́ decorem:myſtica eſſe omnia/et diuina mirabitur/ atq́
ingenti theologiæ lumine plena. Neq́ enim putãdum eſt/viſibilia ſigna ſui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

causa fuisse conficta: verū arcanæ illius plurimisq; inuisibilis scientiæ. idcirco velata: ne prophanis fierent peruia quæ sacratissima sunt/ solisq; veris ac legitimis diuinitatis amatoribus aperta paterent. quippe qui puerilem omnem sensum atq; imaginem/ sacra signa discutiendo/ deponerent: ac simplicitate animi & contemplatiuæ ratione virtutis/ ad simplicem illam atq; omnino mirabilē ac supereminētem signorum veritatem penetrare sufficeret.

Duplex theologorū institutio.

Et hoc præterea operęprecium est animaduertere/ duplicem esse theologorū traditionem: arcanā alterā ac mysticā/ alteram vero manifestam atq; notiorem. & alteram quidem significatiuā ac perficientē: alterā vero sapientię esse studiosam/ ac demonstratiuā. Connexum vero/ intextumq; est effabili: quod dici non potest. atq; illud quidem persuadet/ colligit/ ac confirmat veritatem: hoc autem agit/ atq; indocibilibus occultisq; docendi modis conciliat/ collocatq; in deo. Ne in ipsa quidē sanctissimorū sacramentorum celebratione/ sancti illi nostræ seu legalis traditionis magistri: diuinis atq; honestissimis abstinuere signis. & ipsos quoq; sanctissimos āgelos: diuina/ mystice per ænigmata propalare cernimus. Ipsumq; IHESVM in parabolis diuina: & per typicæ mensæ apparatū deifica mysteria tradere. Fuit enim profecto conueniens/ vt non modo illibata plurimis seruarentur sancta sanctorum: verum vt & ipsa quoq; hominū vita (quæ indiuidua simul/ ac diuisibilis est) pro captu & modo suo diuinis cognitionibus illustrata doceretur. & impassibilis ipsius pars: ad simplices atq; intimas diuinarū imaginum species contuendas secerneretur. quæ vero passibilis est: vernacule (vt ita dixerim) illiceretur vna/ atq; ad capiēda quæ sunt augustissima prę elaboratis typicorū signorū fictionibus intēderetur. cui quidem nimirum natura cognata sūt huiusmodi ex nostris sumpta velamina. Quod indicat quicunq; (cum apertam & extra velamina audierint theologiam) in seipsis imaginem aliquam fingunt: quæ illos ad dictæ theologiæ intelligentiā manuducat. Sed & ipsa mundi visibilis fabrica: inuisibilibus dei (quēadmodū & Paulus/ & verax ratio docet) subsignatur. Quocirca & theologi alia quidem ciuiliter atq; legitime: alia vero purgate & incontaminate perspiciunt. & alia humane ac medie: alia vltra humanā cōsuetudinem atq; perficiendo discutiunt. Atq; interdū quidem a visibilibus legibus: interdū vero ab inuisibilibus (prout subiectis sacris litteris/ & mentibus/ & animis congruit) docent. Neq; enim historia simplici & vacua: sed vitali perfectione subnixus est illorū omnis & per omnia sermo. Oportet igitur & nos omissa de hisce opinione vulgari: intra sacra signa tota intētione penetrare. neq; ea debito honore priuare: cum sint diuinarum figurarum germina/ expressiones atq; formæ/ ac secretissimorū excellētiūq; spectaculorū euidētes imagines. Nō enim sola supersubstātialia & intelligibilia ac diuina lumina: typicis variantur signis. sicuti cū supersubstātialis deus/ ignis dicitur: & intelligibilia eloquia dei/ ignita memorantur. verū & intelligibilium intellectualiūq; angelorum sacræ illæ distinctiones: varijs formis & multiplicibus/ igneisq; figuris describūtur. Atq; aliter ipsam ignis imaginē cū de deo (qui omnem intelligētiam superat) dicitur/ oportet accipere: aliter cum de intel-

Ratio quare duplex ē theologiæ traditio.

Partitio theologorum.

H I K L M

lectualibus eius prouidentijs siue rationibus/aliter quoq cum de angelis
enunciatur.ac priorem quidem illam imaginem secundum causam/sequen-
tem vero secundum substantiam/tertiam secundum participationem.atq
alia aliter/sicuti digna cuiusq speculatio/& erudita dispositio facit:accipere
conuenit.& non temere ac passim sacra signa miscere:sed ipsa congrue cau-
sis siue substantijs siue virtutibus/siue ordinibus/meritisve ac dignitatibus
discernere:quorum etiam sunt enunciantia signa.¶ Et ne modum exceda- Hic questi-
mus epistolæ:ad ipsam iam propositam a nobis quæstionem veniamus. oni pontifi-
Dicimus itaq escam omnem/vim habere eos perficiendi quos nutrit:dum cis Titi sa-
imperfectum illorum atq indigentiam replet/& infirmitatem curat/vitãq tisfacit.
custodit.& reuirescere facit/ac renouat:& vitalem illis iocunditatem/copi- Esca siue
amq largitur.prorsusq mœstitiæ & imperfectionis omnis expultrix:læti- cibi.
tiæ vero ac perfectionis indultrix est.Rite igitur & sapientissima/benignis- N
simaq sapientia diuinis laudatur eloquijs:q mysticum craterem statuat/
sacrumq ipsius propinet poculum/solidiores quoq ante cibos proponens:
et cum alta prædicatione/ipsam desiderãtes benignissime inuitans.Dupli- duplex cib9
cem ergo diuina sapientia proponit escam:solidam alteram atq durabi- atq esca.
lem/alteram liquidam & quæ profunditur.in cratere quoq prouidentissi-
mæ benignitatis suæ:gratiam/copiãq largitur.Crater enim rotundo et pa-
tulo ore cum sit:prouidentiæ omnium(quæ initio & fine caret:patensq et
explicita/omnia ambit & continet)signum profecto est.Verum quoniam
et ad omnia prodiens in seipsa manet/subsistitq in immobili idẽtitate sua/
neq prorsus a seipsa discedit/stabiliter firmiterq locata:ipse quoq crater
stare memoratur.Aedificare autem sibi domum sapiẽtia dicitur/& in ipsa Domus.
solidos cibos & pocula/craterem q proponere:vt omnibus diuina digne
conijcientibus perspicuum sit/illum esse perfectam prouidentiam:qui om-
nibus vt sint/ac bene sint author est & causa.et procedit ad omnia:et in om-
nibus fit/& omnia continet.Atq eadem rursus in seipsa per eminẽtem ex-
cellentiam:nichil in nichilo secundum nichilum est.sed excipitur ab omni-
bus/ipsa in seipsa identidem ac sempiterne subsistens/& stans et manens:
semperq eodem modo ac similiter se habens.& nequaq̃ extra se fit:neq a
sede propria/& immobili mansione atq substantia deficit.Verum & in ip-
sa prouidentiæ suæ integra perfectaq bonitate:cuncta disponit.& proce-
dit ad omnia:& in seipsa manet.et stat semper atq mouetur:& neq stat
neq mouetur.sed prouidentiæ(vt ita dixerim)officia & actiones/dum stat
immobilis:peragit.atq dum prouidet:in sua illa stabilitate/diuinæ ratione
naturæ/omnino mirabiliter manet.Sed enim dixerit quispiam:quis solidus
est/& quis liquidus cibus?huiusmodi enim/benigna sapientia largiri simul
ac prouidere laudatur.Arbitror itaq solidum cibum:intellectualis perse- Cib9 solid9.
uerantisq perfectionis atq identitatis significationem præferre.per quam
intellectuales illi sensus secundum stantem/ac potẽtissimam & singularem/
indiuiduamq scientiam:diuina participant.quibus beatissimus Paulus so- O
lidi veraciter cibi a sapiẽtia accepti:consortium & participium tradit.Porro
liquidum cibum/inundantiam illam large manantẽ atq ad omnia prodire

festinantem: sed adhuc per varia & plurima atq; diuidua / ad simplicem et fixam atq; constantem dei scientiam / eos quos alit pro captu ac modo singulorũ / bonitate præcipua manuducẽtem: signare certũ est. Idcirco diuina ac spiritualia eloquia: et rori / et aquę et lacti et vino / ac melli merito assimilã tur. q; et viuificãdi atq; fœcũdandi / veluti in aqua: & ad incrementũ perducendi / vt in lacte: & recreandi / vt in vino: & purgandi simul atq; conseruandi / veluti in melle: habeant vim. Hæc enim sapientia diuina: accedentibus ipsis præstat affluentiam / indeficientium dapum inundantiam largiens / superemanans / atq; supereffundens. Istud nempe: veraciter epulari est. atq; ideo viuificans simul / & paruulos nutriens / et renouans / atq; perficiens celebratur. Iuxta hanc nempe sacram conuiuij expositionẽ: & ipse bonorum author omnium deus inebriari perhibetur / propter plenissimam / & quæ omnem intelligentiam superet diuinæ epulationis / siue (vt verius loquar) bonitatis perfectissimam atq; ineffabilem immensitatem. Sicut enim nostro more in deteriorem partem ebrietas capitur (estq; repletio immodica: per quam mente & sensu excidimus) ita & in deo meliorem in partem accipiendo: ebrietas nichil aliud q̃ plenissima bonorum omnium immensitas (quæ in ipso secundum causam præexistit) intelligenda est. Sed et illum qui ebrietatem comitatur excessum sensus / atq; sciendi: dei excellentiam quæ omnem refugit intellectũ accipi oportet. per quam excipitur ab intelligendi ratione: cũ ea sit excellẽtia / vt intelligere atq; intelligi / ipsumq; esse trãscendat / ac omnia simpliciter quæcũq; sunt bona. Inebriatus ergo esse atq; excedere dicitur deus: quippe qui eis omnibus immensitatis totius eminentia et plenissimus est / & rursus extra omnia / et vltra omnia segregatus. Ex his igitur admoniti: sanctorum quoq; in regno dei sacra conuiuia eadem ratione suscipiemus. transiens enim inquit rex ipse faciet illos discumbere: & ipse ministrabit eis. Insinuant enim ista communem quãdam sanctorum in diuinis bonis / concordemq; lætitiam: & consentientem societatem. et ecclesiam primitiuorũ qui descripti sunt in cœlis / ac iustorum spiritus: bonis omnibus consummatos / & omnium virtutũ plenos / totiusq; beatitudinis participatione fœlices. Porro discubitum illum: requiem ex multis laboribus et inuiolabilem vitam / conuersationemq; diuinam in lumine ac regione viuentium / omni sacra iucunditate repletam / vberrimorum ac beatissimorum bonorum affluentissimam largitatem: significare putamus. per quam: lętitię totius plenitudo tribuitur. Hoc profecto lętari est authore IHESV: qui illos & recumbere facit & illis ministrat / æternamq; requiem donat / ac bonorum omnium largissime distribuit copiam. Pergens autem inquirere non fallor: si & laudatissimum illum dei somnum / & euigilationem explicare pergimus. dicendo diuinum somnum esse: dei illam excellentiã exceptam a creaturis omnibus / & nulli communicabilem ex ijs quæ prouidentiæ ratione gubernantur. Euigilationem vero: attentionem ipsius ad eorum prouidentiã qui disciplina vel salute indigent. Continuo alia theologica signa: in significatiua theologia offendes. Idcirco superfluum esse arbitrati / eadem eisdem de rebus replicando / alia videri dicere / simulq; nostri rationẽ haben-

P Q A S — Inebriatio diuina. — Excess9 mẽtis ebrietatem sequẽs — Conuiuia sanctorum. — T — Discubitus sanctorum. — Sõnus diuinus. — Euigilatio diuina.

tes/& quid ratio ſibi poſcit:hic finem epiſtolæ faciamus.cum plura etiam vt Sigificatiua
reor perſoluerimus:q̃ litteris tuis deberemus.Ipſam vero noſtram ſignifica theologia.
tiuam theologiam integram mittimus:in qua vna cum ſapientiæ domo/
columnas quocꝫ ſeptem elucidatas inuenies/& ſolidum ipſius cibum:in vi=
ctimas paneſcꝫ diuiſum.quæ ſit etiam vini commixtio:quæ item crapula
ex dei ebrietate proueniens.Et ipſa etiam quæ modo diximus:in ea latius
tractata reperies.eſt enim(vt reor)equidem omnium ſignificatiuarum the=
ologiarum inuentrix optima/& ſanctarum ſcripturarum ſacris traditioni=
bus ac veritatibus congruens.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS.¶Argumentum.Titus pontifex/beatiſſimi Pauli di= A
ſcipulus/& ad quem Pauli epiſtola extat:per epiſtolam beatiſſimũ patrem interrogauit/
quid eſt quod prouerbiorũ cap.nono dicitur.Sapientia ædificauit ſibi domũ:excidit co=
lumnas ſeptem/immolauit victimas ſuas/miſcuit vinũ/& propoſuit menſam.et quæ ſit
ſapientiæ domus:quis crater/qui cibi & qui potus.Cuius petitioni ſatiſfaciens ſacratiſſi=
mus pater/paucis aperit quæ ſapiẽtiæ manſio/& domus:quis crater/quis cibus ſolidus/
et quis cibus liquidus/qui appellatur & pot9. Et vltra petita adiecit:quæ diuina inebri=
atio/quæ extaſis/ſciendicꝫ exceſſus diuinam ebrietatem ſequens.quæ ſanctorum con=
uiuia/qui recubitus.quis diuinus ſomnus/quæ vigilia.Et hæc epiſtola:vt argumentum
quoddã in diuinam ſignificatiuam theologiam eſſe videtur/vnde nec examuſſim ſine
ſignificatiua illa theologia intelligi poſſe.Illic enim(vt in calce epiſtolæ meminit)exacte
de ſapientiæ domo/de ſeptẽ eius columnis/qui panes eius/quod vinum/quæ vini com=
mixtio/& reliqua eiuſmodi:omniũ profecto ſcitu & contemplatione digniſſima/elucida=
tur.quod ſacrũ/& omnibus ſæculis deſiderabile munus:vna cum præſenti epiſtola/ad
ſanctum pontificẽ Titum deſtinauit.¶Si hũc in ſeipſum fundi:& in ſemetipſo ſtare vi= B
deamus.Fons vitæ deus eſt:& hoc nomine frequenter in ſacris celebratur litteris.Et vt
fons in ſeipſo funditur & ſcaturit/in ſeipſo manẽs:ita in ſemetipſa nõ eſt infœcũda ſum=
ma diuinitas.ſed principium a ſemetipſo fœcundũ ſurgens:ſe totum fundit/cõmunicat/
et propagat in ſeipſo manens.eſt enim pater a quo motus initium:nunq̃ ſe deſerens/et
a quo principium de principio.quæ procedũt/ſe fundunt/atqꝫ propagant:neqꝫ ſe deſe=
runt/ſed intra ſe manent.Et hi proceſſus:verbũ/mentemqꝫ omnem ſuperãt/ineffabiles
ſemper/atqꝫ incompræhẽſi.ſũtqꝫ principiũ a ſemetipſo/principium de principio:& prin=
cipium de principio per principium.Et hæc tria vnum ſunt principiũ:a quo/per quod/
et ad quod omnia/ſuperimmenſa & ſuperbenedicta trinitas/in ſeipſa æterna manſione
manentia/ſemper procedentia/& æterna operatione priuſq̃ fierẽt & ſæcula:in ſemetipſa
fœcunda.quæ cum ſe/exuberantia ſuæ immẽſæ bonitatis extra fuderunt/in ſe tamen ni=
chilominus ſemper manentia:ex incõpræhẽſibilibus proceſſibus vt vno ſummo/incom=
præhenſibiliqꝫ principio vt ex quo/per quod/& ad quod:orta ſunt omnia.ſed ab incom=
præhenſibili cõpræhenſibilia/& ab incõmunicabili cõmunicabilia/ab vno infinito & im=
menſo:finita omnia menſurãqꝫ habentia.Ex patre enim & a patre/ineffabiliũ proceſſuũ
eſt initium:per filium mediantur/& ad veracẽ et ſuperbonum ſpiritum terminantur et
finiunt.Itaq; ex et a ad patrem/per ad filium/ad et in ad ſpiritum ſanctum:plerumqꝫ in
ſacris litteris/diſcretiue referuntur.efficiens/forma/finis.ſuntqꝫ nomina dei.¶Oportere C
igitur exiſtimauimus:a nobis cum illi/tum cæteris omnigenas formas exponi.Illi:illi Ti=
motheo.¶Puta cum in ſuperſubſtantiali illa diuina generatione.Filium ex vtero gigni/ D
et ex corde eructari/& ſpiritum ex ore prodire:ſacræ litteræ enunciant.Ex vtero.Pſal=
mus centeſimus nonus.Tecum principium in die virtutis tuæ:in ſplẽdoribus ſanctorũ
ex vtero ante luciferum genui te.Ex corde.Pſalmus quadrageſimus quartus.Eructauit
cor meum verbum bonũ:dico ego opera mea regi.Ex ore.Pſalmus triceſimus ſecũdus.
Verbo domini cœli firmati ſunt:& ſpiritu oris eius/omnis virtus eorum.¶Ac ſinus dei E
patris:corporeo more filium vlnis cõplectentes/Ioannes cap.primo.Deum nemo vidit
vnq̃.vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris:ipſe enarrauit.¶Siue cum iſta:per inferiora F
quælibet/& quæ humo prodeunt:ſignant.Per lignum ſiue arborem/virgultũ/florem/
radicem/per fontẽ/per generationem ſplẽdorum lucis:ſummũ illud & ineffabile bonum
(per quod facta ſunt omnia)in ſanctis eloquijs deſignatur.Per lignũ.Prouerbiorũ cap.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tertio. Precioſior est cunctis opibus sapientia: & omnia quæ desiderātur/huic non valent comparari. Longitudo dierū in dextera eius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria. viæ eius viæ pulchræ: & omnes semitæ eius pacificæ. lignū vitæ est ijs qui appræhenderint eam: et qui tenuerint eam/beati. Et Apocalypsis cap. secundo. Vincenti dabo edere de ligno vitæ/quod est in paradyso dei mei. Per virgultū & radicem. Esaias cap. quinquagesimo tertio. Quis credidit auditui nostro: & brachium domini cui reuelatum est? et ascendet sicut virgultū coram eo/& sicut radix de terra sitiēti. Per florem. Esaiæ cap. vndecimo. Et egredietur virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet/& requiescet super eum spiritus domini. Per fontem. Hieremias cap. secundo: vt & ante adductū est. me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas dissipatas. Et Psalmus tricesimus quintus. Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. Per generationem splendorū lucis. Ex psalmo centesimo nono iam auditum est. In splendoribus
G sanctorum/ex vtero ante luciferū genui te. ¶ Itē cum in intelligibilibus dei prouidētijs/aut donis/aut insinuationibus/aut virtutibus/aut proprietatibus. Multa in significatiua theologia beatissimus pater de deo reserauit: quorum hic inter alia/sex et triginta adducit/quæ sunt.

1	Prouidentia	14	Plantę	27	Crapula
2	Dona	15	Lapides	28	Iræ
3	Manifestationes	16	Muliebres ornatus	29	Dolores
4	Virtutes	17	Barbarica arma	30	Iuramenta
5	Proprietates	18	Ars fictilium	31	Pœnitentiæ
6	Fines	19	Conflatilium	32	Maledictiones
7	Mansiones	20	Extrinseci apparatus	33	Furores
8	Processus	21	Equi	34	Promissionum
9	Discretiones	22	Currus		frustrationes
10	Coniunctiones	23	Sedes	15	Consilium frau=
11	Humana forma	24	Fercula		de cōcinnatum
12	Formæ ferarum	25	Potus	36	Canticorum adamato=
13	Aliorū animalium	26	Somnus		rij & lasciuiusculi affectus

Prouidētia Dona — Et de quorum vnoquoq; ex sacris litteris aliquid vel parum adducendū est. Prouidentia & dona. Psalmus centesimus quadragesimus quartus. Oculi omniū in te sperant domine: & tu das escam illorum in tēpore oportuno. aperis tu manū tuam: & imples omne animal benedictione. Et centesimus quadragesimus sextus. Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluuiā. qui producit in montibus fœnum/& herbam seruituti hominum. qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorū inuocantibus eum.

Manifestationes. — Manifestationes. Genesis cap. decimo octauo de Abrahā. Apparuit ei dominus in conualle mābre/sedenti in hostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Et cap. vicesimo sexto de Isaac. Orta autem fame super terrā/post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham: abijt Isaac ad Abimelech regem Palestinorū in gerara. Apparuitq; ei dominus & ait. ne descēdas in Aegyptū/sed quiesce ī terra quā dixero tibi: & peregrinare in ea/eroq; tecū & benedicam tibi. Et exodus cap. tertio de Mose. Moses autem pascebat oues Ietro soceri sui sacerdotis Madian. Cumq; minasset gregem ad interiora deserti: venit ad montem dei Oreb. Apparuitq; ei dominus in flāma ignis/de medio rubi. Et videbat ꝙ rubus arderet et non comburebatur.

Virtutes. — Virtutes. Virtutes/& diuinæ potentiæ signa (vt ad hominum timorem/& salutē innotesceret deus) frequenter patuerunt: vt ex veteri & nouo testamento facile dinoscitur. Ex veteri quidem: vt in Exodo de plagis Aegypti supra allatis/et de ijs admirandis: quæ filijs Israel in deserto contigere. de quibus et psalmus centesimus quintus. Obliti sunt deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Aegypto/mirabilia in terra Cham/terribilia in mari rubro. Ex nouo vero testamēto: Matthæus cap. vndecimo. Cæci vident/claudi ambulāt/leprosi mundātur: surdi audiunt/mortui resurgūt/pauperes euangelizantur/& beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Et Lucas cap. sexto. Et descēdens cum illis/stetit in loco campestri/& turba discipulorum eius: & multitudo copiosa plebis/ab omni Iudęa et Hierusalē/et Maritima/& Tyri/et Sidonis. qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

venerant vt audirent eum:& sanarētur a lāguoribus suis.et qui vexabantur a spiritibus immundis:curabantur.& omnis turba quęrebat eum tangere:quia virtus de illo exibat/ et sanabat omnes. Proprietates. Vt cum dicitur misericors/miserator/patiens/suauis/iu=stus/sanctus/& id genus diuinorum nominū:diuinas & benignas eius proprietates insi=nuātiū. Exodus cap. vicesimo secūdo. Si pignus a proximo tuo acceperis vestimētum: ante solis occasum reddes ei.ipsum enim est solum quo operitur indumētū carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat.si clamauerit ad me:exaudiā eum/quia misericors sum. Psalmus centesimus quadragesimus quartus. Miserator & misericors dominus:patiens et multum misericors.suauis dominus vniuersis:& miserationes eius super omnia ope=ra eius.iustus dominus in ōnibus vijs suis:& sāctus in omnibus operibus suis. Fines atq; consūmationes. Apocalypsis cap.primo. Ego sum alpha et ω/principium & finis:dicit dominus deus. Et Ecclesiasticus cap.quadragesimo tertio. Propter ipsum confirmatus est itineris finis:in sermone eius cōposita sunt ōnia. Multa dicimus/& deficimus verbis: consummatio autem sermonnm ipse est. Et dominus a beatissimo Paulo epistola ad He=bræos cap.duodecimo:consummator appellatur. Deponentes(inquit)omne pondus/ et circūstans nos peccatū:curramus ad propositū nobis certamen/aspicientes in autho=rem fidei & consummatorē IHESVM.qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem/con=fusione contēpta:atq; in dextra sedis dei sedet. Mansiones. Ioannes cap.decimo quarto. Si quis diligit me/sermonē meum seruabit:& pater meus diliget eum/& ad eum venie=mus/& māsionem apud eum faciemus. Et cap.decimo quinto. Manete in me/& ego in vobis. sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso:nisi māserit in vite.sic nec vos: nisi in me māseritis. Processus. De intimis & imanētibus processibus qui ineffabiles sunt/ pariter & extimis:alijs in locis dictum est.de quibus etiam psalmus decimus octauus. In sole posuit tabernaculū suum:& ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Et Lucas cap.quarto. Et omnes testimonium illi dabant:& mirabantur in verbis gratiæ quæ pro=cedebant de ore ipsius. Discretiones. Matthæus cap. vicesimo octauo. Euntes ergo do=cete omnes gentes:baptizantes eos in nomine patris/& filij/& spiritus sancti.docentes eos seruare quæcūq; mandaui vobis:& ecce ego vobiscū sum omnibus diebus/ vsq; ad consummationem sæculi. Coniunctiones. Ioannes cap.decimo. Ego & pater: vnum su=mus. Et prima Ioannis epistola cap.quinto. Quoniā tres sunt qui testimonium dant in cœlo/pater/verbum/& spiritus sāctus:et hi tres vnum sunt. Et de diuinis discretionibus et coniunctionibus:nos amplius cap.secundo diuinorum nominū admonuit sacratissi=mus pater. Humana forma. Daniel cap.septimo. Et ecce in nubibus cœli quasi filius ho=minis veniebat:& vsq; ad antiquūdierū puenit.et in cōspectu eius obtulerūt eū:& dedit ei potestatem & honorem et regnū/& omnes populi tribus et linguæ ipsi seruient.po=testas eius potestas æterna quæ non auferetur:& regnum eius quod non corrumpetur. Formæ ferarum. Vt leonis/leenæ/pardi/& vrsi. Oseæ cap.decimo tertio. Et consumam eos ibi quasi leo. Et ego ero eis quasi leena/sicut pardus in via Assyriorū.occurram eis quasi vrsa raptis catulis. Alia animalia. Ioannes cap.primo. Testimoniū perhibuit Ioan nes dicēs:quia vidi spiritum descendētē quasi columbā de cœlo.et mansit super eum:& ego nesciebā eum. Et rursus.altera die iterum stabat Ioannes/& ex discipulis eius duo: et respiciens IHESVM ambulātem dixit/ecce agnus dei. Plantæ. Esaias cap.quinqua=gesimo tertio. Et ascendet sicut virgultū coram eo. Et Ioānes cap.decimo quinto. Ego sum vitis vera:& pater meus agricola est.ego sum vitis:& vos palmites. Lapides. Esai=as cap.vicesimo octauo. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidē:lapidem proba=tum/angularem/preciosum/in fūdamēto fundatū. Et Paulus epistola ad Ephesios cap. secundo. Ergo iam non estis hospites & aduenæ/sed estis ciues sanctorum & domestici dei:superedificati super fundamentū apostolorum & prophetarū/ipso summo angulari lapide CHRISTO IHESV:in quo omnis ædificatio constructa crescit in templū san=ctum in domino. Muliebris ornatus. Hieremias cap.vicesimo secūdo. Viuo ego dicit do=minus/quia si fuerit Iechonias filius Ioachim regis Iuda annulus in manu dextra mea: inde euellā eum. Est enim annulus in manu:vt muliebris ornatus. Et Ezechiel cap.deci=mo sexto. Et transiui per te/& vidi te:et ecce tempus tuum/tempus amantium.& ex=pandi amictū meum super te/& vestiui te discoloribus:et calceaui te hiacyntho/& cinxi te bysso.& indui te subtilibus/et ornaui te ornamento:& dedi armillas manibus tuis/et torquem circa collum tuum.& dedi inaurem circa os tuū:& circa oculos in auribus tuis/

Proprietates. Fines. Mansiones. Processus. Discretiōes. Cōiūctiōes. Humana forma. Formæ ferarum. Alia aīalia. Plantæ. Lapides. Muliebris ornatus.

et coronam decoris in capite tuo.& ornata es auro et argento:& induta es byſſo et po-
lymito/& multis coloribus. Et ſumens de veſtimentis meis feciſti tibi excelſa hinc inde
conſuta:& fornicata es ſuper eis. Et paulo ante ſcribebatur. Et ingreſſa es:& veniſti ad
mundũ muliebrem. Vbi Symachus vertit:ad ornatũ muliebrem. Coſmos enim grę ce/an
Barbarica arma. ceps vocabulum eſt:nunc mundũ/nunc ornatum ſignificans. Barbarica arma. Apoca-
lypſis cap. ſecundo. Hæc dicit qui habet romphęam ex vtraq; parte acutã. Romphęas
Fictoria. ſcribit Philarchus:arma eſſe barbarica. Fictoria. Eſaias cap. viceſimo nono. Peruerſa eſt
hæc veſtra cogitatio:quaſi ſi lutum cõtra figulum cogitet.& dicat opus factori ſuo:non
feciſti me.et figmentũ dicat fictori ſuo:nõ intelligis. Et cap. ſexageſimo quarto. Et nũc
domine pater noſter es tu:nos vero lutum. Et fictor noſter es tu:& opera manuũ tuarũ
Cõflatoria. omnes nos. Conflatoria. Hieremias cap. nono. Propterea hæc dicit dominus exercituũ.
ecce ego conflabo/& probabo eos. Et Malachias cap. tertio. Et ſedebit conflans & mun
dans argentum:& purgabit filios Leui.et colabit eos quaſi aurum:& quaſi argentum.
Extrinſeci apparatus. Extrinſeci apparatus. Ad extrinſecos apparatus pertinent equi/currus/ſedes/& id ge-
nus ſimilia non expreſſa:quæ in ſacris litteris paſſim depræhenduntur. Equi & currus.
Equi. Currus. Hieremias cap. quarto. Ecce quaſi nubes aſcendet/& quaſi tẽpeſtas currus eius:veloci-
ores aquilis equi illius. Sedes. Apocalypſis cap. quarto. Et ecce ſedes poſita erat ĩ cœlo:
Sedes. et ſupra ſedem ſedens.& qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis:et
iris erat in circuitu ſedis/ſimilis viſioni ſmaragdinę.& in circuitu ſedis/ſedilia vigĩti qua-
Fercula. tuor. Fercula. Auditum iam eſt de conuiuio & ſolenni illa epulatione:a ſummo rerũ pa-
tre/diſſipationis filio ad ſe reuertenti/facto. Et iterum ſummus rex. Matthæi cap. viceſi-
mo ſecũdo:opiparũ & nuptiale filio ſuo parat conuiuiũ. Simile factũ eſt(inquit)regnum
cœlorum homini regi:qui fecit nuptias filio ſuo/& miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad
nuptias/& nolebant venire. Iterum miſit alios dicens. dicite inuitatis. ecce prandiũ me-
um paraui/tauri mei et altilia mea occiſa ſũt/& omnia parata:venite ad nuptias. Potus
Potus. Lucas cap. viceſimo ſecundo. Vos autem eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus
meis:& ego diſpono vobis/ſicut diſpoſuit michi pater meus regnum/vt edatis & biba-
Somnus. tis ſuper menſam meã in regno meo. Somnus & crapula. Pſalmus ſeptuageſimus ſepti-
Crapula. mus. Et excitatus eſt tanq̃ dormiens dominus:tanq̃ potens crapulatus a vino. Iræ. Exo-
Iræ. dus cap. decimoquinto. Miſiſti iram tuam:quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam/& in ſpiritu
furoris tui cõgregatæ ſunt aquæ. Et cap. triceſimo ſecundo. Quieſcat ira tua/& eſto pla-
Dolores. cabilis ſuper næquitia populi tui. Dolores. Iudicum cap. decimo. Omnia de finibus ſuis
alienorũ deorũ idola proiecerũt:& ſeruierũt domino deo/qui doluit ſuper miſerijs eorũ.
Et Pſalmus ſexageſimus octauus. Quoniam quem tu perfeciſti perſecuti ſunt:& ſuper
dolorem vulnerũ meorum addiderũt. Threni cap. primo. Dolor meus ſuper dolorem:
Iuramẽta. in me cor meum mœrens. Iuramenta. Geneſis cap. viceſimo ſecundo. Per meipſum iu-
raui dicit dominus/quia feciſti hanc rem & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me:
benedicam tibi/& multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli/& velut arenam quæ eſt
in littore maris. poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum:& benedicentur in
ſemine tuo omnes gentes terræ/quia obediſti voci meæ. Et Eſaiæ cap. quadrageſimo
Pœnitẽtię. quinto. In memetipſo iuraui:egredietur de ore meo iuſtitiæ verbum. Pœnitentiæ. Gene-
ſis cap. ſexto. Videns autem deus ꝙ multa malicia hominũ eſſet in terra/& cuncta cogi-
tatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore:pœnituit eum ꝙ hominem feciſſet in
terra. Et præcauens in futurum/& tactus dolore cordis intrinſecus:delebo(inquit)homi-
nem quem creaui a facie terræ/ab homine vſq; ad animantia/a reptili vſq; ad volucres
Maledictiones. cœli. pœnitet enim me feciſſe eos. Maledictiones. Threni cap. ſecundo. Reppulit domi-
nus altare ſuum:maledixit ſanctificationi ſuæ. tradidit in manu inimici:muros turrium
eius. Et Abachuc cap. tertio. Maledixiſti ſceptris eius/capiti bellatorum eius:veniẽtibus
Furores. vt turbo ad diſpergẽdum me. Furores. Numeri cap. vndecimo. Iratuſq; eſt furor domini
valde. Adhuc carnes eorum erant in dentibus eorum/nec defecerat huiuſcemodi cibus:
et ecce furor domini cõcitatus in populũ/percuſſit eum plaga magna nimis. Et deute-
ronomium cap. viceſimo nono. Et dicent omnes gentes:quare ſic fecit dominus terræ
huic?quæ eſt hæc ira furoris eius immẽſa? Idcirco iratus eſt furor domini contra terram
Promiſſionũ fruſtrationes. iſtam:vt induceret ſuper eam omnia maledicta quæ in hoc volumine ſcripta ſunt.& eie-
cit eos de terra ſua in ira & in furore/et in indignatione maxima. Promiſſionũ fruſtrati-
ones. Ita enim ſæpe quæ a deo/aut comminata/aut promiſſa ſunt:fruſtrari vidẽtur. quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tamen in se profundã & arcanam continent sapientiam. Vt quarto Regum cap. vicesi-
mo: ægrotanti regi Ezechiæ/mortem per prophetã nunciat, quã paulo post prece & la-
chrymis inflexus: quasi mutabilis reuocat/nunciatũq; facit irritum. Pollicetur & ipsum
et ciuitatem ab assyrijs propter se & Dauid seruum suũ tutatum ire: & statim (mutandæ
sentẽtiæ occasione vt videtur sũpta: q thesauros & exquisitissima quæq; regiæ suæ osten-
tauerat Ezechias/legatione ad se functis oratoribus regis Babyloniorũ) nunciat ei om-
nia Babylonis futura spolia. Reuertere (inquit) et dic Ezechię duci populi mei: hæc dicit
dominus deus Dauid patris tui. Audiui orationẽ tuam/& vidi lachrymã tuam: et ecce
sanaui te. die tertio ascẽdes templũ domini: & addam diebus tuis quindecim annos. sed
et de manu regis Assyriorũ liberabo te/& ciuitatem hanc: et protegã vrbem istam pro-
pter me/& propter Dauid seruũ meum. Et rursus. Dixit itaq; Esaias Ezechiæ. Audi ser-
monem domini. ecce dies venient/& auferẽtur omnia quę sunt in domo tua/& quæ con-
diderunt patres tui vsq; in diem hãc: in Babylonem. non remanebit quicq̃: ait dominus.
Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te/quos generabis: tollentur/& erunt eunuchi in
palacio regis Babylonis. Insidiæ. Videtur Geneseos cap. vndecimo ex metu/gigãtibus Insidiæ.
turrim in cœlum erigentibus insidiari: atq; eos (eorum linguas cõfundendo) expugnasse/
eosq; diuisisse. sic enim illo in loco legitur. Erat autem terra labij vnius/& sermonũ eo-
rundẽ. Cũq; proficiscerentur de oriente: inuenerunt campũ in terra Sennaar/& habita-
uerunt in eo. Dixitq; alter ad proximũ suum. venite faciamus lateres/& coquamus eos
igni. habueruntq; lateres pro saxis/& bitumen pro cemento: & dixerũt. venite faciamus
nobis ciuitatem & turrem/cuius culmen pertingat vsq; ad cœlum: & celebremus nomẽ
nostrum/anteq̃ diuidamur in vniuersas terras. Descendit autem dominus vt videret ci-
uitatem/& turrem quã ædificabant filij Adam: & dixit. Ecce vnus est populus/et vnum
est labium omnibus: cœperuntq; hoc facere/nec desistent a cogitationibus suis/donec
eas opere compleant. Venite igitur descendamus/& confundamus ibi linguam eorum:
vt non audiat vnusquisq; vocem proximi sui. atq; ita diuisit eos dominus ex illo loco/in
vniuersas terras. Consilium fraude concinnatũ. In tertio regũ cap. vicesimo secundo le- Consilium
gimus (nec id quoq; suo mysterio carere putandũ est) quo pacto videlicet omnes pro- fraude cõ-
phetæ concordi oraculo: Achab regi Israel victoriam pronunciabant. immo & Micheas cinnatum.
propheta domini: idem ei pronunciauit. qui & adiuratus: fraudem ei detexit/dolũq; in
cœlo cõcinnatũ. Et sacra littera ita habet. Fecit quoq; sibi Sedechias filius Chanaã cor-
nua ferrea: & ait. Hæc dicit dominus: his ventilabis Syriam donec deleas eam. Omnesq;
prophetæ/similiter prophetabãt: dicentes/ascende in Ramoth Galaad/& vade prospe-
re/& tradet dominus in manus regis. Venit itaq; ad regẽ Micheas: & ait illi rex. Michea
ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum: an cessare? cui ille respondit. Ascende:
et vade prospere/& tradet dominus in manu regis. Dixit autẽ rex ad eum. Iterum atq;
iterum adiuro te/vt non loquaris michi nisi quod verũ est in nomine domini. Et ille ait:
vidi cunctum Israel dispersum in mõtibus/quasi oues non habẽtes pastorẽ. Propter hoc
audi sermonem domini. Vidi dominum sedentem super soliũ suum/& omnẽ exercitum
cœli assistentem ei a dextris & a sinistris: et ait dominus. Quis decipiet Achab: vt ascen-
dat/& cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiusmodi/& alius aliter. Egressus
est autem spiritus/& stetit coram domino: et ait, ego decipiam illũ. Cui locutus est domi
nus: in quo? et ille ait: egrediar/& ero spiritus mẽdax in ore omniũ prophetarũ eius. Et
dixit dominus: decipies/& præualebis. egredere: et fac ita. Nunc igitur ecce dedit domi-
nus spiritum mendacij in ore prophetarũ tuorum qui hic sunt: & dominus locutus est
cõtra te malũ. Accessit autẽ Sedechias filius Chanaã: & percussit Micheã in maxillam. &
dixit: me ne ergo dimisit spiritus domini/& locutus est tibi? Et ait Micheas/visurus es in
die illa: quãdo ingredieris in cubiculũ intra cubiculũ/vt abscõdaris. Cãtica adamatoria. Cantica
Hæc canticorũ liber cõtinet: quæ nullus carnalẽ sensum retinẽs/legere debet. sunt enim amatoria
spiritualia: solũ spiritualiter penetranda. Dilectus nãq; illic & amicus: CHRISTVS do-
minus est regenerationũ author/sapientissimus/pulcherrimus/optimus/sũmusq; ama-
tor. Dilecta & amica: sãcta est & spiritualis ecclesia/non habẽs maculam/neq; rugã. quæ
post amatũ impatientius elanguens: nunc ipsum in horto: in quo suauissime spirant om-
nia/in omnibus perfectionum virtutũq; vestigijs inquirit. nũc in superna ciuitate/cœle-
stiq; Hierusalem: & non inuenit, vtpote qui vltra/supraq; omnia est: cunctaq; transcen-
dit. Nunc vero in lectulo/diuiniq; amoris cubili: extasis/somnusq; diuinam amicã occu-

pat.et summi amati vocem audit:at eum non videt/quippe qui sit inuisibilis.et attactũ
manus eius sentit:& non appræhẽdit/vt qui sit incomprehensibilis.et ad ipsius attactũ:
venter/spiritualisq; fœcũditas intremuit & mota est. Si enim imber in gremiũ terræ dila-
bitur/& reddit fœcundam:nonne diuinitatis attactus spirituale gremiũ illabetur:fœcun-
dum non faciẽs? Sed ex raptu/extasisq; quiete & somno soluta:amicũ non inuenit/per-
transierat enim.et iterum inquirit eum:ad cuius vocẽ/eius liquefacta fuerat anima. Et
amicum per hortum/per flores/& odoramenta/spiraculaq; suauissima rerum/per ciuita-
tes/vicos/& plateas inquirere:est ipsum affirmatiue & per entium excellentiam inquire-
re. Et in lectulo/sacroq; cubili ipsum inquirere:est ipsum in extasi/mentisq; excessu inqui-
rere. de quo somno/extasi. & excessu: vltimũ scholium primi capitis ecclesiasticæ hierar-
chiæ/parumper admonuit. In nocte vero/est eum ipsum negatiue & per excellentes ne-
gationes:qui omnia superat & posita et negata/qui inueniri non potest(et de quo per
vnum diuine amantiũ dictum est:vere tu es deus absconditus/deus Israel/saluator)in-
Esai.45. quirere. Nunc igitur intellectualẽ sensum excitate/ad spiritualiũ amorum cantica. Can-
ticorum cap. quarto. Summus amicus. Vulnerasti cor meum soror mea/spõsa:vulnera-
sti cor meum in vno oculorum tuorum/& in vno crine colli tui. q̃pulchræ sunt mammæ
tuæ:soror mea/sponsa.pulchriora sunt vbera tua vino:& odor vnguentorũ tuorum su-
per omnia aromata. fauus distillãs labia tua sponsa:mel & lac sub lingua tua/& odor ve-
stimentorũ tuorũ sicut odor thuris. Cap. quĩto. Spiritualis amica. Veniat dilectus meus
in hortũ suum:vt comedat fructus pomorũ suorũ. Summus amicus. Veni in hortũ meũ
soror mea/sponsa:messui myrrhã meam cum aromatibus meis.comedi fauũ cum melle
meo:& bibi vinũ cum lacte meo.comedite amici/& bibite:et inebriamini charissimi.ego
dormio & cor meum vigilat. Spiritualis sponsa. Vox dilecti mei pulsantis. Sũmus spon-
sus/summusq; amat9. Aperi michi soror mea/amica mea/colũba mea/immaculata mea:
quia caput meum plenũ est rore/& cincinni mei guttis noctiũ. expoliaui me tunica mea:
quomodo induar illa? laui pedes meos:quomodo inquinabo illos? Spiritualis amica. Di-
lectus meus misit manum suam per foramen:& venter meus intremuit ad tactum eius.
Surrexi vt aperirem dilecto meo/ pessulum ostij mei aperui dilecto meo:at ille declina-
uerat/atq; transierat. Anima mea liquefacta est:vt dilectus locutus est.quæsiui & non
inueni illum:vocaui & non respondit michi. Et his similibus/amatoria cantica sunt ple-
na:& quæ identidem summa pietate spiritualibus amatoribus sunt refertissima. In qui-
bus profecto sola intelligentia:spiritualis est & viuifica.imaginatio:sensualis & carnalis.
sensus vero:plane bestialis est. Cui igitur deus intelligentiã non erigit/tutaturq; a phan
tasiæ casu:huic lecturę se ipse cõmittere non debet/periculũ etenim est.nã phantasia ad
sensum est perpræceps. & mota:ocyus sensum mouet. hæc enim spiritualibus intelligen
H tijs non modo non conferunt:sed officiunt q̃plurimũ/ab illisq; seiungunt. ¶ Et alteram
quidem significatiuã/ac perficientẽ:alterã vero sapientiæ studiosam/ac demonstratiuã.
Theologorũ traditio arcana & mystica eadẽ est:et quæ hic significatiua/& perficiens di-
citur. Arcana quidẽ dicitur propter secretas imprecationes/obseruationes/& signa:quæ
fas non est in vulgus effundi/publicari/& prodire:vt quæ a solis sacris ordinibus & co-
gnosci & tractari debeant et mereantur. Mystica vero eadem de causa:propter mysteria
quæ cõtinet. Porro significatiua:propter symbola/& diuinorũ sacratissima signa/quibus
suis in sanctificationibus vtitur. Perficiens vero & consũmãs:quia sacramenta & tractat
et amministrat/perficientia atq; consũmantia. Et rursum eadẽ est sanctorũ theologorum
apostolorũ/& suorũ pro merito et dignitate successorũ traditio manifesta atq; notior:et
sapientiæ studiosa ac demonstratiua. Manifesta quidẽ atq; notior:quia arcanorũ myste-
riorum/symbolorũ & perfectionũ noticiam tenet apertã. vmbram reuocat in lucem:ve-
stigia in exemplar/& diuidua illa signa in vnam simplicem & indiuiduã veritatẽ ac na-
turam. Sapientiæ vero studiosa & demonstratiua:q; tota in supramundanis intentissima
inuigilet & versetur(quorũ solorum sapientia est)nunq̃ ferme nisi nouam moliẽdo ana-
gogem nouũq; conscensum/mentis oculos demittens. persimilis profecto aciei:semper
ad solarẽ lucem/eiusve conspicuos radios perintentæ:per quos lux illa formosissima ve-
nustifice se primo pandit/manifestat/explicat/exprimit/insinuat/euoluit. Deus enim:ar-
chetypa lux est.& supramundana:eius venustifici radij/lucẽ ipsam spiritualibus auditi-
bus pronunciantes/& intellectualibus oculis insinuantes. qui in noctem & tenebras hu-
ius inferioris sensibilisq; mundi finiunt & terminãtur. in quibus etiã lux illa superimmẽsa:


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

lucet & radiat. Et quia in hac sacrosancta theologica traditione: & omniū/& singulorū
quæ in sacro ecclesiastico geruntur principatu agnoscuntur causæ: nulli incognitum esse
debet/cur eadē & demōstratiua dicatur. ¶Sancti illi/nostrę seu legalis traditionis magi I
stri. Nostræ spiritualis ecclesiæ traditionis legifer: CHRISTVS dominus est, & instituti
ab eo duces & magistri/qui illam sanctā traditionē docerent/ mōstrarent/ac elucidarēt:
sancti apostoli. Legalis traditionis legifer: Moses. Magistri & duces: prophetæ. Et apo-
stoli super pphetas: vt lumina super vmbras. Et hæc omnia in vnā lucē/in vnā eandēq;
veritatē: ad hominū salutē/& deiformem imitationis statū conspirāt. quē qui appræhē-
dunt: beati. Verūtamē legalis traditio: tenebricosus est medius paries dissipatus/ velūq;
discissum. sacerdotalis autē & ecclesiastica: tanq; mare vitreū simile crystallo in conspe-
ctu sedis diuinæ. Et vere beati/qui per hanc apostolicæ traditionis translucentiā: sapien K
tiam omni cum puritate inquirunt/inquisitāq; apprehendunt. ¶In seipsis imaginē ali-
quā fingunt: quæ illos ad dictæ theologiæ intelligentiā manuducat. Qui enī nude de su
persubstantiali trinitate aliquādo audierūt: quo fidem intelligentia iuuet tum in se/ tum
in alijs: plerumq; imaginē sibi fingunt/quæ illos manuducat atq; subuehat. quidam a lu
ce/lumine/& calore: præsidia mutuantes. quidā ab intellectu/memoria/& volūtate. alij
vero ab essentia/virtute/& intima actione. cæterū nōnulli ex cōpositorum potētia/for-
maq;/& nexu/ad incōpositū surgunt. Et his veluti quibusdā machinis: vt ad supersub-
stantialē monadē eandēq; & triadem pro fragilitate humana conscendant/iuuātur. quę
intellecta: semper intelligēda manent. Et cum de æternis diuinarū personarū mansioni-
bus in inuicē aliquādo per fidē nude audiuerunt/ summe quidē vnitis & nichilominus
semper manentibus discretis: imaginē ex tedarū & facū luminibus sumunt. Et fides iu-
uat intelligentiā: & vicissim intelligentia fidē. Estq; dū mortalē hanc peregrinationem
decurrimus: fides supra intelligentiā. immortalē vero nobis agentibus vitā (quos deus
illa immortalitate dignabitur) intelligentia superabit fidē. Et cui deus/& fidem et intel-
ligentiam coniunxit in hoc cito transeuntis æui curriculo (in quo vita æterna: pro-
positus est finis & brauiū) similis est aquilæ quæ geminis expassis alis acie directa sustol
litur in solem/sensibilia tamen corporali præsentia non deserens. Et reliquis sanctę no-
bis a deo indultæ fidei mysterijs & sacramētis: imagines ad nostrā subuectionē/assurrecti L
onēq; sacratissime effingunt. ¶Quēadmodū Paulus & verax ratio docet/ subsignatur.
Id adiectū est ob sæpius adductā beatissimi Pauli sententiā ad Romanos cap. primo. In-
uisibilia enim ipsius/a creatura mūdi per ea quæ facta sunt/intellecta cōspiciuntur: sempi M
terna quoq; eius virtus & diuinitas. ¶Atq; aliter ipsā ignis imaginē. Ignis nūc de deo/
nunc de intelligentijs & ijs quæ supra mundū sunt: nūc vero de humanis/inframunda-
nisq; in sacris litteris dicit. De deo. Deuteronomion cap. quarto. Caue ne quādo obliui-
scaris pacti domini dei tui/qd pepigit tecū/& facias tibi sculptā similitudinē eorū quę fie
ri dn̄s prohibuit: quia domin9 deus tuus/ignis cōsumēs est/deus ęmulator. De intelligē
tijs & supramūdanis. Psalmus cētesimus tertius. Qui facis angelos tuos spirit9: & mini-
stros tuos ignē vrentē. De inferiorib9 autē & inframūdanis. Lucas cap. duodecio. Ignē
veni mittere in terrā: & quid volo nisi vt accēdatur? De noua fidei doctrina dictū: ad di
uinorū charismatū in spirituali regeneratiōe & feruēti charitate participationē. quę oīa
facit nichilipēdere: & mūdū/& patrē/& matrē/& vxorē/ et filios & semetipsum propter
deū. vt ipsi quē solū super oīa amat (eleuata iā supra calcatū mundū/fœlici mēte) possit
adherere. Hūc sacrū ignē ad sui participiū vult vniuersorū parēs (qui ignis cōsumēs est/
& liquefaciēs/cui ignea ministrāt oīa/cui9 amor zelus) in hūc mūdū ardere: & illa luce/ N
supcœlesti mūdo assimilari/& illa leuitate sustolli. & qd volo inquit: nisi vt ardeat? ¶Ri
te igit & sapiētissima/benignissimaq; sapiētia: diuinis laudat eloquijs. Prouerbiorū cap.
nono. Miscuit vinū: pposuit mēsā. misit ancillas suas: vt vocarēt ad arcē/ & ad mœnia
ciuitatis. si quis est paruul9: veniat ad me. venite/comedite panē meū: et bibite vinū qd
miscui vobis. Vbi crater quis non exprimatur: intelligitur/pariter et propinatio. Et inui
tare ad spirituales cibos: frequēter alias in sacris litteris intelligimus. vt paulo ante au-
ditum est in canticis canticorū. Et Lucæ cap. decimoquarto. Homo quidā fecit cœnā ma
gnam: et vocauit multos. et misit seruum hora cęnæ dicere inuitatis vt venirēt: quia iā
parata sunt omnia. Et Matthęi cap. vndecimo/sapiētia per seipsā sine parabola et æni-
gmate inuitat. Venite (inquit) ad me ōnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam O
vos. ¶Quibus beatissimus Paul9 solidi veraciter cibi a sapiētia accepti. Paulus ad He-
bræos cap. quinto. Perfectorum autem est solidus cibus: & eorū qui pro ipsa cōsuetudi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

P ne exercitatos habent sensus/ad discretionē boni & mali. ¶Idcirco diuina/& spiritualia
eloquia. Scientiā dei: & rori/& aquæ/& lacti/& vino/& melli/eloquia assimilant. Rori eni
& aquæ: cū dicitur Esaiæ cap. quadragesimo quinto. Rorate cœli desuper/& nubes plu
ant iustū: aperiatur terra & germinet saluatorē. Et Osee cap. decimoquarto. Ero quasi
ros: & Israel germinabit sicut liliū/& erūpet radix ei⁹ vt libani. Et ecclesiasticus cap. de=
cimo quinto. Qui timet deū: faciet bona. & qui cōtinens est iustitiæ: appræhēdet illam/
& obuiabit illi quasi mater honorificata. cibabit illum pane vitæ & intellectus: & aqua sa
piētiæ salutaris potabit illū. Lacti. Paulus prima ad Corinthios epistola/cap. tertio. Tāq̄
paruulis in CHRISTO lac vobis potum dedi: non escam. nondum enim poteratis: sed
nec nunc quidē potestis. Et prima Petri epistola cap. secundo. Rationabiles & sine do=
lo/lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem/si tamē gustatis quoniā dulcis est domi=
nus. Vino. iā dictū est: prouerbiorū cap. nono. Bibite vinū quod miscui vobis. Melli. Psal
mus centesimus decimus octauus. Q̄z dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori
Q meo. ¶Q̄z viuificandi velut in aqua. Agros eni aqua cū e nubibus erūpit: lætos/fœcū=
Leui.26. dosq; reddit/& vegetātia ad fertilitatē ac generationē perducit. dabo(inquit)vobis plu=
R uias tēporibus suis: & terra gignet germen suum/& pomis arbores replebuntur. ¶Atq;
ideo viuificans simul & paruulos nutriēs/& renouans/atq; perficiens celebratur. Viuifi
Ioan.5. cans. Inquit enim de semetipsa: dei sapiētia. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuifi
Prouer.9. cat: sic & filius quos vult viuificat. Paruulos nutriēs. Si quis(inquit)est paruulus: veniat
Sapien.7. ad me. Renouās. Et cū sit vna: ōnia potest. & in se permanēs: ōnia inouat. Et rursus cla=
Matth.11. mat vt perficiens. Venite ad me ōnes qui laboratis/& onerati estis: & ego reficiā vos.
S ¶Et ipse bonorū author omniū deus/inebriari perhibetur. De crapula & inebriatione/
somno & expergefactione diuina: ex psalmo septuagesimo septimo auditū est. Et excita
T tus est tanq̄ dormiēs dominus: tanq̄ potēs/crapulatus a vino. ¶Trāsiens enim(inquit)
rex faciet illos discūbere. Lucas cap. duodecimo. beati serui illi: quos cum venerit domi
nus/inuenerit vigilantes. amen dico vobis q̄ præcinget se/& faciet illos discumbere: &
transiēs ministrabit illis.

¶Ioāni theologo/& apostolo/& euangelistæ: in Pathmos insu
la relegato. Epist. X.


V Aluto te sacram animam/dilectissime: & est michi istud/
X ad te præ multis peculiarius. Exulta dilectissime/veraciter
ei (qui vere amabilis ac desiderabilis/ & diligibilis est) ni=
Y mium dilecte. Quid mirum si CHRISTVS vera loqui=
tur: & iniqui discipulos ciuitatibus pellunt. illi ipsi/sibi quæ
merentur profecto tribuentes: dū a sanctis scelesti dirimū=
tur atq; recedūt. Visibilia veraciter: inuisibilium manifestæ imagines sunt.
Neq; enim in sæculis futuris author erit deus iustarum ab se separationū:
sed ij qui prorsus se a deo sequestrarūt. Queadmodum & alios cernimus:
hic iam dei consortio & familiaritate beatos. quia cum sint veritatis amato
res: ab affectu omni materialiū rerum longissime secedūt. & in omni liber=
tate malorum omnium/& amore diuino bonorum vniuersorum pacē dili=
gunt/& sanctificationem: atq; ex præsenti vita/futuræ primitias sumūt. in=
ter homines angelico more conuersati: cum omni trāquillitate animi ac de=
Z nominatiōe dei & sanctitate & virtutibus reliquis. Et te quidē/nō adeo in=
sanus sū/ vt arbitrer aliquid pati: immo & passiones corporis hac tantū in
parte sentire credo/vt eas solū diiudices. Cæterū qui te iniurijs impetūt/&
exilio relegare se euāgelij solē putāt nō recte: eos iure culpās/cupio his omis
sis quæ in seipsos peragunt/ad bonum conuertantur/ et te ad se attrahēdo
fiant participes luminis. Nos autē nulla ꝓcella/nulla aduersitas priuabit Io
annis clarissimo radio: id quidem consecuturos memoria/ac renouatio=

ne tuæ verissimæ theologiæ. post paululum vero (dicam enim: etsi au-
dax dictu videatur) tibi charissima societate iungemur. Ero autem pror
sus dignior cui fides habeatur: si (quæ tibi præcognita sunt) quæ ex deo Z
didici/hæc loquar: ꝙ scilicet et ex Pathmi custodia dimittendus es liber/et
in Asiaticam terram reuersurus. illicq; perages boni dei imitationes: easq;
posteris trades. V
¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentũ. Hãc epistolã scribit sacerrimus pa-
ter ad Ioannẽ apostolũ & euangelistã. quẽ sacrã animã/& euangelij solem magna cum
reuerentia appellat. cõsolaturq; eũ saluatoris verbis: quem & spiritualiter a deo conso-
latissimũ (tametsi corpus pateretur) cognoscebat. Et nusq̃ a benignissimi IHESV salua Lucæ.6.
toris & amatoris hominũ præceptis discedẽs (qui pręcepit: diligite inimicos vestros/be-
nefacite ijs qui oderunt vos/benedicite maledicẽtibus vobis/orate pro calumniantibus
vos) hoc in loco orat pijssimus pater/vt ij qui in euangelij solẽ peccauerunt: ad bonum
ipsum respirent/& ad ipsum in quẽ deliquerũt veniẽtes/lumẽ vitæ percipiãt/vitãq; par
ticipẽt. vt quibus solis exularet: cæteris autẽ ad vitã vocatis per profundissimã & arca-
nã eius theologiã/suis epistolis/sacra reuelatione & euãgelio cõtentã: luceret vel abũ-
dantissime. Ignis enim cum abscõdi putatur: sua se luce prodit/& manifestat in amplũ.
Verecunde/& humili (vt decuit) spiritu/ne id superbũ & audax putetur: reuelationẽ sibi
a deo patefactã ꝙ a Pathmi custodia ac relegatione soluendus sit/& per Asiã euangelij
bonũ semen sparsurus/& posteris culturæ suæ frugẽ sanctãq; imitationẽ relicturus/ꝙq;
ipse eũ sit visurus: diuino euangelistæ aperit. quod & sanctũ euangelistã identidẽ nõ la-
tere cognoscebat. Et hoc sit epistolæ argumentũ. Et contẽplari dignũ est: copiosam do-
norũ dei elargitionẽ in hoc beatissimo patre cumulatã. Scribit enim vas electũ/sanctis- 1.corin.12.
simus Paulus. Alij quidẽ per spiritũ datur sermo sapientiæ/alij autem sermo scientię/al-
teri fides in eodẽ spiritu/alij gratia sanitatũ in vno spiritu: alij operatio virtutũ/alij ꝓ-
phetia/alij discretio spirituũ/alij genera linguarũ/alij interpretatio sermonũ. Hæc autẽ
operatur vnus & idem spiritus: diuidẽs singulis prout vult. Sed hæc: hoc in beatissimo
patre aggregata videntur vniuersa. Qui enim sua opera/sermonem sapientiæ & mirifi-
cæ scientiæ cõtinere non videt: nescit quid sapientia/neq; quid scientia. Et immobilitas
huius fidei: nullas prorsus pœnas/nichil quod videatur durũ/nullaq; exhorruit tormen
ta/totus vt diuinus clybanus charitate (quam deus in fide præparatis largitur) succen-
sus. Et gratiam sanitatum & operationem mirabilium virtutum eum habuisse/nulli du-
bium esse debebit: qui eum summo sacerdotio & apostolatu functum agnoscet. profe- Marci.16.
cti enim prædicauerunt vbiq; domino cooperante: & sermonẽ confirmante sequẽtibus
signis. tametsi eius rei non desint librorũ monumẽta. Et ecce nũc prophetię munus: per
spiritũ sanctũ legis adeptũ. Et de linguarum munere prius admoniti sumus. Magna igi
tur reuerentia/eius a spiritu sancto agitatæ mentis scripta: & venerari & suscipere debe-
mus. & proculdubio iis qui susceperint/& ad monstratę vitæ effigiẽ animũ induxerint:
prẽmiũ est vita æterna. & id annuat deus: vt hoc nobis ad efficacẽ effectũ satis persua- X
sum sit. ¶Et est michi istud ad te præ multis peculiarius. Istud/scilicet te sacrã aĩam/&
dilectissimũ appellare. Sacrã quidẽ animã peculiarius appellat: ꝙ semper virgo/incoin-
quinatus/& purus vt angelus permanserit. Dilectissimũ vero: ꝙ passim vbiq; sacris in
eloquijs discipulus quẽ diligebat IHESVS nominetur. hoc noĩe: per oĩa ęui tẽpora ho- Y
noratissimus. ¶Quid mirũ si CHRISTVS vera loquitur. Matthę⁹ cap. vicesimotertio.
Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas/& sapiẽtes & scribas: & ex illis occidetis/& crucifige-
tis. & ex eis flagellabitis in synagogis vestris: & ꝑsequemini de ciuitate in ciuitatem. vt
veniat super vos oĩs sanguis iustus/qui effusus est super terrã a sãguine Abel iusti: vsq;
ad sanguinẽ Zachariæ filii Barachię/quẽ iterfecistis inter tẽplũ & altare. Et Lucas cap.
vicesimo primo. Sed ante hæc oĩa iniicient vobis manus suas/& persequẽtur tradentes Z
in synagogas & custodias/trahẽtes ad reges & præsides: propter nomẽ meũ. ¶Ac de-
nominatione dei/& sanctitate/& virtutibus reliquis. Denominationes dei sũt: iustus/pi-
us/misericors/sanctus/& similia. Et qui viuunt in hoc mundo/in hacq; parũ durãte mor
tali peregrinatione: angelico more probationis suæ cursus trãsigẽtes/solũ id quod spi-
rituale est cogitãtes: cũ dei denominationibus viuũt/dicũturq; plane diuini/sancti/iusti/
pij/misericordes/& ita de virtutibus reliquis. Et quia visibilia: inuisibiliũ indubitata sũt

ſigna. qui oppoſito igitur modo viuunt: cũ denominationibus viuunt peſſimorũ dęmonum. planeq; dicũtur dæmonici/tyranni/impij/iniuſti/immiſericordes: & ita de reliquis horrendorũ viciorũ nominibus. quibus etiam ob horrorẽ ne proferantur/neue nominẽtur: parcendum eſt. Quis enim neſcit principes: ſuorũ habere nomina? & quorũ agnoſcunt nomina: illi ſui ſunt. & tyranni itidẽ nomina ſuorũ? Deus autem principantiũ princeps eſt: & quicũq; ſua noia tenẽt/illi ꝓfecto ſui ſunt. Et hoies id nõ ſatis vidẽt: viuũtq; cũ noibus peſſimorũ/inclemẽtiſſimorũq; dæmonũ. quos tamẽ deus ipſe optimus et clementiſſimus publica luce donauit: vt viuerẽt cũ ſuarũ ſanctarũ denominationũ dignitatibꝰ.
z ¶ Q; ſcilicet & ex Pathmi cuſtodia dimittẽdꝰ es liber. Inſula Pathmos/vna eſt Cycladũ: de quibus & Strabo libro tertio meminit. Cæterũ ad Aſiam pertinent inſulę Cyclades & Sporades: & quæ Cariæ & Zonę & Eoliæ vſq; troadẽ adiacent. Et hac in inſula a Domitiano deportatus/relegatuſq; eſt ſanctus euangeliſta: ſacrã inibi vidit Apocalypſim/IHESVq; reuelationem/& a Nerua per Aſiam dimiſſus eſt liber.

¶ Apollophani philoſopho. Epiſt. XI.

xx Am iam meus ad te cõuertitur ſermo: pręcordialis amor. & multas curarum mearum pro te ſuſceptas anxietates: tibi in memoriam reuoco. vt te beniuola mẽte: ꝙ tam diu veſana pertinacia errori tuo/ & tibi quidem bene noto inhæſeris/arguerim. & te pro dementibus phanatico more ludificantiũ phantaſijs/inſimulauerim. Verum nunc ſummam omnium prouidentiſſimã moderationẽ diuinæ benignitatis/magnifice totoq; affectu adoro: tibiq; pars animæ meæ ſalubriter reſpiranti congratulor atq; coniubilo. et te ijs quæ aliquando contempſeras: rurſum aggrediar. vt ea nunc iterum tibi cõmẽdem: quorum notitiam dudum es aſpernatus.
yy Sæpe/& quidem accurate tibi patefeci: primitus hominem a deo de limo factum/vt & ipſe quoq; Moſes fideliter prodidit. & hominis tranſgreſſiones: cataclyſmo/ diluuioq; piatas. & deinceps diuina amicitia dignatum. multaq; deum in Aegypto/multa in eo ipſo ſuæ egreſſionis itinere ipſius gratia/& in eo manifeſtaſſe magnalia. et multos/compluresq; theologos diuinitus afflaſſe: quorum ſacris oraculis pręnũciatus/deus homo fieri ex virgine dignatus eſt. Ad quæ nõ raro reſpõſa ad me dediſti te nõ modo hęc vera eſſe prorſus neſcire: verũ et quis ipſe quoq; Moſes fuerit/ te oino fugere. euãgeliũ vero IHESV CHRISTI/qui totius maieſtatis deus eſt (qđ et ipſe meum appellabas) refutare. Porro Paulũ mundi circuitorẽ/multiloquum/verborũq; ſeminatorẽ: de ſenſibilibus ad intelligibilia nolle recipere. Immo vero tu in me conuicia intorquebas: ꝙ paternę religionis iura vt degener ꝓdens/in ſacrilegia quædã nefanda me cõieciſſẽ. Hortabariſq; pariter aut me illa quibus innitebar dediſcere: aut illis cõtentũ/ diuina numina patriaſq; leges deſiſtere inceſſere/& euacuare moliri. Cęterũ vt ſuperna lux paternæ gloriæ/ſuũ ſplendorẽ in tuæ mentis tenebras infulgere ſua volũtate diſpoſuit: protinus cordis mei penetralibus infudit/ vt pijſſimã recordationẽ & geſtæ rei monumentũ/tuis oculis ſubijcerẽ. vt videlicet in Heliopoli: tu quidẽ pene michi coæuus/et ego quinq; & viginti fere ãnorũ tempus euoluẽs/vna morãtes cõſtiteramus: cũ feria quadã ſexta/& hora etiã pene ſexta ſol horribilibus ſubito eſt obſitus tenebris/luna ipſum intercurrente. quia non deus/ſed creatura dei: in ipſius veræ lucis occubitu lucere non potuit. Querebar enim tũ apud te/qui michi ſane ſapiẽtiſſimus videbaris: vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quid ipse inde sentires agnoscerem. Tu vero mirabili prudentia subintuli-
sti/ quod vsq; adeo penetralibus mentis meæ/ alte inhæsit: vt nulla obliuio-
ne deleri/ nullaq; vnq̄ mortis valeat imagine deteri. Offusi enim tenebris ip
si eramus: orbem solis vndiquaq;/ & ex æquo occupāte caligine. & posteaq̄
repurgatio/ restitutioq; facta est: luna ad solis diametrum conuersa aufu-
git. Et tunc quoq; regulam Philippi Aridei assumpsimus. cumq; repperis
semus (quod & erat notissimum) eo tempore solē eclypsis molestias/ labo-
resq; minime perpeti debuisse: ac nichilominus lunam ab oriente solarem
splendorem pullis nigrantibusq; velis obduxisse/ cū soleat ex occidua par-
te solem ingredi. tunc autem opifices lucis thesauros: caliginibus (quas ipsa
genuerat) ad occiduos vsq; solis fines peruagata (vt ipsi putauimus) occulta
uit. cum tamen & lunæ id tempus deesset/ neq; coitus tempus vicinum esse
cognosceretur. Aio ad te (neq; enim adhuc mysterij tantæ rei conscius erā)
O ingentis prudentiæ promptuarium/ quid inquam O doctrinę speculum
Apollophanes: his secretis ascribis? Ad quę nescio quo pacto/ diuio quo-
dam afflatu: & non humani sensus sermone subintulisti. hæ O bone Dio-
nysi diuinarum vicissitudines sunt rerum. Deniq; vero annotatum diligen
ter feriæ diem & annum: annunciationi quam sacer Paulus nostris atten-
tis auribus infudit consentientibus signis conspirare & concordare exper-
tus: manus veritati submisi/ & falsitatis nexibus sum absolutus. Quā qui-
dem veritatem mirifice effero/ & quam tibi communico: quę est via/ & vita/
& lux vera: quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum.
cui tu tandem vt vere prudens accessisti. Accessisti enim ad vitam: & abdi-
casti mortem. cui profecto inhærendo/ res mirifice tecum bene acta est: hac
insuper ratione nobis arctioribus constrictus vinculis. qui me oris tui nitido
lepore offundere solebas: & plerumq; fucatis quibusdā/ multicoloribusq;
& varijs rationibus intima nostri sensus offuscare/ & quasi acuminatis tere
brare spiculis. Et adijciebas te illius sapidam agnitionem compræhendere
satagere: verum ocyus a mentali palato resilire/ planeq; dedignari in tuo
ventre sedem sibi deligere. Age igitur modo cognoscentia et prouida cor-
da gerens: sursum erigere. ne pro ijs qui non sunt: ipsum ens verum vnquā
permutes. et pertinacior esto quibuscunq; ad falsa præcipitantibus: q̄ ad ip
sum qui vere est/ nostris suadentibus votis teipsum præstiteras. Ita enim in
IHESV (qui esse et vita mea est) lęt⁹ iā moriar: cū ipse i eo te viuere sentiā.

¶SCHOLIA STAPVLENSIS. ¶Argumentum. Dudum fraternæ charitatis amo-
re succensus beatissimus pater: multis tentauit epistolis Apollophanē philosophum/ vt
ouili CHRISTI adiungeret. iustum etenim & desiderabile erat: vt philosophi ad sapiē-
tiam (cuius se amatores dicunt) accederent. Et per sanctum Polycarpum Smyrneorum
antistitem: idem attentare diligenter curauit. Tandem diuina benignitas solicitum pro
amico sanctissimum virum exaudiens: Apollophani vt respiraret ad vitam/ concessit.
Quod vbi pijssimi patris menti innotescere voluit: largas diuinæ bonitati gratias fun-
dens/ q; amicum sibi donasset: protinus ad Apollophanem cōgratulatorias litteras de-
dit. quibus curas/ anxietatesq; & solicitudines (quas pro ipso frequenter ipse susceperat)
aperit. & terrificæ eclypseos omnibus inauditam sæculis nouitatem: quam ipsi ābo tūc
vna Heliopoli cōmorantes admirati fuerant/ in salutarem memoriam reuocat. & futurū
iam: vt in IHESV (qui suum esse/ & sua vita est) lætior moriatur/ quandoquidem in eo
Apollophanem animæ suæ partem/ viuere cognoscit. Et ex vrbana allocutione beatissi-

Philippus. Aride⁹ philosoph⁹ & astronom⁹

mi patris ad Apollophanem/& Apollophanis ad beatissimum patrē cum adhuc essent gentiles/cuius & hac in epistola meminit sacratissimus pater: conijci potest vtrūq; fuisse nobilem. sic enim nobiles inter se vrbanam (ne quis assentationem putet) habent allocutionis dexteritatem/& comitatis obseruantiam. Et quis generis nobilitas ex officio in pago Martio/ex animaduersione securis in ipsum/ex Aristarchi annalibus/ex loquendi vrbanitate ignota non sit: ecce iā non sit nobilis/nisi vera nobilitate etiam omnibus terræ regibus (quanto soli sidera cedunt) nobilior enituerit. ¶ Sæpe & quidem accurate tibi patefeci. Hominem de limo a deo factum Moses prodit: Geneseos cap. secundo. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ/& factus est homo in animam viuentem. Et hominum malicias cataclysmo piatas fuisse: Genesis cap. sexto/& septimo declarat. Sexto quidē. Vidēs autem deus q͂ multa malicia hominum esset in terra/& cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: pœnituit eum q͂ hominē fecisset in terra. delebo (inquit) hominem quem creaui/a facie terræ: ab homine vsq; ad animantia/a reptili vsq; ad volucres. Et cap. septimo. Factumq; est diluuium quadraginta diebus super terram: & multiplicatæ sunt aquæ/& eleuauerunt arcam in sublime a terra. Consumptaq; est omnis caro quæ mouebatur super terram: volucrum/animantium/bestiarum/omniumq; reptilium quę reptāt super terrā. Et de homine cōsequēter diuina amicitia suscepto/de Abraham/Isaac & Iacob/& filijs eius/populoq; ab illis descēdente: legitur sufficiēter in Genesi/& exodo. Pariter & de magnalibus quæ deus in Aegypto/& egressu populi sui/& in solitudine ostēdit: alijs in locis frequenter ex Exodo auditum est. Cætera autem quæ annotationē desiderare possent: ex ijs quæ in septima epistola (quæ est ad Polycarpū) dicta sunt/ cognosci possunt sufficienter. ¶ Et eorum erit qui hæc legerint: si in horū sacrorū operū recognitione & schollorum adiectione a nobis quicq; erratū est/aut amplius q͂ par est/aut minus appositum: veniā tribuere. Insufficientem enim me ipse non ignorabam: & id pondus longe vires meas superare. Sed dolore victus: has cœlestes diuitias/ has diuinitatis opes/fœdo situ tā diu indigne tenebris horrere latentes/& nullū suppetias afferre: id effeci quod potui. Et plane effeci/quale facere solet: qui preciosam gemmā luto obsitā offendit/quam non satis a se cognitam illico docto artifici (vt eam sedulo detergat/perpoliat/suumq; solitū inducat reparetq; nitorem) præsentat. Ita & vobis O Parisienses/ has litterarias opes præsento: vt vos illustrent. & per eas: alios vberius (pro vt deus ipse vobis concesserit) purgetis/illuminetis atq; perficiatis/suumq; illis nitorem restituatis.

(Margin: yy — beside "bi patefeci. Hominem de limo…"; Peroratio. — beside "sci possunt sufficienter. ¶ Et eorum erit…")

¶ Diuini Dionysij Areopagitæ/Pauli et Hierothei auditoris/ Atheniensis episcopi/ et Galliarum apostoli/diuinorum operum: ad IHESV/horum et omnium munerū largitoris honorē/finis.

¶Iacobi Fab. Stapulensis: in epistolas diuini Ignatij argumentum.



IGnatius Ioannis euangelistæ discipulus/ tertius
a Petro Antiochenæ ecclesiæ suffectus antistes/
in vinculis exultans quia dignus habitus sit pro
nomine IHESV cōtumeliam pati/ Romam mis-
sus vt ad sæuissimas bestias depugnaret/ & i thea-
tro dei miles feruētissimus inter solutos efferatissi-
mos leones medius spectaculum præberet: scripsit
epistolas vndecim/ sua vincula pro CHRISTO
continentes/ plenas sancti spiritus feruore: sacrum
eius pectus suauiter agitantis. Quapropter pie legendæ & pronunciandæ
sunt: non laxe/ non remisse/ eneruo emollitoqꝫ animo/ sed cum feruore. sic
enim & eas scripsit totus ardens/ totus gestiens/ totus flammatus: cupiens
dissolui & esse cum CHRISTO sacratissimus martyr/ diuino iam amo-
re inebriatus. Delicias etenim paradisi in extasi & amatoriæ mentis exces-
su: aliquādo ipsum expertum/ posteris reliquit antiquitas. & psalmos & cā-
tum per antiphonum ad angelorum auditam harmoniam: ecclesijs tunc
cœlestiformiter viuentibus primum induxisse. Primam eius epistolam scri-
bit ad Trallianos/ secundam ad Magnesios/ tertiam ad Tarsenses/ quartā
ad Philippenses/ quintam ad Philadelphios/ sextam ad Smyrneos/ septi-
mam ad Polycarpum Smyrneorum episcopum/ octauā ad Antiochēses/
nonam ad Heronem diaconū Antiochenū/ decimam ad Ephesios/ & vn-
decimam ad Romanos. Et has epistolas (cum vt ex more solitum erat: in
ecclesijs sancto cœtu conuocato ad omnes legerentur) dubium non est fide-
liū corda sic tunc aperuisse: vt plane miserum se putaret qui a passione fuis-
set exclusus/ qui relictus fuisset. quandoquidem & nunc legentes/ qui viuifi-
cantem spiritum sentiunt: illo desiderio & pietate non frustrentur. Et adie-
cta est vna Polycarpi martyris/ Smyrneorum Antistitis epistola: quæ his
epistolis testimonium affert/ cuius & Hireneus/ & Eusebius meminerunt.
Et sæpe hic deo dignus martyr/ in sacro ipso affectatæ immolationis suæ
exprimēdo feruore: hoc loquendi genere vtitur. ego pro vobis/ ego pro aīa-
bus vestris efficiar. Quæ sententia est sacratissimi Pauli/ ardentis CHRI-
STI apostoli/ secunda ad Corinthios epistola cap. duodecimo. Ego autem
(inquit) libētissime impendā: & superimpendar ego ipse pro animabus ve-
stris. victimam se facere optans pro eorum animabus qui in ecclesijs iā ver-
sabantur/ ingressuriqꝫ erant. Et reuera pro ipsis atqꝫ etiam pro nobis qui ec-
clesiæ (dei nos miserante benignitate) accessimus: & Paulus & reliqui apo-
stoli/ discipuli/ Dionysius/ Ignatius & Polycarpus/ victimam se fecerūt. Et
his epistolis beatissimi martyris: & inuicti CHRISTI IHESV militis
Ignatij: testes accedunt Polycarpus/ Hireneus/ Eusebius Pamphili/ & Hie-
ronymus. Quas ideo libētius sacris magni & diuini Dionysij operibus cō-
iunximus: quia ex his epistolis desumptum/ cum de amore spiritualiter &
supermundane dissereret/ testimoniū citauit. tum ꝙ in adiectis ad diuinum
Dionysium scholijs non semel meminerimus sanctarum sentētiarum his

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

præsentibus epistolis contentarum. Addo etiam nos nichil pientius adiecis-
se potuisse scriptis: a deo & spiritu sancto agitatæ mentis. Inter enim scri-
bendum / cum ducitur ad huius mundi præsides / & mortalia tribunalia: ꝓ-
phetat. & quæ surgere debeant hæreses: præuidet. aduersus quas / & quæ
iam extabant: magno mentis affectu prę̨munit. Et plane a mentibus pijs /
eorum qui hæc pro dignitate & reuerenter legunt: agnoscitur spiritus in eo
Lucæ 21. loquens / et verba pro veritate vincto / subministrans. Ego enim (inquit veri-
tas) dabo vobis in illa hora os & sapientiã: cui non poterunt resistere. Neq;
opus esse michi visum est: singulatim ad vnamquamq; epistolam argumẽ-
ta adducere ob litteræ peruietatem / et ꝙ omnes ferme eandem contineant
sententiam: vincula scilicet / et ad mortalis claustri dissolutionem pro nomi-
ne IHESV feruentissimum desiderium. et satis insuper esse visum est: ad
latus paucis annotatiunculis adiectis / nonnullorum ammonuisse. Hoc in-
super apposito: quia ad Trallianos scribit / Magnesios / Tarsenses / Philip-
penses / Philadelphienses / Smyrneos / Antiochenses / Ephesios et Roma-
nos: qui Tralliani / Magnesij / Tarsenses et reliqui sint.

Trallis. ¶ Trallis / vrbs est Asiatica: in vertice quodam plano (qui promontoriũ natura munitũ
Ex Strabo- habet) sita: Asiaticarum vrbiũ opulentissima. vnde & dicuntur Tralliani. ¶ Smyrna (vt
ne & sãcto scribit Hieronymus) ciuitas est Lyciæ prouinciæ in Asia. Et locum Smyrnã iuxta Ephe-
hieronymo sum inter Trachiã & lepramactam ponit Strabo. vnde Smyrnei. ¶ Magnesia / Eolica ci-
Smyrna. uitas est: quæ ad Meandrũ dicitur. nam (vt inquit Strabo) ei proxima est. vnde Magne-
Tarsus. sij / & Magnesiani. ¶ Tarsus / ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ / Pauli apostoli natali-
Philippi. bus celeberrima: ab Argiuis (vt scribunt geographi) condita. Hinc Tarsenses. ¶ Philip-
Philadel- pi / ciuitas est in prima parte Macedoniæ: & hinc quoq; dicti Philippenses. ¶ Philadel-
phia. phia / Mysiæ vrbs: frequentibus terræ succussionibus patens / frequentibusq; agitata ter-
ræ tremoribus. idcirco malefidos parietes habẽs: vt qui (quod & geographi tradũt) cre-
Troia. bris concussionũ iniurijs discutiantur / rimisq; pateant. hinc Philadelphienses. ¶ Troia
inter Propontidos fluenta & montẽ Idã sita memoratur / monti vicinius adiacẽs: Asiati-
Antiochia. carũ vrbium / vatũ poetarũq; monumentis famatissima. ¶ Antiochia / ciuitas Syriæ: pri-
ma Petri apostoli sedes / prima ĩ qua Christiani (qui baptisma suscepissent) a CHRISTO
nuncupari cœperunt / in qua Paulus & Barnabas ordinati sunt. quæ & postea: diuini Ig-
Ephesus. natij moderationibus credita est. a qua Antiochenses. ¶ Ephesus / ciuitas in Asia ab A-
masonibus olim condita: sepulchro Ioannis euangelistæ dilectissimi apostoli celebris. A
Roma. qua & Ephesij. ¶ Roma (a qua & Romani) notior est q̃ vt historię lucem requirat: Itali-
carum vrbium præclarissima / quondam orbis caput / & vrbs per excellentiam dicta. Et
hæc pro communi argumento abunde dicta putentur.

¶Diuini Ignatij episcopi Antiocheni tertij a Petro apostolo: martyris/ di-
scipuli beati Ioannis euagelistæ/ epistolæ. Epist. I.

¶Ad Trallianos ex Smyrna.



Gnatius qui & Theophorus: dilectę a deo patre/
et domino IHESV CHRISTO ecclesię sanctæ
quæ est in Trallis: electæ/ & deo dignæ/ pacificatæ
in carne & spiritu IHESV CHRISTI spei no-
stræ in passione per crucem & mortem/ atq; resur-
rectionem: quã & saluto in plenitudine apostolicæ
formæ/ & opto plurimũ in deo gaudere. ¶Imma-
culatũ animũ/ & sine dolo in perseuerantia cogno-
ui vos habere: non in hæsitationẽ/ sed in fidei pos-
sessionem. prout significauit michi Polybius episcopus vester: qui peruenit Polybius.
volũtate dei patris/ et IHESV CHRISTI filij ei9 & cooperatione spirit9
Smyrnam/ & sic michi cõgratulatus est vincto in CHRISTO IHESV:
vt omnem plenitudinẽ in ipso conspicerem. Suscipiens ergo eum secũdum
deum: vestram beniuolẽtiam per ipsum agnoui/ inueniẽs vos imitatores es-
se IHESV CHRISTI saluatoris nostri. ¶Episcopo subiecti estote: sicut Præcepta/ et sancta monita.
domino. Ipse enim vigilat pro animabus vestris: tanq̃ rationem redditurus
deo. propter quod videmini michi non secũdum carnem viuere sed secun-
dum IHESVM CHRISTVM/ qui pro nobis mortuus est: vt credẽtes
in morte eius/ per baptismum participes resurrectionis eius efficiamur. Ne-
cessariũ est enim vos nichil præter episcopum facere/ neq; aliquid agere. Sed
et presbyteris subditi estote sicut apostolis IHESV CHRISTI spei no-
stræ: in quo perseuerantes/ in ipso inueniamur. Oportet etiam & diaconis
qui sunt in ministeriũ IHESV CHRISTI: õni modo placere. Non enim
in cibo & potu sunt ministri: sed ministerij ecclesiæ dei. Oportet ergo præce-
pta eorum obseruare: sicut ignem ardentem. ipsi vero sint tales. Vos autem
reuereamini eos tanq̃ dominum IHESVM CHRISTVM: quoniam
custodes sunt loci eius. sicut episcopus forma est patris omnium: presbyteri
vero sicut cõsessus dei & cõiũctio apostolorũ CHRISTI. Sine ipsis enim
ecclesia electa nõ est: neq; collectio sãctorum/ neq; cõgregatio sancta. Con-
fido enim & vos sic consistere: exempla enim charitatis vestræ accepi/ & ha-
beo penes meipsum in episcopo vestro. quoniam ipsius institutio: magna
doctrina est. Nam & mãsuetudo eius: virtus est/ quam arbitror etiam illos
qui sine deo sunt reuereri. Quia autem diligo vos: parco frequentius vobis
scribere/ ne videar aliquibus cõtrarius aut tediosus esse. Vinctus sum enim
pro CHRISTO: sed nondum CHRISTO dignus sum. si autem con- Magna hu-militas: vbi gratia abũ-dat.
summauero: forsitan ero. ¶Non sicut apostolus præcipio: sed metior meip-
sum/ ne in gloriatione mea peream. bonum est enim: in domino gloriari. Et
si saluatus fuero apud deum: plus me oportet timere/ & non attendere ad
eos qui magnificãt me. hi vero qui me laudant: potius flagellãt. Eligo enim
pati: sed nescio si dignus sum. Zelus enim inimici: multis nõ videtur/ me au-
tem ipugnat. debeo ergo esse mãsuetus: vt dissoluatur princeps sæculi huius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

diabolus. Nūquid non poteram vobis/secretiora scribere? sed timeo ne paruulis vobis constitutis: lesionē imponam. Et ignoscite michi quia non valetis ferre vinculorum onera: quēadmodum ego vinctus sum. Et possum quidem intelligere cœlestia: angelorum scilicet atq; archangelorū ordines/militiarum diuersitates/virtutum et dominationū differentias/sedium atq; potestatum distantias/æternorum magnificentias/cherubim & seraphim excellentis spiritus sublimitatē/domini regnum/et super hæc omnia omnitenentis dei incomparabilitatē. Hæc igitur ego cognoscēs: non omnino perfectus sum/aut discipulus esse possū: qualis Paulus/aut Petrus. Multū enim michi restat: ne a deo derelinquar. Rogo autem vos: non ego/sed dilectio IHESV CHRISTI/vt idipsum dicatis omnes: et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu/& in eadem sciētia. ¶ Sunt enim quidam vaniloqui & mētis seductores: nō Christiani sed CHRISTVM mercantes/seductione circūferentes nomen CHRISTI/et cauponantes verbum euangelij. et venenū erroris commiscētes dulci blandimēto: sicut puro melli virus admiscētes. vt qui biberit illius potus sensuales illecebras: dulcedine captus inobseruāter morti addicatur. Monet autem quidā antiquorum: vt nemo bonus dicatur/qui malū bono admiscuerit. Nominant enim CHRISTVM/nō vt CHRISTVM prædicēt: sed vt CHRISTVM spernant. Et legem proferūt/nō vt legem statuāt: sed vt legi cōtraria annūcient. CHRISTVM enim alienāt a patre. legem vero CHRISTI et natiuitatem ex virgine abijciunt: crucem erubescentes/et passionem negantes/et resurrectioni non credentes. dominum incognitum profitētur/CHRISTVM ingenitum putāt/& neq; quia est spiritus sanctus: cōfitētur. Quidam vero eorū: filium/hominē purum esse dicūt. alij autem ipsum patrem esse dicūt ipsum filiū/ipsumq; spiritū sanctum. Et creaturā/non opera dei esse per CHRISTVM dicūt: sed alterius cuiusdā extraneæ virtutis. Cauete ergo a talibus: ne sumatis laqueos animabus vestris. et vitam vestram inexplorabilē opponite omnibus hominibus: ne efficiamini muscipula explorationis/et sicut retia extensa. Qui enim sibi non parcit in operibus suis: frater est polluentis semetipsum. Si ergo & vos deponatis naturalē superbiam/inflatilem/& tumidā extollētiam: possibile erit vobis inseparabiles esse a deo. Prope est enim dominus timētibus eum. Et in quem (inquit) respiciam: nisi in humilē/& quietum/et tremētem verba mea? ¶ Veneremini autem & episcopū vestrū sicut CHRISTVM: secūdum quod vobis beati apostoli præceperūt. Qui enim intra altare est cōstitutus: mūdus est. propter quod obedite episcopo vestro & presbyteris. Qui vero extra altare cōstitutus est: extra episcopum est/& presbyteros/et diaconos aliquid agens. qui autem talis fuerit: pollutus est conscientia/& est deterior infideli. Quid est enim episcopus/nisi omnem principatū & potestatem illorū omnium tenens: quemadmodū deceat hominem tenere/imitatorem dei factū secundum virtutē? Quid est presbyteriū: nisi istitutio sancta cōsiliarij/& cōfessoris episcopi? quid etiam diaconi: nisi imitatores CHRISTI/ministrantes episcopo sicut CHRISTVS patri/& operantes illi operationē mundam

Petri et Pauli laus mirifica.

Cōtra hereticos.

Esaiæ. 66.

Quis honor bonis episcopis presbyteris et diaconis debeatur: et cui9 formā gerūt/et quid sint

et immaculatã?quo modo sanctus Stephanus beatissimo Iacobo/et Timotheus et Linus Paulo/et Anacletus et Clemens Petro?Qui igitur istis inobediens fuerit:hic sine deo omnino erit.et impius & contenens CHRISTVM:et ordinationem ipsius minorãs. Ego vero hæc vobis mãdo:non aliquos inter vos tales agnouerim(nec permittat deus aliquid huiusmodi aliquãdo in auribus meis introire:qui filio suo non pepercit propter sanctã ecclesiam)sed præuidẽs seditiones iniqui/præmonitione cõforto vos:sicut filios meos charissimos & fideles in domino/præpotans vos medicamine præmuniẽte cõtra imminẽtem pestilẽtiam:quã etiã vos tanq̃ morbũ fugite/beneplacentes in CHRISTO domino nostro. Vos ergo succincti mãsuetudine:imitatores estote passionum CHRISTI/et dilectionis eius/qua dilexit nos.dans semetipsum pro nobis redẽptionem:vt nos sanguine suo mundaret ab antiqua impietate/& vitã nobis præstaret incipiẽtibus nobis iã perire/pro malicia quæ erat in nobis.¶Nemo ergo vestrũ aduersus proximum aliquid habeat:dicẽte domino/dimittite & dimittetur vobis.Nolite occasionem dare gẽtibus:ne propter aliquos paucos insipiẽtes/verbum domini & doctrina blasphemetur.ne in vobis compleatur quod propheta ex persona dei ad huiusmodi dicit:quoniam per vos nomen meum blasphematur in gentibus.Obturate autem aures vestras:quando vobis quis sine IHESV CHRISTO filio dei loquitur.qui factus est per MARIAM ex semine Dauid:qui vere natus ex deo & ex virgine.quia hoc ipsum est: quod & deus.suscepit enim vere corpus.verbum(inquit)caro factum est: et habitauit sine peccato in nobis.quis enim(inquit)ex vobis arguet me de peccato?Manducauit enim vere/& bibit:et crucifixus est & mortuus sub Pontio Pilato.Sed & secundũ placitum voluntatis suæ vere crucifixus est/et vere mortuus:videntibus cœlestibus/& terrestribus/et infernis. Cœlestibus quidem:tanq̃ incorporalibus creaturis.Terrestribus vero:vt Iudæis/et Romanis/et cæteris hominibus.qui tunc eodem tempore presto erant: quando crucifixus est dominus.Infernis autem:vt multitudine eorum qui cum domino resurrexerunt.multa(inquit)sanctorum corpora dormientium:resurrexerunt de monumentis patefactis.Descẽdit autem in infernum solus:ascendit vero cum multitudine.et dirupit maceriam quæ erat a sæculo:et medium parietem eius dissoluit.et resurrexit tertia die:resuscitãte eum patre.et post dies quibus conuersatus est cum apostolis:assumptus est ad patrem.et sedet ad dexteram eius:expectans donec ponantur omnes inimici eius/scabellum pedum eius.Die ergo parasceues tertia hora:accepit sententiam a Pilato/permittẽte patre.sexta vero:crucifixus est.nona autem: emisit spiritum.Ante vero solis occasum de cruce depositus est/& sepultus in monumẽto nouo.sabbato vero mãsit sub terra in sepulchro:in quo posuit eum Ioseph ab Arimathia.Dominica autem die resurrexit a mortuis. secundum quod dictum est ab eo:sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus:sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus.Continet autem dies parasceues passionem eius:sabbatum vero sepulturã & requiem/dominica autem resurrectionem.¶Quidã

Marci.11.

Esai.52.

De sẽper beata virgine Maria.

Ioan.8.

Matth.27.

Maceria: murus/vetustus & ruinosus.

Marci.16.

Horæ mysterij viuificæ passiõis Ihesu Christi.

Matth.12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

autem tanq̃ ſine deo increduli & infideles:dicunt eum putatiue tantū fuiſſe
hominem/& non verum corpus ſuſcepiſſe/atq; putatiue paſſum/et mortu-
um.Ego vero pro paſſione & morte domini mei vinctus ſum:et opto ad

Iterum in hereticos.

beſtias pugnare.Si enim putatiue & non vere paſſus eſt/et mortuus:ergo
ego gratis moriturus ſum/mendacia de cruce domini confingens.Sed et

Zacha.12.

propheta ſuperflue dixit.videbunt in quem cōpunxerunt:& plangent inter
ſeipſos tanq̃ ſuper dilectum/& dolebūt dolore tanq̃ ſuper primogenitum.

Corp9 ſine nobis:ſine hūana opa tiōe ſed diuino opante ſpiritu/immo & to ta ſuperſub ſtātiali trinitate.

Ergo infideles illi/et increduli non minus ſunt:q̃ illi qui eum crucifixerunt.
Ego ſic deuoui ſpem habere in eum:qui pro me vere mortuus eſt/quia alie-
num eſt ab eo mendacium.Vere etenim peperit MARIA corpus:deo in
eo habitāte.et vere natus eſt:deus verbū ex virgine.corpus ſine nobis paſ-
ſibile ſine peccato induēs:vere cōceptus eſt in vtero et fact9 eſt in vtero.for-
mans et faciēs ſibi corpus ex virgine:ſine ſemine ſcilicet/& collocutione viri.
portatuſq; in vtero:ſicut & nos tēpore portati ſumus.Et vere lactatus eſt et
nutritus:ſicut & nos.et cibo/et potu:ſicuti & nos/vſus eſt.et triginta annos

Lucæ.3.

agens:baptizatus eſt a Ioanne in veritate/& non in phātaſmate.Et tribus
annis prædicauit euāgelium:et fecit ſigna & prodigia coram falſis Iudæis.
et a Pilato præſide:iudex iudicatus eſt/flagellatus eſt/colaphis cæſus eſt/cō-
ſputus eſt.ſpineam coronam/purpureamq; veſtem portauit.condemna-
tuſq;:crucifixus eſt vere.volūtarie/complacens/nō imaginarie/neq; fallaci-
ter mortuus eſt:ſed vere.et ſepultus eſt:et reſurrexit a mortuis/ſicut ipſe ali-

Pſal.40.

cubi orās patrem/dicebat.Tu autem domine reſuſcita me:et reddam illis.

Pſal.81.

Et pater qui ſemper eum exaudit:reſpondens ait.Exurge deus iudica ter-
ram:quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.Qui ergo reſuſcitauit
eum pater:ipſe etiam nos per eum reſuſcitaturus eſt/non ſine vera vita.hoc

Ioan.11.

eſt non ſine ipſo qui ait:ego ſum vita/qui credit in me(licet moriatur)viuit:
et omnis qui viuit & credit in me/non morietur in æternum.Fugite illas ſi-
ne deo hereſes:diaboli enim ſunt adinuentio/ſerpētis/authoris malorum.
qui per mulierem ſeduxit Adam/patrem generis noſtri.Fugite vero & ma-
las ſoboles eius:Simonem dico primogenitum generis ipſius/et Menan-
drum/et Baſilidem/& totam collectionem malignitatis ipſius.et illos ho-

Hiere.17.

minis cultores hebionitas:quos maledictos eſſe/Hieremias propheta aſſe-
ruit.Fugite quoq; & illos immundiſſimos Nicolaitas:amatores libidinis/

Nūc diabolū nequiſſimū/nūc maledictū appellat.

malos calumniatores.nam talis fuit apoſtolorum miniſter Nicolaus.Fugi-
te etiam ipſius næquiſſimi nepotes:Theodotum ſcilicet et Cleobolum/qui
generant fructum mortiferum.de quo ſi quis deguſtauerit:ſtatim morietur
non morte temporali/ſed æterna.Hi autem omnes non ſunt plantatio dei

Matth.15.

patris:ſed progenies maledicti.Omnis autem plātatio(inquit deus)quam
non plantauit pater meus cœleſtis:eradicabitur.Qz ſi fuiſſent rami patris:
non vtiq; eſſent inimici crucis CHRISTI.ſed ſunt rami illorum:qui occi-
derunt dominum gloriæ.Nunc autem crucem negantes/& paſſionem eru-
beſcentes:operantur Iudæorum iniquitates/illorum ſcilicet qui et deo rebel
les extiterunt/& dominum occiderunt.parum eſt enim eos dicere:prophe-
tarū eſſe interfectores.Vos ergo inuitat CHRISTVS ad ſuā incorrupti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

onem per passionem suam & resurrectionem:qui estis membra eius.Salu=
to vos ex Smyrna/vna cum compręsentibus michi ecclesijs dei:quæ & præ=
sentes me id requisierũt in omni carne et spiritu.Postulant vos vincula mea/
quæ propter IHESVM CHRISTVM porto:rogans deum vt merea=
mini in cõsensu et oratione in inuicẽ permanere.decet enim vnumquenq; ve=
strũ bene obsequi presbyteris:episcopũ in honorẽ dei patris/& in honorẽ
IHESV CHRISTI atq; apostolorũ/venerari.Deprecor vos ex affectu
audire me:vt non sit in testimonium quod vobis scripsi.et orate pro me in=
digente misericordia dei/ac vestra charitate:vt merear consequi sortem cui
subiaceo/ne reprobus inueniar.Salutat vos dilectio Smyrneorum et Ephe
siorum/memores vestri:ecclesiaq; quæ est in Syria.Vnde non sum dignus
dici vltimus eorum:qui ibi sunt.Incolumes estote in CHRISTO IHE=
SV.Subiecti estote episcopo/similiter & presbyteris/atq; diaconis:omnes
inuicem corde inseparabili.Castificet vos spiritus meus/non solum nunc:
sed & quando deum meruero adipisci.Adhuc enim in periculo sum:sed fi=
delis est pater IHESV CHRISTI adimplere petitionem meam & ve=
stram:in qua inueniamur immaculati/& acquisiti in domino.Amen.

Epist.II.

¶ Ad Magnesianos ex Smyrna



Gnatius qui & Theophorus/benedictæ ecclesiæ gratia dei
patris in CHRISTO IHESV saluatore nostro:in quo
saluto ecclesiam quæ est in Magnesia iuxta Meandrum.et
oro i deo patre et IHESV CHRISTO domino nostro/
in quo plurimum vos gaudere opto:cognoscens vestram se=
cundum deum bene dispositam dilectionem.exultans as=
sumpsi in fide IHESV CHRISTI alloqui vos:dignus effectus sancti — Sãctũ & desideratissimũ nomẽ: nomẽ Christianum.
atq; desideratissimi nominis/in ijs quæ gesto viculis.Laudo ecclesias in qui=
bus iubilare opto carne & spiritu CHRISTI IHESV:qui est saluator
omnium hominum/maxime fidelium.cuius sanguine redempti estis:per
quem cognouistis deum/immo cogniti estis ab eo.in quo sustinentes:sæculi 1.corin.10
huius tentationem effugite.fidelis est autem qui non permittit tentari vos:
super id quod potestis sufferre.Cæterum ego merui videre vos:per deo di=
gnum episcopũ vestrum Damam/et deo dignos presbyteros vestros/Bas= — Damas qui et dameus aliquando apud Eusebiũ legitur. Bassus. Apolloni9. Socion.
sum scilicet et Apollonium/& conuiuam meum Socionem/quem ego nu=
triui.quoniã subditus est episcopo et presbyteris in gratia & lege IHESV
CHRISTI.et vos oportet non contemnere ætatem episcopi:et secundum
dei patris præceptum omnem venerationem ei exhibere.et secũdum quod
cognoui/etiam sanctos presbyteros ei deferre:non propter iuuẽtutem(quæ
in eo videtur)arbitrantes contemnendum/sed in sapientia dei ei obedire.
quandoquidẽ non longi temporis sunt sapiẽtes:neq; senes sciũt prudentiã: Danie.13.
sed spiritus qui est in hominibus.Deniq; Daniel sapientissimus duodecim
annorũ effectus:spiritu sãcto repletus est.et illos seniores caniciẽ vanã habẽ
tes:calũniatores & alienæ pulchritudinis appetitores esse manifestauit.Sa= 1.regũ.3.
muel etiam cum esset pusillus/nonagenariũ Heli sacerdotẽ per increpatio= Hiere.1.
nẽ redarguit:ꝙ filios suos honorificaret super deũ.Similiter & Hieremias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

audit a domino: noli dicere quia iuuenis sum ego. Salomon quoq; & Iosias in iuuentute mirifici & sapientes in operibus suis apparuerunt. Salomon
3.regũ.3. quidem duodecimo anno ætatis suæ regnare incipiens: arduam & ininterpretabilem mulierum pro paruulis quæstionem/terribili iudicio dissoluit. Iosias vero octo annorum existens: aras & monumenta subuertere cœpit/
4 regũ.22. lucos excidere/templa deijcere: quæ non deo sed dæmonibus fuerant consecrata. Nam & falsos sacerdotes interfecit vt corruptores/et seductores hominum: non diuinitati/sed diabolo seruientes. propter quod non est contemnenda iuuentus/cum deo adiacuerit atq; adhæserit: sed illa ætas quæ ex sententia nocet/etiam si inueterata fuerit dierum malorum. Iuuenis fuit
1.timo.4. etiam Christoforus Timotheus: sed audite quid ei scripsit magister. Nemo (inquit) iuuentutem tuam contemnat: sed forma esto fidelium/in verbo/in conuersatione. Dignum est ergo/& vos obedire episcopo vestro: et in nullo ei contradicere. Terribile est enim tali contradicere. non enim istum visibilem quis spernit: sed illum inuisibilē in eo contemnit/qui non potest a quoq̄ contemni. Hic enim non ab homine: sed a deo habet promotionem. dicit
1.regũ.8 enim deus Samueli de contemptoribus eius: non te spreuerũt/sed me. Nam et Moses populo aduersus se murmurāti ait/non enim aduersus nos mur-
Exodi.16. murastis: sed aduersus dominum deum. nemo enim inultus remansit: qui
Numeri.16 se contra potiores extulit. Deniq; in lege Dathan et Abiron Mosi resistentes: viui ad inferos depositi sunt. Sed et Chore & qui conspirauerunt cum eo aduersus Aaron ducenti quinquaginta: igne consumpti sunt. Absalon
2.regũ.18. etiam parricida existens: diuino iudicio arbori appensus est. sed & cor eius
Hester.7. quod mala cogitauerat: sagittis transfixum est. Nam et Achab et Aman
3.regũ.22. nichilominus propter similē causam morte plexus est. Ozias quoq; lepro-
2.parali.22 sus factus est: qui contra sacerdotes sacerdotium ausus est arrogare. Saul
1.regũ.13. etiam sacrificare præsumens: regali dignitate dehonoratus est/non expectans principem sacerdotum Samuelem. Oportet ergo & nos revereri potiores. et dignum est non solum vocari nos Christianos: sed etiam esse. non enim dicere/sed esse: facit beatum. Quidam autem episcopum quidem vocant: et præter ipsum omnia faciũt. Talibus igitur etiā ipse CHRISTVS dicit (qui & verus et primus est episcopus/& solus natura pontifex) quid
Lucæ.6. me vocatis domine/domine: et nō facitis ea quæ dico? Tales enim non bonæ scientiæ: sed derisores esse michi videtur. Quoniam vero negocia finem habent/& adiacet quidem vita ex obseruatione/mors vero ex inobediētia/ et necesse est vt vnusquisq; in loco quem sibi de preteritis elegerit/in futuro esse præcipiatur: fugiamus igitur mortem/& eligamus vitam. Duos enim characteres dico in hominibus inueniri: vnum quidem veræ monetę signaculum/alterum vero adulterinũ. Pius enim homo et religiosus: vera moneta est/quæ a deo formata vel expressa est. impius vero & irreligiosus: falsa moneta est/noxia/adulterina/praua: quæ non a deo/sed a diabolo facta est. Hæc autem afferens/non duas naturas hominum esse dico: sed vnum eundemq; hominem/qui aliquando quidem dei/aliquando autem diaboli efficitur. Si quis igitur pius fuerit homo: dei est. si vero quis impius extiterit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

diaboli est.non ex natura:sed ex sententia factus.Infideles enim imaginem
habent principis næquitiæ:fideles autem formam habent authoris omni-
um dei patris/et CHRISTI IHESV filij eius.Propter quod si nõ elege-
rimus pro veritate mori in passione ipsius:vita eius nõ est in nobis.Et quo-
niam in præscriptis personis multitudinem vestri cõtemplatus sum:in fide
et dilectione moneo/vt vnanimes in deo omnia facere festinetis.assidẽte epi-
scopo in loco dei/& presbyteris in loco consistorij apostolorum/et diaconis
dulcissimis michi:quibus creditum est ministerium IHESV CHRISTI.
qui ante sæcula genitus est a patre deus verbum/vnigenitus filius:& in con-
summatione sæculorũ ipse permanet.regni enĩ eius nõ erit finis:inquit Da- Danie.2.
niel propheta.Omnes in concordia inuicem diligamus:et secũdum carnem
nemo consideret propositum suum/sed secundum CHRISTVM IHE-
SVM. Nichil sit in vobis:quod vos possit separare.sed adunamini episco-
po:subiecti per ipsum deo in CHRISTO.Sicuti ergo dominus sine pa- Ioan.5.
tre nichil facit(non enim possum inquit a meipso facere quicq̃.)sic etiam et
vos sine episcopo:siue presbyteri/seu diaconi/siue laicus.Non ergo aliquid
rationabile vobis videatur:extra ipsius sententiam.tale enim iniquum est:
et ideo odiosum.Omnes in idipsum ad orationem simul conuenite:vna de- Oratio fidelium.
precatio sit communis/vnus animus/vna spes/dilectio immaculata in fide
IHESV CHRISTI/qua nichil aliud melius est.Omnes adunati ad tem
plum dei cõcurrite:sicut ad vnum altare/sicut ad vnũ IHESVM CHRI-
STVM pontificem ingeniti dei patris.Nolite errare in aliena gloria:neq;
intendatis fabulis & genealogijs interminatis/et iudaicis inflationibus.ve- 2.corin.5.
tera enim transierunt:et ecce facta sunt omnia noua.Si enim nunc vsq; se-
cundum legem iudaicam & circuncisionem carnis viuamus:negamus nos
gratiam accepisse.Sancti etenim prophetæ secundũ IHESVM CHRI-
STVM vixerunt:ideoq; et persecutionẽ passi sunt inspirãte gratia/ad ma-
nifestationem incredulis:quia vnus est deus omnipotens/qui manifestauit
seipsum per IHESVM CHRISTVM filium suum.qui est verbum ipsi-
us:non prolatum scilicet/sed substantiale.non locutio articulatæ vocis:sed
operatio deitatis/substantia scilicet genita/in omnibus bene complacens
suo genitori.Si ergo ex antiquis scripturis conuersi ad vacuam spem vene-
runt/expectantes CHRISTVM/sicut ipse dominus docet dicens:si cre-
deretis Mosi/crederetis vtiq; et michi.de me enim ipse scripsit.Nã et Abra- Ioan.5.
ham(inquit)pater vester exultauit:vt videret diem meum.vidit:& gauisus Ioan.8.
est.Ante Abraham enim inquit ego sum.quomodo nos poterimus viue-
re sine ipso:cui & prophetæ serui fuerunt/spiritu præuidentes eum:et tanq̃
magistrum expectabant/& sperabant vt dominum & saluatorem:dicen-
tes.ipse veniet/et saluabit nos.Non ergo baptizemus Iudaice:vt ferijs gau- Esaiæ.35.
dentes.Qui enim non operatur:non manducet.Et iterum.In sudore vultus 2.thessa.3.
tui manducabis panem tuum:dicunt eloquia.Sed vnusquisq; vestrum sab- Gene.3.
batizet spiritualiter:meditationi legis congaudens.non corporis dimissione
fabricationem dei admirans:velut Iudæus.non omnia comedens/et tepi-
dum bibens/& mensurate ambulans:et saltationes atq; plausum manuum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

nunc habens. Sed pro sabbatizatione: diem festum celebret omnis Christianus: dominicam resurrectionem/regalem/eminentissimam omnium dierum. de qua propheta expectans dicebat: in finem pro octauo. in quo die/ et vita nostra exorta est: & mortis in CHRISTO facta victoria. quam filij perditionis negant/ inimici scilicet saluatoris: quorum deus venter est. qui terrena sapiunt: amatores voluptatum/& non dei. speciem quidem pietatis præ se ferentes: virtutem autem eius abnegātes. CHRISTVM mercantes: verbum dei in tabernis prædicantes/& dominum nostrum IHESVM CHRISTVM vendentes/ mulierum corruptores/aliena concupiscentes/et pecuniarum amatores. a quibus eruamini misericordia faciente: per dominum nostrum IHESVM CHRISTVM. Non enim sentimus vtilitatem eius: nisi nos tentauerit. secūdum autem quod agimus iam/ non erimus: nisi ipse nos miseratus fuerit. si enim iniquitates obseruauerit: quis sustinebit? Efficiamur ergo digni cognomento: quod accepimus. Qui enim alio nomine præter istud vocatur: hic non est dei. non enim suscepit prophetiam dicentem de nobis: quoniam vocabitur nomine nouo quo dominus vocauit eum/& erit populus sanctus. quod & completum est primo in Antiochia Syriæ/vbi acquisierūt discipuli nomen Christianum: Paulo et Petro fundantibus ecclesiam. Abijcite ergo malum/vetus fermentum/ quod corrumpit & putrefacit: et percipite nouum gratiæ fermentum. Exultate in CHRISTO: vt non alienus dominetur vestri. Ineptum est enim IHESVM CHRISTVM lingua tantum proferre: et Iudaismum in animo habere. non enim Christianitas in Iudaismum credidit: sed Iudaismus in Christianitatē. Omnes deniq; gentiles æqualiter crediderunt: omnis lingua CHRISTVM confessa/ad dominum collecta est. et facti sunt lapidei corde: filij amici dei Abrahæ. et in semine eius benedicti sunt omnes: qui in vitam æternam deputati sunt in CHRISTO. Hæc autem dilectissimi michi/taliter scribens: non agnoui aliquos ex vobis sic haberi. sed sicut minimus vestrum/volo vos cōseruatos esse: vt non incidatis in hamos inanis gloriæ. sed vt ad plenum instructi sitis in CHRISTO. qui ante sæcula genitus est a patre: postea autem factus est ex MARIA virgine sine collocutione viri. et nobiscum conuersatus sancte & sine querela: omnem infirmitatem/omnemq; languorem curauit in populo. et signa atq; prodigia: pro beneficijs hominum fecit. & illis qui longe erant/et illis qui prope in multitudine: vnum & solum verum deum patrem suum annunciauit. et passionē pertulit: & ab interfectoribus suis Iudæis sub Pontio Pilato præside et Herode rege/crucē sustinuit. & mortuus est/atq; resurrexit: & in cœlos ascēdit ad illū qui misit eū. et sedet ad dexterā eius: vēturusq; est in consummatione sæculi in gloria paterna iudicare viuos & mortuos/et reddere vnicuiq; secundū opera sua. Hæc qui in pleno cognouerit & crediderit: beatus est. quomodo & vos amici dei & amatores CHRISTI estis: in plenitudine spei vestræ/a qua nulli vestrū auerti cōtingat. Acquisiui vos in omnibus: si quidē dignus ero. si enim victus sum/sed ad solutionē omniū vestrū: non sum vinctus. Scio enim quia non inflamini: quia IHESVM habetis

Psal. 8.

Psal. 129.

De nomine Christiano.

Esaiæ. 62.

Actuū. 11.

Sic haberi: Iudaismū sectari.


Maria virgo.

Nō sū vinctus: nō reputo me victū/si vinculis meis possū vos acquirere/ si possū vos soluere.

in vobis. Et magis cum laudauero vos: scio quia reueremini/ sicut scriptum
est/ quoniam iustus sui accusator est in primordio sermonis. & dic tu (in- Prouer.18
quit) primus peccata tua: vt iustificeris. & cum feceritis (inquit) omnia quę Esaiæ.43
mandata sunt vobis: dicite/ serui inutiles sumus. quoniam in hominibus qui Lucæ.17
se exaltauerit: delinquit ante deum. dicit enim deus: propicius factus sum Hebrę.8
peccatori. propter quod magni illi Abraham/ & Iob/ terram et cinerem Gene.18
semetipsos ante deum nominauerunt. Et Dauid. quis sum ego (ait) coram Iob.7
te domine: quoniam glorificasti me vsque nunc? Nam et Moses supra om- 2.regum.7
nes homines mansuetissimus/ dicit ad deum. gracilis voce/ et tardus lin- Exodi.4
gua sum ego. humiles ergo estote/ et vos ipsi: vt exaltemini. Qui enim Lucæ.14
se humiliauerit/ exaltabitur: & qui se exaltauerit/ humiliabitur. Studete
ergo confirmari in dogmatibus domini et apostolorum: vt ex omnibus
quæ facitis dirigamini in viam rectam carne & spiritu/ fide et dilectione/
cum honore digno episcopo vestro: et corona digno atque spirituali Ste-
phano presbytero vestro/ et secundum deum diaconis. Subiecti estote e-
piscopis et inuicem: quomodo IHESVS patri. vt laus sit in vobis se-
cundum deum: videntes vos repletos omnibus bonis. Compendiose ro-
gaui vos in dilectione IHESV CHRISTI: mementote mei in oratio-
nibus vestris/ vt deum merear adipisci/ et ecclesiæ quæ est in Syria/ cuius
non sum dignus vocari episcopus. Indigeo enim illa laudabili vestra ora-
tione: vt dignus sim illam quæ in Syria est ecclesiam per bonam opera-
tionem vestram pascere in CHRISTO. Salutant vos Ephesij de Smyr-
na (vnde scribo vobis) præsentes/ quomodo in gloria dei in omnibus refe-
cistis me simul cũ Polycarpo. et cæteræ ecclesiæ: i honore IHESV CHRI-
STI salutant vos. Incolumes estote: in vnanimitate possidentes insepara-
bilem spiritum in CHRISTO IHESV per voluntatem dei. Amen.

Epist. III.

Ad Tarsenses ex Philippis.



IGnatius qui & Theophorus: salutẽ consecutæ in Christo
ecclesiæ/ laude dignæ/ & memoria dignę/ & dilectiõe dignę/
quæ est in Tharso: misericordia & pax a deo patre/ & dño
IHESV CHRISTO. Satiatus sum in omnibus a Syria
Romã vsque cũ bestijs depugnans/ nõ ab irrationabilibus sci-
licet bestijs voratus (illę enim: volũtate dei pepercerunt Da-
nieli) sed humanam figuram habentibus: quæ sunt imanes bestiæ. Obsidẽt
enim me nocte dieque/ ac deuorant: sed nulli iniquorum istorum/ facio ser-
monem. neque habeo naturam meã tam honorabilem michi: vt plus eam quam
dominum diligam. propter quod paratus sum ad ignem ad bestias/ ad gla-
dios & crucem: tãtum vt CHRISTVM videã saluatorẽ meũ/ & deũ qui
pro me mortuus est. Rogo ergo vos ego victus Christi/ qui per terrã & ma-
re exagitor: state in fide confirmati/ quoniã iustus ex fide viuit. Estote incli- Abacuc.2
nabiles & vnanimes in fide: quoniam dominus habitare fecit vnanimes in Psal.67
domo. Agnoui enim: quoniã quidã ex ministris sathanæ voluerũt vos cõ-
turbare. quorũ quidã dicũt quia Ihesus putatiue natus est/ & putatiue cru-
cifixus. quidã vero quia nõ est filius eius qui fecit mũdũ. alij autẽ quia ipse est

Satiatus sũ saturatus sũ repletus sũ malis/ et crudelitatibus eorum qui me ducunt per õnia. Feruida martyris pietas.

Ille qui est sup omnia deus: pater ille/qui est super omnia deus. Alij quoq;: quia homo est purus. quidā vero: quia caro eius nō resurrexit: & quia oportet terminabilem vitā haberi/atq; hanc esse finem bonorum/quæ non multo post corrumpitur. quibus quidem multorum malorū ager cumulatus est. Sed vos non intendatis mendacijs eorum. Pauli enim estis ciues/et discipuli: qui ab Hierosolymis et in
Roma. 15 circuitu vsq; ad Illyricum cuncta repleuit euangelio/et stigmata CHRISTI in corpore suo portauit. Cuius memores estote ōnibus modis: & cognoscite quia dominus IHESVS CHRISTVS/vere nat9 est de MARIA/factus ex muliere/et vere crucifixus est: in qua cruce gloriat̃ Paulus
Gala. 6 dicens. michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi. & vere passus est/& mortuus: & resurrexit. Si enī passibilis inquit Chri
1. corin. 15 stus/ & primus ex mortuis resurrexit. & qui mortuus est peccato: mortu-
Roma. 6 us est semel. quod autem viuit: viuit deo. Insuper quæ necessitas vinculorū: Christo non mortuo? quæ necessitas tolerantiæ/aut quæ necessitas flagellorum? Quid q; Petrus crucifixus est. Paulus & Iacobus gladijs obtrūcati sunt/Ioannes in Pathmo relegatus est. sed & Stephanus a domini inter-
Actuum. 7 fectoribus Iudæis: lapidibus extinctus est. Sed nec in hoc quidē est victoria: vere enim crucifixus est dominus ab impijs. & quia iste qui natus est ex muliere/filius est dei: & qui crucifixus est/ primogenitus est omnis creaturæ/& deus verbū: & ipse fecit omnia iussione patris. quod apostolus cor-
1. corin. 8 roborat dicens. vnus deus pater/ ex quo omnia: & vnus dominus Ihesus
1. timo. 2 Christus/per quem omnia. Et iterum vnus enim deus/vnus & mediator dei et hominum: homo CHRISTVS IHESVS/qui est imago dei inui-
Colos. 1 sibilis/primogenitus vniuersæ creaturæ. quoniā in ipso creata sunt omnia/ quæ sunt in cœlo et in terra/visibilia et inuisibilia. et ipse est ante omnes: et oīa in ipso constant. Et quia non est ipse/ ille qui est super omnia deus: sed
Ioan. 20 filius ipsius. qui et ascendere se ad eum profitetur dicens. ascēdo ad patrem meum/et patrem vestrum: et ad deum meum et deum vestrum. et quan-
1. corin. 15 do ei fuerint omnia subiecta: tunc et ipse subiectus erit illi qui ei subdidit omnia/ vt sit deus omnia in omnibus. Ergo alius est ille qui subiecit filio omnia/et qui est omnia in omnibus: et alius filius cui subiecta sunt omnia/ qui et post hæc omnia subiectus erit illi qui ei subdidit oīa. et non est homo purus ille: per quem et in quo facta sunt omnia. Omnia enim (inquit) per
Ioan. 1 ipsum facta sunt. Et in libro sapientiæ ipse de seipso refert dicēs. cum face-
Prouer. 8 ret cœlum: aderā illi. Et iterū. Ego eram apud deū cuncta cōponens: et con
Psal. 109 gaudebat michi quotidie. Quomodo autē homo purus audiret: sede a de-
Ioan. 8 xterā meā? aut quomodo diceret. anteq̄ Abrahā fieret: ego sum? vel illud
Ioan. 17 quod ait. gloria illa glorifica me/ quā habui apud te priusq̄ mūdus fieret?
Ioan. 6 Quis autē homo posset dicere. descēdi de cœlo nō vt faciā volūtatem meā: sed voluntatē eius qui misit me? vel de quo hoīe diceretur. erat lumē verūe
Ioan. 1 quod illuminat omnē hominē venientē in hunc mūdū. In hoc mundo erat: et mundus per ipsum factus est/et mundus eum non cognouit. in propria venit: et sui eum non receperunt? Quomodo ergo huiusmodi homo est purus? ex MARIA demū habens initium vt esset: et nō potius deus ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

In principio erat verbum/ & Ioan.1.
bum & filius vnigenitus? De quo dictum est. omnia per ipsum facta sũt/
verbum erat apud deum: & deus erat verbum. vidimus gloriam eius/gloriam
& sine ipso factum est nichil. Et paulo post. Et iterum. vnigenitus qui
quasi vnigeniti a patre: plenum gratia & veritate. Prouer.8.
refert dicens. creauit
est in sinu patris: ipse enarrauit. Qui & per Salomonẽ in opera sua ante sæcula funda-
me dominus principium viarum suarum. Et resuscitaturus est corpora nostra.
uit me: ãte autẽ oẽs colles genuit me. Ioan.5.
in qua omnes qui in mo-
dixit enim. amen dico vobis quoniam venit hora/ Quod etiam
numentis sunt: audient vocem filij dei. & qui audierint: viuẽt. 1.corin.15.
incorruptio-
apostolus confirmat dicens. oportet corruptibile hoc: induere Et quia oportet caste ac iu-
nem/ & mortale hoc induere immortalitatem. 1.corin.6.
neq; molles/ neq; mascu
ste viuere: iterũ dicit. nolite errare: neq; fornicarij/ neq; fures/ neq; rapaces: re-
lorum concubitores/ neq; maledici/ neq; ebriosi/ neq; CHRISTVS 1.corin.15.
gnum dei possidebunt. Et si mortui non resurgunt: neq; vacua est fides vestra: & adhuc
resurrexit. vacua est ergo prędicatio nostra/ CHRISTO: perierũt.
estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierũt in miserabiliores su
Si in hac vita tantum sperantes sumus in CHRISTO: manducemus & biba
mus omnibus hominibus. Si mortui non resurgunt: quæ est differentia ho
mus/ cras enim moriemur. Si autem sic confidimus: qui comesti-
minum & canum vel asinorum: qui nichil de futuro cogitant/ inscij sunt quid in-
onis tantũmodo appetitores sunt/ & post comestionem vnusquisq; omnem
terius moueatur? Acquisiui vos in domino: elaborate et calumniã/ et tur-
maliciam deponere/ et ferocem animum/ & maliloquia/ inflationem malignã/ aua-
piloquium/ malam conuersationẽ/ susurrationẽ/ induite autem Roma.13.
ritiam/ inanem gloriã/ inuidiã/ & omnia quæ his similia sunt. et carnis curam ne fe-
dominum nostrum IHESVM CHRISTVM: diaconi presby
ceritis in concupiscentijs. Presbyteri subditi estote episcopo/ custodientibus:
teris/ populus diaconis. pro animabus hanc ordinationem O viri: dili-
ego efficiar. et dominus sit cum eis indeficienter. Mando vobis nutrite filios in
gite coniuges vestras/ filij honorate patres/ et vos parentes honorate/ sicut
eruditione et disciplina domini. Eas quæ in virginitate sunt venereminí. domini
sacras CHRISTI. viduas pudicas vt sacrarium dei Nemo ociosus in
cum parcitate estote: serui cum timore/ dominis seruite. non im-
vobis sit: mater enim egestatis est vacuitas. Hæc autem dicens tanquam fratres com-
pero quantum oportet: et si quidem vinctus sum/ orationibus vestris
moneo. Et si dominus est vobiscum: acquisiui vos. Commendo vobis ecclesiam:
incumbite: vt IHESVM merear adipisci. Philippẽsium: vnde
quæ est in Antiochia. Salutant vos et electæ ecclesiæ gratias ago/ Philon.
& scribo vobis. Salutat vos Philon diaconus vester: cui et ego diaconus de Sy Agathop9
bene michi seruienti in omnibus. Salutat vos Agathopus in osculo sancto.
ria: qui me sequitur in CHRISTO. Salutate inuicem Incolumes
Saluto vniuersos et vniuersas: qui sunt in CHRISTO. et sit deus vo-
estote corpore et animo et spiritu: et mei ne obliuiscamini/ N.
biscum. A M E

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Ad Philippẽses de baptiſmo:ꝑ Euphaniũ lectorẽ naui aſcẽſurũ. Epi. IIII



Gnatius qui & theophorus/ex ĩperio dei patris miſericor-
diã conſecutę in fide et patientia et dilectione ſine dolo/ec
cleſię quę eſt Philippenſis:miſericordia et pax a deo patre/
et domino IHESV CHRISTO/ qui eſt ſaluator omni-
um hominũ maxime fidelium. Memores charitatis veſtrę
et ſolicitudinis quę eſt in CHRISTO/quam oſtenditis in
nobis:decens eſſe arbitrati ſumus ſcribere ad fraternã in domino vnanimi-
tatis veſtrę dilectionem.commonitos vos faciens curſus noſtri:vt idipſum
dicatis omnes/vnum ſentientes.in hoc ipſo fidei regulas/præceptaq́ feci:ſi
1. corin. 8. cuti et Paulus erudiens vos dicit. Vnus eſt enim omnium deus/pater Chri
ſti:ex quo omnia.et vnus dominus noſter IHESVS CHRISTVS fili-
us dei vnigenitus/dominator vniuerſorum: per quem omnia. vnus autem
etiam ſpiritus ſanctus qui operabatur in Moſe et prophetis/et apoſtolis.
vnum quoq́ et baptiſma:quod datur in morte Chriſti. Vna itaq́ eccleſia
etiam eſſe debet/et vna fides:quę eſt in Chriſto ſecũdum dictũ eiuſdẽ apo
Ephe. 4. ſtoli dicentis.vnus dñs/vna fides/vnum baptiſma.vnus deus et pater om-
nium:qui eſt ſuper omnes/& per omnes/& in omnibus. vnus eſt ergo deus
pater:& non duo vel tres.vnus ſcilicet qui eſt:& non eſt præter eum ſolum/
Deutero. 6 verus.dñs enim(inquit)deus tuus:deus vnus eſt. Et iterũ. Nõne vnus dñs
Mala. 2 creauit nos/& vnus pater eſt oĩm noſtrũ? vnus quoq́ & filius/deus verbũ.
Ioan. 1 vnigenitus (inquit) qui eſt in ſinu patris. Et rurſum vnus dñs IHESVS
Prouer. 30 CHRISTVS. Et alibi. quod eſt nomen eius: aut quod eſt nomen filij
eius? Scitote autem quia vnus eſt etiam ſpiritus ſanctus paracletus ſicut
Ephe. 4. idẽ Paulus ait.vnus ſpiritus:ſicut vocati eſtis in vnam ſpem vocationis ve-
1. corin. 12 ſtrę. Et iterũ:oẽs(inquit)in vno ſpiritu potati ſumus.manifeſte autẽ omnia
dona gratiarum:ipſe vnus atq́ idem ſpiritus operatur. Ergo neq́ tres ſunt
patres/neq́ tres filij/ ſed neq́ tres paracleti: ſed vnus pater/ & vnus filius/
& vnus paracletus. propter quod & dominus mittens apoſtolos docere
Matth. 28 omnes gentes: præcepit eis baptizare eas in nomine patris/ et filij/ et ſpi-
ritus ſancti. non in vnum quendam trinomium: neq́ in tres vnius eiuſ-
demq́ honoris. quia vnus eſt tantum qui homo factus eſt:non pater ſci-
licet/neq́ paracletus/ſed ſolus filius.non putatiue neq́ in phantaſmate:ſed
Ioan. 1 certiſſima veritate.verbum enim caro factũ eſt:et habitauit in ea. Sapiẽtia
Prouer. 9 nãq́ ædificauit ſibi domũ:et factus eſt(ſicut homo)deus cũ corpore/ quod
ſuſcepit ex virgine.nõ ex collocutione ſcilicet/aut ſemine viri.virgo enĩ(in-
Eſaiæ. 7 quit)in vtero concipiet:& pariet filiũ. Vere natus eſt/et vere creuit/vere man
ducauit/et bibit:vere crucifixus eſt/et mortuus/et reſurrexit. Qui hęc credit
vt vera eius continet natiuitas:beatus eſt.qui autem hæc non credit:nichil
differt ab eis/qui eum crucifixerunt.princeps enim huius mũdi in hoc gau
det:quando quis crucẽ negauerit. Interitũ enĩ ſibiipſi eſſe cognouit confeſ-
ſionẽ crucis.hoc enim tropheum eſt contra eius virtutem:quod videns ex-
pauescit/& audiẽs timet. Nam et anteq̃ facta eſſet crux: feſtinabat face-
re hoc/et operari in filijs diffidẽtię.operatus eſt autẽ inuidia in Phariſęis/ĩ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Saduceis/in senioribus/in iuuenibus/& in sacerdotibus. Cũ autẽ propera- Matth.27.
ret vt fieret:cõturbabatur.& postea desperationem immisit proditori:& la
queum ei ostendit/& suspendiũ eum docuit.& mulieri immisit timorem in
somno:ipse conturbans/& compescere tentans patibulũ crucis.ipse omnia
euocans:mouet in suam perniciem/non recognoscens. in tãtum enim mala
erant/nõ omnia. Malignus autẽ sentiebat suã perditionem.Initiũ enim illi Astus pessimi dæmõis aperit:et tãdẽ in eũ disputationẽ suscipiẽs ipsum confutat viriliter
fuit ad dãnationẽ crux CHRISTI: principiũ mortis/ initiũ perditionis.
propter quod in aliquibus quidem operatur:negare crucẽ/passionẽ erube-
scere.qui vt funestũ putant vocari de virgine generationẽ/ circuncidere ipsã
naturam/& diffamare quasi odiosam: Iudæorum auxiliator est ad nega-
tionem crucis/paganorum ad calumniam MARIAE/hereticorũ ad phã
tasiam.multiformis est enim maliciæ princeps:furans sensus/contrarius si Hiere.4.
bimetipsi.& alia quidem suggerẽs:alia vero ostentans.Sapiens est enim ad
malefaciendum/quod bonũ est autem nescit aliquãdo:ignorantia enim re-
pletus est per inobedientiam.Quomodo enim non sit talis:qui non sibi ꝑ-
ponit suum sermonẽ?Si enim homo purus est dominus ex anima & corpo
re:quid circũcidis natiuitatẽ communẽ naturę hominũ?Quid tanq̃ paruã
gloriam in homine factam:passionẽ/simulationẽ vocas/& mortem immor
talis gloriam existimas?Si deus est homo:quid vnicũ vocas dominũ glo-
riæ/illum videlicet natura immutabilem? Quid sine lege dicis legislatorẽ:
qui non humanam naturam habuit?verbum caro factum est. verbum ho-
mo:sed nõ in homine.Quomodo igitur magus est ille/qui in principio om
nem sensibilem & intelligibilem naturam volũtate patris præparauit? qui
cum esset in carne:oẽm infirmitatem atq; languorẽ curauit?Quomodo au Matth.11.
tem nõ est deus ille:qui mortuos resuscitauit/claudos sanauit/ leprosos mũ Ioan.2.
dauit/cæcos illuminauit/ aquam in vinũ conuertit/ tuumq; exercitũ verbo Marci.5.
tantum fugauit?Quid ergo deijcis naturam virginis:& membra turpia vo
cas?Hæc ergo præseminas:& nudari iubes masculos in facie fœminarum/
fœminas vero in illicitũ desideriũ masculorũ.tunc oĩa turpia vidẽtur:& pu-
dicum te ipsum facis/cum tu sis fornicationis spiritus.Ignoras quia tunc fit
aliquid turpe:quando illicite perpetratur?cæterũ nichil turpe est: quod si-
ne peccato geritur/nichil prauũ/ sed oĩa bona valde. & tu nõ vidẽs pessun-
das eam.Quomodo rursum nõ tibi videtur natus esse CHRISTVS ex
virgine:sed ille qui est sup oĩa deus/ille scilicet oĩa potẽs? Quis ergo est qui
hũc misit dicito:quisve huic dñatur/vel cuius sentẽtię subiectus fuit/aut cu-
ius legẽ adipleuit?Tu qui nullius sentẽtiã vel potestatẽ habes: Christũ se-
paras a generatione.legislatorẽ ingenitũ esse pronuncias: et cruci affixum
illum/qui est sine principio.Cuius ergo permissu hoc factum est: non est di
cere.Nõ eni me latuit tuũ antiquũ consiliũ.neq; ignoro quoniã curue et lu-
brice incedis.tu autem ignoras quis est qui natus est: qui oĩa scire te fingis.
Multa enim te latent:virginitas scilicet MARIAE/ gloriosus partus/de
cuius corpore deus processit.stella orientis quę apparuit: munera ferenti- Matth.2.
bus magis.archangeli salutatio ad virginem facta. virginis gloriosa conce-
ptio/desponsatæ puellæ prædicatio. & virginis in vtero:infantis præuisio. Lucæ.1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

angelorũ hymno gloriæ/ad gentium pastores annunciatio/Herodis timor in extollentia regni/præceptio ad paruulorũ necem.in Aegyptũ transmigratio/atq; exinde reuersio:cunabula infantilia. descriptio humana: lactis nutritio/nomẽ patris non seminantis.præsepe vbi positus est: eo q̃ nõ fuerit locus.nulla humana præparatio: prouectus ætatis/ crementum corporis/humana loquela.sed et q̃ esuriit/sitiuit/iter ambulauit/laborauit: sacrificiorum oblatio/circũcisio/baptisma.vox dei desuper ad baptizatum: quid vel vnde fuerit testificatio spiritus/ et dei vox.Ioannis prophetia: significantis passionem per agni appellationem.diuersorum signorum operatio/ variæ curationes/imperium domini quo mari imperauit/et ventos sedauit/et spiritus iniquos fugauit/teipsum torquens et manifestatione virtutis suę affligens. Hæc omnia videns/ non habes quid facias: nisi tenebrosas vertigines.Et quia virgo peperit ignoras:sed confundit te angelorum laudatio/ magorum adoratio/stellæ apparitio. Ignorãtiam igitur olim incurristi per contumaciã.parua tibi videntur cunabula/passiones/circũcisio/lactis nutritio:indigna tibi deo esse hæc videntur.Iterũ ne vidisti hominem quadraginta diebus & quadraginta noctibus ingustato cibo humano/ & angelos ei ministrantes:quos & tu timebas? videns primo quasi communẽ hominem baptizatũ:et causam ignorans. post ieiuniũ vero esurienti/insidiabaris: & tentabas quasi cõmunem hominẽ/ignorãs quis esset.dicebas enim. si filius dei es:ignorãtię id est.nã si vere cognosceres:scires sine dubio.quia quę impossibilia videntur ad faciendũ/& difficilia ad conuertendũ:factori omnia possibilia sunt.Et propter ventrem tentans eũ/ qui pascit omnes esca indigentes:audes tentare dominum gloriæ.oblitus per tuam maliciã/quia non in pane solo viuit homo:sed in omni verbo quod procedit ex ore dei/scires quia filius dei erat.cognosceres vtiq; quia in quadraginta diebus & quadraginta noctibus nullo egens/reddens corruptibile corpus:etiam in continuatione hoc facere poterat.Sed idcirco esurijt:vt ostenderet quia vere suscepit corpus passibile/simile hominibus. propterea & primo ostẽdit quia deus erat: & secundo quia & homo fuit.Tu ergo qui tanquam fulgur de sublimi gloria cecidisti:audes dicere domino/ mitte te deorsum.cui ea quę sunt: æstimantur quasi quæ non sunt. & ad inanem gloriam prouocas eum: qui non extollitur. et fingis te scripturas de eo legere dicens: scriptum est enim/ quoniam angelis suis mandauit de te nequando offendas ad lapidem pedem tuum. et fingis te sequentia ignorare/ auferens ea quæ de te ac tuis ministris prophetauit dicens: super aspidem & basiliscum ambulabis/ et conculcabis leonem et draconem. Si ergo conculcatio es pedum domini: quomodo tentas intentabilem? immemor legislatoris qui dixit: non tentabis dominum deum tuum.& audes impudentissime opera dei assumere/et dicere quia tibi traditus est principatus eorũ:et casum tuũ ostẽdis contra dominũ deũ tuũ.et promittis te dare ei quę sunt ipsius/dicẽs:hęc oĩa tibi dabo/si cadẽs in terrã adoraueris me.Quomodo non timuisti talem vocem contra dominum emittere:tu qui omnium malignorũ spirituũ malignissimus es? et pro malicia/vẽtre et pectore ĩ terrã

Matth.3. Ioan.1. Matth.8. Matth.4. Deutero.8 Luce.10. Matth.4. Psal.90. Deutero.6 Gene.3.

repere ˊuſſus es:& per inanē gloriā inhonoratus es/qui ꝑ auaritiā & arro=
gantiā ad impietatē deductus es? Tu inceſor/draco/apoſtata/ſerpens per=
plexus a deo diſcedēs:a CHRISTO ſeparatus/a ſancto ſpiritu alienus/
& a choro angelorū exulās. Iniuriator legis dei/& legitimorū inimicus:qui
ſuper prothoplaſtos inſurrexiſti/& a mādato dei auertiſti eos qui nichil te Gene.4.
leſerunt.qui aduerſus Abel: Cain parricidā excitaſti.qui in Iob: mala ex= Iob.1.
ercuiſti.tu ergo huiuſmodi dicis domino:ſi cadens in terrā/adoraueris me.
O audacia/O puniende ſerue fugitiue/ſerue flagellande/ exterminator bo=
norum:domino dominorū/perfecto deo omniū intelligibiliū atq; ſenſibi=
liū dicis/ſi cadens adoraueris me? Dominus autē lōganimis/qui nō in prę=
ſenti & illico interficit eum qui per ignorātiā & audaciā talia dicit:ſed mā=
ſuete reſpondet dicens.vade ſathana.non dixit reuertere poſt me:non enim
es reuerſurus aliquādo.ſed vade inquit ſathana:in ea quæ tibi elegiſti loca.
vade in ea quibus prouocatus es a tua malicia. Ego autem ſcio quis ſum/& Deute.6.
a quo ſum miſſus:& ſcio quem debeo adorare. dominū enim (inquit) deū
tuū adorabis:& illi ſoli ſeruies. Scio enim & noui vnum ſolū:cui non dene=
go ſeruire.a quo tu apoſtata factus es.non enim ſum antitheus hoc eſt cō=
trarius deo:ſed confiteor eius eminentiam/et non recuſo adorare eum quē
noui natiuitatis meæ authorem & dominum/ atq; meæ perſeuerantię cu= Ioan.6.
ſtodem.ego enim viuo propter patrem. Hęc autem fratres per diſpoſitio=
nem dei coactus ſum mittere ad vos:monens vos ad gloriam dei nō quaſi
extraneus/ſed ſicut frater. Subiecti eſtote epiſcopo & preſbyteris & diaco=
nus.diligite inuicem in domino:ſicut dei ſimulacra. Videte ergo viri: vt dili=
gatis vxores veſtras/ſicut propria membra.mulieres vero ſicut vnitatis ta=
ctu viros veſtros amate. Qui caſtus eſt vel continēs/non extollatur:ne per=
dat mercedem ſuam. dies feſtos nolite inhonorare. quadrageſimam vero Quadrage ſima.
nolite pro nichilo habere: imitationem enim continet dei conuerſationis. Hebdoma= da paſſiōis
Hebdomadam etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta vero et ſexta feria Quarta fe= ria.
ieiunate:reliquias pauperibus porrigentes. Quicūq; dominicam aut ſab= Sexta feria
batum ieiunauerit pręter vnū ſabbatum paſchę:ipſe eſt CHRISTI inter= Dies domi nica.
fector. Orationes veſtrę protendantur ad eccleſiam Antiochię:vnde et vin Sabbatum.
ctus ducor Romā. Saluto ſanctum epiſcopū Polycarpum. Saluto ſanctū Polycarp⁹.
epiſcopū Vitalem et ſacroſanctū preſbyterū/et conſeruos meos diaconos: Vitalis.
ꝑ quorū animabus ego efficiar. Adhuc dico epiſcopo et preſbyteris in do Paſcha.
mino/quicūq; cum Iudęis paſcha egerit/aut ſolennia dierū feſtorum eorū Philon.
ſuſceperit:cōparticipabit eis qui dominum et apoſtolos eius occiderūt. Sa= Agathop⁹.
lutant vos Philon et Agathopus diaconi. Saluto cōgregationem virginū/
legionem viduarum:a quibus adiutus ſum. Saluto populū domini/a mini=
mo vſq; ad maximum. Tranſmiſi vobis hęc mea ſcripta per Euphanium
lectorem/virum deo honorabilem et fideliſſimum:qui michi occurrit in re=
gionem iam nauim aſcenſuro. Mementote vinculorum meorum:vt cōſum
mer in domino. Incolumes eſtote carne et anima et ſpiritu/perfecta ſentien
tes:deuitantes operarios iniquitatis et corruptores verbi veritatis/ confor=
tati in gratia domini noſtri IHESV CHRISTI. Amen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

ℭ Ad Philadelphienſes ex Troia. Epiſt. V.



IGnatius qui & Theophorus: eccleſiæ dei patris & domini
noſtri IHESV CHRISTI/quę eſt in Philadelphia/ mi-
ſericordiā conſecutę in dilectione/& cōfirmatione in cōcor
dia & exultatione dei/in paſſione domini indiuiſæ & in re
ſurrectione eius/repletæ omni miſericordia: quā & ſaluto i
ſanguine IHESV CHRISTI quod eſt gaudiū ſempiter
nū & ſingulare maxime ijs qui ſunt in vnū cū epiſcopo/cū preſbyteris/& di
aconis probatis in volūtate dei patris: per dominū IHESVM CHRI-
Matth. 16. STVM qui ſecūdū ſuā volūtatē ſolidauit firmiter eccleſiam eius ſuper pe
trā/ædificio ſpirituali non manufacto. quā flumina inundātia & flātes ven
ti non valuerūt ſubuertere: nec valebūt aliquādo ſpiritus nęquitiæ/ſed de-
Lucę. 6. bilitātur virtute domini noſtri IHESV CHRISTI. Videns autem epi-
ſcopū veſtrum/cognoui: quia non a ſemetipſo/neqꝫ ab hominibus promo-
tus eſt in miniſterium ad cōmunionē pertinens/ neqꝫ per inanē gloriā: ſed
in dilectiōe IHESV CHRISTI/et dei patris qui reſuſcitauit eū a mor-
tuis. cuius expaueſco māſuetudinē: quomodo tacēs amplius poteſt a loquē
te. Aptus eſt enī mādatis domini/et iuſtitię eius: ſicut chordæ citharę. et eſt
Lucę. 1. irreprehenſibilis: non minus a Zacharia ſacerdote. propter quod beatifi-
cat anima mea illius ſecundū deū diſpoſitionē: cognoſcēs innocentē & per-
fectā/et immobilē/et ſine ira circa oēs/eius manſuetudinē/tanq̄ dei viui. Si-
cut ergo filij lucis fugite diuiſionē vnitatis/et malā doctrinā hæreticorū: ex
quibus exit coinquinatio in omnē terrā. Vbi ergo paſtor eſt: illuc ſicut oues
cōgregemini. multi enim lupi pellibus ouiū induti/ volūtate mala captiuāt
Matt. 7. decurrētes ad deū: ſed in veritate veſtra nō iueniūt locū. abſtinete itaqꝫ vos
a verbis malis: quæ IHESVS CHRISTVS nō ſeminauit/ſed hominū
interfectrix beſtia. propter quod non ſunt plantatio patris: ſed ſeminariū
næquiſſimi. Non ergo ſeparationem inueniens apud vos hæc ſcribo: ſed
vt muniēs vos vt filios dei. Quotquot enī ſunt CHRISTI: ipſi ſunt epi-
ſcopi. Qui autem declinant eum vel communionem eius/et ſociant ſe cum
maledicis: ipſi cum illis ſimul abſcinduntur. Non enim ſunt agricolæ Chri-
ſti/ſed inimici ſeminarium: a quibus eruamini ſemper precibus aſſidentis
De veniētibus ad ſacramētum pœnitētiæ et reconciliationis. paſtoris veſtri fideliſſimi/& mitiſſimi. Rogo itaqꝫ vos in domino/ quicūqꝫ
pœnitentes venerint ad vnitatem eccleſiæ: ſuſcipite eos cum omni manſue
tudine. vt per vtilitatem et bonamdem onſtrationem de luto et muſcipula
diaboli eruti/et digni Iheſu Chriſto effecti: ſempiternā ſalutē percipiant in
regno Chriſti. Nolite ergo errare fratres. Quicunqꝫ enim ſeparatū a verita
te fuerit ſecutus: regnum dei non hæreditabit. Et qui non diſceſſerit a falſi-
loquo prędicatore: in gehēnā dānabit̃. vnde nec a iuſtis diſcedere: neqꝫ iniu
ſtis appropinquare oportet. Quicūqꝫ enī in aliena ſentētia ambulauerit: ip
ſe nō eſt Chriſti/nec paſſionis eius particeps/ſed eſt fraudator/et corruptor
vineæ Chriſti. Tali ne commiſceamini: ne ſimul cum eo pereatis/nec ſi pa-
Ezech. 9. ter ſit/vel filius/aut frater/aut domeſticus. non enim (inquit) parcat oculus
Pſal. 138. tuus ſuper eū. Qui ergo odio habent deum: oportet etiam vos eos odire/

et super inimicos eius tabescere.non quidē persequi eos/aut percutere nos
oportet secundū gentes quæ non nouerūt deū:sed inimicos arbitrari/& se-
parari ab eis.et monere eos/& ad pœnitētiam prouocare:si forte audiāt et 1.timo.2.
acquiescāt. Amator enim hominū est deus noster:& vult omnes homines Matth.5.
saluos fieri/et ad agnitionē veritatis venire. Propter quod & solem oriri facit
super bonos & malos:et pluit super iustos & iniustos. Cuius vtilitatis etiā
nos dominus volēs esse imitatores dicit:estote perfecti/sicut & pater vester
cœlestis/perfectus est. Ego cōfido in vobis:quoniam in domino nihil aliud
sapitis.propterea fiducialiter scribo deo dignæ dilectioni vestræ/rogās vos
vt instetis vni fidei/vni prædicationi:vna gratiarū actione vtentes. Vna est
enim caro domini IHESV/& vnus eius sanguis:qui pro nobis effusus est.
vnus etiā panis pro omnibus cōfractus/& vnus calix totius ecclesię/et vnus
episcopus simul cū omnibus presbyteris/& diaconis cōseruis meis.quia et
vnus est ingenitus deus pater/& vnus vnigenitus filius deus verbū & ho- Ephe.4.
mo/& vnus paracletus spiritus veritatis. Vna etiā prædicatio/& fides vna/
et vnum baptisma/& vna ecclesia:quā fundauerūt sancti apostoli a finibus
vsq; ad fines/in sanguine CHRISTI proprijs sudoribus & laboribus. Et
vos ergo oportet sicut populū sacerdotalē/& gētem sanctā:in concordiā om
nes in CHRISTO cōsummari. Mulieres vero subditæ estote viris vestris
in timore dei:virgines CHRISTO in incorruptione:non execrātes nu-
ptias/sed meliora diligentes.non in criminatione cōtagij:sed propter legis
meditationem. Filij subditi estote parentibus:& diligite eos tanq̃ coopera-
rios dei ad vestram generationem. Serui subditi estote dominis vestris
in deo:vt CHRISTI liberi efficiamini. Viri diligite vxores vestras sicut
conseruas in domino vt proprium corpus/sicut socias vitæ/& cooperatrices Helias.
ad filiorum procreationē. Virgines solū CHRISTVM præ oculis habe- Iesu naue.
te:& eius patrē in animabus vestris/illuminatæ a spiritu sancto. Memor sū Melchise- dech.
sāctitatis vestrę sicut Heliæ/sicut Iesu Naue/sicut Melchisedech/ sicut Heli- Heliseus.
sei/sicut Hieremiæ/sicut Ioannis baptistæ/sicut dilectissimi discipuli/sicut Hieremias
Timothei/sicut Titi/sicut Enodij/sicut Clementis:vel eorū qui in castitate Ioānes ba-
de vita exierūt. Non detraho autē cęteris beatis qui nuptijs copulati fuerūt: ptista.
quorū nūc memini.opto enim deo dignus ad vestigia eorū:in regno ipsius Dilectissim9
inueniri.sicut Abraham/et Isaac/& Iacob/sicut Ioseph et Esaias/& cæteri discipulus. Timothe9.
prophetæ/sicut Petrus/et Paulus & reliqui apostoli:qui nuptijs fuerūt so- Titus.
ciati.qui non libidinis causa/sed posteritatis subrogādæ gratia:cōiuges ha- Enodius.
buerunt. Patres nutrite filios vestros in eruditione & disciplina domini:et Clemens.
docete eos sacras litteras/& artes honestas/vt non ocio gaudeāt. Bene enim De cōiuga- tis.
(inquit)nutrit pater iustus:in filio autē sapiēte lætabitur cor eius. Domini Abraham.
benigne in domesticos vestros intendite:sicut sanctus Iob docuit.vna enim Isaac.
est natura:& vnū genus hominū. In CHRISTO autē/neq; seruus/neq; Iob.30.
liber. Principes subditi estote cæsari:milites principibus/diaconi presbyte- Iacob Ioseph.
ris/vt sacrorū āministratoribus.presbyteri vero & diaconi atq; omnis cle- Esaias.
rus simul cū omni populo/& militibus atq; principibus sed & cæsare:obe- Petrus. Paulus.
diāt episcopo/episcopus vero CHRISTO/sicut patri CHRISTVS.et

Iudith. Anna.

ita vnitas per omnia seruatur. Sint autē viduæ non vagæ/neq; gulosæ/neq; proterue: sed pudicæ & sobriæ/sicut Iudith et Anna. Hæc autem non sicut apostolus pręcipio. quis enim sum ego/aut quæ domus est patris mei: vt æqualē me illis dicā: sed sicut cōmilito vester/obedietiæ ordinem cōtinens. Fratres mei valde pronus sū ad dilectionē vestrā: superexultās de vnanimitate vestra. Moneo eni vos nō ego/sed dominus IHESVS per me: in quo vinctus sum. Adhuc magis timeo quia nōdum perfectus sū: sed oratio vestra faciet me perfectū apud deum: vt eum in quo vocatus sum merear adipisci/cōfugiens ad euāgelium tanq̄ ad corpus Ihesu Christi/ad apostolos tanq̄ ad presbyteros ecclesiæ. Et prophetas quidē diligo: vt Christum prænunciātes/continētes eius spiritū sicuti & apostoli. Sicut enim pseudoprophetæ & pseudoapostoli vnum eūdemq; malignū & seductorē/& populū errare facietem spiritum assumpserūt: sic certe veri prophetæ & veri/apostoli vnū eūdemq; sanctū/bonum/principalē & verum/atq; doctorē per Christum acceperūt spiritum. vnus enim deus veteris et noui testamēti/vnus et mediator dei & hominū: ad facturam intelligibiliū & sensibiliū/& prouidentiā gerēs omniū. Vnus quoq; & paracletus: qui operabatur in Mose/et prophetis/et apostolis. Omnes enim sācti cū CHRISTO saluati sunt per ipsum/in ipso sperātes/atq; ipsum expectātes: & per ipsum salutem adepti sunt qui erāt digni dilectione/& digni laude. sanctificati a Christo Ihesu/testificātes in euangelio spei cōmuni. Si quis deū legis & prophetarū vnum prædicauerit/Christum autē negauerit filiū esse dei: mēdax est/quomodo et pater eius diabolus. & est huiusmodi inferioris circūcisionis pseudo Iudæus. Si autē quis cōfitetur Christū Ihesum dominū/negat autē deū legis et prophetarum patrem esse Christi: hic in veritate nō stat/quomodo nec pater eius diabolus. & est huiusmodi: Simonis magi/& non sancti spiritus discipulus. Si quis autē dicit vnū deum/cōfiteturq; Ihesum Christū: hominem vero purum putās dominū/& non deū vnigenitū/& sapiētiam/et verbum dei/sed ex anima et corpore eum solū esse existimās: huiusmodi serpēs est seductor/errorē prædicās ad perditionē hominū. huiusmodi pauper est sensu: sicuti vocatur & adinuētor ipsius erroris Ebion. Si quis enim hæc cōfitetur/corruptionē autē & coinquinationē vocat legitimā cōmixtionem/et filiorum procreationē/aut aliquā escam execrabilē putat: huiusmodi habet cohabitatorē draconem apostatā. Si quis enim patrē & filiū & spiritū sanctum cōfitetur/& creaturā laudat/simulationē vero dicit incarnationem/et passionē erubescit cōfiteri: huiusmodi fidem abnegat nichilominus q̄ interfectores CHRISTI Iudæi. Si quis autē hæc cōfessus fuerit: & quia deus verbum in humano corpore habitauit sicut & anima in corpore: propter quod inhabitare dicimus deū in corpore/sed non in humana anima: dicit autem quasdā iniquas mixtiones aliquid boni esse/& finē beatitudinis voluptatē ponit (qualis ille falso nomine Nicolaita) hic neq; dei amicus/neq; Christi amator esse potest: sed corruptor propriæ carnis. & propterea a spiritu sācto desertus est: et a Christo alienus. Huiusmodi oēs/statuæ exanimes sunt: & sepulchra mortuorū/in quibus scripta sunt tātūmodo nomina

Ebion et Ebionita/ pauper interpretaт. Ideo dicit: pauper est sensu/sicut vocatur.

defũctorũ. Fugite ergo malas artes/insidias spiritus:qui operat̃ in filijs sæ-
culi huius. nequãdo tribulati infirmemini in dilectione:sed omnes idipsum
estote inseparabiles corde/& in vnanimitate vnũ semper sentiẽtes in idipsũ.
de hocipso glorificãtes in requie/et in p̃iculis/et i tristitijs/& in gaudijs. Gra
tias ago deo per IHESVM Christũ/quia bene michi cõscius sũ in vobis:
et nõ habet quis vnde gloriari/neq̃ clam neq̃ palã & publice:ꝙ grauaueri
aliquẽ aut in modico aut in magno. Et õnes quibus locutus sum precor:vt
non in testimoniũ illud possideat. Si enim secũdum carnẽ me voluerũt qui-
dam oberrare:sed spiritus meus nõ oberrat. a deo eteni eũ accepi:noui enim
vnde venerit/& quo eat/et occulta arguet. Clamaui enim voce magna inter
eos quibus loquebar:nõ meum sermonẽ/sed dei proferẽs/episcopo intẽden-
te/& presbyteris/& diaconis. hi vero despexerũt me:tanq̃ prohibẽtem diui-
sionẽ quorũdam fieri. Hoc autẽ dicẽti testis ille est propter quẽ ego vinctus
sum:quia de humano ore hæc non cognoui/sed spiritus michi præconisauit
dicens/hæc præter episcopum ne feceritis. vnitatem diligite. diuisionem fu-
gite. Imitatores estote Pauli & cæterorum apostolorum:quomodo & ipsi
Christi. Ego quidẽ quod meũ fuit feci:vt homo in vnitate perfectus. adijci-
ens etiã hoc/quia vbi dissensio mẽtis & iracũdia et odium:illic deus nõ ha-
bitat. Omnibus igitur pœnitẽtibus dimittit deus/si ad vnitatẽ Christi con-
currũt/& ad cõsensum episcopi. Credo gratiæ Ihesu Christi:quia soluit a
nobis omne vinculũ iniustitiæ. Rogo autẽ vos vt nichil secũdũ iracũdiã aga
tis:sed secũdum Christi militiã. Audiui enim quosdã dicẽtes:si nõ inuenero
euangeliũ in antiquis/nõ credã. Talibus autẽ ego dico:quia michi antiqui-
tas IHESVS Christus est. cui nõ obedire:manifestus et irremissibilis inte-
ritus est. Principat⁹ eius est crux/& mors ipsius/et resurrectio/& fides in om
nibus his. in quib⁹ volo per vos/nos in orationib⁹ vestris iustificari. Qui nõ
credit euãgelio:õnibus simul nõ credit/qui nõ p̃iudicat ãtiquitati spiritus.
durũ est enim cõtra stimulũ calcitrare:durũ etiã Christo nõ credere/durum
quoq̃ apostolorũ prædicationẽ spernere. Boni eni sũt sacerdotes/& sermo-
nis ministri. melior autẽ est põtifex cui credita sunt sancta sanctorũ/cui soli
cõmissa sunt secreta dei. Bona sunt etiã officia virtutis dei:bonus quoq̃ spi-
ritus sãctus/qui est super õnia sancta sãctissimus/& verbi minister. sed super
omnes sãctos sanctissimus est sũmus põtifex/et p̃ceps pontificũ:qui est le
gatus & minister patris. et princeps legionũ militiæ cœlestis/per quẽ pater
omnia fecit:atq̃ omnẽ prouidẽtiã gerit. Ipse eni est via quæ ducit ad patrẽ:
ipse est petra/maceria/clauis/pastor/sacerdotiũ/ianua sciẽtiæ & agnitionis:
per quã introiuit Abrahã/& Isaac/et Iacob. Moses quoq̃ atq̃ õnis cho-
rus prophetarũ/et colũnæ mũdi apostoli/et sponsa domini ecclesia:pro qua
sãguinẽ suũ fudit vt eã redimeret. Omnia igitur hęc in vnitate vnius/et vni-
geniti veri dei. Quid autẽ præcipuũ habet euãgeliũ? præsentiã aduẽtus sal-
uatoris nostri IHESV Christi/passionẽ/sed & ipsã resurrectionẽ. Quę eni
prophetæ annũciauerũt dicẽtes:donec veniat cui repositũ est/et ipse erit ex-
pectatio gẽtiũ:hæc in euãgelio cõpleta sunt/dicẽte domino. pergite & doce-
te omnes gẽtes/baptizãtes eos in nomine patris/& filij/& spiritus sancti.

Sanctissim⁹ martyr accepro spiritu sancto quæ pręcipiebat loquebat̃ vt Petrus/Paulus/Barnabas/& cęteri apostoli.

Actuũ. 9.

Hebræ. 1.

Ioan. 14.

Gene. 49.

Matth. 28.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Omnia ergo bona sunt simul: lex/ prophetæ/ apostoli/ ōnis cōgregatio quæ per ipsos credidit. Solū autē restat vt inuicē diligamus. quoniā secūdū orationē vestrā/ & viscera quę habetis in domino IHESV: annūciatū est michi pacificare ecclesiā quæ est in Antiochia Syriæ. Decet enim vos tanq̄ ecclesiam dei ordinare episcopū ad mittēdum illuc visitationē dei: cōcedere eis in idipsum cōstitutis glorificare nomē dei. Beat⁹ in Christo Ihesu: qui dignus effectus fuerit tali ministerio. Et vos quidē festinātes glorificamini in Christo. Volūt autē vobis (quod nō est ōnibus impossibile) pro noīe dei (quomodo & semper vicinæ ecclesiæ cōsueuerūt) mittere vobis episcopos/ presbyteros/ & diaconos. De Philone vero diacono viro religioso a Cilicia qui nunc michi ministrat ī verbo domini/ vna cū Gaio et Agathopo viro electo (qui a Syria me sequitur) testificor vobis quia renūciauerūt sæculo: & martyriū consūmare elegerūt. Et ego gratias ago pro vobis: rogās vt suscipiatis eos in domino/ vt et vos suscipiat Ihesus Christus. Qui enim eos diffamauerūt/ redēpti sunt in gratia Ihesu Christi: qui non vult mortē peccatoris sed pœnitentiā. Salutat vos dilectio fratrū qui sunt in Troia: vnde & scribo vobis per Burgum qui missus est simul ab Ephesijs & Smyrneis ad verbū honoris/ quos Ihesus Christus redimat: in quē sperāt carne et anima/ spiritu et fide/ dilectione & cōcordia. Incolumes estote in domino Ihesu Christo/ cum omni spe nostra in spiritu sancto. Amen.

Philon. Gaius. Agathop⁹. Ezechi. 18. Burgus.

¶ Ad Smyrnenses ex Troia. Epist. VI.

IGnatius qui et Theophorus: ecclesiæ patris altissimi & dilectissimi filij eius IHESV Christi misericordiā cōsecutæ/ et gratia repletæ/ in fide & dilectione fundatæ/ & totius gratiæ deo decētissimæ/ sāctissimæ/ sanctificatę/ quæ est in Smyrna: immaculatæ spiritu & verbo dei/ plurimā salutē. Glorifico deū & patrē domini nostri Ihesu Christi: qui per seipsū vos tantū illuminauit. Agnoui enim vos perfectos esse in fide imobili tanq̄ clauis affixos cruci domini Ihesu Christi carne & spiritu. et cōfirmatos in charitate dei in sanguine CHRISTI: & vere ad plenū instructos in domino Ihesu Christo filio dei/ primogenito totius creaturæ/ deo verbo vnigenito

Matth. 1. filio: qui est ex genere Dauid secūdum carnē ex MARIA virgine. baptiza

Matth. 3. tus a Ioanne vt adimpleretur ōnis iustitia: qui cōuersatus sancte sine pecca

Lucæ. 23. to/ sub Pontio Pilato et Herode tetrarcha vere clauis cōfixus est pro nobis in carne. a quo & nos redēpti sumus per diuinā & beatā eius passionē: vt tollat secū sibi cōiunctos in sæcula per resurrectionē ad sāctos & fideles suos/ siue ex Iudæis/ siue ex gētibus in vnū corpus ecclesiæ suæ. Hæc enim ōnia passus est pro nobis/ & vere passus est: nō putatiue sed vere/ sicuti & resurrexit. Sed nō sicut quidā infideliū erubescētes plasmationē hominis/ & crucem & ipsam mortē/ dicūt: quasi putatiue & nō vere suscepit corpus ex virgine/ et putatiue passus est. immemores illius qui dixit/ verbū caro factū est:

Ioan. 1. et habitauit ī nobis. & iterū. Soluite tēplū hoc: et ego in triduo resuscitabo il

Ioan. 2. lud. Et in alio loco/ cū exaltatus fuero a terra: ōnia trahā ad meipsum. Ergo

Ioan. 12. Prouer. 9. verbum habitauit in carne. sapiētia enim ædificauit sibi domū. verbū ergo:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

templū sūiipsius ab aduersarijs dissolutū/resuscitauit tertia die. verbū vtiqꝫ Nume.21.
exaltata carne sua veluti illo æneo serpēte in eremo: attraxit ad se omnes ad
salutē æternā. Ego autē non solū natum eū & crucifixū in corpore factum Lucæ.24.
scio: sed etiā post resurrectionē in carne eum noui/ & credo esse. Nā cum ad
eos qui cū Petro erāt venisset: ait illis. Palpate me & videte: quia nō sum dæ-
moniū incorporeū. spiritus carnē & ossa non habet: sicut me videtis habere. Ioan.20.
Et Thomæ dixit. Inijce digitū tuū in fixurā clauorum/ & affer manū tuā/
et mitte in latus meū: & noli esse incredulus/ sed fidelis. Et statim credide-
rūt: quia ipse erat CHRISTVS. Propter quod & Thomas ait illi: deus
meus/ & dominus meus. propterea ergo mortē contempserūt: parū dicētes
esse/ iniurias & plagas/ et alia nōnulla propter ipsum sustinere. Nā et postq̄
ostēdit se eis/ quia vere & nō putatiue resurrexisset: mādu cauit cū eis & bi- Marci.16.
bit. & sic vidētibus eis assūptus est cū carne: ad eū qui miserat illū. In qua et
iterū vēturus est cū gloria & virtute/ secūdum quod dictū est ab angelis ad Actuū.1.
apostolos: hic Ihesus qui assūptus est a vobis i cœlū/ sic veniet queadmodū
vidistis eum ascēdētem in cœlum. Si ergo sine corpore dicunt eum vēturū Zacha.12.
esse in cōsummatione sæculi: quomodo visuri sunt eū illi/ qui cōpunxerūt in
eū: & cognoscētes plāgent inter se? Nā incorporaliū/ neqꝫ species neqꝫ figu-
ra/ sed neqꝫ effigies quidē aliqua animalis formæ haberi poterit: in qua fi-
guræ clauorū/ vel lanceę foramē appareat/ propter simplicitatē naturæ. Hęc
autē moneo vos charissimi: sciēs quia & vos sic habetis. præcustodio autem
vos a bestijs/ hominū figuras habētibus: quas nō solum deuitare/ sed etiā fu-
gere oportet vos. Tantū orate pro illis: vt forte pœniteāt. Si enim putatiue
in corpore fuit dominus/ & putatiue crucifixus est: ergo & ei putatiue ego
vinctus sum. Quare autē & meipsū tradidi ad mortē/ ad ignem/ ad gladiū/
ad bestias? Sed nō putatiue/ sed vere ōnia sustineo propter CHRISTVM
ad compatiendum ei/ ipso me confortante/ quia non est michi tanta virtus.
Quem profecto quidam ignorantes negauerūt: & cōsentiūt magis mēda-
cio q̄ veritati. quibus nec persuaserūt prophetæ/ neqꝫ lex Mosi: sed nec nunc
vsqꝫ euangeliū/ nec nostræ speciales passiones. nā & de nobis hoc ipsū senti-
unt. Quid enim me iuuat si me quis laudauerit: dominū autē meū blasphe-
mauerit/ si non eū cōfessus fuerit incarnatū esse deum? hoc autē qui nō dixe-
rit: perfecte eū negat/ sicut mortuū baiulās. Nomina vero eorū infidelia: nō
michi est nūc visum scribere. sed neqꝫ cōtingat michi vt mētionē eorū faciā:
donec pœniteāt. Nemo seipsum seducat. Si eni nō crediderit Christū Ihe-
sum in carne fuisse cōuersatum/ & cōfessus fuerit crucē eius/ & passionē/ et sā-
guinē quē effudit pro mundi salute: vitā æternā nō cōsequetur. siue rex/ siue
sacerdos/ seu princeps/ seu priuat⁹: seu dominus/ siue seruus/ seu vir/ siue mu-
lier. qui capit capiat: & qui audit audiat. Locus ergo & dignitas atqꝫ diuitię:
neminē inflēt. Ignobilitas & paupertas: nullū humiliet. sed cum his ōnibus:
fides eius sit in deum/ & in Christū/ & spes fruitionis futurorū bonorū cū Matth.22.
dilectione/ quæ est circa deū & circa proximū. diliges eni dominum deū tu-
um ex toto corde tuo: & ꝓximum tuū sicut teipsum. Sed & dominus dicit. Ioan.17.
Hęc est vita æterna vt cognoscāt te solū verū deū: & quē misisti IHESVM Ioan.13.
CHRISTVM. & illud Ioānis. Mādatum nouum do vobis vt diligatis

inuicē:in his enim duobus mādatis/tota lex pēdet & prophetæ. Dicite ergo eis qui taliter docēt:quomodo legē ponūt/incognitū esse patrē CHRISTI prædicātes? quomodo etiā:cū infidelem inimicitiā inuicē habēt/dilectionē autē futurorū negligūt/præsentia dissimulāt? quæ vētura sunt:tanq̄ præsentia esse putāt/et tāq̄ sōnia et phantasiā existimāt. mādata cōtēnunt/viduā et orphanū despiciunt:vinctū deridēt/resurrectionē frustrāt. Huiusmodi oēs
Gene.3. nepotes sūt illi⁹ inueterati malorū spiritus/qui et Adā per mulierē mādatū
Gene.4. trāsgredi persuasit. qui et Abel per Cain occidit:qui et Iob decipere cona-
Iob.1. tus est. qui et Iesu filio Iosedech resistere tētauit:qui & apostolorū fidē sub-
Zacha.3. uertere voluit/et Iudæorū multitudinē aduersus dñm suscitauit. qui & nūc
Lucæ.22. operatur in filijs diffidētiæ. A quibus eruat nos dñs Ihesus Christus. qui patrē deprecatus est:vt nō deficeret fides apostolorū. nō q̄ nō sufficeret custodire eā:sed gaudēs de patris eminētia/ipsū deprecatus est pro eis. Dignū est ergo a talib⁹ abstinere:et neq̄ propriū cū his/neq̄ cōmune colloquiū habere. sed intēdere legi & prophetis/et euāgelizātibus vobis salutare verbū. Nefādas vero hereses & scismata faciētes/fugite:sicut principatū malorū. Oēs episcopū sequimini/sicut Christus IHESVS patrē:presbyteros sicut apostolos/diaconos autē veneramini sicut mādato dei ministrātes. Nemo
Eucharistia p̄ter episcopū aliquid agat eorū q̄ ad ecclesiā p̄tinet. Firma eucharistia reputet:quę ab episcopo cōcessa fuerit. Vbi episcopus præsēs fuerit:illuc & plebs cōgreget. sicuti & vbi Christus est:oīs cœlestis militia adest/tanq̄ principi militiæ virtutis dñi. & ipse est dispēsator totius itelligibilis naturę. Propterea nō licet sine episcopo:neq̄ offerre/neq̄ sacrificiū imolare/neq̄ missas celebrare. Sed si ei visū fuerit scd̄m beneplacitū dei:tūc demū tutū & firmū erit. Ergo oīa quæcūq̄ agitis et facitis iā/mutabilia sūt:vt corrigam⁹ nos in deo/ cū tēpus habemus pœnitēdi. Quod eni incertū est:nō habet cōfessionē. Ec-
Eccēs.12. ce eni homo inquit:& opera eius cū eo. Sicut scriptū est:honora inquit fili
.1.petri.2. deū/& regē. ego autē dico:honorate quidē deū & authorē omniū et dñm. episcopū autē tanq̄ principē sacerdotū:imaginē dei ferentē/pricipatū quidē secundū deū:sacerdotiū vero secundū Christū. et post hūc/honorare oportet etiā regē. Nemo eni potior est deo:neq̄ similis ei. neq̄ episcopo i ecclesia honorabilior:sacerdotiū dei gerēti p̄ mūdi salute. neq̄ regi quis similis est in exercitu:pacē & beniuolētiā oībus principibus cogitāti. Qui eni honorat episcopū/honorabit̄ a deo:& qui inhonorauerit eū/a deo inhonorabit̄. Si enim quis cōtra regē insurgēs/dānatione dignus est:quomodo vltionē euadere poterit/qui p̄ter episcopū aliquid egerit? Sacerdotiū eni sūma est omniū bonorū:quæ in hoībus cōstāt. quod si quis inhonorauerit:deū inhono-
Colos.1. rat/et dñm IHESVM Christum primogenitū totius creaturæ/& solū natura principē/sacerdotē dei. Omnia bene vobis ordinate:quę mādata sūt in Christo. Laici diaconis subditi sint:diaconi presbyteris/presbyteri episcopo/episcopus Christo:sicut ipse patri. Secūdū q̄ vos me refecistis fratres:et vos dñs Ihesus Christus. absentē me & præsentē dilexistis:retribuat vobis deus p̄pter quē tanta in vinctū eius ostēdistis. & si quidē nō sum sufficiēs:
Matth.10. sed tamē deuotio vestra grādis est. Si quis eni honorauerit prophetā in nomine prophetæ:mercedē p̄phetæ accipiet. Manifeste & qui honorat vinctū

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

CHRISTI IHESV:mercedē martyrū accipiet.Philoni et Gaio/et Aga Philon.
thopo qui me sequūtur in verbo dei/qui sunt ministri Christi:benefecistis Gaius.
suscipiēdo eos sicut ministros dei.qui et maximas gratias agūt domino pro Agathop9.
vobis:quoniā refecistis eos oībus modis.Nichil vobis reputabitur ad pec-
catū:de ijs quę eis impēdistis.det vobis dn̄s iuenire misericordiā apud deū.
In illa die pro animabus vestris/spiritus meus & vincula mea sint:quæ nō
spreuistis/nō erubuistis.hæc est pfecta spes in Christo Ihesu.Orationes ve-
stræ appropinquauerūt ad Antiochenā ecclesiā:cui & pacifici estis.Vnde
et vinctus:ōnes saluto.et non sum dignus esse vltimus eorū.sed secundū dei
voluntatē dignus effectus sum/nō ex mea ꝓuidentia:sed ex gratia dei.quā
opto perfectā michi tribui:vt per vestras orationes deū merear adipisci.vt
opus vestrū perfectū sit in cœlo & in terra.Decet ergo vos in honorē dei cu-
rā gerere deo dignæ ecclesiæ dei/quæ est in Syria:& gratulari eis/quia paci-
fici sunt.et perceperūt suā magnificentiā:et restituta est in corpore eorū.Sed
michi visū est mittere illuc cū epistola:vt glorificēt tranquillitatē quæ eis se-
cundo cōtigit/et quietē.Ego vero merui portū tutissimū orationibus vestris.
Cū sitis perfecti:perfecta cogitate/sentite/sapite.Volētibus eni vobis bene
agere:etiā deus paratus est vobis præstare.Salutat vos dilectio fratrum ve-
strorū/quæ est in Troia:vnde & scribo vobis per Burgū quē misistis mecū Burgus.
vna cū Ephesijs fratribus vestris:qui me refecit in oībus.Et debuerāt quidē
omnes imitari:quia exēplum est ministerij dei.retribuet ei dn̄s gratiā in om
nibus.Saluto deo dignū episcopū vestrum Polycarpū:et deo decētissimum Policarpus Christofor9
presbyterū.et Christoforus diaconus meus:& cōseruus/et specialiter & ge-
neraliter ōnes in nomine domini IHESV Christi/& in sanguine ipsius/
et in passione/& in resurrectione carnali/et spirituali in vnitate dei & vestra.
Gratia vobis & misericordia/pax & patiētia in ōnibus in Christo.Saluto
domos fratrū meorū cum vxoribus & filijs:sed et virgines & viduas.Inco-
lumes estote in virtute dei patris.Salutat vos Philon cōdiaconus qui est me- Philon.
cum.Saluto domū Graniæ:quā opto firmari fide/& deuotione carnali et Grania.
spirituali.Saluto Alcem desiderabile nomē michi/& Daphniū spirituale et Alces. Daphnius.
bonū filiū.et oēs nominatim incolumes estote in gratia dei/et domini nostri
Ihesu Christi:repleti spiritu sancto/& sapiētia sancta atq; diuina.Amen.

¶ Ad Polycarpum episcopū Smyrnensium de illuminatis. Epist.VII.



Gnatius episcopus Antiochiæ qui & testis IHESV Chri-
sti:Polycarpo episcopo Smyrnensiū.Suscipiēs autē tuā sen-
tentiā tanq̄ supra immobilē petrā fundatā/quoniā desidero
promereri faciē tuā immaculatā/quā acquisiui in dn̄o:rogo
te in gratia dei qua inductus es/adijcere ad cursum tuū/et ro
gare oēs vt saluētur in Christo.Defende locū tuū in omni di
ligētia.vnitatis curā habeto:qua nichil melius est.Omnes baiula:quo mo-
do & te Christus.Omnes suffer in dilectione.orationibus indesinēter va-
ca.ampliorē prudentiā q̄ habes postula.vigila inobdormibilē spiritū possi-
dens.secundū adiutoriū dei loquere.omniū infirmitates porta:vt perfectus
athleta/quomodo & dominus omniū.Ipse eni(inquit)infirmitates nostras Esa.53.
portauit:et languores nostros abstulit.vbi eni magnus fuerit labor:ibi etiā

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

maius lucrū est. Si bonos discipulos amaueris: nō est tibi gratia. magis autem pestiferos subiuga in māsuetudinē. Non omne enī vulnus: vno emplastro curat. acredines atq; vehemētias embrocha cōpesce. Astutus esto vt serpens: & simplex vt colūba. propterea enī ex anima & corpore carnaliter et spiritualiter extas: vt oīa quæ tibi ostēsa fuerint in facie/ corrigas. quę autē tibi inuisibilia fuerint: pete vt tibi manifestētur. vt tibi nichil restet: sed totius gratiæ abundans sis. Tēpus deposcit te tanq̄ gubernatorē prosperū petere: et sicut naui periclitāti portū aptū ad salutē requirere. Sic & te dei athletam pręsta: vt vestē incorruptionis & vitā æternā pcipias: pro qua et tu cōfidis in oībus. pro anima tua ego efficiar/ & vincula mea quæ dilexisti. Qui se arbitrātur fide dignos esse/ & aliter docēt: nō te circūueniant. sed sta firmus sicut incus quæ percutit. Magni enī athletæ est vapulare: & vincere. maxime autē pro deo oīa oportet nos sustinere: vt ipse sustineat nos in regno. Plurimū adde ad festinationē. cōtinuanter curre. tēpora cognosce: vt in ipsis semper vincas. hic est enī stadiū: illic corona expectat Christum filiū dei. intemporalē: in tēpore. inuisibilē natura: visibilē in carne. impalpabilē & intactū: vt corporeū vero propter nos/ & cōtrectabilē. impassibilē vt deum: passibilem vero propter nos in hominem. Amen.

Embrocha fomētū est et infusio. medicinæ vocabulū.

¶ Ad Antiochenses ex Philippis. Epist. VIII.



IGnatius qui & Theophorus: ecclesiæ Antiocheni misericordiam a CHRISTO cōsecutæ/ habitāti in Syria (quæ prima Christi cognomē accepit) quæ est i Antiochia: in deo patre/ & domino Ihesu Christo salutē. Leuia michi et inonerosa fecit dn̄s vincula: cū didicissem pacificos vos esse/ & in omni cōcordia carnali & spirituali vos trāsigere. Rogo igit vos ego vinctus in dn̄o: digne ambulare in ea vocatione qua vocati estis/ custodiētes vos ab introeūtibus heresibus malignis/ ad seductionē & pditionē cōsentiētiū eis. intēdere autē apostolorū doctrinę: et legi atq; pphetis credere/ omniūq; Iudæorū aut paganorū errorē abijcere. & neq; deorū multitudinē admittere: neq; Christum ad excusationē vnius dei negare. Mose fideli famulo dei ad populū dicēte: dn̄s deus tuus/ deus vnus est. & vnū atq; solum prædicās deū: cōfessus est statim etiā dn̄m nostrū dicens. Pluit dominus sup Sodomā et Gomorrā ignē et sulphur a domino de cœlo. Et iterū. et dixit deus. faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Et rursū. Et fecit deus hominē/ ad imaginē dei fecit illum. et paulo post. Ad imaginē dei fecit hominē. Et quia nasciturus erat homo/ sic ait: prophetā suscitabit vobis dn̄s deus vester sicut me. Nam & pphetæ ex persona dei dixerūt. ego deus primus/ & ego post hæc: et præter me nō est deus. Hoc autē de patre omniū dixerūt. De domino nostro IHESV Christo: rursum pphetę proclamauerūt dicētes. Ecce puer natus est nobis/ et filius datus est nobis/ cuius initiū est desuper: et vocabitur inquiūt nomē eius magni cōsilij angelus/ admirabilis cōsiliarius/ deus fortis/ potestatē habēs/ princeps pacis. Nam et de incarnatiōe eius ex virgine dicūt. Ecce virgo cōcipiet in vtero/ et pariet filiū: et vocabit nomē eius emanuel. Et de passione eius nichilominꝰ adiecerūt dicētes. Sicut ouis ad occisionē ductus est: et sicut agnꝰ corā tōdēte sine voce.

Actuū. 11.
Deute. 11.
Gene. 19.
Gene. 1.
Deute. 18.
Esaiæ. 43.
Esaiæ. 9.
Esaiæ. 7.
Esaiæ. 53.

Et iterū ipse de seipso referēs dicit: ego autem sicut agnus innocens ductus Hiere. 11.
sum ad immolandū. Nam euangelistæ vnum solum verum deū esse patrē
asserentes: etiā ea quæ ad dn̄m nostrū Ihesum Christum pertinēt nō præ-
termiserunt/sed potius exacte scripserūt dicētes. In principio erat verbū: & Ioan. 1
verbū erat apud deū/& deus erat verbū. hoc erat in principio apud deum.
omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nichil. Sed & de incarna-
tione eius subiunxerunt dicentes. et verbū caro factū est: & habitauit in no
bis. Et iterum. Liber (inquiunt) generationis Ihesu Christi/filij Dauid/ filij Matth. 1
Abrahā. Apostoli quoq; Christi asserentes quia deus vnus est: adiecerunt
dicentes. vnus deus: vnus & mediator dei & hoim. Et de incarnatione eius 1. timo. 2.
ac passione eius non erubuerūt: sed potius fiducialiter subiūxerūt dicētes.
homo Christus Ihesus: qui dedit semetipsum pro sæculi vita. Ois ergo qui
vnū deū annunciat/intercipit autē Christi diuinitatem: filius est diaboli/ &
inimicus ois iustitiæ. Qui autē non cōfitetur Christū/filiū eius esse qui fecit
mundū/sed alterius cuiusdā incogniti pręter eum quē prædicat lex et pro-
phetę: hic organū est ipsius diaboli. Quicunq; autē incarnationē Christi re
cusat/et crucē eius erubescit propter quam ego vinctus sum: hic est antichri
stus. Quicunq; vero purū hominē dicit esse Christū: maledictus est secūdū Hiere. 17
dictum prophetæ/non in deū fidens sed in hominē tantū. propterea et in- Tamariscus
fructuosus est: queādmodū Tamariscus quæ est in deserto. Hæc scribo vo- Tamaryx
bis cum sim Christi nouella oliuę/non ignorans vos taliter sapere: sed pre- et myrica/
custodio vos sicut pater filios suos. videte ergo malignos operarios/ inimi- eadē dicūt
cos crucis Christi: quorū finis interitus/quorū deus vēter est/ quorū gloria Hieremias
in confusione eorū. videte canes rabidos/serpētes super pectus repētes: dra cap. 17. Ma
cones squamosos et aspides/basiliscos et scorpiones. Hi enī sunt thoes/vul ledictus q cō
pes et simiæ/humana imitantes. Pauli et Petri: sancti estis discipuli. nolite fidit i hoie:
perdere depositū: quod vobis cōmendauerunt. Mementote digne beatissi- et pōit car-
mi Enodij pastoris vestri: qui primus vobis ab apostolis antistes ordinatus nē brachiū
est. non confundamus patrem: sed efficiamur certi filij/et non adulterini. Sci suū/& a do
tis qualiter conuersatus sum inter vos. Quæ ergo præsens dicebam vobis: mio recedit
hęc nunc et absens scribo vobis. Si quis nō diligit dominum IHESVM: cor eius. erit
sit anathema. Imitatores mei estote: pro animabus vestris ego efficiar quā- enim quasi
do Christū meruero adipisci. mementote vinculorū meorū. Presbyteri pa- myricę de
scite gregem/qui in vobis commissus est: donec ostendat deus eum/qui futu serto.
rus est in vobis rector. Ego autem nunc festino: vt CHRISTVM lucrifa Thoes ge-
ciā. Diaconi agnoscant cuius sint dignitatis: et studeāt esse inculpabiles/ vt nus lupi/ha
sint CHRISTI imitatores. populus subditus sit presbyteris et diaco- bitū corpo
nis. virgines agnoscāt cui se consecrauerūt. Viri diligant vxores: memores ris mutās:
quia vna vni in principio creaturæ/datę sunt in possessionē. Mulieres hono hyeme hir-
rificent viros suos sicut carnē suā: et non audeāt proprio nomine eos voca- tū et ęstate
re. Sciāt autē solos viros suos cōpares esse: quibus et cōiunctæ sunt secūdū nudum.
ordinationē dei. Parētes erudite filios eruditione sancta. filij honorate pa- Id de viro
rētes: vt bene sit vobis/et sitis lōgęui super terrā. Domini nolite superbe ser et muliere
uis vti: imitantes patientissimū Iob dicentē. si praue iudicaui seruū aut an- notandum
Exo. 20. Iob. 31.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

cillam meam: iudicer ego ab eis. Quid enim faciā si interrogationem fecerit dominus de me? & cætera quæ sequūtur bene nostis. Serui nolite ad iracūdiā in aliquo prouocare dominos: ne forte aliqui malefaciāt vobis & vos ipsi vobis eritis rei. Nemo ociosus māducet: ne vagus & fornicarius efficiatur. Ebrietas/ iracundia/ inuidia/ maliloquiū/ clamor/ blasphemia: nō nominentur in vobis. Viduæ nō in delicijs agant: ne per luxuriā abijciāt verbū. Cęsari subditi estote in ijs: in quibus sine periculo est ipsa subiectio. Principes nolite exasperare: ne detis occasiones aduersum vos quęrentibus eas. de maleficijs autem et veneficijs vel homicidio/ ex abūdanti est scribere vobiscum: quando hæc etiam in gentibus abominabile sit agere. Hæc autem non sicut apostolus præcipio: sed sicut vester conseruus cōmemorās vobis. Saluto sanctum presbyterum vestrum. Saluto sanctos diaconos. et desiderabile michi nomen eius: quē reseruaui post me in spiritu sancto/ cū Christum meruero adipisci/ pro cuius anima ego efficiar. Saluto subdiaconos/ lectores/ cantores/ ostiarios/ laborantes/ exorcistas atq; confessores. Saluto custodes sanctarum portarū/ diaconissas quę sunt in Christo. Saluto susceptrices Christi virgines: quas ego nutriui in domino Ihesu. Saluto pudicissimas virgines. Saluto plebē domini a minimo vsq; ad maximum/ & oēs sorores meas in domino. Saluto Cassianū hospitē meū/ & coniugem eius/ & amabiles natos eius. Salutat vos Polycarpus/ digne decentissimus episcopus: qui & curam vestri gerit/ cui & cōmendaui vos in domino. & omnis ecclesia Smyrnensium: memor est vestri in oratione apud deum. Salutat vos Onesymus Ephesiorum pastor. Salutat vos Damas Magnesiæ episcop9. Salutat vos Polybius Trallianorum antistes. Salutat vos Philon & Agathopus diaconi: qui me sequuntur. Salutate inuicem in osculo sancto. Hæc autem a Philippis scribo vobis. incolumes vos ille qui est solus ingenitus: ꝑ illum qui ante sæcula natus est/ spiritu & carne custodiat/ & videam vos in CHRISTI regno. Saluto eum qui pro me futurus est princeps vester: quem & acquisiui in CHRISTO. Incolumes estote deo & Christo: illuminati spiritu sancto. A M E N.

Et desiderabile michi nomē eius: id propter sanctū Heronē diaconū adiectū est.
Diaconi.
Subdiaconi.
Lectores.
Cantores.
Ostiarij.
Exorcistæ.
Laborātes qui et acolyti.
Cōfessores custodes sanctarum portarum.
Diaconissæ
Susceptrices virginū
Virgines.
Plebs sācta
Cassianus
Polycarp9
Onesymus
Damas.
Polybius.
Philon.
Agathop9.

¶ Ad Heronem ecclesiæ Antiochenę diaconū: quem ei dominus ostendit sessurum in sede ipsius/ ex Philippis. Epist. IX.

IGnatius qui & Theophorus: deo honorabili/ desiderabili/ pudico/ Christifero/ spiritifero/ in fide & dilectiōe Heroni diacono CHRISTI/ ministro dei: gratia & misericordia & pax ab omnipotente deo/ & Christo Ihesu domino nostro vnigenito filio eius. qui dedit semetipsum pro peccatis nostris/ vt redimeret nos de hoc præsenti sæculo in ligno/ & saluos faceret in regno suo cœlesti. Rogo te in domino adijcere ad cursum tuum: defendere dignitatē tuā/ concordię quæ est ad sanctos curam gerere. Infirmiores suffer: vt adimpleas legem Christi. ieiunijs et orationibus vaca: sed non vltra mensuram/ ne teipsum deijcias. Vino et carnibus non ex toto abstineas: non enim ex toto sunt abominabiles. Bona (inquit) terrę comedetis: et carnes/ vt olera māducabitis. Sed et vinum lętificat cor hoīs: &

Esaiæ.1
Gene.9

oleū exhilarat/& panis confirmat.sed & mensurate/& ordinate:tanq̄ deo Psal.103.
cōcedēte.Quis eni māducat aut qs bibit p̄ter eū? Qm̄ quicquid bonū est:
eius est.& quicquid optimū: est ipsius. Lectioni intende/ vt non solus ipse 2.timo.2
scias leges:sed etiā alijs eas expone/vt dei athleta.Nemo militās CHRI-
STO/implicat se negocijs sæcularibus:vt placeat ei cui se ꝓbauit. Sed nec
vir athleta coronabitur:nisi legitime certauerit.Pro aīa tua ego victus sum.
Oīs igitur qui dixerit pręter illa quę tradita sunt:tametsi fide dignus sit/tā-
etsi ieiunet/tametsi virginitatē seruet/tametsi signa faciat/tametsi ꝓphetet:
lupus tibi appareat ī grege ouiū corruptionē operās.Si quis crucē negaue
rit/& passionē erubuerit:sit tibi tanq̄ aduersarius.tametsi substātiā suā pau 1.corin.13
peribus distribuat/tametsi mōtes transferat/tametsi corpus suū cōbustioni
tradat:sit tibi execrabilis & abominabilis.Si quis infalsauerit legē & pro-
phetas quos Christus p̄sens adimpleuit: sit tibi tanq̄ antichristus.Si quis
hoīem tantū dixerit dn̄m:Iudęus est/ Christi interfector. Viduas honora: 1.timo.5
quę vere viduæ sunt.pupillos tuere:deus est enim pater pupillorū/et iudex Psal.145
viduarū. Sine episcopis nichil agas:sacerdotes eni sunt/tu vero minister sa-
cerdotū.Illi enim baptizant/ sacerdotiū agūt/ordināt/manus imponūt: tu
vero eis ministras sicut sanctus Stephanus Iacobo/& cęteris presbyteris in 1.timo.4
Hierosolymis.Congregationē noli negligere: noīatim oēs require. Nemo
adolescentiā tuā cōtemnat: sed forma esto fideliū in verbo & conuersatio-
ne.domesticos ne cōfundas:communis est enim nobis et ipsis natura. Mu
lieres noli execrari:ipsæ eni pariūt et nutriūt. diligi ergo oportet eas gene-
rationis causa/tantū in domino:quia sine muliere vir omnino generare non
potest.honorare ergo eas oportet vt cooperarias generatiōis: quia neq; vir
sine muliere/neq; mulier sine viro aliquādo originē sortiri poterit/nisi in so Gene.2
lis illis protoplastis.quia corpus Adæ ex quatuor elemētis est factū/ Eua
vero de latere Adæ:gloriosum vero habitaculū domini de sola virgine.Ex-
ecrabilis quidē videt̃ legitima cōmixtio:sed deo condecēs est ipsius genera-
tio.decebat enim opificē non secūdū humanā consuetudinē natiuitate vti: 1.petri.4.
sed gloriose/et noue/ vt decebat nasci factorē. Superbiā fuge. Superbis eni Psal.5
deus resistit.falsiloquiū execrare:perdes enim omnes(inquit)qui loquūtur
mendacium.Inuidiā caue:author enim eius est diabolus/et successor ipsius Gene.4.
Cain/ fratri inuidēs/ & de inuidia homicidiū perpetrās.Sorores meas mo-
ne deū diligere:et solis viris suis sufficere debere.Similiter fratres meos mo
ne:suis coniugibus sufficere debere.virgines custodi:tanq̄ Christi sacramē-
ta.Longanimis esto:vt multus sis prudentia.Pauperibus secundum q̄ ha- Thobiæ.12
bueris:benefacere ne neglexeris.Eleemosyna enim et fide/purgantur pecca
ta.Teipsum castū custodi:tanq̄ dei habitaculū.Templū Christi constitut9
et organū spiritus sancti existēs:scito quomodo te enutrierim.Etsi minim9
quidem sum:ęmulator meus esto/et imitare conuersationē meā.nō eni glo- 12.corin.10
rior in mūdo:sed in domino.Heronē filiū meū moneo/vt qui gloriat̃/in do
mino glorieť: cuius et memini/ filij desiderabilis. cui custos fiat ille ingeni-
tus deus/et dn̄s IHESVS CHRISTVS.Noli oībus credere/ neq; de
omnibus præsumere:ne quis te subintret.multi enim ministri sūt sathanę.

Epist. 9
10 Ecci.19 & qui cito credit:leuis est corde. Memento dei:& nunq̃ peccabis. Noli esse
Reuelatio duplex animo in oratione tua:beatus est enĩ qui nõ dubitauerit. Credo er-
sancto mar go in patrẽ dñi nostri Ihesu Christi/& in vnigenitũ filium eius:quia ostẽdit
tyri facta. michi Heronem in sede mea. Ergo adde ad cursum tuũ. Pręcipio tibi corã
deo/qui est super oĩa/& corã Christo p̃sente/& spiritu sancto/et corã mini
strãtibus legionibus:custodi depositũ meũ/quod ego & dñs Christus cõ-
mẽdauimus tibi. Et ne indignũ te iudicaueris eorũ:quæ ostẽsa sunt michi/
de te a dño. Cõmẽdo ergo tibi ecclesiã Antiochensiũ. Cõmẽdaui vos Po-
Onesymus lycarpo in dño Ihesu Christo. Salutant te episcopi Onesymus/Vitus/ Da
Vitus. mas/Polybius/& oẽs a Philippis:vnde scripsi tibi. Saluta deo decẽtes pres
Damas. byteros. Saluta sanctos condiaconos tuos:quos ego enutriui in dño/in car-
Polybius. ne & spiritu. Saluta populũ dñi a minimo vsq; ad maximũ secundũ oĩa q̃
tibi cõmẽdo:sicut Moses Iesu duci exercitus. Et nõ tibi videat̃ onerosũ/q̃d
dictũ est de te:etsi tales nõ sumus quales illi fuerũt.sed tamẽ oramus vt ta-
les simus:quia filij Abrahę sumus. Cõfortare ergo Hero potẽter/& age vi
riliter. Tu enim introduces & educes ex hoc nũc/populũ dñi qui est in An
tiochia:& non erit synagoga dñi sicut oues non habẽtes pastorem. Saluta
Cassianus. Cassianũ hospitẽ meũ/et illã pudicissimã eius coniugem/& dilectissimos fi
lios eorũ:quibus det deus inuenire misericordiã apud deum in illa die mi-
nistrationis quę est ad nos.quos & cõmẽdo tibi in Christo. Saluta eos qui
sunt in Laodicia fideles omnes:secundũ nomina in CHRISTO. Eos qui
sunt in Tharso noli negligere:sed assidue eis intende/cõfirmãs eos in euan-
Marius. gelio. Marium episcopum qui est in Neapoli secus Zarbo:saluto in domi-
Maria. no. Intende etiam pudicissimæ Mariæ filiæ meæ:quæ est abunde doctissi
ma.et ei quę in domo eius/ecclesię: quę facta est michi pro aĩa mea exem-
plum pijssimarum mulierum. Sanum te & in omnibus probabilem: pater
CHRISTI æuo longiore per ipsum vnigenitũ suũ custodiat/ad vtilitatẽ
ecclesiæ. Incolumis in domino ora pro me: vt consummem. AMEN.

¶ Ad Ephesios de vnitate ex Smyrna. Epist. X.



Gnatius qui & Theophorus: benedictæ/ magnitudine re-
pletæ dei patris/& p̃destinatę ante secula:vt sit semp̃ in sin-
gulari gloria incõuertibilis/& adunata/et electa in passione
vera/in voluntate dei patris et dñi nostri Ihesu Christi sal-
uatoris:ecclesię beatitudine dignę/q̃ est Ephesi in Asia plu
rimã in Christo Ihesu et imaculato gaudio salutẽ. Suscepi
vestrũ in dño multũ desiderabile nomẽ/quod possidetis natura iusta secun
dũ fidẽ et dilectionẽ ĩ Christo Ihesu saluatore nostro. cũ sitis imitatores hu
manitatis dei/vt viuificati in sãguine Christi/ regenerationis charitatis ge-
minũ opus consũmate:audientes me de Syria vinctũ pro Christo/spe com
muni confidentẽ orationibus vestris/vt merear Romę bestijs dimicare. vt
Ephe.5 per martyriũ possim discipulus eius esse:qui pro nobis seipsum obtulit deo
hostiã & oblationẽ/in odorẽ bonę suauitatis. Quoniã ergo suscepi multitu
dinem in nomine dñi Christi in Onesymo dilecto scriptore nostro/ vestro
aũt episcopo:obsecro eũ secũdũ IHesum CHristũ diligere vos.et vos ões

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

in concordia eius in ipſo eſſe. Benedictus enim deus: qui vobis talibus talē Burrus.
epiſcopū donauit habere in Chriſto. Pro cōſeruo noſtro autē Burro/ ſecun
dū deū diacono veſtro/& in oībus benedicto: depcor permanere eū imacu Crocus.
latū in honore eccleſię/& beatiſſimi epiſcopi veſtri. Crocus vero deo dign9/
quē tanq̄ exēplar dilectionis veſtrę ſuſcepi: in oībus me refecit/& catenam honeſipho
meā nō erubuit/ſimul cū Honeſiphoro & Burro/& Euplo/& Phrontone: rus.
quibus refrigeret pater domini noſtri Iheſu Chriſti/per quē vos oēs in dile Euplus.
quibus refrigeret pater domini noſtri Iheſu Chriſti/per quē vos oēs in dile
ctione habui. Acquiſiui vos in oībus: ſi quidē dignus fuero. dignū eſt enim Phronto.
oībus modis vos glorificare IHESVM CHRISTVM/qui vos glorifi-
cauit: vt in vna perfectione perfecti ſitis/in eodē ſenſu/& in eadē ſentētia. vt
idipſum dicatis oēs de eo ipſo: vt ſubiecti epiſcopo & preſbyteris ſecundū
omnia ſanctificati. Nō pręcipio vobis: quaſi aliquis ſim. Et ſi quidē vinct9
ſum pro noīe Iheſu Chriſti: tamē necdū cōſummaui. Nūc enī initiū habeo
eruditionis: & alloquor vos tanq̄ conſeruos. Me autē oportebat a vobis cō
moneri fide/monitione/patiētia/lōganimitate: quoniā dilectio nō permittit
me tacere de vobis. Propterea pręueni rogare vos/vt concurratis diſpoſiti-
oni dei: quia & IHESVS CHRISTVS oīa ſecundū diſpoſitionē patris Ioan. 8
agit. ſicut & ipſe in quodā loco dicit: ego quę placita ſunt ei facio ſemp. Er
go et nos oportet ſecundū diſpoſitionē dei viuere in Chriſto: et ęmulari ſe-
cundū quod Paulus ait. Imitatores mei eſtote: ſicut et ego Chriſti. Vnde et 1. corin. 4
vos decet diſpoſitionē paſtorū ſequi: qui ſecundū deum vos paſcunt. quod
etiam ipſi facitis ſapienter a ſpiritu ſancto inſtructi. Illud ergo digne nomi
nandū/et deo dignū preſbyteriū/ita coaptatū ſit epiſcopo: quomodo chor
de in cithara colligatę. ita et ipſi in concordia et cōſona dilectione: cuius dux
et cuſtos eſt Iheſus Chriſtus. Et qui ſunt ſigillatim ōnes vnus chorus fiant/
vt conſonātes facti in vnitate/coniunctionem domini in ſimilitudinem mo
rum recipientes. in vnitate vnum effecti conſenſu/ deo patri et dilectiſſimo
filio eius Iheſu Chriſto domino noſtro: ſecundum q̄ ipſe patrē rogans di-
cit. Da illis pater ſancte/vt ſicut ego et tu vnū ſumus: ita et hi in nobis vnū Ioan. 17
ſint. Vtile eſt enim vos ſine macula in vnitate coniunctos deo/imitatores eſ
ſe Chriſti: cuius et mēbra eſtis. Si ego in paruo tēpore talē cōſuetudinē ha
bui circa epiſcopū veſtrū/quæ nō humana ſed ſpiritualis fuit: quāto magis
vos beatifico qui pendetis ad eum/quomodo eccleſia ad dominum IHE-
SVM/et ipſe dominus ad deū patrē ſuum/vt in vnitate omnia ſibi conſo-
nantia ſint. nemo oberret. Si quis non fuerit intra altare: fraudabitur pane
dei. Si enim vnius aut duorum oratio tantam habet virtutem/ vt CHRI- Matth. 18
STVS in eis conſiſtat: quanto magis ſacerdotis et ſancti populi ſupplica-
tio conſonanter aſcendēs ad deū/ perſuadet præſtare eis omnes petitiones
in Chriſto. Qui ergo a talibus ſeparatur/et nō conuenerit in congregatio-
ne ſacrificiorū eccleſiæ primogenitorum deſcriptorum in cœlo: lupus eſt
in grege ouium/manſuetam demōſtrans figuram. Feſtinate ergo dilectiſſi
mi: ſubditi eſſe epiſcopo/et preſbyteris/et diaconis. Qui enī iſtis ſubdit9 fue
rit: CHRISTO obedit/qui eis hoc cōceſſit. Qui vero eis nō cōſenſerit: Ihe
ſu Chriſto nō conſentit. Qui autē filio non conſenſerit: nō videbit vitam/

ſed ira dei manebit ſuper eũ.huiuſmodi ergo/temerarius & horribilis et ſu
Iaco.4 perbus:qui non eſt ſubditus potioribus.Superbis eni(inquit) deus reſiſtit:
Pſal.118 humilibus autẽ dat gratiã.Et iterũ.ſuperbi inique geſſerunt vſq̧quaq̧.Di
Luce.10 cit etiã dñs ſacerdotibus.Qui enim vos audit:me audit.& qui me audierit:
audiet illũ qui me miſit.& qui vos ſpernit:me ſpernit.et qui me ſpernit: ſper
nit eum qui me miſit.Quando enim videtis tacere epiſcopum:plus eum ti
mete. Omnẽ itaq̧ quem mittit paterfamilias pro ſua diſpenſatione:ſic nos
oportet ſuſcipere/quemadmodũ ipſum qui mittit.Ergo epiſcopum maniſe
ſte ſicut ipſũ dominum oportet contemplari: domino aſſiſtentem. proſpe
ctorem enim verum/& acutum in operibus ſuis/ regibus oportet aſſiſtere:
honeſym9 & non aſſiſtere hominibus infirmis.Ipſe enim Honeſymus laudat veſtram
diſpenſationem.quia omnes ſecundum deum viuitis:& quia nulla hereſis
inter vos habitat.ſed nec obeditis alicui:niſi Iheſu Chriſto vero paſtori/ &
Ephe.4 doctori.& eſtis quẽadmodũ Paulus vobis ſcripſit/ vnũ corpus & vnus ſpi
ritus:quoniam in vna ſpe fidei cõcluſi eſtis.vnus enim dominus/vna fides/
vnũ baptiſma/vnus deus & pater omniũ:qui ſuper omnes/& per omnia/et
Paulus in õnibus.vos ergo eſtote tales:qui a tali eruditi eſtis.hoc eſt a Paulo Chri-
Timothe9. ſtifero & Timotheo.Quidã autẽ fallaces conſueuerũt dolo maligno nomẽ
Chriſti circũportare.Sed aliquanta indigna deo agentes/& contra doctri-
nã Chriſti ſapiẽtes:ad interitum ſuũ ſibimetipſis conſentiunt. quos opor-
Prouer.16 tet vos tanq̃ beſtias declinare.Iuſtus(inquit)declinãs/euadet interitũ:extra
Eſaie.56 neus eteni atq̧ alienus erit ab impiorũ perditione.Sunt igit̃ canes muti nõ
valẽtes latrare/rabidi occulte.quos obſeruare oportet/inſanabilẽ languorẽ
habentes.Medicus autẽ noſter eſt ſolus verus deus ingenitus/et inuiſibilis
dñs oĩm/vnigeniti pater & genitor.Habemus autẽ medicũ etiã dominum
Ioan.1 noſtrũ Iheſum Chriſtũ/ante ſæcula filium vnigenitum/& in principio ver-
Maria vir- bũ/poſtea vero et hominẽ ex Maria virgine.verbũ eni(inquit)caro factum
go. eſt.incorporalis:in corpore.impaſſibilis:in corpore paſſibili.immortalis:in
corpore mortali.vita:in corruptione/vt de corruptione & morte liberet ani
mas noſtras/ & ſanet eas infuſas morbo impietatis & iniquis deſiderijs.
Nullus ergo veſtrum ſeducatur:quod & de vobis cõfido. homines etenim
eſtis.Quando eteni nichil in vobis fuerit/quod vos potuerit coinquinare et
tormentũ ſuꝑinducere:ſecundũ deũ viuetis.et erit Chriſti ſubiectio veſtra:
et eccleſiæ Epheſiorũ quæ eſt auxiliatrix/et multũ amabilis.Carnales eni
ſpiritualia nõ poſſunt agere:neq̧ ſpirituales carnalia.ſicut nec fides:ea quę
ſũt infidelitatis.neq̧ infidelitas:ea q̃ ſunt fidei.Vos ergo repleti ſpiritu ſan-
cto:nichil carnale/ſed omnia ſpiritualia agite.vnuſquiſq̧ veſtrũ ꝑfectus ſit
1.timo.4 in Chriſto Iheſu:qui eſt ſaluator oĩm hominũ/maxime fidelium. Agnoui
eni aliquos ex vobis a via veritatis diſcedẽtes:malã doctrinã habere alieni
et næquiſſimi ſpiritus.Quibus nõ tribuiſtis ſecus viã ſeminare zizania:ob-
turãtes aures ad non ſuſcipiendũ errorẽ/qui ab ipſis eſt prędicatus. ſciẽtes
quia huiuſmodi ſpiritus eſt erroris:nõ ea quę ſunt Chriſti/ſed ſua loquens.
falſiloquus eteni eſt. Sanctus autẽ ſpiritus nõ ſua propria loquitur: ſed ea
Ioan.14 quę ſũt Chriſti.neq̧ Chriſt9 ſua nũciat.Sermo(inquit)quẽ audiſtis nõ eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Non enī loquetur a se:sed Ioan.16
meus:sed eius qui me misit.de spiritu sācto dicit. Ioan.17
quæcūq; audierit a me. De se autē patri. Ego te glorificaui super terrā:op9
perfeci quod dedisti michi vt facerē/manifestaui nomē tuū hoibus. De spi-
ritu sancto ait. Ille me glorificabit super terrā: quia de meo accipiet/& an- Ioan.16
nūciabit vobis. Ergo vterq; eorū/ipsum glorificat:a quo & accepit quod fa
ceret.& ipsum p̄dicat:atq; eius verba pronunciat. Erroris autē spiritus:seip
sum p̄dicat/ sua prophetia dicēs. sibi placens etenī est:& seipsum glorificat.
acerbus namq; est/plenus existēs falsiloquio/seductor/lubricus/ superbus/
arrogās/verbosus/ dissonus/immēsuratus/ nigriformis/tumidus. De cuius
operationibus liberauit nos IHESVS CHRISTVS: fundans nos su-
per petrā tanq̄ lapides electos (qui apti sunt ad ædificiū dei patris/ eleuati
in altum a Christo qui pro nobis crucifixus est)confortatos spiritu sancto
in fide introductos/in spe & dilectione eleuatos a terra in cœlū/ ambulātes
imaculate. Beati enim(inquit)immaculati in via:qui ambulant in lege dn̄i. Psal.118
Via enim sine errore est Ihesus Christus/sicut ipse ait:ego sum via/ veritas Ioan.14
& vita. deducit autē hæc via ad patrē. Nemo enī(inquit)venit ad patrē:ni-
si per me. Beati ergo estis vos deiferi/Christiferi/spiritiferi sanctiferi/tēplife
ri/in omnibus ornati/in mandatis Ihesu Christi:regnū sacerdotale/gēs san 1.petri.2
cta/populus in acquisitionem. In quibus exultans:dignus effectus sum per
quos scribo/alloqui sanctos qui sunt Ephesi/fideles in Christo Ihesu. Gau
deo enī in vobis quia vanitati non intenditis:neq; ea quę secundū carnē sūt
diligitis/sed ea quę secundū deū sunt. Sed pro alijs hoibus orate indesinē-
ter. Est enī in illis spes:vt deū mereanť adipisci. nunquid qui cadit(inquit) Hiere.8
non adijciet vt resurgat: aut qui auertitur nō conuerteť? Cōuertimini ergo
ad doctrinā:estote ministri dei/& os Christi. dicit enī deus. Si abduxeritis Hiere.15
preciosum ab indigno:os meū eritis. Estote ergo ad iracundias eorū humi-
les:renunciate blasphemijs eorum. vos vero orationi instate. illis errantib9:
vos stabiles estote/radicati in fide. Vincite eorum ferocem consuetudinem:
per vestram mansuetudinem.& iracundiam:per lenitatem. Beati enim (in- Matth.5
quit) mites. nam & Moses mansuetus sup ra omnes fuit:& Dauid mitis Numeri.12
valde. propter quod Paulus monet dicens. Seruum autem domini non 1.regū.24
oportet litigare/sed mitem esse ad omnes: docibilem/patientem/cum om- 2.timo.2
ni modestia corripientem eos qui resistunt veritati. Nolite festinare: vlcisci
volentes vos. Si reddidi:retribuentibus michi mala. fratres ęos faciamus: Psal.7
per mansuetudinem. dicite itaq; ijs qui oderunt vos/fratres nostri estis: vt
nomē domini glorificetur. Imitemur scilicet dominū/qui cū malediceretur 1.petri.2
nō maledicebat:cū pateretur non comminabatur/cum crucifigeretur nō cō
tradicebat:sed pro inimicis suis orabat dicēs. Pater dimitte illis: quia nesci- Lucę.23
unt quid faciūt. Cui plus nocetur:ampliora sustineat. Beatus qui abiectus Matth.5
et reprobatus fuerit propter nomen domini:ipse etenim verus est CHRI
STI. Videte ne herba diaboli inueniatur in vobis:amara etenī est/et falsa.
Ergo sobrij estote/& casti in Christo Ihesu. iam enī nouissima tēpora sunt.
Reuereamur et timeamus lōganimitatē dei:et nō sim9 diuitiarū aut vtili-
tatū rerū appetitores. Futurā iracundiā plus timeamus:q̄ p̄sentē gratiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

diligamus. Præsens enim gratia est vt inueniamur in CHRISTO IHE-
SV: et in veritate viuamus. Extra hoc autem: nec respirare oportet aliquã-
do. Hęc est enim spes mea: hęc exultatio/ hęc deniq; indeficiẽtes diuitię. In
quo & vincula mea a Syria Romã vsq; suffero/ spirituales margaritas. in
quibus michi contingat cõsummari orationibus vestris. participẽ passionũ
Christi/ cõmunẽ & mortis eius fieri & a mortuis resurrectionis et vitę ęter-
næ. quã michi cõtingat ꝑcipere: vt ĩ sorte Ephesiorũ Christianorũ iueniar.
Apostoli. Qui & cũ apostolis semꝑ cõuersati sunt in virtute Ihesu Christi: Paulo/ Io
Paulus. Ioannes. anne/ & Timotheo fidelissimo. Scio qui sunt: et quibus scribo. Ego itaq; mi
Timothe9. nimus sum: & supplex sub periculis et iudicijs et lõge cõstitut9. vos vero cõ
secuti estis misericordiã: firmi in Christo. Traditus sum autẽ ꝑpter deũ ge
neri interfectorũ: a sanguine Abel iusti/ ad sanguinẽ Ignatij minimi. Pauli
eni sacti estis cõministri: & testimoniũ cõsummatis eius/ qui est vas electio-
nis. Sub vestigia eius merear inueniri/ & cęterorũ sanctorũ: quãdo Ihesum
Christũ meruero adipisci. qui semper in suis orationibus memor sit vestri.
eucharistia Festinate ergo frequenter accedere ad eucharistiã/ et gloriã dei. Quãdo enĩ
assidue hoc ipsũ agit: expellunt potestates sathanę/ qui actus suos cõuertit
Ipsius/ ipsi9 in sagittas ignitas ad peccatũ. vestra autẽ cõcordia et cõsonãs fides: ipsi9 est
sathanę. et iteritus/ et cõsentaneis eius tormẽtũ. Nichil enĩ melius est q̃ pacẽ habere: in
cõsẽtaneis/ cõplicibus qua oẽ telũ euacuatnr/ aeriorũ & terrestriũ spirituũ. Nõ est nobis collucta-
suis. tio aduersus carnẽ et sanguinẽ: sed aduersus principatũ et potestates/ aduer
Ephe. 6. sus mundi rectores tenebrarũ harũ/ aduersus spiritualia nequitię in cœle-
Ephe. 4. stibus. Ergo nolite vos vulnerare in aliqua cõtagione diaboli: sicuti & Pau-
lus dicit/ habẽtes in Christũ fidẽ/ et dilectionẽ. quę est prĩcipiũ vitę et finis.
Principiũ quidẽ vitę est fides: finis vero eius/ est dilectio. Ambę vero simul
iũctæ in vnitate factę: hoĩem dei ꝑficiũt. Sed et reliqua oĩa quę in beniuolẽ
tia sequunt: cõsummãt. Nemo enĩ fidẽ annũcians debet peccare: neq; dile-
Matth. 22. ctionẽ possidẽs/ debet fratrẽ suũ odire. Qui enim dixit. diliges dñm deũ tuũ
ex toto corde tuo/ ipse iterũ ait: & proximũ tuũ sicut teipsum. Qui enĩ an-
nunciant esse Christũ: nõ ex ijs quæ dicunt tantũmodo/ sed ex ijs quæ agũt
Matth. 12 agnoscunt. Ex fructu enĩ arbor cognoscit. Melius est eũ igit tacere & esse: q̃
dicere & nõ esse. quia nõ in verbo est regnũ dei: sed in virtute. Corde enĩ cre
Roma. 10 ditur ad iustitiã: oris autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Bonũ est igitur docere: sed si
Matth. 5 fecerit ea quæ dixerit. Qui docuerit et fecerit: hic magnus vocabitur ĩ regno
cœlorum. Dominus autem noster et deus Ihesus Christus/ qui est filius
Actuum. 1 dei viui: primo videlicet fecit et sic docuit/ sicut testatur Lucas. cuius laus est
2. corin. 8 in euangelio per omnes ecclesias. Nichil enim latet dominum: sed etiam oc-
culta nostra corã ipso sunt. Omnia ergo faciamus tanq̃ ipso in nobis habi-
tante: vt simus eius tẽpla/ et ipse habitet in nobis. dñs itaq; CHRISTVS
in nobis loquatur: sicut et in Paulo spiritus sanctus. nos doceat: quæ sunt
CHRISTI respõdere. Adiũcti illi: nolite errare fratres mei. et ne sitis ma
1. corin. 6 sculorũ cõcubitores: quia huiusmodi regnũ dei nõ possidebũt. Qui enĩ ha-
bitacula corrũpũt: morti cõdẽnabunt. quomõ nõ magis qui Christi doctri
nã dirũpere conant/ sempiternã dãnatione percipiẽt: ꝑpter crucẽ et mortẽ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

quam sustinuit dominus IHESVS vnigenitus dei filius? Cuius doctrinā
quicūq deprauauerit: abiectus & pollutus in gehennā proijciet. Similiter
autē & oīs homo qui spernet quod a deo accepit: condēnabitur. Qui impe-
ritū pastorē secutus fuerit/& falsam gloriam tanq̄ verā susceperit: particeps 2.corin.6.
Christi nō esse poterit. Quæ eni societas luci cū tenebris: aut Christo cū be-
lial? aut quæ pars fideli cū infideli: aut tēplo dei cū idolis? Dico autē et ego:
quæ cōmunicatio veritati ad mendaciū? aut q̄ societas iustitiæ cū iniustitia: Psal.132.
aut veræ gloriæ cū falsa gloria? propterea vnguentū accepit deus in capite
ait ecclesia: vt fragret incorruptione. vnguentum eni exinanitū nomen tuū: Canti.1.
propterea adolescētulę dilexerūt te. attraxerunt te naribus: post te in odorē
vnguētorū tuorū curremus. Ne vnguat quis fœtore huius sæculi. sancta dei
ecclesia nō captiuetur ab astutia illius: sicut mulier prima Eua. Quapropter
cū simus rationabiles: nō efficiamur stulti. Quare plātationē quā a deo per
Christū accepimus/nō custodimus: sed in iudiciū p̄ ignorantiā incidimus.
ignorātes gratiā quam accepimus: & nesciētes perimus. quia Christi crux 1.corin.1.
infidelibus quidem scādalum: fidelibus autem salus/& vita æterna. Vbi sa-
piens/vbi scriba/vbi conquisitor/vbi exultatio dictorū? filius autē dei (qui
ante sæcula natus est: & omnia dispositione patris constituit) ipse in vtero Esaiæ.7.
portatus est a MARIA/secundū dei dispositionem ex semine Dauid et
spiritu sancto. Ecce enim inquit virgo in vtero concipiet et pariet filiū: & vo-
cabitur nomē eius Emanuel. Ipse enim baptizatus est a Ioanne/vt fidelem
faceret ordinationem: quæ tradita est prophetis a deo. & latuit principem
huius sęculi virginitas Mariæ: & partus eius similiter/et mors domini. Tria Stella sal-
mysteria clamaui in silētio: dei enim opera nobis manifestata sunt. Stella in uatoris.
cœlo fulsit super omnes: quæ ante ipsam erant. Et lux eius inextimabilis et
noua/atq peregrina apparuit vidētibus eam. Cętera vero sidera simul cum
sole & luna: corusca facta sunt illi stellæ. illa vero superabat omnes splendo-
re suo. Et facta est p̄turbatio: vnde fuisset illa nouitas/quæ apparuerat. hinc
hebetata est sapientia huius mundi: iniquitas & malicia exterminabantur/ Primo et se
maleficia adnullabantur/magica deridebantur/tenebræ & ignorantiæ dis- cundo: ad-
sipabantur/& tyranni principatus abolebantur: deo vt homine apparen- uerbia.
te/& hoīe sicut deo operante. Sed neq primo gloria/neq secūdo puritas: sed De cōmu-
illa veritas & cōuersatio/principatū accepit a deo. Perfecta oīa in illo cōsta- nione panis
bant: p̄pter quod meditatus est mortis solutionē. State ergo fratres firmi in vitæ.
fide IHESV Christi: & in dilectione eius/atq resurrectione oēs. in ōnibus Antidotū:
enim his: gratia. In eius nomine cōgregamini cōmuniter: in vna fide dei pa- medicamē/
tris/& Christi filij eius vnigeniti & primogeniti totius creationis/secūdum et id maxīe
carnem quidē ex genere Dauid. eruditi a paracleto: obediētes episcopo et q̄d datur in
presbytero impręuaricabili sensu. frāgentes panē qui est medicamentū im- venena.
mortalitatis/antidotū nō moriēdi sed viuendi per Ihesum Christū in deo. Catarticū:
catharticū expellēs malū/sit in vobis. Pro aīabus vestris ego efficiar/et eius purhatiuū.
quē misistis in honorē dn̄i ad Smyrnā. vnde & scribo vobis: gratias agens solutiuaq
domino/diligēs Polycarpū/quomodo & vos. Memores estote mei: sicut et et humorū
vestri Ihesus Christus/qui est benedict⁹ in sæcula. Orate p̄ ecclesia Antio- excretina
medicina
est. Quo-
modo et
vos: eū di-
ligitis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

chensium quæ in Syria est: vnde & vinctus ducor Romā. qui sum vltimus illorum fideliū: vnde sum vltimus ego / dignusq; effectus in honorē dei has sufferre catenas. Incolumes estote in deo patre & domino IHESV Christo / communi spe in spiritu sancto. Amen.

Hic pijssimus martyr Romanorū rogat ecclesiā ne vinculis suis carnaliter cōpatiētes, procurēt eius solutionē / ne īpediāt eius certamē ne retardēt eius coronā. quod fauore pricipū & vrbis gubernacula amministrantiū eos facile posse itelligebat. Et tota epistola multa pietate referta est. & quicunque pius est Christianus: eam sine lachrymis nō leget. verba enim sūt mētis extasim diuini amoris patiētis. et beati qui illo igne calent. Carmē quale ecclesiæ deo canebāt: quādo martyr aliquis huius cito labētis vitæ certamē pro Christo itrabat / pie orātes vt deus daret illi felicē ī eo cōsummationem.

¶ Ad Romanos de Smyrna per Ephesios. Epist. XI.

IGnatius qui et Theophorus: misericordiā cōsecutę in magnitudine dei altissimi patris IHESV Christi vnigeniti eius filij ecclesiæ sanctificatæ & illuminatæ in volūtate dei (qui fecit ōnia quæ sūt secundū fidem et dilectionē Ihesu Christi dei / et saluatoris nostri) quæ & presidet in loco regionis Romanorum: deo dignæ / eminētia dignæ / beatitudine dignæ / laude dignæ / fide dignæ / fundatæ in dilectione & fide Christi / paternū nomen habenti / spiritiferæ: quā & saluto in nomine domini omnipotētis / & Ihesu Christi filij eius / qui est secūdum carnē & spiritū: adunatis in mādatis eius / repletis gratia dei inseparabiliter / & ablutis ab omni alieno colore / atq; immaculatis: plurimā in deo patre & domino Ihesu Christo salutem. Deprecans deum obtinui vt videre merear dignos vultus vestros / sicut plurimum optabā promereri. vinctus enim in Christo Ihesu spero vos salutare: si quidem fuerit voluntas illius qui dignū me faciat vsq; in finem propositū meū consummare. Illa vero principia bonæ conuersationis sunt: si quidem per gratiā meruero sortē meā vsq; in finē sine impedimēto percipere. Timeo enī dilectionē vestram: ne ipsa me ledat. vobis enim facile est quod vultis facere: michi autem difficile deū promereri. tamen potero si vos peperceritis michi: occasione amicitiæ carnalis. Nolo igitur homini placere: sed deo / sicuti et cōplacuistis. nec enim ego habui aliquādo tale tempus: vt deū promeruissem. Ergo si vos tacueritis de me: ego efficior dei. Si enim dilexeritis carnē meā: iterum forsitan absoluar. Multū enim michi præstatis: si me offeratis deo cum iam altare paratū est / vt in dilectione chorus effecti cantetis deo patri in Christo IHESV (quoniam episcopū Syriæ dignū fecit deus inueniri in occidente: ab oriēte præmittēs suam passionē / martyrem bonū / proficiscentem de mūdo ad deum) vt in ipso oriar. nunquam lesistis aliquē: alios docuistis. Ego autem rogo / vt secundū illa firma quę docti estis: ex omni virtute optetis michi vt non solū dicar / sed etiam inueniar Christianus. Si autē inuentus fuero: & dici possum. et tunc esse fidelis: quādo mundo non cōparuero. nichil enim de ijs quæ videtur: æternū est. Quæ enim videtur (inquit) temporalia sunt: quæ autē non videntur / æterna sunt / non solū in opere sed etiā in magnitudine. Christianitas enim est quę oditur a mūdo / amatur a Christo: quia non est ab hominibus / sed a deo. Si enim essetis (inquit) de mūdo: mundus quod suū erat diligeret. nunc autem quia nō estis de mundo: propterea odit vos mūdus. sed ego elegi vos: manete in me. Ego scribo ōnibus ecclesijs / & omnibus mādo: quia volūtarie pro deo morior / si vos nō prępedieritis. Rogo itaq; vos vt nō frustra sit in me dilectio vestra. Sinite me vt bestiarū esca sim: per quā possum deū promereri. Triticū enim dei sum / dētibus bestiarū molar: vt possim panis dei mūdus inueniri. magis autē blan-

daimini bestijs/vt michi sepulchrū sint:& nichil de meo corpore reliquāt/
vt non obdormiēs grauis alicui inueniar.Nō sicut Petrus et Paulus præci-
pio vobis:illi eni apostoli sūt IHESV Christi/ego autē minimus.illi vero
liberi sunt serui dei:ego autē vsq nunc seruus.sed si passus fuero/libertus
ero Ihesu Christi:& resurgā in eo liber.Nunc disco vinctus nichil mundi
concupiscere:aut aliquod vanū.a Syria Romam vsq cū bestijs depugno/
per terram & mare:die ac nocte vinctus cum decē leopardis.hoc est cū mi-
litari custodia:qui ex beneficijs peiores fiūt.in iniustitijs autē eorum magis
edoceor:sed nec in hoc quidē iustificor.Vtinam fruar bestijs quæ michi pa-
ratæ sunt:quas & opto michi veloces esse ad meum interitū.et allici:vt cele-
rius me comedant.ne sicut in alijs/territæ sint:& non eos tetigerūt.Et si ip-
sæ noluerint:ego ipsis vim ingerā/ego vrgebo.ignoscite michi:ego scio quid
michi expediat.nunc incipio esse discipulus.nulli æmulor visibiliū & inuisi-
bilium:vt IHESVM Christū merear adipisci.Ignis/crux/bestiarūq con-
stantia/abscisio/separatio/cōfractio/dissipatioq membrorū/interitus totius
corporis/& flagella diaboli ōnia in me veniant:vt Ihesum Christū merear
adipisci.Nichil me iuuāt quæ sunt mūdi huius:neq regnū tēporale.bonū
est michi mori in Christo Ihesu:q̄ regnare in finibus terræ.Quid eni pdest
homini si vniuersū mundū lucretur:animā vero suā perdat? Dominū nāq
desidero filiū veri dei:& patrē Ihesu Christi.ipsum vtiq quæro:& illū qui
pro nobis mortuus est/& resurrexit.Ignoscite michi fratres:ne michi impe-
dimenta opponatis ad vitam.Ihesus est enim vita fidelium/vt ne velitis me
mori:quia vita mors est/sine Christo.dei volēs esse:mundo non placeā.Si-
nite me purā lucē percipere:illuc perueniēs homo dei ero.Concedite michi:
vt sim imitator passionū dei mei.Qui enim vult in seipso habere:intelligat
quod volo/& compatiatur michi sciēs quid sit in me.Princeps enim mūdi
huius diripere me vult:& in iudicio dei mei dirūpere.Nemo ergo de præ-
sentibus vobis auxilietur ei:magis autem mei adiutores estote/hoc est dei.
Nolite dicere IHESVM Christū:mundū honorantes.facinus in vobis
non habitet:neq si vos præsens rogauero/cōsentiatis michi.his autē consen
tite quæ scribo vobis.viuus eni vobis scribo:desiderans mori pro Christo.
Meus enim amor/crucifixus est:& nō est in me. Aqua autem alia viua ma-
net in me/intrinsecus michi dicens:veni ad patrē.non comedā escam corru-
ptionis:neq voluptates huius mūdi desidero.Panem dei volo/panē cœle-
stem/panem vitæ:qui est caro Ihesu Christi filij dei viui(qui natus est in no
uissimo ex semine Dauid/et Abrahæ)et potum volo sanguinē eius:qui est
dilectio incorruptibilis/& vita æterna.Iam nolo secundū hominnes viuere:
hoc autē erit si vos volueritis.Christo cōcrucifigor:quia iam ego non viuo/
viuit vero in me Christus.Per modica scripta rogo vos:ne michi obsista-
tis.Credite michi quia Ihesum diligo:quoniā et ipse dilexit me/& seipsum
tradidit pro me.Quid retribuā ei pro omnibus quæ retribuit michi? Ipse
autem deus & pater dñi nostri IHESV CHRISTI et ipse dominus
Ihesus Christus:manifestauit nobis hæc oīa/quia verū dico.et vos simul cō-
deprecamini mecū:vt laborē cōsequar in spiritu sancto.Nō secundū carnē

Hūc passū: et Eusebiꝰ et Hieronymus sāctissimi huius martyris memoriam faciētes:cōuertunt.

Diuinꝰ feruor:& sacra q̄ Christo dño merito debetur pietas.

Matth.16.

Diuinꝰ Dionysiꝰ id ex Ignatio cap.4.diuinorū nominū adduxit/de amore diuino differens.

Gala.2.

Psal.115.

vobis scripsi: sed secundũ dispositionẽ dei. Si autem passus fuero: dilexistis me. Sed si reprobatus fuero: odio me habuistis. Memẽtote in orationibus vestris illius qui pro me rectur⁹ est ecclesiã: quę est in Syria. Credite domino dicẽti: ego sum pastor bonus/ qui visitauit eam. & sit vestra in eo dilectio. Ego autẽ & erubesco ex ipsis dici. Non enĩ sum dignus esse vltimus aut purgamentũ: sed miserabilis sum nũc/ donec deũ merear adipisci. Salutat vos spiritus meus/ & dilectio ecclesiarũ: quæ me susceperunt/ sicut nomẽ Ihesu CHRISTI. habentes enĩ me/ non quasi trãseuntẽ viam meã aspiciebãt: et per ciuitatẽ me deducebant. Hæc igitur scribo vobis de Smyrna/ per Ephesios beatitudine dignos. Est autẽ mecũ simul cum alijs Crocus desiderabile michi nomẽ: ex ijs qui aduenerũt de Syria ad Romã in gloria dei. Credo vos agnoscere: quæ michi mãdastis adhuc proxime cõstituto. Omnes enim digni sunt deo: & apud vos me oportet requiescere. Scripsi vobis hęc: nono calẽdas septẽbris. Incolumes estote vsq; i finẽ: i patiẽtia Ihesu Christi Amẽ.

Ioan. 10.

Crocus. Philon. Gaius. Agathop⁹ eũ comitabant/ in omnib⁹ in quib⁹ poterãt famulatum prẹstãtes: pariter martyriũ cõsũmaturi.

Epistolarum Diuini Ignatij finis.

ℂ Polycarpi martyris Smyrneorum episcopi/ discipuli Ioannis euãgelistæ: Ad Philippenses. Epistola.



Olycarpus et qui cum eo sunt presbyteri/ ecclesię dei quæ est Philippẽsis: misericordia vobis et pax a deo omnipotẽte/ et IHESV Christo saluatore nostro abundet. Cõgratulatus sum vobis magnifice in domino nostro Ihesu Christo: suscipiẽs immutabilia verba dilectionis/ quam ostendistis in illis (qui præmissi sunt) viris sanctis/ decoris vĩculis cõnexis. quæ sunt coronæ electæ deo/ illius veri regni: per dominũ nostrũ Ihesum Christum. et quia firmitas fidei vestrę a pricipio vsq; nũc permanet: & sanctificatĩ in dño Ihesu Christo. qui sustinuit pro peccatis nostris vsq; ad mortẽ. quẽ resuscitauit deus: dissoluẽs dolores inferni. quẽ cum non videritis: nũc diligitis. in quẽ nunc nõ aspiciẽtes: creditis. credẽtes autẽ: gaudebitis gaudio inenarrabili/ & glorificato (in quo multi desiderãt introire) scientes quia gratia facti estis: nõ ex operibus/ sed in volũtate dei per Ihesum Christũ. Propter quod succicti lũbos vestros: seruite dño cũ timore/ et in veritate: dimisso inani vaniloquio/ & multo errore. Credite ergo in illum qui resuscitauit dñm nostrũ IHESVM Christũ ex mortuis: & dedit gloriã et sedem in dextera sua. Huic subiecta sunt oĩa: cœlestia/ & terrestria et subterranea. cui omnis spiritus seruit. qui vẽturus est iudicare viuos et mortuos. Hui⁹ sanguinẽ requirit deus ab eis: qui nõ crediderũt in eũ qui resuscitauit eũ a mortuis. qui et nos resuscitaturus est in vita: si fecerimus voluntatẽ eius/ et ãbulauerimus in mãdatis ipsius/ & dilexerimus quæ & ipse dilexit. auocãtes nos ab omni iniustitia: hoc est a cõcupiscẽtia/ ab auaritia/ a detractione/ a falso testimonio. nõ reddẽtes malũ pro malo/ aut iniuriã pro iniuria/ aut cõtumeliã pro cõtu-

Et cõgratulatus sum insuper vobis: quia firmitas fidei vestrę a pricipio vsq; nunc ꝑmanet.

melia/aut maledictũ pro maledicto. Memẽtote ꝙ dominus docẽs dixit. no Lucæ.6.
lite iudicare: ne iudicemini. dimittite: & dimittetur vobis. misereminj: et do-
minus miserebitur vestri. qua enim mẽsura mensi fueritis: remetietur eadem Matth.5.
et vobis. Memẽtote et illius quod dictum est. Beati pauperes spiritu/et qui
persecutionẽ patiũtur propter iustitiã: quoniã ipsorum est regnũ cœlorum.
Hæc autẽ fratres mei nõ a meipso imperãs scribo vobis de iustitia: sed quo-
niam vos ꝓuocastis. propterea quia neq; ego/neq; similis alius mei: poterit
sequi sapientiã beati et gloriosi Pauli/qui fuit apud vos. et visus est secundũ
faciẽ illis (qui tũc erãt) hoibus. qui docuit certissime atq; verissime verbũ veri
tatis: qui & absens scripsit vobis epistolas ad quas deflectimini. vt possitis
ædificari in fide quæ data est vobis: quę est mater omniũ nostrũ/subsequen-
te spe/præcedẽte dilectione quæ est in deo/& in CHRISTO/et in proxi-
mo. Si enim quis horũ intrinsecus repletus fuerit mãdatis iustitiæ/& habu- 1.timo.6.
erit dilectionẽ: longe est ab omni peccato. Principiũ omniũ malorũ est aua-
ritia. Scitote autem quia nichil intulimus in hunc mundũ: neq; auferre pos- Viri.
sumus. armemur armis iustitiæ: et doceamus nosmetipsos primũ ambulare Mulieres.
in mandatis domini. et post hæc mulieres vestras: in fide quæ data est eis/et Patres.
dilectione & castitate/amantes suos viros in omni veritate et charitate. di- Liberi.
ligentes omnes æqualiter in omni cõtinentia: & filios erudite in omni disci- Viduæ.
plina & timore dei. Viduæ vero pudicę circa fidem dei: interpellẽt incessan-
ter pro omnibus. elongãtes se ab oibus diabolicis detractionibus/& falso
testimonio/& ab omni malo/cognoscẽtes seipsas: quia sunt sacrariũ dei. quo
niam omnia deus prospicit. et nichil eũ latet: neq; cogitatio/neq; cõscientia/
neq; aliquod abditũ cordis. Scientes autẽ quia deus nõ irridetur: debemus Gala.6.
digne in mãdatis eius et gloria ambulare. Similiter diaconi iculpabiles sint Diaconi.
in conspectu iustitiæ eius: sicut dei & Christi ministri/et non hominũ. non
criminatores/neq; detractores/neq; auari: sed omnia tolerãtes. in omnibus
misericordes/diligẽtes/in omnibus ambulantes in veritate domini: qui fa-
ctus est minister omniũ. Huic si placemꝰ in hoc sæculo: percipiemus ea quæ
futura sunt/secundũ ꝙ repromisit resuscitare nos a mortuis. Et si digne in Iuuenes.
eo conuersati fuerimus/& si crediderimus: cõregnabimus cũ eo. Iuuenes si-
militer inculpabiles sint in omnibus: omnẽ ignorantiã præuidẽtes/refrenan 1.corin.6.
tes se ab omni malo. Bonũ est enim abscidi ab omnibus cõcupiscentijs. quo
niam õnis concupiscentia aduersus spiritũ militat. quia neq; fornicarij/neq;
molles/neq; masculorũ cõcubitores/regnũ dei possidebũt: neq; illicita faci- Presbyteri.
entes. Propter quod abstinere oportet ab oibus his. Subiecti estote presby Diaconi.
teris et diaconis/sicut deo et CHRISTO. Virgines casta cõsciẽtia ãbula- Virgines.
te. Presbyteri simplices sint: in omnibus misericordes/omnes ab errore con-
uertentes/omnes infirmos visitãtes/viduas/pupillos et pauperes non negli-
gentes: sed semper prouidẽtes bona corã deo & hominibus. Abstinete vos Roma.12.
ab omni iracundia/et iudicio iniusto. Longe ab omni auaritia estote. non ci-
to cõsentiatis aduersus aliquẽ: ne præuaricemur in iudicio/sciẽtes quia debi-
tores sumus peccati. Si ergo deprecamur dominũ vt nobis dimittat: debe- Matth.6.
mus etiã nos dimittere. Ante conspectũ oculorũ domini sumus. & omnes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

2. corin. 5. oportet nos astare ante tribunal CHRISTI/et vnũquemq; pro se rationem reddere. Seruiamus ergo ei cũ timore & reuerẽtia: secundum q euangelizauerunt nobis apostoli domini/ & prophetæ annunciauerũt aduẽtum domini nostri Ihesu Christi. zelantes bona/abstinete ab scandalis & falsis fratribus: qui in vanum portãt nomen domini/qui oberrare faciunt inanes

1. ioan. 4. homines. Omnis enim qui non cõfitetur IHESVM Christũ in carne venisse: hic antichristus est. Et qui non cõfitetur mysterium crucis: ex diabolo est. Et qui deuiauerit eloquia domini ad propria desideria/& dixerit neq; resurrectionẽ neq; iudiciũ esse: hic primogenitus sathanę est. Propter quod relinquentes vanitates multorũ & falsas doctrinas: ad illud (quod traditũ est nobis a principio) verbũ reuertamur. Sobrij simus: in orationib⁹ ieiunia tolerantes/& supplicationibus petentes omniũ prosperatorẽ dominum/ne

Matth. 6. nos inducat in tentationẽ. secundum quod dicit dominus: spiritus quidem

Matth. 26. promptus est/caro autẽ infirma. Indeficiẽter autẽ toleremus propter spem

1. petri. 2. nostrã/& pignus iustitiæ quod est CHRISTVS. qui sustulit peccata nostra in corpore super lignum. qui peccatũ non fecit: nec inuẽtus est dolus in ore eius. sed propter nos omnia sustinuit: vt viuamus in ipso. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ eius. et si passi fuerimus pro nomine eius: glorificemus eum. Hoc enim nobis iudiciũ posuit de seipso: & nos hoc credimus.

Huius loci meminit Eusebi⁹: et vertit. Rogo igitur omnes vos/insistere verbo iustitiæ/& patiẽtiæ: quam oculata fide vidistis. non solũ in beatissimis illis Ignatio scilicet et Zosymo et Rufo: sed in alijs qui ex vobis sunt/et in Paulo/& in cæteris apostolis. confidentes

Ignatius. Zosymus. Rufus. Paulus. quia hi omnes non in vacuum cucurrerũt/sed in fide & iustitia: et ad debitũ sibi locum cũ domino (cui & cõpassi sunt) abierunt. quia non hoc sæculũ dilexerunt: sed eum qui pro ipsis & pro nobis mortuus est/et a deo resuscitatus. In his ergo state: & domini exẽplar sequimini/firmi in fide/et immutabiles/fraternitatis amatores/diligentes inuicẽ/in veritate sociati/mansuetudinem domini alterutri præstãtes/nullũ despicientes. Cum potestis benefacere/nolite differre: quia eleemosyna de morte liberat. Omnes vobis inuicem

Thobiæ. 12

subiecti estote: cõuersationem vestram cõsiderantes irrepræhensibilẽ in gentibus. vt ex bonis operibus vestris: et vos laudẽ accipiatis/et dominus in vobis nõ blasphemetur. Væ autem illi: per quẽ nomen domini blasphematur. Sobrietatẽ ergo docete omnes: in qua & vos cõuersamini. Nimis contristatus sum pro Valẽte: qui presbyter factus est aliquãdo apud vos/q sic ignoretis locum qui datus est ei. Moneo itaq; vos vt abstineatis ab auaritia: et sitis casti/ac veraces. Abstinete ab omni malo. Qui autem in his non potest se gubernare: quomodo alij pronũciat hoc? Si quis non abstinuerit ab auaritia: ab idololatria coinquinabitur/& tanq̃ inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudiciũ domini? An nescimus quia sancti mundũ iudicabunt: sicut

Valens.

1. corin. 6. Paulus docet? Ego autẽ nichil tale sensi in vobis/vel audiui: in quibus labo-

Philip. 1. rauit beatus Paulus. qui estis in principio epistolæ eius. de vobis etenim glo

Pro illo/ꝓ valente. riatur in omnibus ecclesijs: quæ deũ solæ tunc cognouerãt. nos autẽ nondũ noueramus. Valde ergo fratres cõtristor pro illo/& cõiuge eius: quibus det dñs pœnitentiã vestrã. Sobrij ergo estote et vos in hoc: & nõ sicut inimicos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

tales existimetis. sed sicut passibilia mēbra/& errātia: eos reuocate/vt omni-
um vestrū corpus saluetis. hoc enī agētes: vosipsos ędificatis. Confido enim
vos bene exercitatos esse in sacris litteris: & nichil vos latet (michi autē non Psal. 4.
est concessum modo) vt his scripturis dictū est. Irascimini & nolite peccare. Ephe. 4.
Et sol nō occidat super iracūdiam vestrā. Beatus qui meminerit: quod ego
credo esse ī vobis. Deus autē et pater domini nostri IHESV CHRISTI/
et ipse sēpiternus pontifex dei filius Christus Ihesus: ædificet vos in fide et
veritate/et in omni māsuetudine/et sine iracūdia/& in patiētia/et in longani
mitate/tolerātia/& castitate. et det vobis sortem et partē inter sanctos suos:
et nobis vobiscum. & omnibus qui sunt sub cœlo qui credituri sūt in domi-
num nostrū IHESVM Christū/& in ipsius patrem: qui resuscitauit eum Orationes fidelium.
a mortuis. Pro omnibus sanctis orate. Orate etiā pro regibus/& potestati-
bus/& principibus/atq pro persequētibus et odiētibus vos: et pro inimicis
crucis/vt fructus vester manifestus sit in ōnibus/vt sitis in illo perfecti. Scri- Huius loci meminit Eusebius: et vertit. Ignatius.
psistis michi & vos et Ignatius: vt si quis vadit ad Syriā/deferat litteras me-
as/quas & dedero ad vos: si habuerimus tēpus oportunū/siue ego/seu lega-
tus/quē misero pro vobis. Epistolas sane Ignatij quæ trāsmissæ sunt vobis:
habeo. et alias quantascūq apud nos habuimus: transmisimus vobis (secū-
dum quod mādastis) quæ sunt subiectæ huic epistolæ. ex omnibus enī/vo-
bis magnus erit profectus. Continent enim fidē/patientiā & omnē ædifica-
tionem ad dominū nostrū pertinentē. Et de ipso Ignatio/& de ipsis qui cū Ignatius; Crescens.
eo sunt: quod certius agnoueritis significate. Hæc vobis scripsi per Crescen-
tem: quē in præsentē diem cōmendaui vobis/& nūc commēdo. Conuersa-
tus est nobiscū inculpabiliter: credo quia vobiscū similiter. Sororē autē eius
habebitis commendatam: cum venerit ad vos. Incolumes estote in domino
IHESV Christo/in gratia cum omnibus vestris. AMEN.

¶ Operum Beatissimi Dionysij & vndecim epistolarum diuini Ignatij
Antiochensis ecclesiæ Episcopi/& vnius beati Polycarpi Smyrneorum
Antistitis: discipulorum sanctorum apostolorum/& marty-
rum IHESV saluatoris mundi fœlicissimorum: ad
ipsius IHESV saluatoris/sapientiæ sapientū/
et regis martyrū omnium honorē/finis.
¶ In alma Parisiorum academia
per Henricū Stephanū artis
formulariæ peritū et se-
dulū opificē e regione
scholæ Decreto-
rū habitā-
tem.
Anno ab incarnatione eiusdē domini nostri IHESV CHRISTI. 1515.
die vero mensis Aprilis decima quarta.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
1773/D